1542

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3ª Serie 2ª N.º 81

Est. 93.

Plut. 4ª

Archivo de Loyola

Estante .....

Plúteo .....

Universidad de Deusto
Biblioteca

S muy
magnifica

Theophylacti

BVLGARIAE ARCHIEPIscopi in omnes Diui Pauli Apostoli Epistolas enarrationes, iam recēs ex vetustissimo archetypo Græco, per D. Ioannem Lonicerum fidelissimè in Latinum conuersæ.

PARISIIS,
Apud Iacobum Bogardum, sub insigni D. Christophori è regione gymnasii Cameracensis.
1542.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELENCHVS EPISTOLARVM Pauli Apostoli.

Ad Romanos	I.	
Ad Corinthios	I.	64
Ad Corinthios	II.	124
Ad Galatas		166
Ad Ephesios		188
Ad Colossenses		235
Ad Philippenses		217
Ad Thessalonicenses	I.	255
Ad Thessalonicenses	II.	268
Ad Timothæum	I.	277
Ad Timothæum	II.	298
Ad Titum		313
Ad Philemonem		321
Ad Hebræos		326

COLLEGII SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA

ANNOTATA QVAEDAM PRO SINGVLIS EPISTOLARVM ARGVMENTIS.

AD Romanos ex Corintho scribit apostolus, quos nondum viderat, visendi tamē percupidus, quia de his multa acceperat, quorū & suspicit & laudat fidē, vt quā sciret fama & nomine celebrem, & vbique vulgatam: & (vt cætera omittam) de gentium vocatione copiosius differit. Nec secus ex Epheso ad Corinthios scribit epistolam, illos obiurgans, quòd plurimum inter se dissiderent, & primarium quemdam è suis rem cum nouerca habentem satis negligerent, vellentque sub cœlibatus prætextu nonnulli diuortia facere, & vxores relinquere: & multi idolothytis vescerentur: & alij cæteris planè contemptis, eos duntaxat demirarentur, qui essent linguarum gratiam consecuti: &, quod erat detestabilius, nequaquàm crederent humana corpora post mortem resurrectura. Ad eosdem deinceps & aliam ex Macedonia scribit, quandoquidem ex priore plurimum profeciissent, quippe quos pœniteret tandiu fornicantem illum tulisse, sed arrepti deinde seditiosissimorum hominum persuasu, legis duntaxat literæ inhæserunt, indifferentem existimantes gratiam quæ à Christo esset in multos collata: quinetiam & præceptores admodum iactitabant, & gloriæ ducebant, cum Apollo vellent vel Cephæ partes tutari, id est suum quisque quem sectaretur extollere, vnde multa erant inter hos oborta dissidia: alioqui in sanctorum alimoniā abundè & liberaliter conferebant. Ex Roma ad Galatas literas dedit. Hos enim cum antea ad fidem quam optimē instruxisset, & credidissent, eo prædicante in Christum Iesum, post eius discessum mox lapsi, improborum hominum suggestione vt se circunciderent compulsi sunt. Quod vtique Paulus ægrè ferens, quia præter suam institutionem egissent, incusat acrius quòd se celerrimè adeò immutassent. Ex vrbe præterea & ad Ephesios scribit, haud dum tamen per se aditos, sed auditione solum perceptos fideles esse, &

Christum Iesum optimè credere, & mira quadam in sanctos omnes affici charitate, alioqui ab se percupere in fide hac stabiliri. Quocirca & hos per literas instruit, aitque haudquaquam commentitium esse, aut nuper inuentum hoc Christi mysterium, sed perstare à seculo: & alia multa quæ ad hos in fide firmandos maximè faciunt. Ad Philippenses insuper literas mittit ex vrbe, quos adierat sanè, & ad fidem instruxerat. His itaque Paulo ipsi & sanctis nonnullis ministrantibus necessaria, exorti sunt quidam, qui prauis persuasionibus & sub legis vmbra & circũcisionis obtẽtu, simpliciũ quorundam corrumperent aures, adferentes neminem posse sine lege iustificari. Quod Paulus audiens, Philippensium primò fidem probat, & eorum se memoriam habere inter precandum fatetur, commemoratque quemadmodum Romæ sese ac Christi fidem tutatus sit, & qui præterea molesti sibi in vinculis fuerint. Colossensibus etiam ex vrbe literas impertitur, quippe quos cerneret per homines captiosos & subdolos falsis quibusdam argumentis circunuentum iri, qui Christi fidem apertissimè Græcis argutiis impugnarent, cum legis vmbram & escas vetitas sectarentur, & circuncisionem efferrent. Ex Athenis verò Thessalonicensibus scribit, apud quos antea fuerat diutius commoratus, & quoniã multa eum in Verria, tum Macedoniæ ciuitate Philippis, tum Corinthi & Thessalonicæ fuerat perpessus, veritus ne vel ex suis pressuris illi offensi, haud satis stabiles forent: vel mœrore nimio ob suorum è vita discessum conficerentur, quo patrio more certè plurimum angebantur, Timotheum cum epistostola ad eos dimisit, vt in fide obfirmarentur, ne quoquam pacto ab ea desciscerent, siue ipsi afflictarentur, siue alios cernerent afflictari: hortaturque vt ducerent vitam quemadmodum ab se accepissent. Commonefacit insuper, ne grauiter ferent morientum casum, & alia pleraque. Ad eosdem idcirco ex vrbe & aliam scribit epistolam, quia apud eos erant nonnulli seniores ad bonum, & nullius momenti viri, qui alios mira arte fallebant, astruentes iamiam instare Christi aduentum, cuius & Paulum falsò testabantur autorem, & sese idem cognouisse per spiritum affirmabant. Cuius rei certior factus apostolus, per literas Thessalonicensium primò adauctam fidem collaudat, & gloriæ ducit quòd Christi ob gratiam viriliter ferrent pressuras solatúrque, adferens illatas his deum vindicaturum quandoque iniurias. Scribit & ad Timotheum ex Laodicea eam ob causam, quia Ephesi erant permulti qui Iudaicos ritus seruarent, cum longè aliter ipse Ephesios instruxisset, docereque & fallere integriores quosque adniterentur. Quocirca Thimotheum hortatur vt Ephesi maneat, & corruptores illos castiget & corrigat, vt tandem à suis erroribus resanescant. Ad eundem secundò ex vrbe conscribit epistolam. monetque vt ad se redeat. Erat enim apostolus ab omnibus iam destitutus, qui secum Romam ex Asia commigrauerant, catenis absterriti, quibus erat deuinctus. Ex Nicopoli ad Titum literas scribit. ibi nanque hyemauerat Paulus. In Creta autem Titum reliquerat, vt per vrbes institueret sacerdotes. Erant enim ibidem plerique qui sub legis prætextu seducere populum conabantur. Scribit ex vrbe ad Philemonem, cuius seruus Onesimus fugiens Romam se ad apostolum contulit, apud eumque habitauit coniectum in carcerem, & in vinculis detentum. Hunc itaque, cum ei optimè obsequeretur, & breui probus euasisset, vt ei esset acceptior, Philemoni commendat per literas, hortaturque vt libertate donet, nec eo vt seruo, sed vt fratre vtatur. Ad Hebræos demum ex Italia scribit: qui etsi Christi acceperãt fidem, haud tamen prorsus à lege defecerant. Quod sanè iniquè ferens apostolus, etsi ad gentes erat vt euangelium prædicaret, iam destinatus, non hos tamen ferebat legis vmbris obuolui, existimans haudquaquam credentibus his molestam hanc fore epistolam, in qua de Christi aduentu, lege ipsa vmbratili disserat: quam cessasse affirmat, & nihil in posterum valituram, quia Christus aduenerit, quem illa præfiguraſſet. His itaque epistolis Paulus tam valida fundamenta iecit, vt increscentis in posterum fidei tanta posset moles imponi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SACRAE SCRIPTVRAE LOCA QVAE sparsim in his commentariis declarata sunt, sequuntur.

Gene. 3. Serpens ipse decepit me. 284.E
Exod.30. Quoniã faciet suffitum aurea acerra. 357.E.
Deut.17. Si quis legem mosæ reiecisset coram duobus &c.367.C.
3.Reg.7. Tintinnabula, Nolæ, & mala punica. 287.D
1.Par.16. Ne tãgatis vnctos. 1.F
Psal. 2. Seruite domino in timore. 224.D
Psal.19. Dũ superbit impius, incenditur pauper. 159.D
Psal. 17. Secũdum puritatem manuum mearum. 189.B
Psal.49. Non accipiã ex domo tua vitulos. 364.E
Matth.5. Nisi exuberet Iustitia vestra 203.B
Matth.6. Nesciat sinistra tua quid faciat dextra 283.E
Matth.6. Tu vero cum oras, introito in conclaue tuum. Ibidem.
Matth. 7. Ne iudicetis. 208.D
Matth. 7. Quærite & inuenietis. 278.B
Natth.13. Multi prophetæ cupierunt videre. 2.C
Iohan.5. Scrutamini scripturas. 278.B
Rom. 12. Cum omnibus hominibus pacem habete. 219.B
I.Cor.12. Gratiam ante accepimus & Apostolatum 2.F
Galat. 1. Si vel angelus, vel nos prædicamus vobis euangelium.&c. 105.E
Philip.2. Flectetur omne genu cœlestium.&c. 105.C
1.Timoth. 2. Mulieri docere non permitto. 61.D

INDEX ALPHABEticus in Theophylacti cõmentarios in epistolas diui Pauli.

A

Abacuc vide Habacuc
abeli fides 369E
Abnegatio quæ dicatur 318. F
Abortiuũ cur se Paulus vocet 113. D
Abraham ex fide non ex lege iustificatus 16. D
Abraham preputii & circũcisionis pater 17. C 18. A
Abrahæ fides 19. A 175. E 215. D
Abrahami filii qui verè dicãtur 37. A B C 180. F
Abrahami semẽ qp sit 37. A B
Abstinẽtia à malis nõ sola saluat, sed bona etiam agenda sunt 29. A
Abũdare scire, quid sit 233. B
αγαπαω 62. E 353. B
Achaia, Græcia 122. D 256. C
Accipe cur à quibusdã voluerit Paul⁹, ab aliis nõ 232. E
Accusatores nostri apud deũ, cõsciẽtiæ nostræ 11. A
Acquisitiõis popul⁹ 190. B
Adam quid dicatur 119. A
Adã, mali nostri caussa 20. D
Adã non est deceptus, sed Eua 284. E
Adã prim⁹ & postrem⁹ 118. F
Adã, typus Christi 20. F
Adæ inobediẽtia 21. D
Adami primi mors, ꝓpter nos 73. F
Adę secũdi mors quare 119. C
Adami peccatũ quam mortẽ peperit 23. E
Adami vxor 210. A
Adhortationi Paulus ferè votum annectit 60. F
Adolescentia vt ne contẽnatur, quí fiat 289. F
Adolescẽtularũ instit. 217. F
Adolescentũ plurimi per ætatem peccant 293. B
Adoptati nos aliã adoptationem expectamus 33. A
Adoptatióe filiorũ donari, soli⁹ clemẽtiæ dei est 189. C
Aduẽt⁹ Xpi duo 190. E 319 A
Aduẽt⁹ domini secũd⁹ vt fiet. 264. C terribilis erit 227. A
Aduentũ Christi quis diligere dicatur 310. C
Aduerbiũ similitudinis nõ est eiusdẽ vbiq; precii 210. B
Aduersarii Christi 367. B
Aduersarii Pauli, angeli satanæ 161. B
Aduersitatis soci⁹, solatio est 369. D
Adulatio, deceptoria 257. C
Aduocat & pater pro nobis 140. B
Aegyptii, maximi idololatrę 6. E
Aemulatio bona 180. E
Aemulatio, cõtentiõis mater 71. D
Aemulatio dei 154. D
Aemulationis ad virtutẽ stimulus. 149. D
Aequales erimus omnes in

cælis 201.D
Aëreæ potestates 193. B
Aeternas futuras esse malorũ pœnas 270. A. B
Affectiones prauæ vitandæ 307. B
Affectus carnis & spiritus 19.F
Affectus carnales crucifigendi 185. C
Affectibus non seruiendum in iudicio 393.F
Afflictio, derelictionis dei signum non est, sed potius dilectionis 35. B
Afflictio propter Christum, gloriæ est 270. E
Afflictio tẽporaria est 137.C
Afflictione vt quis lætari possit 256. B
Afflictiones Christianis subeundæ 32.C 229.C
Afflictiones ingentes, rerum necessariarũ obliuionem aliquãdo inducunt 377.D
Afflictionum vtilitas 19.D 269.D 332.F 342.C
Afflictorum consolatio 35.C 256.B
Afflictis & in periculis cõstitutis auxiliũ ferre debemus 301.C
Agar 181.B
ἀγχιβούλη 58. C
Agi spiritu dei debemus, vt filii dei simus 31. C
Agnoscere filium dei quãdo dicamur 202. F
Allegoria 181. A
Alexãdri ærarii malitia 310.F
Alieno auxilio Paulus non libenter vtebatur 310. E F
Alienis peccatis non communicandum 294. A
Alimonia, euãgelii prædicatoribus debetur 90. A
Alta non sapienda 47.D E
Altare aureum 357. F
Altercatio fugiẽda 83.F
Alterutrũ ædificare debemꝰ, ferre, & ignoscere 185. F 266. B
ἄλυτος 226.E
ambitio, hæresum mater 278. C
Ambitio, malorũ omniũ causa 185.E
Amãtes inuicẽ, mutua prẽsentia magis ĩardescũt 259. C
Amarulẽtia 206.C D
Amẽ quid significet 7. B
Amen in principio epistolæ positum 168. A
Amicorum morte non dolendum 263. E
Amor huius seculi 310. D
Amor malorum 49. A
Amor sui malorũ fõs 306. B
Amoris indicium 325. D
Anacephalæosis 190. B
Anarchia 271. F
Anathema 36. B
Angelus lucis 157. A
Angelus satanæ quid fuerit Paulo 161. B
Angeli dæmones 79. D
Angeli in lege ferẽda, & in resurrectiõe 264. C 330. E
Angeli incarnato Xpo adsũt, & in cælũ eũti 288. A

Angeli nos nõ liberarũt. per totam epist. ad Colossenses
Angeli nõ norãt ante aduẽtũ Christi, quã magna gratia gẽtibꝰ eẽt cõferẽda 199. A
Angeli quondam hominibus inimici 240. B
Angeli per Christum conditi 239. B
Angeli satellites in iudicio erunt 293. E
Angeli singulis hominibꝰ & gentibus attributi 240. C
Angeli terribiles 269. F
Angelorũ & Christi discrimẽ 328.A B F 332. A
Angelorum linguæ 105. C
Angelorum natura 381. D
Angelos sancti iudicabunt 79. D
Anima nõ sola bonis fruetur 114. D
Anima seruata, corpus etiam seruatur 77. F 184. C
Animæ dominium est, carnis seruitus 27. F
Anima citharœdi instar, mẽbra verò citharę 25.B 27.E
Animæ persuadere multo difficillimum 192. A
Animæ immortales sunt 264. B
Animarum species 267. C
Animalis homo 70. F
Animus hominis quietus nũquam est 275. B
Ante Luciferum quid sit 341. C
ἀντίλυτον 283. C
Anus calumniatrices 287. B
Anus vt arguendę 290. E
Anuum institutio 317. E
Apparitio Christi vniuersalis, & priuata 310. C
ἀπό in compositione 49. A
Apollinarii error 119. A
Apollo a quo institutus 61. D 122. C. 320. F
ἀποκαλύψεις 68. D 238. B
Apostolus noster Christus 333. A B
Apostoli se nomine indignũ Paulus vocat 155. D
Apostolum se probat Paulus 89. A B. 155. F 167. A
Apostoli, cooperarii dei 72. B
Apostoli fuerũt & septuagin ta. 113. B
Apostoli, homines erant simi les nobis 260. D
Apostoli in ecclesia 104. D
Apostolorũ dignitas 202. D 214. E 188. F mala 75. C & de in. munus 2. F 124. F potentia & authoritas aduersus dæmones 281. F prædicatio 41. E
Apostolos qualiter calumniarentur maligni 286.D E
apostolica dignitas 283.C D
Arca testamenti seu fœderis 357. B
Arcana verba quæ intelliguntur apud Paulum 160. C
Archippus 322. B
Areopagitæ cõuersio 152. C
Aretes, socer Herodis 159. E
Argumentũ quid sit 369. B
Arma, medium ad virtutẽ & vicium

vitium 25. C
Arrabo spiritus 190. F
Arriani cõfutãtur 36. C 17. D 238. D 283. C 326. F
Arrogãtia in blasf. exit 306. C
Arrogãtiã Christ⁹ auersatur 68. C
Ascẽdẽs in altũ, cap. du. cap. exponitur 202. A
Asceteæ qui sint 218. B
ἀσωτία 209. D
ἐσχατοι qui dicantur 278. D
ἄθεοι 373. C
atheniẽses qũo cepit Pau. 91 d
Athleticæ leges 302. D
Auar⁹ oĩs ido. 287. F 248. B
Auaritia charitati contraria 306. C malorũ oĩum radix 296. A
Auditu creditur 258. D
Auri & argẽti cultor idololatra 208. A
ἀποδοκιμος 295. F
ἀυτομολοι 296. F
ἀνυπότακτοι 166. F
Auxilium à deo implorandũ 289. F
Azyma quæ sint Paulo 78. E

B

Baptisma crux est 344. E
Baptisma mortẽ, sepulturã & resurrectionẽ significat 244. D 247. C
Baptisma nostrũ, mortis Christi figura 357. A
Baptisma vnum est, nõ multa 344. A nec iterari potest. ibi. & 367. A efficacia. 205 B C f. figurę 93. A mysteriũ 37. B renouatio 344. C fructus & vtilitas 31. C 179. E
Baptism⁹ & visibilẽ aquã habet, & inuisi. gratiã 366. C
Baptismi mira vis in primitiua ecclesia 101. B 248. D 328. A
Baptismi virtus à verbo dei 37. B 178. B
Baptizabat etiã Paul⁹ 325. B
Baptizare, non adeò magnæ difficultatis est 66. C
Baptizari ĩ Mose quid fuerit 93. A
Baptizari pro mortuis, quid sit 116. D
Baptizãs, peccata baptizato nõ dimittit, sed is in cui⁹ nomine fit baptizatio 66. B
Baptizat⁹ à Christo, nõ ab hominib⁹ vocatus 167. A
Baptizatũ esse nõ sufficit vt filius dei sis 31. B
Baptizati sumus oẽs in vnum corpus 102. D
Baptizatis in Christo nulla est cõdẽnatio, &c. 28. F
Barnabæ dignitas 253. C
Bẽtitudo quę sit 17. A 296. F
Beatitudo ipsa per se Christ⁹ est 296. F
Beatus nemo ante obitũ dicẽdus 270. D
Beati paup. spũ, hũiles 200. F
Beatorũ mũdanorũ felicitas, Beliaal 143. A
perpetua nõ est 265. C
Bellorũ cessatio. plerisq; ignauię & iniurię fit oc. 282. D E
Bellorũ genera tria 282. D

Bene est, quicquid peccatum non est 86. C
Benedictio quę intellig. 60. C
Benedictio corporalis, & benedictio spiritualis 188. f
Benedictionis causa, fides, nõ lex 176. A
Benedicẽs, benedictio maior est 350. C
Benefactor noster etiam de⁹ pater est 168. A
Beneficẽtia inimicos nostros demereamur 50. E
Beneficiũ nõ multitudine donorum, sed charitate metiendum 146. D
Beneplacẽs dei volũtas 47. C
Beniamin tribus 228. A
Blasphemia 75. F
Blasphemia Dei Paulus vrebatur 36. C
Bonitatis etiam vsus noscendus est 58. C
Bonitas dei imperscrutabilis 45. C
Bonum contingit facere etiã nolentem 220. A
Bonum etiam faciẽdum esse, nec sufficere à malo abstinere 206. E
Bonum malo non remunerandum 266. E
Bonum natura nobis insertũ cur non exequimur 29. F
Bonum non bene factum pœnam etiam aliquando meretur 47. C 220. B
Boni nullius fibi cõscius, prauis doctoribus citò auscultat 307. A
Boni omnis iguorantia ex immunda vita, pcedit 204. C
Bona ad finem vsque agenda 9. B 29. F 301. E
Bona multa deo sunt ingrata 47. C
Bona non bene facta, deo displicent ibidem.
Bona opera non omnia sunt æqualia 72. E
Bona esse facienda 29. E
Bonorum omnium radix 185. A
Bonis largius donãdũ 151. C
Boues etiam curat deus 89. E
Brabeum, victoria 92. B victoriæ præmium 246. B
Bruta concernentia in veteri lege, ad hominum, institutionem pertinent 89. E F
Bulgaria 59. C

C

Cędes est passio, non actio 81. D
Cædes omnis ex inuidia 8. A
Cælibatus, donum dei 82. E eius libertas & tranquillitas 85. A B C
Cælum propter nos Christus ingressus 348. B
Cælum quod intelligatur 160. C
Cęlum neque mouetur, neque rotundum est secũdũ Chrysostomum 354. D
Cælorum descriptio moralis 160. D
Cælorum regnum, requies ad quam tendimus 338. C

cælestes promissiones nondũ assecuti sunt sancti præteriti, sed nos expectant. 376 B
cęlestium corporum firmitas ac duratio 118 c
caini infidelitas 369 e
eius mœror, pœnitentia non erat 379. F
καινοφωνία, & καινοφανία 297 d
caleb & Iesus Naue 337 F
calix benedictionis 94 c
vide eucharistiæ sacramentũ 306
calumniatorum malignitas
calũniis malignantiũ aliquã do parcendum. 286. D E.
Canédũ Christianis, & quid 209. E. & 250. D E. 142. D.
canes Iudæos paulus vocat 217 B 227 d
Cantilenæ impudicæ Christianis vitandæ. 209. E
Cantilenarum sacrarum vtilitas. 250. D E
Captiui consolator mercede non caret. 253. D E
Captiuitas. 152. D
Captiuitas capta. 202. A
Caput quid dicatur. 354. A 364. C
Caput libri apud Dauidem, legis volumen. 364. C
Caput mulier tegat. 97. A B C.
Caput tegere, & aperire. Ibidem. A &c.
Caro damnanda & mala nõ est. 27. D. & 29. C. & 30. C. 184. B
Caro & sanguis cœlũ nõhæreditabit. 119. D. & 120. B
Caro per Christum spiritualior reddita. 30. C
Caro per se affectum non habet. 29. F
Caro q̃ intelligat apud Paulũ. 44. B. 184. B. & seq.
Caro si valet, satis est. 53. C.
Caro vna, maritus & vxor. 211. C
Carnis affectus qui dicatur. 29. F
Carnis cura vt agenda. 31. A 53. C
Carnis concupiscẽtię. 193. D
Carnis esum abhorrẽtes quidam. 53. D E
Carnis & animæ opera. 193. E
Carnis mortuæ corruptio. 118. D
Carnis nostræ natura corrupta. 94. E
Carnem assumptam deus verbum nunquam deseruit. 244. B
Carnalis Christi natiuitas. 328 C D
Carnalis sapiẽtia vita. 30. C & E. & seq. & 126. C D. & 139. F & 174. C
Carnalia non sapere, non satis est, sed oportet etiã spirituales esse. 29. E
Carnalia opera 184 D
Carnalia seminãs, corruptionem metet 186 D E
Carnalium & spiritualiũ cõmutatio 233 E
Castigat nos deus 100. F
Castigationis vtilitas 142 B
Castitas exercitio opus habet 262 D
Casus ac lapsus semper timẽdus 94 A
Cathecumeni 101 D
Catena Pauli 216 C
Celeritas resurrectiõis 119 F
Censores nimium seueri in aliorum delictis esse non debemus 186 F
Ceremoniis friuolis & superstitionib⁹ ac timoribus animã initicere malũ est 289 C
Cetus. vide Balena.
Character patris, filij⁹ 327 A
Charismata habentes, non spernendi etiam si peccent 48 C D E
Charitas bonorum omnium fundamẽtum 207 B 261 D
Charitas Christiana qualis sit 261 D
Charitas, legis & mandatorũ impletio. 183 E 185 F 280 B
Charitas mutua 222 A noxia 49 A
Charitas nostra ingens esse debet 52 D
Charitas omnem cognitionẽ excellit 200 A
Charitas perpetuò proximo exhibenda 52 B 206 D
Charitas præcepti 278 c
Charitas, rectæ vitæ fõs 285. A fine fide nihil prodest. 216. E nec contra 182 E
charitatis cõmendatio 105 b
communio 249 F
charitatis labor 255 D mod⁹ 218 F præstantia 52 D
charitatis ac pacis de⁹ 166 a
charitatis refrixio, malorum omnium radix 8 c
à Charitate abducẽtia 274 c
chirographum contrariũ nobis quod fuerit 245 a b
chonæ vrbs 235 B
chrestologia 62 e
christempori qui dicantur 263 D
christus a patre viuificatus quomodo dicatur 244 E
christus ante omnem creaturam, etiam ante Mariã est 238 e & deinde 329 d
christus cibum ipse sibi non miraculo suppeditabat, sed &c 321 B
c hristus cõsummatio omniũ 190 B 192 d
christus corpora nostra inhabitat 31 a
christus cui primùm visus à resurrectione 113 a
christus, cuiuslibet viri caput 96 F ecclesiæ item 210 c
christus cum orans introducitur pro nobis id intelligẽdum est 341 c
christus cur circumcisus 57 f
christus cur in fine seculorũ passus 361 c
christus cur indoctos & ignobiles elegerit 68 a
christus cur nobis corpus suũ tradiderit 94 c
christus diuisus non est 66 a

christus & seipsum dedit,& à patre datus est. 267 d
Christus ex Maria natus est, non tanquam per canalé fluxit 98 b 178 f
Christus finis legis. 40 e
Christus hostes suos vlciscetur 269 f
Christus,id est Christi ecclesia 102 d
christus in cælum assumptus 288 b
christus in carne & descendit ad infima, & ascendit ad summa 202 b
christus in carne sua omnia impleuit dominatu suo 202 b
christus in quibus tẽtatus est 245 c d
christus in similitudine carnis peccati venit. 29 c
christus iureiurãdo fact⁹ est sacerdos 352 d
christus legislator 177 c
christus libenter passus est. 256 b
christus mediator & reconciliator noster est ad patrem 239 f 359 f 360 A 283 a
christus Mosi vbique prẽsens 93 b
christus nõ omnia nostra habebat 223 e
christus nonnũquam ante patrem nominatur 373 c d
christus nostras gratiarum actiones patri offert 3 d e
christus, pater noster 189 b
præcursor 148 a petra scandali 131 e
christus præstitit quę lex prę stare non potuit 28 e
christus primogenitus & vnigenitus 34 c
christus primùm visus est homo, deinde cognitus est deus 2 d
christus pro omnibus mortuus est 139 d
christus quare venerit 319 a
christus quomodo etiamnũ se offerat p nobis 349 b c
christ⁹ quomodo in nobis viuere dicatur 174 b
christus qũo peccato mortuus 22 f
christus quomodo pontifex noster sit 340 & dein.
christus quomodo sine patre & sine matre intelligatur. 348 f
christus seipsum excitauit. 164 c
christus semel sacrificium obtulit 361 c d
christus semper est. 326 d e
christus sepultus fuit 112 f
christus sibi accepta refert, quæ in fratrem impenderis 49 e
christus sibi ipse non placuit, vt intelligatur 57 a
christus sponte passus 377 a
christus tam angelorum caput,q̃ ecclesiæ 246 e
christus vere in carne apparuit 333 d verè corporaliter mortuus est 112 e
christus vita nostra est. 221 a

christus vnde dictus 167 d
christus vt homo,hæres omnium 326 d
christus aduẽtus. 65 b &dein
christi afflictiones patimur 125 a
christi appellationes variæ 197 a
christi beneficia tanquam sibi vni impensa quisq; reputare debet 174 d
christi blasphemator omnis phanaticus est 101 c d
christi caput deus 96 e f
christicharitas maxima erga nos,vnde colligatur 19 e f
christi cognitio 203 a
christi confessio coram Pilato 296 e
christi cõsortes & participes maximè sunt qui in gratia sunt euangelij 329 b c
christi contumeliæ 277 a
christi crux & mors plus mouit fideles quàm orationis elegantia 68 b
christi crux,infirmitas& stultitia habita est infidelibus 67 d e
christi deus & pater 57 d e
christi dicuntur 1 vncti,etiã qui in lege spirituales erãt 329 b
christi diuitię&gloria 270 c
christi duo regna 115 b
christi exaltatio 192 d
christi fratres sum⁹ 21 b 89 c
christi gloria, salus nostra 273 b
christi hostes sunt qui fideles persequuntur. 330 a 365 b
christi humiliatio 302 f
christi imago 249 a
christi imitator vt quis fiat. 256 b
christi in nomine deo gratię sunt agendæ 209 f
christi incarnatio quæ cõmoda nobis attulerit 179 a
christi iustitia,quæ sit 21 d
christi mors aperta fuit omnibus, resurrectio non ité 245 c
christi mors propter nos 73 f
christi natiuitas secundũ carnem a tribus euangelistis describitur 2 d
christi nominis repetitio in epistola ad corinthios 65 b
christi nomine nihil pudibundum est 299 f
christi nos sumus 74 a
christi obedientia 21 d
christi occisores, alieni filij fuerunt 203 a
christi plenitudo 203 a
pulchritudo 249 b
christi pro nobis solicitudo atque adeò velut hodierna quædam passio, nempe in suis martyribus 241 c d
christi resurrectio probatur 113 a & dein.
christo conregnabimus. 194 a
christo cõregnare q̃ cupit,etiã cũ illo pati debet 303 d

christo fideles omnes aggregabuntur 271 A
christo in quo communicemus 21 b
christo, non legi, rationē omnes redemus 55 a
christo nonnunquam alta & sublimia tanquam deo, nonnunquam humilia tanquam homini in scriptura attribuuntur 329 c 334 e f
christo quòd nihil præferimus, ipsius donū est 270 f
christum cōtumelia sequitur: peccatū prosperitas 373 f
christum in carne adorāt angeli 328 f
christum induere 178 b
ad christum omnia nostra aptare debemus 203 d
in christum peccātur, quæ in fideles peccantur 88 c d
christum propter, omnia pulchra 322 a
christo omnia pendent 239 b c
in christo diuinitas habitauit tanquam natura & substantia 244 a
christianismi negocium totū in resurrectione consistit 112 d
christianæ doctrinæ forma 23 f
christianus seruus infideli domino fidelis sit 251 e f
christiani consolatio 273 d
christiani cuiuslibet interest sacras scripturas legere 212 d
christiani hominis dignitas. 128 b officium 110 d
christiano homini sæpe gaudendū 142 b 185 a 266 f
christianum non decentia 207 d
christiani à solo christo dicti 65 d
christiani affligi debent 260 a
christiani cur tam cōstanter mala perferant 136 b c 289 e
christiani, prudētes sint 252 c
christianorū æqualitas 147 f benedictio 188 e f
christianorum causas ab infidelibus iudicari nollet Paulus 79 a b
christianorum constantia in dilectione dei 35 e f
christianorum conuiuia post sacramentorum sumptionem 98 e
christianorū feriæ 78 b gaudium ac pax 184 f
christianorum hostes 213 e f
christianorum malorum grauior pœna erit q̄ Iudæorū 339 d
christianorum militia 76 a 89 d 92 a b
christianorū olim omnia cōmunia 98 d 201 e
christianorum quorundam a fide defectio 288 c
christianorum sacrificium vnum est 363 a
christianorū splendor 141 c
tolerātia 134 d vita ac mors 247 c d p̄mia ac pœnæ 31 d

christianis afflictiones in bonum cedunt 34. B 229. C
christianos inter se contendere non debere 79. E F 98. D cætera vide in dictione Fidelis.
chrysostomi liber de statuis & imaginibus 294. C
cibus cum fornicatoribus non sumendus 78. E
cibus natura pollutus nullus est 289. A & eius vsus indifferens est 56. E 288. E F
cibus nos deo nō cōmendat 88. B
cibus solidus qui intelligatur 343. A
cibo & vestitu contenti esse debemus 295. F
cibi cur quidam Iudæis prohibiti 288. F
ciborum delectus infirmitatis est 53. F
ciborum obseruatio, iudaica 247. A nec quemquam sanctificat 383. D
à Cibis & nuptiis tanquam malis abstinere, doctrina dæmoniorum 288. E F
cinctura Christianorum 214. F
Circuncidendi Timothei caussa quæ fuerit 166. E F 183. C
circuncisio Christianorum qualis 244. D E
circuncisio duplex 12. B E
circūcisio nihil prodest, nec præputium, sed fides, quæ hominem iustificat 9. E F 12. A B
circuncisio res media 195. A
circuncisio spiritualis 227. E
circuncisionis institutio 17. D E 227. E
circuncisionis signum 12. D 17. B
circuncisionem quare initio permittebant apostoli 171. C D
circuncisus omnis, totius legis debitor est 182. C D E
circuncisis Christus nihil prodest 182. C
circunuentor omnis idololatra 207. F
clamor in ira, illam accendit 206. C D
clementia 150. F
cleopas & Ioseph fratres fuerunt 170. D
cœna dominica 99. B
cœna etiam prandium dicitur 99. B vide Eucharistia & Sacramentum.
cogamúrne peccare, & malū operari 27. B C
cogi non vult fides 243. A
cogitatio carnalis, & cogitatio spiritualis 29. F & 30. A
cognati & secundum carnem, & secundum pietatem 63. B
cogniti nos ipsi prius, deum tunc agnoscimus 313. B

cognitio à fide est, non à rationibus 313. f
cognitio nostra de Christo nunc imperfecta est 203. A
cognitio sine sermone 64. f
collectæ fideliũ ad subuẽtionem pauperum 60. a
colere quid sit 7. b
colossæ vrbs 235. b
colossensium fratrum error, & ad eos scribendi occasio 234. f
coma mulieres decet 98. c viros dedecet ibidem
coma tegumenti vice est 97. c
comam vitis non esse nutriẽdam 97. a b c
comedendum gratis nõ esse 274. e f
comessationes, phibitæ 53. a & quæ dicantur 184. f
κῶμοι 53. b 184. f
communem omnibus deum, propriũ sibi vendicat Paulus 64. c
communio eucharistiæ 133. c
comparatio inter quæ fiat 228. f
comparationes pulcherrimę 26. b 129. c 203. d 205 d 228. e 261. b
compassionis affectus 50. a
compunctio 43. d
conatus noster facit vt eligamur 43. b
concludere dei 45. f
concordia euangelistarum 168. c d
concordia nostra deo maximẽ grata est 57. c 222. c d
concupiscentia omnis mala 248. b vt coerceatur 143. c
concupiscẽtię carnalis ardor 81. b tyrannis 82. f passiones 262. d
concupiscentiã peccatum esse quomodo ignorabatur ante legem 25. d
concupiscẽtiæ carnis 193. d 204. e
confessio Christianis facienda ac tenenda 296. d 339. f
cõfessio peccati extinguit furorem 323. b
confessio resurrectionis mortuorum 344. b
cõfessionis necessitas 296. d
cõfitendum etiam ore, quod corde credideris 41. b
confidere suæ virtuti nemo debet 324. d sed soli deo 333. c
coniugatorum continentia 82. a
coniugatorum tribulationes 84. & 85. a
coniugatos etiã sanctos vocat Paulus 188. d
coniugalis copula nullam habet immunditiam 83. c
coniugii dilatatio 210. a d vide Matrimonium, & Nuptiæ
cõsanguineorum cura habẽda 291. c

conscientia ambigens ac nutans peccatum facit 88. a
conscięntia bona magna consolatio 165. f ea vnde sit 281. c
conscientia peccatum arguit 56. c
conscientia sibi cuique sua satis sit pro gloria 56. c
conscientiæ puræ fiducia 126. c 287. a
consilia & præcepta in scriptura 262. b 314. d
consilium Pauli quale accipiendum 86 c 147. b
consolator deus est in aduersis 273. d e
consolatio quæ sit 48. d
cõsortes Christi sunt omnes spirituales 329. c
constantes esse Christianos decet, & imperturbatos 308. b
consuetis & familiarib⁹ quos que deus trahit 316. e
Consummatio omnium in Christo quæ sit 190. b
consummatio nostra per afflictiones fit 342. c
cõtemptores aliorũ ne simus 50. b
contemptum sui deus vlciscitur 263. a
contentio 163. e
contentum suis rarò inueneris 233. a
contẽti esse debemus presentibus 382. e
continens quid intelligatur apud Paulum 271. D E F
Continentia 185. b Continens 315. f
Continentiæ commendatio 82. f 85. c
continentiæ prętextu vxores à maritis disiungens, irreprehensibilis non est 318. c
continere non potest vxor inuito marito, nec contrà 82. b
contraria contrariis transacta per incarnationẽ Christi 198. f
contristatio, peccati medela 145. a
Conuentus Christianorum 98. d 101. a 366. e qua re instituti 101. a
conuersorum abs se numerũ nusquam recensęt Paulus 159. a 170. b
conuicia nemini dicenda 319. f
Conuicia patienter ferre, fortis animi est 336. a
conuiuia Christianorum publica 98. d
cor cum ore consonet in fidei confessione 41. b
Cordis adulterium 81. F circuncisio 12. f
corda hominum nunc ignota 74. d e
conrinthus 63. e
corinthiorũ seruitus 158. a vitia 63. E F
corpus animale 118. D Spi

rituale ibidem.
corpus Christi in sacramento altaris 94. D
corpus Christi nos sumus 104. D
corpus idem, sed splẽdidius, resurrecturum 117. D E 120. A B
corpus in interitum aliquando datur, vt spiritus saluus sit 77. F
corpus naturæ non obest, sed peccatum 23. B C D 129. C 184. C
corpus non occidendum, sed opera corporis 31. B
corpus nostrum ad quid formatum 80. E testæ comparatum 304. F
corpus vnum Christi nos omnes sumus 94. E
corpus vnum sunt gentes cũ Israëlitis 198. A
corporis ac membrorum collatio 47. F 102. F & 103. A B
corporis & animę mutua inclinatio 138. A
corporis exercitium parum vtile est 289. C
corporis honor 247. B tyrannis 92. D
corporis nostri incorruptio è cælo est 137. F
corpora nostra deus agilia creauit 209. D
corpora prius excitabuntur, vt animæ illis vtantur 246. B
Corporaliter habitauit in Christo diuinitas 244. A
correctio nõ omnium desperanda 305. E
corruptio de virginibus dici tur 155. A
corruptio & mortalitas differunt 120. C
crapulæ mala 80. D 93. E
κτίσις 237. A
creatura noua in Christo 140. A
creatura omnis dei, bona ac munda est 288. F 317. A
creaturæ à creaturis parum distant 330. B
creaturæ, alia ratione sunt ex deo, alia Christus 238. F
creaturæ quædam sunt adhuc nobis incognitæ 192. C D
Creaturarum constitutio, deum esse arguit 6. A 67. C
credere, operatio spiritus est 192. A B 237. A
credendum esse promissionibus dei 337. B
credendum sine hæsitatione 41. A B
credentes, Abrahami filii sunt 175. E
credentes, diuitiæ deo sunt 41. D
credentium ac non credentium alternationes 45. E F
creta insula Tito commissa 310. E 315. A
cretenses mendaces 316. C D
crux charitatem dei maximẽ demonstrat 200. A
crux christi erubescenda nõ est 303. F & 304. A
crux Christi, fides in Christum 187. C
crux Christi stultitia est pereuntibus 66. F
crux, fidelis cuiusque gloriatio 187. D
crux non simpliciter nos seruauit, sed crux Christi 240. B
crucis gloria 70. A ignominia 224. A
crucis ignominia, homo dei filius factus est 299. F
crucis prædicatio quare fuerit Iudæis scandalo 183. C D
cultus rationalis quis dicatur 46. E
cupiditas bona 248. B
cupiditas habendi, idolorum cultus 207. F
cupiditates vnde prodeant 77. E quomodo corrumpantur 204. E F
cupiditates stultæ 296. A
curiosus, fidelis non est 19. A
cursus Pauli 310. A
custodia domini & spiritus sancti 301. A
cyathi sacrificiorum veteris legis 100.
κυβεία 203. B

D

dæmones Christum confitentes 101. D E prohibẽtur 316. E
dæmonum insidiæ ac vires 214. A B
dæmonibus resistere qui possimus 214. C
dæmoniorum mensæ non cõmunicandum 289. A vide diabolus.
damasci Paulo obsesso 170. B
dandum copiosè 48. E pro virili, & supra vires ibid. 147. F & largè 150. A liberter 150. C
danielis prophetæ pueri 252. F
dare quàm accipere quomodo intelligatur beatius 232. E
decimas recipiebant Leuitici sacerdotes à cętero populo 350. A
deceptio bona 243. F
decipere, mulierũ est 154. F & decipi 307. A
δόγματα 282.
delatores nõ facilè audiendi 293. B
delectus ciborum vt cẽsendo 53. F
deliciæ & voluptates, phibitæ Christianis 288. E
deliciarũ & crapulæ effecto, scortatio 80. E
deliciis diffluentium mala 265. C
demas 324. D
depositum Pauli 300. E
desertores domestici grauius peccant 311. C

desperationi proximus, ab ea remoueri potest 345. d e f
despicere neminem debem⁹, sed omnes æquales habere 50. a
Desponsationis spiritualis tempus, & tempus nuptiarum 154. e
deus aliàs inuisibilis, carne visibilis est factus 287. f
deus aliter aliorum dicitur 372. b
deus charitatis & pacis 166. a
deus Christi 96. e f 191. e
deus cum creatura ante incarnationem nihil commune habebat 328. d
deus & dominus indiscriminatim de patre & filio dicũtur 87. c e
deus humanæ naturæ nũquã defuit 10. f in inuitis nõ operatur 218. b in iram nos non posuit 265. f in nobis inhabitat 143. b nõ est iniustus 13. f non irridetur 186. d pater nobis est factus ex gratia 3. c b quare aliquando iurare dicatur 347. d quomodo erit omnia in omnib⁹ 116. e quomodo se deum Abrahami, Isaaci & Iacobi velut peculiariter vocet 3. d sibi accepta refert quæ indigentibus elargimur 233. f vbique prẽsto est 224. d e
deus verbum, assumptam carnem nunquam deseruit 244. b
deus viuens, id est terribilis & vltor non mortuus vnus est 87. c 287. d
dei causa diligens, omnes diligit 269. a
dei cultus spiritualis 3. f
dei cognitio mortalibus natura insita 6. a vnguentum precioſum est 131. a
dei consilia curiosè nõ indaganda 4. c 45. f
dei cooperarii apostoli 72. b
dei derelictio, traditio 7. b
dei erga nos charitas 265 f clementia 199. b bonitas 189. d e
dei in gloriam quis dicatur agere 96. a
dei nomen peccator in os ne sumat 304. d
Dei opera inscrutabilia 13. f
Dei patris voluntas 364. b
dei tradere quid sit 6. f & 7. e
dei vox terrifica 380. c virtus ac potentia in tentationibus ac periculis fidelium 161. b c
deo referẽdum acceptũ quic quid boni habemus 64. c 68. c 344. c
à deo rationem exigere non debemus 336. c
Deo sine, nil rectum facias. 222. a
deum in solum propriè confidendum 333. c
deum nosse nolentium multa. 6 e f. 7 a b. 8 c
deum quomodo suum dicant & Paulus & prophetа, quum omniũ deus sit. 3 d 174 d
deum operibus negantes 291. d e
deum veteres ex beneficiis quæ ab eo accipiebant, nominabant 124. d
deum vnde patrem vocemus 31. f
Dij plures apud Græcos olim putati 87. c
dextera maiestatis dei quę intelligatur 328. A
Diabol⁹ fornicatiõis author nõ est 82. d peccatum ipsum est. 25. f quomodo princeps potestatis aeris dicatur 193. b vt alios ipse instituat. 281 e
Diaboli confusio 245. d eius insidiæ. 213. f
Diaboli rete quos inuoluat. 305 f
diaboli subiectio difficilis 237 f
diabolo grassãdi meta à deo statuitur 77 f
diabolo Paulus imperabat 161 a b
diaconi preces 33 f
diaconorum & diaconissarum institutio 286 f deinceps
Diana Ephesia 188 c
Diatribæ quæ dicantur 295 d
dies hominis 74 e
dies futurum seculum 52 f
dies malus quomodo dicatur aut prauus 167 e 209 d 214 c 306 b
diei nouissimæ ignoratio vtilis nobis est 264 f
dierum obseruatio, idololatria 79 b 243 f 244 a 247 a
digamus, inculpatus non est. 315 b c
digni tantum à deo seliguntur 43 b
dignitas à fide non abarcet 63 c
diiudicationis donum 110 f
dilectio dei erga nos 199 c d ex afflictionibus agnoscitur 377 e
dilectio proximi, legis impletio 52 c
dilectio recta, vniuersalis est 269 a
dilectio uera 298 e f
dilectionis defectu multiplicatur iniquitas 8 c
diligere, & pacem habere, differunt 219 b
discipuli virtus præceptorẽ ornat 132 B
discipuli præceptores alere debent 90 c 186 c

Disputationes in fide parum vtiles 303 vitandæ friuolæ 320 d
Disputatores curiosi 67 B
Dissensiões ne sint inter nos 205. f
Diteſcendi cupiditas mala 295.f
Dives omnis homo fact⁹ est à deo 297.a
cum diuite vt loquendum 252.f
Diuitiæ à fide non abarcent 63.c dementant 297.b spinarum instar sunt 296 B
Diuitiæ Christianorum.142 b 147 b
Diuitiarum demonstratio.15 f.incertitudo. 297.b vſus 151.a
Diuinę naturę pars cognita, pars incognita 6 b
Diuina,captu nostro maiora 38.a 282 a
Diuinitatis plenitudo ī Christo habitauit 240 a
Diuortia non suadeat Paulus apostolus 82 f
Dixit domin⁹ domino meo, sede , vt intelligatur. 328 a
Docendi ambitio , hæreseon mater 278.c
Docendi munus in episcopo præcipuum 316.a
Docere etiam alios debemus 58.c
Doctos & nobiles an Christus auerſetur 68.B
Doctiores , indoctis scãdalo ne sint 88.d
Doctor euangelicus,fide dignus esto.113.f eius officiũ 123.c
Doctori necessaria. 281. C 302.b
Doctori nihil prodest quod docet, nisi & ipse faciat 11. c d.
Doctores euangelij nihil accipere,maximè valet ad illud persuadendum 156 d.
Doctores falsi & vani. 90 a 203.c
Doctores honorãdi discipulis & alendi 186.c266 b
Doctores in ecclesia diaconi & ministri. 104 e.202.c
doctores populi paucis contenti sint. 89. e
doctoribus necessaria suppeditanda 292 f.
vide euangelista,præceptor, & prædicator.
doctrina 48.d
doctrina optima,vitæ exemplum. 232.c
Doctrina peruersa à vita impura nascitur 281.d
doctrinæ donum ex dono spiritus 290.c
doctrinæ non omni attendẽdum 203.c
dogmata ac mandata hominũ,quæ de ciborum & dierum obseruationibus tradũtur 247.A b
dogmatum etiam causa reti diaboli implicamur. 305.f
dogmatũ corruptorũ mala. 279.B
279 b corũ authores.307.c
dolus bonus 243.f
dolosus nemo deo placet 257. c
domesticorum cura agenda 291.c
dominatus christi qualis sit. 326 d
dñs & de⁹ promiscuè de patre & filio dicũtur. 87.c
dominus etiam seruo suo seruit. 213.c.295. B
dñs quãdo nobiscũ sit 313. d
dominus spiritus est. 134 b
dominus vnus est 301.d
domini nomine,spiritus etiã venit 274 d
domini omnia sunt. 95.d
dominorum erga seruos munus. 213.c.d.252.a
dominos ament serui & venerentur 295.a
domus administrandæ cuiq; cura. 159.b
domus christi 335.d
domus,populus 335 .b
domus vni⁹ familia,ecclesia 286. a
domos alienas subeuntes. 306.F
donandum proximo.206. f
donec particulæ vis. 115.e
donum.operatio,ministeriũ, eadem sunt 101.f
donum & victima differunt 354. e
dona vt accipiamus , nos etiam aliquid conferimus 48. E
dona vt excellunt,ita & pœnæ excellent 93.c
donorum dei differentia in fidelibus , discordiam inter eos facere non debet 201. f 203. d e.
donorum spiritualium diuisiones. 101. d 201. e f 203.d e
dormiens & mortuus differunt 209.a
dormiẽtes apud Paulum qui intelligantur. 265.d
E
ebrietas.265.e.ei⁹ mala.53.c 80.A 109.d
ecclesia. 64. c 167 c. 197 a 239.e
Ecclesia, Christi plenitudo 192.e corpori persimilis. 102 d e f.etiam in vnius hominis ædibus. 254.a
Ecclesia gẽtium. 181. d
Ecclesia in Iudæa,quę intelligatur. 258 e
ecclesia vniuersa,virgo vnica est 154.e
Ecclesiæ administratores 104. f 202 d
Ecclesiæ corpus vnde alatur. 246. e f
Ecclesiæ precum efficacia 126 a
Ecclesiæ prisca deformitas 210 E
Ecclesiæ vasa, aurea omnia 304 e
in Ecclesia non comedendum 100 f 101 a
Ecclesiasticæ munus 309 c
vide Euangelista

Universidad de Deusto Biblioteca

ἐκτρωμα 113 c
Epistola ad Romanos ordine prima 1 c
egenis quicquid impartitur maximè sanctis in Christũ refertur 322.d
Egressiones seu digressiones Pauli 106 c
elationis detestatio 295 c
Electi angeli,& reiecti 293 f
Electio ignauiam operis boni non permittit 189 b
Electio nostra ante mũdi cõstitutionem 189 A 190 c
electionis dei incomprehensibilis ratio 37 d 303 c
sigillum 304 d
electorum nomine Paulus omnia patiebatur 303 b
Eligi vt digni simus, conandum nobis est 43. b
Eleemosyna bene valenti nõ impendenda 275 a b
Eleemosyna, virtutum summa 121 b
Eleemosynæ datio non omnis rectè sit 60 c
Eleemosynæ fructus 150 b 321 b locus ac tempus 186 f
eleemosynam etiã pauperes faciunto 384 c
eleemosynam inopi collatã, christus sibi acceptam refert 345 f
eleemosynas inuicem faciebant Christiani primores 149 a b c & deinde
elementa mundi 178 d 179 c
eloquentia, sapientia hominum 69 c 76 f 77 a
eloquentiæ viribus fides non persuadetur 66 c 77 a
eloquentiã sibi Paulus nõ arrogat, sed cognitionem 155 d e
emmanuel Christus quomodo dictus 118.f
Enochi fides 370 a
ἔντευξις 282 c.
ἐντυγχάνω, interpello 35 a
ἐντυγχάνω 113 b
Epaphras qui fuerit 324 C
Epaphroditi magnanimitas. 226 f
Ephesus 188.c
Ephorus, episcopus obseruator 254.c
Epimenidis testimonio Paulus vtitur 316.c
Episcopatus vnde dicatur 285 d
Episcopatũ desiderare licet ibi.
Episcop⁹ maiori gratia eget. 314.f
episcopi institutio. 285.c d 290.c d 315 b c & dein.
episcopi, diaconi olim & presbyteri vocabãt 217 c 315 b
episcopi, pastores. 202. d quatenus sit eis obediendum. 384.d
Episcopis præscripta, presbyteris etiã conueniũt 286.f
epistolarum conditio 253.a
epistolas suas Paul⁹ etiã aliis q̃ scribat, legi vult 267.c
epistolas vt claudat Paulus 234.d

Equus

equus & ascensor 206.d
ἐρίθακα, litium amor 9.d
errorum authores duplici pœna puniendi 294.c
eruditio & institutio, difficilis primum videtur 378 c
eruditio omnis ad fidem prędicandam conferenda 242. d
esaiæ de gentium vocatione prophetia 42.c
esaias de Iudęis perspicuè differit. 14.d
esdras scripturæ renouator. 355.f
esau & Iacob gemini, non eadem tamen sorte nati. 37.c
Esau vorax fuit. 379.d & impœnitens. ibi.b
Ethnicorum opera bona imperfecta. 219.d
ἐτεροζυγεῖν. 142.f
εὐαγγελισμός. 337.e
euangelium bonum est, licet malis pernicioſum sit. 131. b. & filij est & patris 4.a vnum est. 159.c ex dæmonibus angelos facit. 206. a
euangelium, fideles etiam discuntur 91. f non scripta Prædicatio etiam dicitur. 148.c
euangelium glorię quare dicatur 279 b
euangelium latius quàm lex patet 356 d
euangelium omnia continet 314.c
euangelium Pauli,& Christĩ prædicatio, idem 56.d
euangelium vt patiatur 300 a
euangelij annunciationis difficultas 66 d
euangelij gratia vinctus Paulus. 198 b
euangelij gratiam ad omnes pertinere 3 a
euangelij gratuita annũciatio, laudabilis 90 f maximè mouet 156 d
euangelij in ministerio tria præstanda 198 c
euangelij præco celeberrimus Paulus 241 b
euangelij præco mercedem accipiat, nõ qui ocio torpet 91 b
euangelij promissiones 355 d
euangelij seruitus 3 f
euangelio dignè viuere quis dicatur 221 c
euangelio non obediẽtes punientur 269 f
Euangelium de quibus dicatur 2 a
Euãgelium etiam prophetis antiquis notum 2 b
euangelistæ qui dicantur 202 d
euangelistæ opus 309 e
euangelistis victus debetur 90 b c
Euangelizantium authoritati etiam potentiam deus adiecit 198 b
euchariſtæ sacramentum 94 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

[illegible] 40.B
ennomius hæreticus 198.D
[illegible] quid sit 290.F
[illegible] 375
excæcare dei 135.D
excommunicatio qualis fuerit olim 281. F eius metus 36. B. 275. D
excommunicatis non conuiciandum 275.E.F
exempli causa publicè peccatores arguere aliquando licet 293.C.D
exemplo vitæ præstare debét apostoli 140 .F
exemplis magis trahũtur homines quàm rationibus 179.E
exercitium corporale, parum vtile est 289.C
exire filij, in carnem aduentus 328.D
experiri Christi quid fuerit 334.E
exploret seipsũ quisq; 186.B
extasin quid vocet Paulus 139.B
exterminator 93.E
extremo in iudicio gratia nõ inuenietur 340.B

F

fabulæ prophanæ & aniles fugiendæ 289.B
facere dei quod sit 328.F &.329.A
facetus qui sit 207.F
facie ad faciem cognoscere 207.A
factores legis apud deum iusti sunt, non auditores 10.C
factª quomodo dicatur Christus 328.A
falli, mulierculariũ est 307.A
famam nostram lædi iniquissimè ferimus 142.A
famelici pascendi etiamsi ociosi 275.C
felix ante obitũ nemo dicendus 270.D
feriæ Christianorum 78.B
fermentum vetus 78.A
fertilitas terræ deo accepta ferenda 345.C
fides quę sit 270.E.F.307.E vnde est 2. F. 64. C. 194 C. D auditu cõstat 302. E curiosa non est 5.C.56.E dei donum est 47. F duplex est. ibidem; efficax quæ sit 182. E. fiduciam nobis parit 199. B. fundamentum est 337. A humanis rationibus stabiliri non vult 297.E
fides imperfecta 366.B
fides in Abrahamo maxima 372.C
fides legem non destruit, sed statuit 17. C. lege antiquior est 175. F. libera est 128.E
fides miraculorum 102.A
fides ne difficilior, an opera 18.E.F
fides non Abrahami modò filios nos facit, sed etiam dei 179.A
fides, nõ oĩm est 273.F nõ sola sanctificat 58. E 338. E
fides Christiana 47. F B obedientiam requirit, non curiositatem 56. E paucis verbis constat 39. F pro scuto est 215. C quando dicatur viuere 322. D quò nobis prosit 19. A quomodo cooperetur credenti ad justitiam 18. F quomodo reuelata 177. E F sine operibus & vita, ociosa est 191. D. immo mortua 306. E spiritus dationem præcedit 182. D E
fides testamẽtum est lege antiquius 176 F
fidei basis 337. A commendatio 369. B & dein. descriptio ibidem. B difficultas 18. E virtus 175.B dein. vtilitas 58. B
fid. defectu oĩa lãguẽt 295.c
fidei effectus verax mirę virtutes 375. A B C 374. C
fidei est benedicere 175. F
fidei opus, solidè consistere 255. D
fidei primordia magis feruebant 52. D
fidei sermonibª & rationibus semp immorandũ 289. C
fidei, vbique virtutis operatio subiungitur 84. B
fidei vnitas quãdo esse dicatur 202. F
Fidem simulãt multi 270. D
fidem vt accipiamus, nos etiã aliquid conferimus 48. B
fidem vt retineamus, omnia danda 209. B
fide deo cõmendamur 370. B 375. A iustificamur 15.F
fide iustificantur & Iudæi & græci 15. F
fide promulgata, prophetiæ Euacuantur 107. C
fide recèns imbutis concedenda quædam 54. C
Fidelis cũ infideli matrimonium non ineat 83.C
fidelis est deus, hoc est verus 65. C. 94. A 274. A
fidelis, multa virtute opª habet 18. F
fideles, Abrahami filij 175.F perfecti 69. D
fideles omnes ęquales sunt in cœlis 201. D
fideles quare vocemur 235.C
fideles simul omnes, ecclesia 61. C 64. C
fidelium dilectio erga Christum 35. E F merces 70. E virtutes & afflictiones 374 C D E vnio mutua p charitatẽ & dilectionẽ 201. B C
fideles suos Christus custodit 289. F ac multos sibi semper seruat 42. F
fidelibus omnia in bonũ cedunt 34. B
fidelibª quare prævaleãt persecutores & impij vide christianus 269. D
fiducia magna ad Christum accedere debemus 339. F & 340. A
figuli similitudo ad deũ 38.F
figura duntaxat in mũdo est, non firma subsistentia 46.F
figura non per omnia semper similis

similis est 349. E
forma dei quæ intelligatur 327. B
fornicantes, se inuicem iniuria afficiunt 145. D
fornicatio 8. A eius ortus 80. C immunditia 81. C Eius species multæ 262. C
fornicatiõe abstinẽdũ 207 C 262. C
fornicatoris Corinthij reconciliatio 129. D & deinde
fornicatores è medio propulsandi 77. B C D eorum punitio 382. D
frater seu Proximꝰ noster nobis negligẽdꝰ nõ est 306. B
fratris scandalum omni ratione vitandum 56. A
Fratres Christi cur appellemur 34. C 333. A B
fratres domini 89. C
fratres fucati, pessimi 158. F
fratres omnes sumus, eodem baptismate renati 49. B 179. E vide proximus
fraternitas 49. B
fraternitatẽ non dirimit peccatum 65. E
filius dei natura, & gratia 328. B D nostra omnia sibi propria facit 116. B omnia continet 327. D
filius patris Christus est, & nos quoque, sed differenter 332. F 333. A
filius patri æqualis 327. A B à patre est 326. E
filius Pauli, ab eo in fide institutus 323. B
filij exaltatio, patris gloria 224. C
filij nomẽ germanitatem indicat 328. B
filij in diuinis cur non ita nieminerint prophetæ 87. E
filium dei pati, ignominiosum visum hęreticis quibusdam 302. F
filiũ subiici patri, quid significet 115. F & 116. A
filium suum dilectũ pater pro nobis in mortem dedit 179. A
filij non omnes genuini 314. B
filiorum adoptio quomodo nobis data probetur 179. A
filiorum educatione mulier seruatur 284. F
filiorum erga parẽtes munus 212. & deinde & 251. B & contra 212. D
firmamentum solidum, fides 304. C
fœminæ ad quędam ministeria magis idoneæ 291. F 292. A
fœminę diuites, apostolos sequebantur 89. C
fœminæ prophetides 97. C
fœminarũ institutio 284. A
fœminarum munus 210. A & deinde
fœminarum tempus pariẽdi incertum 265. B
fons omnium, deus 46. C
fugæ Onesimi optimus exitus 323. E
functionem quisq; suam strenuè obeat 48. C
furor, iræ principium 206. C D
furor diuinus 152. F
furtum non committendum 205. F
futura quosdam non tam mouent, quam præterita 336. C D
futura vita, prẽsenti praua nõ est melior 226. D

G

galatæ hæretici 317. C
galatarum epistolæ occasio 166. D E F
galeæ vsus 265. F
gamalielis auditor Paulus 280. A
gangræna morbus. 304. B
gastrimargiam damnat 80. D
gaudium fidelium 185. A 266. F
gehennæ filij qui dicantur 265. D
gemini quum simus, gemina purificatiõe opus habemus 366. C
genealogiæ Hebræorũ 278. A 320. D
generatio christi inenarrabilis 348. F 349. A
genitalium membrorum necessitas atq; honos 103. F
gens, non gens 42. B
gentes cur sint electæ, Iudæi autem repulsi 37. D 39. F 40. A 44. B
gẽtes inexcusabiles 6. C Iudæis debent 60. B ne superbiant de sua vocatione 44. E
gentes Iudæis vniendas fore 57. F
gentiũ apostolus Paulus 170 E 283. D 325. A
gentium ęmulatione christus Iudæos ad se attrahere voluit 441. A
gentium vocatio mysterium est 197. D E F
gentibus ne annuncient verbum, quomodo intelligantur prohiberi apostoli 190. D
gentiles ex Abraham per naturam, non per fidem 17. D
gentiles insiti sunt 44. D nõ tamen omnes seruati 57. E
gestare nomen Christi quid sit 279. E
gloria dei quæ sit 6. E
gloria filij quę dicatur 332. E
gloriã an deꝰ à nobis expetat 189. C D 280. F 281. A 16. E
gloriari in deo quis dicatur 126. F
gloriatio nostra vnde sit 20. C
gloriatio Pauli 185. E 274 E
gnostici taxantur 297. E
græcæ facundię fastum Paulus deprimit 123. B
græcus & Iudęus eodem loco apud deum sunt 10. C
græci mendaces sunt 14. A sapien-

sapientiam quærunt 67. E
græcorum condemnatio vnde est 9. F
græcorum cultus erga deum 3. F 10. A
græcorum deorum genealogiæ 278. A
græcorũ idololatria 6. E F
stultitia 42. C
græcorum sapiẽtes errorum authores, pœnas hoc nomine dabunt 294. E
græcorum testimonijs vtitur Paulus 316. C D
græcorum vrbaniores idola non adorabant 208. A
gratia quid sit 43. C 121. D
gratia Christi illustrato nihil difficile 268. E
gratia christi saluabimur, nõ ex operib⁹ 63. C D 193. F
gratia dei maior delicto Adę 21. A
gratia dei quàm diu nobiscũ maneat 218. e
gratia & opus an simul sint 43. B C
gratia ex baptismo est 19. C
omnes infirmitates negligit 276. C
peccatum abstulit 210. F
pacem præuenit 31. C
gratia spũs vt alatur 299. D
gratię Christi superexuberãtia. 21. E
præsidiũ 254. D
sigillum 297. F
gratiæ diuinę totum est quod possum⁹, & honorati sumus 327. E
gratiæ fructus 188. E Tempus 140. A F 141. A
vis ac magnitudo. 146. F
gratiam dei vt mereamur 312. D
gratia nondum data qui iusti ficabãtur, ex fide iustificabantur 175. E
gratiæ deo semper & pro omnibus agẽdæ 64. E 101. C 207. D 252. B 268. E
etiam pro beneficijs in alios collatis 282. C
& quum in mœrore constituti sumus 237. C
tam pro aduersis quàm pro secũdis 3. D 46. E 209. F 381. E
gratiarum actione sanctificatũr quod immundum est 288. F
gratiarum dona varia esse, & neminem debere vel de maiore dono superbire, vel de minore dolere 101. D E & deinde
grauamen est fratrum, ab inuitis accipere 274. F
gula hæresum ortus 62. E

H

habitus noster exterior honestus sit 382. F
hęreditas fideliũ q̃ sit 192. A
hęreditatem dei vt nanciscamur 32. A B
hæres oĩm Christus 328. B C
hæresis, de Christianorum dogmate nõ dicatur 243. F
hæreses vnde oriantur 62. E 97. C 184. F 245. E 288. C
vnde dictę 243. E F
hæreses esse oportet, vt intelligatur 98. F
hæreticus quis vitandus, & quis non 305. C D 320. E
hæretici amicitia fugienda 219. C
hæreticorũ scopus malus est 220. C
hæreticorum variæ de Christo opiniones, eorumq; confutationes 223. A
pro Hæreticis etiam orandũ 282. F
hæsitandum nihil esse in fide 56. B 283. F 368. F
hammon deus, vide Ammon
hebræi propter cultum dei celebres 195. C
non omnes Israëlitæ erãt 158. E 228. B
Hebræorum angeli 330. E
hebræorũ diffidentia 335. F
hebræorum fratrum consolatio 325. E & 326. A B
hebręorum maxima cura tenebatur Paulus 325. C
hebręis inuisus maxime Paulus ibid.
Ad Hebręos epistola quando & quo idiomate scripta 325. E 327. F
hellenodicæ. 368. E
helias velut in cœlum assumptus 288. B
heuam simplicitus non excusauit 154. F
ad Hierosolyma quãdo ascẽderit Paulus 170. A F
hierosolymitanorum fratrum paupertas 172. D
hilaritas liberalitati adsit 48. E
hodie quid sit in sacris literis 328. C 337. A 341. C
homo ad laborem natus est 274. D E
hõ cur factus Christ⁹ 334. B
homo dei quis dicat̃ 296. B
homo exterior & interior 28. B 137. A
homo peccati Antichristus 271. B
homo, quà homo, peccator 185. F
homo seipsũ exploret 186. B
hominis causa cuncta sunt creata 32. E
homines oẽs ex æquo rationẽ deo reddent 11. A
hominum caput Christus 239. E
hominum traditiones & mãdata, fabulę 317. A
hominibus placere Paul⁹ nõ studebat 169. A
hominibus seruire quid sit 84. D
homousiam nobis carnẽ christus assumpsit 239. E
honor magistratibus ac principibus exhibendus 52. A
honoris contemptor apostolus 257. D
honore inuicẽ præuenire debemus 49. B
honorare quid sit 290. F
hospitalis sit episcopus 285. F
hospitalitas 49. E 291. F 382. B
hostes christi qui sint 365. B
hostes fidei semper fuerunt 306. A B
Hostibus benefaciendum & bene precandum 49. F & C 50. D E

59. D E
hostia Christianorũ 364. D E
humanæ carnis esus, immundus 317. B
humana natura non nisi per Christum sanari poterat 27. D
humanæ naturæ infirmitas 159. C nobilitas 331. E potentia 67. A
humanæ naturæ nũquam defuit prouidentia 10. F
humanæ naturæ immortalitas per resurrectionẽ Christi acquisita 333. A
humana vita tentatio 307. F 308. A
humanæ res finem accipient 115. A
humanitas christi primũ discẽda, deinde diuinitas 342. F
humanitatis personã induens Christus, sua facit quæ nostra sunt 116. B
humiles, pauperes spu 200. F
humilitatis commendatio 295. C
hymenæus & Philetus hæretici 304. C
hymni, angelorũ sunt 250. E
hypocrisis, diabolica est 157. B
hypopia 92. D

I

Iacob fides 372. F
Iacobus frater dñi episcopus Hierosolymitanus 113. C 170. C
Iactare se nemo debet 159. F 160. A
Iannes & Iambres magi 306. A 307. B
Iason 63. B
Idolum nihil est 87. C
Idola quæ sint 248. B
Idola Iudæorum, argentum & aurum 248. B
Idolorum calici non communicandum 86. F 94. D
Idolis aut dæmonijs nõ communicandum 95. A B C
Idolis immolata vt mundentur 289. A
Idololatrarum stultitia 6. E
Idolothyta 86. F 94. F 289. A
Iesu in nomine quicquam facere 250. E
Iesu nomẽ sine prẽconio propheta nullus tenere nominet 101. D
Iesus vnde dictus 167. D
Ignis ardens, & non lucens 270. A
Ignis extremi iudicij ibidem
Ignis infernalis 367. B
Ignominia, impuritatis fructus 24. C
Ignorãtia accusabilis 204. B 278. E 307. B eius malum 295. B
Ignorantia, õnis peccati fons 340 E
Ignotos etiam amabat Paulus 3. F
Illyricum confinium Bulgariæ 59. A
Imago dei 238. B
Imago terreni hoĩs, & imago cœlestis hominis 119. B
de Imaginibus & statuis chrysostomi liber 294. C vide Idola & Simulacra
Imitator Christi vt quis fiat 256. B
immortalitas christi 296. F 297. A 333. A
immortalitatis nostræ futurę pignus spiritus est 138. C
immundum nihil est natura 55. C 95. D 289. A
immũda vt mũdentur 289. A
immunditia duplex 143. C
impedit nos ab instituto aliquando spiritus, aliquando satanas 259. C D
imperiorũ alternatio 272. A
impietas 318. F etiam in vita ipsa 282. D
impietas, derelictiõis dei causa 7. E
impietas & iniustitia differunt 5. F
impostores pericula vitant 257. B
impostura nulla diu durat 307. C
ìmprobi è medio tollendi 79. A
impudicitiæ mala 204. C
impuritas seu immunditia 24. B 143. C
impuritas peccati velut vltio ipsa peccati 8. F 163. F
impurus nemo sanct⁹ 124. C
in præpositio pro per 270. C 277. D
in præpositio patri ac filio tributa 255. C 326. C
in deo esse qui dicamur 40. C
incarnatio 178. F 287. F 333. E
incontinentia nostra, fornicationis author est 82. D
ĩcorrigibiles omittẽdi 305. E
incorruptibiles nos deus condiderat 138. B
incredulitate omnia conclusa sunt 45. F vbi locum habeat 336. D E
increduli excusationem non habebunt 272. E eorum excæcatio 135. B C
increpatio importuna nihil ædificat 57. A
increpationes vt faciẽdę 130. A 309. C
inculpata vita ferè calumnijs caret 286. E
indigne communicantiũ pœnæ 100. B
induere in sacris literis quid sit 205. C
indurare dei 38. C
induratis à deo peccatoribus cur imputentur peccata, curiose ĩquirẽdũ nõ esse 38. D
infantes sub lege 178. D
inferi & mors differũt 120. D
inferi qui intelligãtur 202. B
infidelis vir vt sanctificetur per vxorẽ fidelem 116. A
infidelium opera, imperfecta 219. C D
infidelibus euangelium contectum est 135. B
infidelitatis causa an diuortiũ faciendũ sit 83. F 84. A
infidelitatis causa Iudæi terram promissionis ingressi

non sunt 337. B
Infidelitati non cõmunicandum 83. E F
Infirmitas apud apostolum quæ sit 75. E
Infirmitas christi 164. D
Pauli 161. E
in Infirmitatibus suis glorian dum fidelibus 161. E
Infirmorum scandala vitanda 88. D
Inflatio 163. E
Inflatio, ægrotantis animæ tumor 295. C
Ingrati est murmurare 225. B
Inimicitia à christo occisa, an iterum reuiuiscat 196. D
Inimicitia oĩs ĩter nos & ãgelos, à nobis cœpit 204. D
Inimicitiæ bonæ 184. E F
Inimicitiæ superuacuæ nõ suscipiendæ 271. F
Inimicis etiã benefaciẽdum 50. E
Iniuria proximi, in deum refertur 262. F
Iniuria proximo remittenda 250. A B
Iniuriæ mater arrogantia 8. A
Iniuriã pati melius est quàm inferre 79. F
Iniurias nostras potius quàm suas deus vlciscitur 83. A
Innouanda mẽs nostra 46. F
Inobediẽtia, malorũ omnium radix 316. A 333. E
Inobedientiæ filij 248. C
Inobediẽtes liberi non sunt, qui primùm bene instituti sunt 315. C
Inordinatè ambulantes, cauendi 274. D
Inordinatè viuentes qui dicantur 266. D 274. D
Insania Pauli sancta 139. C
Insidiæ diaboli 213. F
Insipientia peccatum dicitur 250. D
Insitio, naturæ non est, sed fidei 44. F
Instruere alterutrũ debemus 266. A
Intellectus quid sit 152. F
Intelligenda quæ oramus 108. F 109. A
Intelligibiliter sacra canere debent sacerdotes 109. B
Intercessores nostri apud patrem, filius & spiritussanctus 35. A
Interpellare christi quod sit 35. A 352. F
Interpretationis donum 107 F 108. E F
Interpretatiõis linguarũ necessitas 109. F 110. A B
Interrogationum vsus 337. C
Introducere filium quomodo dicatur pater 328. E
Inuidia inter pares 222. A Eius malum 8. A 174. F
Inuidiosi nobis q sint 103. A
Inuisibilia q̃ dicãtur 269. B
ab Inuito quidquã accipere, circumuentio est 163. B & grauamen 274. F
Inuitis nobis non dominatur diabolus 193. C
Iob tẽtatio in vxoris scandalo 260. E

Iob 260. E
Ioseph fides 373. A
Ioseph, patris magis curam quàm mariti affectum erga virginem seruauit 170. D
Iosuæ fides 374. E
de Ioue fabula 115. F
Ira 206. C D
Ira dei aduersꝰ Iudęos 259. B
Ira dei 5. E
Ira sine peccato 205. E
Iræ filij qui dicantur 193. E
Iracundi, fœdi 106. B
Iracundia, philautiæ comes 315. D
irascendum non esse 205. E
isaac, christi figura 372. D E
eius fides ibidem
isaac secundum nati, verè filij Abrahami 37. B
isaaco infesti Philistęi 370. F
israëlis reliquiæ quæ saluentur 45. E
ad israëlẽ tantũ quomõ se missum dicat christus 190. D
israëlitæ qui proprié dicantur 37. A 187. F
israëlitísne promissa sua deus seruarit 36. F 37. A B
ἰσοψύχοι 170. C
iudæus quis dicatur 11. C
iudęus, deíde græcꝰ 5. B eodẽ loco apud deum sunt 10. A & in vnum conflati 196. A
Iudæus vt credat, signa petit 67. C
iudæi à deo primũ electi, postea ingrati & reprobi facti 13. B 14. C
iudæi ad Christum conuersi 42. F 45. B 253. D
iudæi an errantes christũ occiderint 43. A
iudæi deo ingrati 258. F deũ non diligunt 35. F
iudęi, populus inobediẽs 42. D quatenus gẽtibus excellẽtiores sunt 334. B quomodo à lege liberati 25. A
iudęi veritatem repellentes, Antichristũ & mendacium recipient 272. E F
iudęorũ ac gentiliũ in fide alternatiões 45. D & deinde
iudęorum ac gẽtilium simultas 58. B
iudęorum adoptatio in filios dei, differt à nostra adoptatione 31. D
iudęorũ baptismi varij 358. D
iudæorum benedictio terrestris erat 188. F
iudæorum cæcitas 133. E F calamitas & seruitus 43. E concupiscentiæ 93. C D
iudæorum conuersorum imbecillitas 53. D
iudæorum cultus dei, corporalis est 4. F
iudæorum dignitas 11. B C dona 92. F fastus 40. C
iudæorũ fornicatio 93. E hypocrisis 40. A idololatria 93. D ingratitudo 36. E 63. B C incredulitas 13. A nobilitas 36. E 334. B
iudæorum potissimum causa christus venit 334. D
iudæorum rabies ac malignitas 258. F reiectio 36. B C

ſcelera 279. A
iudæorum reliquiæ propter patres ſuos à deo diliguntur 45. E
iudæorum ſalus quãtum à noſtra differat 330. D E
iudęorum ſeruatio 57. E ſpes 52. C ſurditas ad vocationem dei 42. C traditiones & enarrationes, obſeruationesque, fabulæ & nugæ 289. C 317. A
iudæis euãgelium annunciatum 41. F
iudæis gentes debent 60. B
iudæis ſpem facit Paulus vt rurſus inſerãtur in primam oleam 45. B
iudæósne repulerit de⁹ 42. E
iudaica ſacrificia deo grata non erant 46. D E
iudices conſtituendi inter fideles qui 79. D
iudicare an nobis liceat 8. D 208. C D
iudicare & condemnare nos ipſi debemus, ne a deo iudicemur 100. E
iudicium dei ęquum eſt ſuper impios 8. F
iudicium dei non ex iracundia tantum 9. A
iudiciũ dei ꝓ forib⁹ eſt 93. F
iudiciũ humanũ fallax 75. A
iudicij nouiſſimi ratio 74. D celeritas 264. F 270. C ignis 270. A
iuris noſtri non ſumus 81. E
iuriſiurandi authoritas 347. B C
iuſta defunctorum 205. C
iuſtitia dei ad omnes pueni per fidem 15. C in quo eſt 140. D ex fide eſt 17. E 40. D ipſa nos ſeruat, nõ noſtra 5. C
iuſtitia ex deo 229. A
iuſtitia legis, ad iuſtitiã quæ eſt in chriſto, collata, peccatum eſt 280. D
iuſtitia, omnis virtus 55. D 150. F 205. B 215. A
iuſtitiæ arma ſiniſtra & dextra 141. F
iuſtificatio noſtra vnde 5. C 16. B 40. F
iuſtificatus quomodo ſit chriſtus in ſpiritu 287. F
iuſto lex non eſt poſita 278. E
iuſtorum differentes gradus 118. B
iuuencularũ inſtitutio 317. E
iuuenes ab epiſcopatu non repellit Paulus 286. C
iuuenes, ſobrij ſint 318. B
iuueniles cupiditates quæ intelligantur 305. A

L

Laboris commẽdatio 232. F 263. C D 269. D 274. E
Lac quid intelligatur in ſacris 343. A
lętitia fidelium 185. A
lætitia mundana non eſt lætitia 227. C
laodicenſis eccleſia & epiſtola 254. A
lapſi, cum manſuetudine erigendi 185. E
Latitudo, longitudo, profunditas 200. a
λατρεία 7. b
latronum amicitia infida 278. c d
lectio ſcripturarũ neceſſaria 290. b 308. f
lectionis labor 350. d
legati nihil mali patiantur 216. c
leui decimas etiam dedit 350. d
leuitæ 90. c
leuitas per Euam in omnes peruaſit 284. f
lex quæ dicatur 14. f 180. f an voluntas dei fuerit 47. b maledictionis cauſa erat 176. a peccatum non erat, ſed peccati agnitionem prębebat 15. c 25 d 28. b peccatum augebat 21. e robur peccati erat 120. e iram operabatur 17. f carnales affect⁹ non tollebat 25. b iuſtificandi vim non habebat 15 b c 16. a 40. d animã non ſanctificabat 173. d e ſui ipſius diſſipatrix eſt 134. a 182. a viuentem occidit, Chriſtus mortuũ viuificat 174. b mortua eſt 25. a illiberalia pleraq; ac ſeruilia cõtinet 181. c poſterior eſt teſtamẽto dei cum Abrahamo facto 176. f ſancta eſt 25. c 177. f pædagogus ad Chriſtũ eſt 177. f 228 e f ſpiritualis eſt 27. A 29. a 132. d quãdiu bona fuerit 278. e gratiæ cõfirmatio eſt ac teſtis 229 a vmbra eſt, euangeliũ autẽ corpus 246. a 362. e vniuerſum vetus teſtamentum complectitur 109. e 180. f
lex & euangelium ac manda tum differunt 26. e 132. b
lex peccati, & lex ſpiritus 27. c 29. a
legis experres qui fuerint 91. d
legis ferendæ cauſa 177. b mira 378. b
legis gloria 134. a impletio 52. c 183. f infirmitas 167. f 352 c ſacerdotiũ 350 f ſcopus 278. b ſeueritas 132. e
legis iuſtificatio in nobis finem nacta 29. c
legis litera, ſpiritus ſeruitutis 31. d
legis pontificibus non licet cœnam dominicam edere 383. e f
legis veteris mira mutatio 140. a
legi Chriſtus ſubditus fuit 178. f
lege non exiſtente, nõ imputari peccatum 26. d
leges dei tranſponentes, tanquam agrorum terminos
leges tres 10 e quatuor 28. c
legalia inter ſe connexa ſunt 182. c

libatio quæ dicatur 309. f
liberalitas qualis esse debet 48. c 150. b
liberorum educatio 285. a 287. C 291. E 315. c
liberorum munus 251. b
Libertas Christiana qualis 183. E 191. A 207. B euangelica 134. C
libertas in Paulo quę sit 95. c
liberum arbitriũ 38. A F 81. E 95. C 194. C 224. F 304. F
libidinis ardor 81. B
libera iniusta 142. F
librorum cura Paulo erat 310. F
in Licitis etiam scandala fieri 56. A
lingua etiã nostra sancta sit 207. d
lingua sola loquẽs, etiam sibi inutilis est 109. A
linguæ angelorum 105. B
linguarum & prophetiæ discrimen 107. E
linguarum multiplicitas 108. D
linus Romanus episcopus 312. B
linozostis herba 363. F
literæ minus curantur quàm præsentia 277. F
literis nõ omnia tradita sunt ab apostolis 96. E 271. D
longanimis qui dicatur 105. E
lõganimitas 185. B 237. A ex fide est 346. C D
longanimitas dei 9. A 38. C
loqui quomodo dicatur Abel 369. F
lucas euangelista 253. E 310. E
lucis filius 208. C 265. C D
lugendum magis est nobis nunc, quàm ludendum 207. E
lumbi qui intelligantur in sacris. 214. E
luxus damnabilis 295. F
sacris 214. A
Macedones 146. B 147. D 155. F
Maculæ, rugæ 210. F
Madianitides mulieres 93. E
Magistratus asserit 51. E F
Magnus deus christus est 319. A
Magorum miracula 331. C
Maiorum pericula, minoribus sunt cõsolationi 301. F
Maiorum virtus, bonis laudi, malis vituperio est 299. C
Maioribus nostris obediendum 384. D
Maledictio quomodo à nobis ablata 176. C
Malefactori nostro benefaciendum 266. E F
Malitia consummata Christus venit 178. F 190. A
Malitia infans 109. E
Malus quis dicatur 78. B
Mali cur dicãtur dies, aut tẽpora 167. E
Malum, ex animo odiẽdum 49 a
Malum pro malo non reddẽdum 266 e
Malo abstinere non satis est, sed bonum etiam agendum 206 e
Mala agentibus cõsentire ac patrocinari pessimum 8 c
Mala an sancti persecutoribꝰ suis imprecentur 311 a
Mali, mala tamen docere erubescunt 384 c
Malorum prosperitas, bonos ab instituto non auertat 307 f 308 a
Mandata, diuina sunt 31 d e
Mandatorum Christi facilis est obseruatio ibidem
ex Mandatis iustificati non sumus 196 a
Manducare in gloriam dei 96 a
Manus nemini citò imponẽdæ 294 a
Manus sanctæ 283 f
Manuũ sacerdotalium impositio 290 c 294 a
Manibus laborandum 263 c 275. c vide Labor
Manichæi confutantur 23 c 26 e 112 e 114 b 135 c 167 e 184 b 193 b 226 c
Mansuetudo quid sit 185 b 249 c d
Mansuetudo doctoribus cõuenit 295 b
Mansuetudinis commendatio 185 b 249 c d 295 b c
Maranatha 123 b
Marcionistę confutantur 26 e 116 c 135 c 168 d
Maria soror matris Iesu 170 d
à Maria Christus initium nõ accepit 239 d 326 e
Maritus, vxoris caput 210 c
Maritus vxori agglutinatus 49 b 82 c
Maritꝰ & vxoris mutua necessitas 82. b c
Marito vxor subdita sit. 98 a 111 b c 284 c
Mariti vxores instituant 111 c d
maritos suos adolescentulæ ament 317 f
matæologiæ vitandæ 297 d
materiam ingenitam ponentium hæresis 288 f
matthiæ quomodo apparuerit christus 113 a
matri filios alenti merces debetur 291 b
matres suas liberi alant 290 f
matrimonium 61. c 82. a 85. a 210. a 288. d 315 b 379. a 382 d
mediator christus est 177 c 283 a
melchisedec figura Christi 348 d e f & deinde
melote quid sit 375 f
membra inuicẽ opus habẽt 103 e f. 104 a b c
membra inuicem sumus 205 e
membra peccati 247 f
membro-

Membrorum inferiorum ordines tres 104. A
Mendacium fugiendum. 205. D 248. E.
Mendicans sanus, turpe 263. D
Mendicare apud infideles Christiano turpe ibidem
mens Christi 71. B
mens humana nũquam ociosa 275. A innouanda est 46. F
mens, interior homo. 28. B
mente perfectus 109. E
merces cuique pro labore da bitur 72. B 330. F
meretriculæ, à fide commendatio 374. E
metus duplex 52. B 285. A
milites sumus Christi. 302. C
militia est vita Christiana 281. B
minatur multa de⁹, tardè punit 164. A
ministrãt hominibus angeli. 330. B C
ministri seu diaconi dũtaxat sunt qui verbũ annunciãt. 71. F
miracula 71. D 102. A B 105. D 164. F
miserendi tempus non est in futuro seculo 186. F
misericordia dei omnes amplectitur 45. F
misericordiæ fructus 49. D
misericordiã impertiri, summa dei gloria 39. C
misericordiam mauult deus quàm sacrificium
Missi qui fuerint ad prædicandum 41. E
μισθαποδοσία 330. F
Moabitæ Hebræos se faciebant 158. E
mœroris ac voluptatis tentationes 245. C D
molles 80. A
monogamiæ commendatio. 291. E
montani hæresis 109. A
morbi ex voluptatibus nascuntur 186. E
morbis & afflictionib⁹ deus peccatores erudit 281. F
mori peccato quid sit 22. A
morientibus non indolendũ 263. E
morituri nõ omnes sunt, sed alterandi omnes 119. F
mors ab Adamo, & mors à nostro peccato 192. F
mors absorbebitur 120. D
mors, arma diaboli aduersus hominem 333. E
mors Christi, peccati dilutio 114. C
mors corporalis timenda nõ est 266. A 296. E
mors in baptismate 303. D
mors, peccati tanquam impe ratoris miles est. 21. F 22. A
mors quibus non incommodet 265. C

mors vt deleta intelligatur 300. C
Mortis contemptor Paulus 311. E
mortis imperium qui tenebat diabolus 333. E
mortis metus, maxima seruitus 333. F
mortes immaturæ 100. D 226. D
morte Christi iustificati sumus 20. A
morte diabolum Christus vicit 333. E
mortalitas ex peccato est 23. B 27. B
mortificatio membrorũ quæ intelligatur 248. A
mortui iuxtà atque viui, domini sumus 54. D
mortuorum corporum resurrectio 116. D
moses 42. A 50. B 133. D E 134. D 185. B 312. A 335. B C D 373 B C & deinde
mosaica quomodo spiritualia fuerint 93. A
motus diuini 152. F
mulier etiam semen confert secundum quosdam philosophos 371. B generationis ministra est 98. A
mulier ex viro, & vir per mulierem ibidem
mulier in ecclesia ne doceat 111. B 284. C D sed domi 61. D 284. D
mulier semper caput velet 97. C D
Mulieris erga virum munus. 211. E
mulieres operosæ 62. B
mulieres vterum ferentes, aliæ alio tempore pariunt 265. B
mulierum commendatio 312. C institutio 284. A 291. B C
muliebris natura per Euam figurata 284. D
mulierculæ seductæ tanquã pecora aguntur 307. A
mulierculas fallentes impostores 206. F 207. A
mundus à deo conditus 189. A quid vocetur 187. D 214. A 375. F
mũdus mulierum qualis esse debeat 284. A B
mundus totus sancto viro dignus non est 375. F
mundus, vanæ res mundi 187. D
mundi amor 310. D
mundi spiritus 70. D
mundi transmutatio 329. F
mundum sancti iudicabunt 79. B
mundani etiam quidam sancti sunt 346. A
mundana sapientia, stultitia est 97. A
mundanæ cupiditates 318. C

318 e
Mũdanæ res omnes inſtabiles 85 b
Mũda aut immũda ſunt quæ eiuſmodi dicuntur, ex voluntate aſſumẽtium 317. b
Murmurandum nõ eſſe 93. e 163. e 225. a 381. f
Murmurare ingrati eſt 225 a quis dicatur murmurare 381 f
Mutuus bonorum cõuentus, vtilis 366 e
Myſterium quid dicatur 45 c 69 e 241 f 242 c 287 e
Myſterium, Chriſti prædicatio 69 e
Myſterium maximũ, noſtra ad deum adductio 242 c 287 e
Myſterium pietatis ingẽs ibidem
Myſteria non temere ſpargẽda 74 b

N

Nabuchodonoſor deum ex reuelatione ſomnij confitetur 110 c
natiuitas Chriſti, reſurrectione maior 229 b
Natura hominem bonũ aut malum non facit, ſed deliberatio 39 a
natura nihil deforme 104 b
Natura nos inter nos conciliat 8 c
Natura vniuerſi in meli° mutanda 32 c d
Naturæ humanæ fragilitas 27 a
Naturæ lex Græcos condẽnat 9 f 10 a
Naturæ violatores arguit 7 b 9 f
Naturalis lex 10 c
Neceſſaria deſideranda, non delicioſa aut voluptaria 151 a
Neceſſariò deus non punit, ſed volens 189 c
Neceſſitatibus proximi ſubueniendum 49 e 150 a
Negans Chriſtum, à Chriſto etiam negabitur 303 d
Nemini ſe comparantium faſtus 153 d
Nequam quis dicatur 78 b
Nequitia difficilẽ contegitur 286 d
Nero, Antichriſti figura 271 f 301 d 311 c
Neronis tempora 61 b
Neroni Paulus ſiſtitur 218 f 301 b d 311 c
Neſtoriani confutantur 2 d 367 d
Nicolaus diaconus hæreſiarcha 297 f
Nicopolis vrbs 320 f
Noæ fides 370 c
Nolæ templi, verbum & prædicatio 287 e
Nomen Chriſti melius nominibus angelorum 328 b f
Nomen dei peccator per os ſuum ne aſſumat 304 d
Nominis contumelia duriſſima 142 a
Noſtra

Noſtra potius vindicat Chriſtus quàm ſua 83 a
Noua creatura in Chriſto, que 187 d e
Nouandarum rerum ſtudiũ 304 b
Nouatiani 163 f
nouercę concubitorem taxat 77 b c
nouit nos Chriſtus, non illũ nos 207 a
nouus homo qui dicatur 205 b
noui teſtamenti præſtantia præ lege 133 a
nox, præſens vita 52 f
nuptiæ donum dei 82 e
nuptiarum abſtinẽtia melior eſt 84 f
nuptiarum ac ciborum calũniatores 288 c
nuptiarum carnalium & ſpiritualium differentia 154 e
nuptiarum commendatio 51 b 211 e f 292 d vide Matrimonium.
nutricum amor 257 e

O

ὄβριζε de filio dicitur 239 d
Obiurgandi fiducia, charitatis indicium 142 d 276 a
Oblatio & ſacrificium differunt 364 a
Obſeruationes pueriles 246 f ſuperſtitioſæ 244 a
Obſeruatiũculis frigidis nos ſubdere non debemus 245 f
Occidi pro deo 35 d
Ocium, omnis mali fomes 274 a b e 292 c
Oculi qui intelligãtur 103 f
oculis magis dicitur quàm auditu 355 b
Occulta deus iudicat 11 b
Odor Chriſtianorũ 131 a b
Oeconomorum dignitas 279 d
Offerre peccata quid ſit 362 b
Officium quiſque ſuum præſtet 45 b
oleaſter, maiores gentiles in creduli 48 c
oleum exultationis ſpiritus ſanctus dicitur 329 c
Olympionicarum curſus 92 b 310 a
ὁμέρμαχοι 257 c
Omnia noſtri cauſa ſunt 73 f
Oneſimus 253 b 321 e f
Oneſiphonis 300 b d
onus quiſque ſuum portabit 186 b
operari qui nolit, ne edat 274 f 275 a
Operario merces debetur & cibus 274 f
Opus domini, virtus 120 f 121 a
Opus & gratia 43 c
opus quod operari debemus 263 c
Operis boni neceſſitas 9 c 194 f & dein 306. d 319 b
Opera bona nõ omnia æqualia 72 c

Opera

Opera impura quæ dicantur 143 d
Operum lex 10. c An iusti ficet 16. a 241. c 319. f 320 a
Operum malorum gradus 72 c
Operari patris quid dicatur 339 a
Opinionis suæ cuiusque pertinax defensio, hæresum occasio 97 b
Oportet hæreses esse, vt intelligatur 98 f
Opprobria ferre difficillimũ 142 a 368 a
Opprobriis except⁹ est Christus 57 a
ὑπόμνον τί 24 d
Orandum cum fiducia 342 a omni loco 283 d perpetuo 266 f
orare nos ipsi nescimus 33 c d
Oratio Christianorum qualis esse debeat 215 f 220 e
Oratio sine intellectu, infrugifera 108. f 109 a
Orationis donum 33. c 108 f perseuerantia. 49 d vis 252 b 324 c
Orationes antiquorum vt fierent 33 e f
Orationum pro inuicem vtilitas ac necessitas 220 d 232 a 282 a b
Orationibus aliorum non omnia committenda 220 e
Ordiendum nobis est, vt Christus consummet 385 d
Ordo certus viuendi nobis est præstitutus 266 d
Ordo personarum in trinitate excellentia vnius præ alia non arguit 30 d
Origenis error 118 e 270 b
Oris ac cordis concordia necessaria in fide 41 b
Oris nostri sãctificatio 206 c 248 e 319 d
ornat⁹ mulierum qualis esse debeat 284 a b
Ortus Christi 351 c
Os custodiendum nobis a cõuiciis 319 d
Os nostrum à spiritu dei sanctificatum est 206 c
Osculum sanctum 62 b 125 a 166 a 266 d
Ostentatio 8 b

P

Pædagogus noster in Christum, lex fuit 177 f
Pædagogorum amor à patre no amore multum abest 76 b
παλιγγενεσία 320 a
Paradisus 160 c
Paracletum se marcion nominauit 272 b
parentes senes à liberis alendi 290 f
parentum munus 251 c
Parentum pietati vxor præfertur 211 c
parentibus immorigeri, erga alios ingrati 306 c insipiẽtes 8 B
Parentibus secundũ deũ plus debemus 212 c quatenus illis parendum 251 b c
Pars corporis vt qd dicatur, non locus facit, sed vnio 103 a
Participes sunt bonorũ, qui ad bonum cæteros adiuuãt 218 a b
Parturientium dolores 265 b c
Parturitio Pauli 180 d
Pascha mosæ 374 b c
Passiões & pericula Christianis subeunda 32 b
Passiones huius seculi breues ibi.
Pastores in ecclesia 202 d
Pater diuersa subinde sortit nomina 191 d e
Pater i nobis lucet per Christum 136 a
Pater nobis est de⁹ 31 e Christus 333 c
Pater, resurrectionis author 80. f
Pater sine filio non intelligitur 326 e
Patris in diuinis erga nos clementia 34 d e 140 b 167 f 168 a 199 b 277 b c
Patris & filij omnia communia 277 c
Patris vnius filij sumus nos & Christus 332 f 333 a b
Paternitas omnis à deo est 199 c
Paternus affectus 258 c
Patriam omnes inquirimus 372 a
Patriarchæ Iudęorum sancti 44 c d
Pati vt maleficum, cõsolatio non est 273 e
Patientia quæ intelligatur in scriptura 33 c 269 b
Patientia Christianorũ 19 d 141. c 162. c 374. b 377 f 270 e
Patientiæ & cõsolatiõis deus 57 c
Paulus à domino vocat⁹ est, & mysterium accepit 64 A 99 e Corinthiis nec cibum accipere voluit 88. e 156 f ab omnibus desertus est 301. a 311. b à quo edoctus 264 a ad non visos etiam subinde scribit 3 f 234 F amanuẽsibus vtebatur 187 a biennio vinctus, postea dimissus est 325 e circuncisus erat 228 a cur elect⁹, ipse non item Iudas 279 c cur raptus in cęlũ 240 c cur seipsũ laudauerit 154 c Damasci inclusus 159 e de se loquẽs, nõnunquam typum humanę naturæ refert 26 b diabolo imperabat 161. a b maiorib⁹ etiã a postolis erat par 162 b 172 a b euãgelij p̃co 169 b 241 a 227. a b fratrum oratione

tione opus habebat 252 b 266. d ex Saulo cur dict⁹ Paulus 1 d ī vinculis p̄dicare non desistebat 310. e Iudæis se nonnunquam accommodabat, nonnunquā gentibus 91. c d manib⁹ operabat⁊ 88 e 123 a Mercurius infidelibus dictus 1 b mortuos per sudaria excitabat 294 c nemini onerosus erat 156 b 274 f. Neroni sistitur. 218 f 325 e f 386 a nomine Christi nonnunquam præcipit 274 d aliquando non secundū dominum loquitur 157 c omnibus se attemperat 91 c d e f periculorum contēptor 257 a 373 f quædā recensetetiam quæ in scripturis non sunt 307 b nec sua ōnia literis tradidit 96 f quomodo Petro in faciē restiterit 172. f quos baptizauerit 66 c sæpe à proposito suo reuocatus ac impeditus 59 c d semper mori paratus 116 f simulatus non erat 155 e a sed simplex 68 f 69 a spiritu agebatur 127 c Pauli affectio erga Hebræos 44 b 325 c Eius afflictiones 158 d e f 161 a 241 b c 252 b 307 e apud Athenienses disputatio 91 d animus & ardor in Christum 139 c 221 c a ciusdē calumniatores 166 f 268 b c catena 216 a c 253 b clementia 165 e commēdatio 151 e f & dein. conscientia pura 298 f constā tia 220 d e cura erga discipulos 259 f de se testimonium 89 a b dicta diuina 82 f digressiones 247 d epistolæ è vinculis 234 e Eius esse Epistolam ad Hebræos 227 d e Ei⁹ fames ac nuditas 158 f fidei probatio 164 f fiducia de Christo 190 f 300 c d 309 a f gloriatio 158 a b humilitas 113 c d 170 b hyperbole 116 a in Roma nos beneuolentia 59 f infirmitas 161 c labor 144 b 15 b de 257 f modestia 59 e f 220 d 257 e f mos in disputando 100 c in perorando 46 e munus 5 b necessitates 90 b nobilitas 228 a b nomen celeberrimum 241 b nomē suum cur plus vbiq; Paul⁹ epistolis suis adscribat 1 d persuasio 69 b potestas 153 e 163 e f prædestinatio ab vtero matris 169 d preces ac vota nō semper exaudita 4 b profectus 229 f prudentia 233 c raptus 160 e sermo simplex 68 f stigmata 187 f timor 69 a tolerantia 156 b testamentum prope diem morituri 310 a virtus

tus 141 a b & deinde 162 c d vita prima 279 e zel⁹ in Iudaismo 169 d zel⁹ p Iudæis 56 b c cum vt deū q̄dā honorare voluerunt 161 a Eius mors 311 c 325 c f
Paulinarum epistolarū symbolum 276 c
Paulinarum epistolarum omnium summaria breuia in epistola præfixa
Pauperem se nemo dolere debet 297 b
cum pauperibus vt loquendū sit 252 f
pauperes cui vsui nobis sint 321 b
Pauperes in hoc sunt, vt nos clementiam in eis exerceamus 275 f 321 b
Pauperes non afficiendi iniuria aut contumelia 275 f
Pauperes non contemnendi 60 a 99 d 275 f 321 b
Pauperes sancti 60. a
Pauperum subuentio 100. f
Pauperrimi etiam eleemosynam faciant 384. c
Paupertas diuitiarum effectrix 147. b
Paupertas in deo, diuitiæ 73. c
Paupertatis commendatio 73. c 147. b 296. b
Paupertatem docet euangelium 296. b
Pax Christianis commendabilis 3. c 50. c 184. f 185. a
Pax cum omnibus hominib⁹ habenda 50 c
pax dei 232 a 250. a
pax nostra quomodo Christus factus sit 195. c 196. d 240. c d
pax vniuersalis & cōciliatio cælestium & terrestrium 240 c d
pacis deus est deus noster, non seditionis 111. a
pacis est euangelium 215 b
pacem cum aliquo habere, & eum diligere, differunt 319. b
peccatum quid sit 25 f. 26 f 27. f
peccamus etiam ignoranter 358 a
peccantes ac lapsi cum mansuetudine erigendi 185. e
peccatum à deo nos separat 195 f
peccatum Adami etiā in eos qui non peccarant, regnabat 20. f
peccatum amarum est 379 c
peccatum ante legem 20 d e 25. e 26. a b
peccatum cur lex dicatur 28. b
peccatum & mors per Adam in mūdum ingressa 20. d f
peccatum Insipientia est 250 d
peccatum non esse dicitur 73 a
peccatum omne ex ignorantia 340 c

peccatum omne præter naturam est impuritas est 261. f. 317 b
peccatum prosperitas ferè sequitur, Christum contumelia 373.f
peccatum quomodo Christ⁹ factus 140. d e. quomodo id damnauerit in carne. 29.c d
peccatum quum par sit apud omnes, cur horum deus miseretur, illos vero punit? 37.f
peccatum, turpitudinis causa. virtus, honestatis 53.a 317.c
peccatum vanitas est 204. e
peccati in morte manendum 23.a
peccati lex in membris nostris 28. c d
peccati medela contristatio 145.a
peccati mors 22.c opera 52 f stipendium 24 d
peccati tanquam imperatoris miles mors 21.f
peccati tyrannis per Christũ extincta 30.c
peccato ad extremum malitiæ adducto Christus apparuit 361.c
peccato moritur omnis fidelis per baptismum 22.a b
peccato periculosi⁹ nihil est 376.e
a peccato quiescere satis non est, sed bona insuper agenda sunt 206.a
peccato sublato, mors etiam tollitur 30.e
peccata defunctos sequuntur 294.d
peccata non omnia vnius modi sunt 294.c
peccata nostra non sunt ad gloriam dei 14.a
peccata vlciscetur Christus 367 e
peccatorum nostrorum purificatio per Christum facta 189.e 327.f
peccatorum remissio 189. e 365.f
peccatoris damna 73.a
peccatores ante Christi aduẽtum cur puniti, cum peccatum tam procliue fuerit 28. d
peccatores consolandi 129.f
peccatores obstinati publicè arguendi, & quare 208 d e 293.c d
peccatores omnes homines erant 14.b c d
peccatorum differẽtia in pœnis 117.f 118.a
peccatorum etiam publicorũ miserendum 249.c
peccatorum immutationes 30.b
pecuniæ malę non sunt 295.e
pecuniæ non ad possessores tantum pertinent 60.b
pecunias nõ habere, quæstus 295.c
pedes qui intelligantur 103.f

pedes sanctorum viduis lauãdi 291.f
per & in præpositiones promiscuè patri ac filio attribuuntur à 88.d 201 e 235 b 332.f
peregrini fuerunt omnes patres 372.a
perfectio Christiana non cõfidere de se 230.a
perfectus an quis sit 253. f 276. e f
pericula fideleis auertere nõ debent 161.e
pericula fidem confirmant 161.f 257.a vitam æternam fidelibus pariunt 298.d
periculis non cedendum 221.f
obiicere nos ipsos illis non debemus 159.f vt in illis nos gerere debeamus ibi.
permittere dei, tradere eius est. 6.f
περίεργος 105.f
persecutiones Christianorũ 308.a
persecutores fidelium pœnas dabunt 269. d e
persecutoribus nostris bene precandum 49 f
perseuerandũ est militi Christiano 302 d e
perseuerantiæ necessitas 216 a 302.d 368 e
personarũ acceptor deus non est 10.b 172.a 251.f
personarum trinitatis vna est operatio 202.c d
persuadere incredulis difficilius est quam mortuos excitare 192.a 193.a
petra scandali Christus 40 b
Petrus Romæ euangelium prædicauit 3.e
petro quomodo paulus restiterit 172.f
petrũ paulus Hierosolymis inuisit 170 b
phanatici vatis & prophetæ veri discrimen 101 c
pharao & Nabuchodonosor ad ostensionẽ potentię dei excitati sunt 38. b 39.a 293.e
pharisæi ex ignorãtia aduersus Christum non peccabant 279 f
pharisæorum malignitas ibidem secta 228 c
philautiæ tollendæ ratio 186 a b
φίλαυτος quis dicatur 306 b
philemon qui fuerit 321 c
ad philemonem epistolæ fructus 32 f
philippenses qui sint 217 a
corũ humanitas erga Paulum 156 c
philosophia fallax & vana 343 f
phœbe matrona 60 f
pietatis causa inimicitiæ suscipiendæ 59.d
pius qui dicatur 31.d & quid sit pietas 289 c d

piscatores mundo salutem annunciarunt 67.b
placere hominibus duntaxat studens, Christi seruus nō est 213 a
placere hominib⁹ aut sibi nemo debet 56.f 57.a 213.a
plagæ pauli 158.d
plagarum apud Iudæos modus ibidem.
platonis ideę 192 e
plenitudo Christi, ecclesia 203. a
plenitudo dei 200.b
plenitudo temporum quæ intelligatur 190.a
πλοιον 248.b
pluuia matutina & serotina
pœna ingenuorum fidelium, à mystica mensa excludi 181.f
pœna nobis a nostra socordia accedit 9. e
pœnitentia & baptismus 344.a
pœnitentiæ opus 344.d e
pœnitentiam asserit 175.d 305. e 344. d e 366.f 367.a
polygamia Iudæis permissa 285.c
pontifex noster Christus vt dicatur 334. f 339. e f 340. c f 352.f
pontifex melchisedecus maior erat patriarcha Abraham 350.a
pontifex quisq; sui ipsi⁹ fiat pontificis munus 334 e
pontificatus Christi dein per totum 350.f & deinde ad pontificatum nemo se ingerat 340.f
populus diligentius admonendus propter ruditatem suam
porcinæ esus 55.c d e f
potentiæ quædam nobis adhuc incognitæ 192 c
potestas omnis quomodo à deo est 51.a
præcedens volūtas dei 189 d
præcepta quædam sunt, quædam consilia 314 d
præceptor ac prædicator ad labores paratus esse debet. 293.b ad supplicia tardus 152.b
præceptor discipulum peccātem non obiurgans, eū perdit 144.f
præceptor discipulis seruiat 200 e eos etiā terreat 203 f obiurget 166 d pro eis oret 63.c
præceptoris gaudium, discipulorum alacritas. 75 c 121 f 154.a
præceptoris reuerentię vtilitas 253 e
præceptoris turbatio, discipulis scandalo est 259 f
præceptorem etiam absentē tanquam in oculis semper habere debent discipuli 180.c
præcursor noster Christus 348 a

prædestinatio quæ intelligatur 34.b 37. e 300. c
prædestinatio ac præscientia dei incomprehensibilis. 37.d
prædestinatio dei gratuita. 300 c
prædicatio, cum periculo 161 b d
prædicatio etiam nō scripta, euangelium dicitur 148 c
prædicationis libertas 314 c
prædicationis pauli impedimentum, angelus sataną 161 b c
prædicatoribus alimoniā ab auditoribus accipere licet 257.d 274 e f vide doctor & euangelista.
prædicta mala futura, minus nocent 260 b
prædones inuicem diligunt 278.c
præesse quid sit 48 e
præparatio Christianorum, bona sunt opera 215 b
præparatio euangelij ibid.
præputium duplex 12 b e
præscientia, dein prædestinatio 34 b
præsentibus contenti esse debemus 382 e
præsidibus nostris obediēdū 384 d
præteritis pro futuris sępevtitur scriptura
prauorum etiam & vilium cura habenda 321 f
preces nostrę si non exaudiātur, nō expedit nobis exaudiri 34 e & patienter ferre debemus 4 b
preces quas meritò fundam⁹ nescimus 33 d
presbyteri, episcopi olim dicebantur 217 e
presbyteri honorandi 266 b 292 f
primitiæ nostræ christus 139. d 239. e f
primogenitus absolutè sæpe ponitur 238 f
primogenitus omnis creaturæ christus vt intelligatur 238 e. 239 d e.
primogeniti, fideles 280 e
princeps mūdi vt dicatur diabolus 214 a
cum principe vt loquendum 252 f
princeps potestatis aeris & mūdi diabolus 163 b 214 a
principibus cur tributum soluatur 51.f 52 a
principibus quatenus obediē dum 384 d
pro mortuis baptizari quid vocetur 116 d
probandus ipse sibi quisque 186. b
probare, perfectorum est 208 c
prodigalitas ex temulentia nascitur 209 c
prodigium & signum differunt 59 a
promissa dei rata sunt 56. f 127 f quare differantur 346 d
promissio Abrahæ facta, qua

Universidad de Deusto Biblioteca

lis 17 e
promissio Iudæorum 57. f
promissionis filij, verè filij Abrahami 37.a 181. e
promissionis spiritus 190 f
promissionis terra quibus obtigerit 336.a
promissionis testamenta 192.b
promissiones in mandatis legis 212.a b
promissiones euangelicæ 355. d
promissiones quomodo nondum acceperint Hebræorũ patriarchæ 371. d
prophetæ diuinitus instructi de Christo 70.b
prophetæ peregrini & hospites 253.b
prophetæ post Christi aduẽtum 104. e
prophetæ veri & falsi discrimen 101. c 111.a
prophetas suos ignorantésne Iudæi occiderint. 258.f
prophetia etiam est præsentia dicere 281.b
prophetia fidelibus datur nõ infidelibus 109.f 110.a
prophetiæ & linguarum discrimen 207 e
prophetiæ spiritus vnde noscatur 31.f
prophetiæ spiritu superbientes cur eo non priuentur à deo 48 b
prophetię non extinguendæ 267.a
propitiatorium arcę quid 15. e 357.d
propitiatorium nostrũ Christus 227.c
propter præpositionis significatio 332.d
proselyti qui dicerentur 11.d
prosopopœiæ in sacris literis 32. d
prosperitas peccatum, contumelia Christum sequitur 373 f
proteos esse non debere Christianos 209 b
proximi amor cuiꝰ necessarius 306.b
proximi vtilitas quærenda 95 c
proximum vt nemo contemperit. vide Frater. 184.c
prudens simplicitas 62. f
prudentes qui dicantur 317 d
prudentia christianorum 209. c
prudẽtiæ suæ nemo præfidat 50. b
prurientes aures 309. d
psallendum Christianis 209 e 350. d
pseudapostoli. 124. f 131. f 134. d 135. a f 137. a 139.b 153.a 155.b 157 b. 278. a
pudor, peccati fructus 24. d

pueri

Pueri tres apud Danielẽ constantissimi 252. F
Pugna cum bestiis quæ fuerit Paulo 116. F 117. A
Pugna Christianis perpetua 215. E
Puniendi spiritus 102. B 165. C
Punitionis diuinæ dilatio, ad pœnitentiam nos inuitat 8. F 9. A
Purificatio peccatorum per christum facta 327. F
Pusillanimis qui dicatur 266. D
Pusillanimitas promissionem abscindit 347.B
Pusillanimitati obsistendum 378. E F

Q.

Quæstiones curiosæ in fide pernicioſæ 278.A B 281. D 295. D 305. C
quæstus omnis turpis episcopo 315. E
quæstus auidi 295. D E
quatuor euangelia, vnũ sunt 168. D
quies christiano quęrẽda non est 225. F
quietes tres 336. B 338. C
quis interrogatiuè positum in scripturis, negationem subinnuit 41. F

R

Rabinorum enarrationes fabulosæ 317.A
radix Iessæ 57. F
rami effracti, infideles Hebræi 44. D
rasura mulieri turpis 97. E
ratio à deo non exigenda 336. C
rationis lumen, veritas 204. B
rationem pro se quisque, non pro alio redditurus 54. F 55. A
rationalis cultus qs sit 46. e
rationalis hominis vita 204. B
ratiocinationes humanæ deũ non comprehendunt 6. D
rebaptizãtes, christum rursus cruci affigunt 344. E F
rebeccæ filij gemini non eandem sortiti gratiam 37. C D
recõciliatio nostra quæ dicatur 196. C & deinde 232.a
reconciliatores nostri sunt etiam apostoli 140. c d
rectè agẽtibus non inuidendum 268. F
rectè viuere, christum nosse est 204. D
à Recto abducentia 176. A
redemptionis nostræ modus 176. C D
regeneratio christianorũ 37. B 320. A
regnare quomodo dicatur aliquis per deum, vel non
regnum quod sit 23. A
regni promissi causa omnia ferenda 258. C
regna duo 115. B
regnare Christi quod sit 115. E
relapsi difficilè restituuntur 344. D

religionis ac fidei nomine inimicitiæ bonæ ac licitæ sunt 184. E F
reliquiæ Israëlis saluatæ sunt 39. c
remittendum proximo 206. f. 205. A
renouari spiritu debemus 205. A
reprehendenda alia, alia suadenda 319. C
reprehensio & condemnatio differunt 208. D
reprehensio mansueta maximè mordet. 305. d
reprobum quomodo se videri optet Paulus 165. c
requies tres 336. B
respiscentia à domino datur 305. c
respondendum non esse ad omnes obiectiones contra fidem 297. e
resurgent omnes in Christo, vt intelligatur 114. f
resurgẽtium diuersitas 117. f 118. a 229. c d
resurrexit homo, etiam si deo vnitus 192. c
resurrexerunt ante Christum multi 229. b
resurrectio bonorum & malorum 30. e f
resurrectio, caput nostræ fidei 112. a
resurrectio Christi cur non tam manifestaria fuerit, quàm mors 245. c
resurrectio communis est omnibus, non eius honos 138. a 264. a
resurrectio ex fide cognoscitur 229. b
resurrectio in singulos dies fit 125. f
resurrectio nostra ex Christi resurrectiõe asseritur 114. a & deinde
resurrectio particularis & generalis 263. f
resurrectio vnde quibusdam non credita 117. b
resurrectionis celeritas 119. f dissimilitudo 115. a modus 263. e author 80. f primitiæ 239. e
resurrectionẽ credidit Abraham 17. d
resurrectionem nõdum adesse 271. a 304. c
resurrectione sua Christus se deum declarauit 2. e
rete diaboli quos complectatur 305. f
reuelatio, prophetiæ species 108. b 110. c 16. b
reuerentia magistratibus exhibenda. 52. a
rex vt dicatur homo Christianus 128. b
reges ad quid nobis sint vtiles 282. d
reges olim oleo inungebantur 128. b
pro Regibus orandũ 282. a b
raab fides 374. e
rhetores, populi ductores 69 d
risus tempus nũc non est, sed luctus 207. a
romæ magnificentia 4. f
romanæ vrbis fastus 50. a
romanum imperium ab Antichristo soluendum 271. e f
romanorum credentium exemplo multæ aliæ nationes ad fidem sunt conuersæ 3. e
rudium institutio difficilis c 59. c
sabbati requies 336. b 338. b c
sabellius arguitur 327. a
sacerdos, communis orbis terrarum pater 282. a
sacerdos vt dicat homo christianus 128. b
sacerdotes à prophetia creabantur 281. b
sacerdotes angeli dicti 168. e
sacerdotes etiam si peccent, non contennendi 48. c honorandi 266. b
sacerdotum in sacrificiis portio 90. d
sacerdotium legis imperfectũ erat 350. f
sacerdotum munus 58. d
sacerdotalium manuum impositio quàm efficax 290. c
sacerdotij dignitas 350. a
sacerdotio translato, legis etiam translatio fit 351. b
sacra intelligibiliter canere debent sacerdotes 109. b
sacramenti altaris institutio 99. e f mysterium 100. a b c
sacramenta nostra omnia spiritualia sunt 355. b
sacrarum literarum lectio necessaria 308. f
sacrata deo, nemo contingere audet 36. b
sacrificari sibi cur voluit deus 364. d
sacrificium suum semel fecit Christus 353. d
sacrificia Iudaica deo grata non erant 46. e 364. e f
sacrificiorum varia nomina 364. b
sacrilegium apud Paulũ quid sit 11. f
salem, pacẽ significat 348. f
salsus sit sermo hominis christiani 252. e
saluos omnes vult fieri deus 282. f 289. f
salus Iudæorum, & salus christianorum 330. f 331. a
salus nobis velut ex inopinato data 192. b
salutis auctor præter deũ nullus est 342. c
salutationem aliquãdo solam Paulus epistolis suis adscribebat 187. a
samaritani dimidia parte pij 78. d
sampsonis fides 375. a b
sanctus qui dicatur 3. b 79. b 189. b 217. e 292 a
sancti cur interdum affligantur 294 c
sancti etiam aliorum orationibus opus habent 216. a
sancti mundum iudicabunt 79, b

79. b
sanctinon omnia potuerunt 312. a
sanctorũ pauor & trepidatio 376. a eorum præces non semper exauditæ 33. d
sanctorum vna simul erit consummatio & corona 376. b
sanctis etiam magna misericordia opus erit in die iudicij 301. d
sanctos, etiam homines fuisse perinde ac nos 294. c
sanctificationis necessitas 379. a
sanctificationis nostræ ordo ac progressus 68. d
sanctitas quæ intelligatur 143. d 205. c 261. f
sanctitas ficta 189. b
sanctum sanctorum 357. a
sanguis christi in sacramento altaris 94. c
sanguis victimarum legis 100. A
sanguis Abeli quomodo loqui dicatur 381. a
sanguinem suum nemo negligat 291. c
sanguinum ciuitas. vide Ciuitas sanguinum
sanguinarius non est deus
sapere ad sobrietatem 47. d
sapiens solus est deus 243. b 280. f
sanus mẽdicans, turpe 263. d
sapientes quidam mundani etiam ad Christum accesserunt 68. a
sapientia 102. a
sapiẽtia christianorum 47. c 209. b
sapientia hominum, eloquentia 69. c
sapientia mundi, stultitia 73. c
sapientia omnis ad fidem prædicandam conferenda 242. d
sapientia, virtus 250. d
sarrha & senio & sterilitate affecta 18. e Eius fides 371. c
satanas per quæ dominabatur humanæ naturæ 245. c
satanas sæpe bonos impedit 259. d
satanæ ĩperabat Paulo 281. e
satanæ quosdam tradidit Paulus 281. e
satanæ vis 259. c d
scãdalum fratris omni ratione vitandum 55. c 139. a 148. f
scandali expertem vitam ducere debemus 50. c
scandali petra Christus 40. a b 131. c
scandala non irrepunt quandiu corpus vnitum est 62. d
scandala vitanda etiam in licitis 56. a
scelera declinare non satis est 49. b
scelerum coercendorum gratia lex est posita 279. a
Schisma 65. f
Sciens delinquens, acrius punitur

nitur 15. b
scientia an abolebitur 206. c
scopus Christianorum 229. f 230. a b
scorpij robur in aculeo 120. c
scortum argenti causa se prostituit 296. b
scorto adhærens, vnum cum eo corpus efficitur 81. a
scripta dicuntur quædam, quæ tamen facta non sunt 118. f
scripta lex 10. e f
scripta non sunt omnia quæ habemus, sed &c. 307. b
scriptura cauté de deo loquitur 283. b
scriptura diuina, sacræ literæ 308. d
scriptura sacra ad omnia pertinet ibidem
scripturæ nullus locus inexploratus relinquendus 324. e
scripturæ sacræ libros quosdam non extare 70. b
scripturæ veteris libri 317. a
scripturæ vt probentur 70. e
scripturarum cognitio cuilibet Christiano necessaria 212. d 290. b
scripturarum cognitionis vtilitas 250. d
scripturarum notitia opus est vt hæreticum dinoscas 343. c
scrutandæ vt intelligãtur scripturæ 278. b
scrutari dei, aut spiritũ 70. c
secretam orationem quare voluerit Christus esse 283. e
sectarum mala 65. D
seculum quid 369. d seculum prauum 167. c
seculi huius deus 135. c
secũdum carnem viuere 31. a
secundum naturam, & præter naturam 45 b
sedere Christi ad dexteram patris, vt intelligatur 328. a 365. a
Sedere, deitatis est 254. b
semel duntaxat mortuus est Christus 335. d semel sacrificauit 362. a
seminis germinantis collatio ad resurrectionem mortuorum 117. b c & deinde
seminis humani vis 98. a
senes nonnulli iuuenilibus affectibus correpti 305. b
senes vt arguendi 290. c 293. b
senum institutio 317. d
senium parentum non curare, impietas est 290. f
sepultura Christianorũ 244 d e Eius cura 373. a
sermo noster qualis esse debeat 206. a b 252. e
sermo sine cognitione, & cõtra 64. f
seruiendi deo, eumque colendi modi varij 3. f
seruilis conditio nõ est à deo instituta 213. e
seruus propter nos Christus visus est 324. e f
serui fratrẽ se vocare Paulus non

non dedignatur 253. B
Serui gloria, erga dominum fidelitas 270. f
serui, lõganimitate dominorum abutuntur 38. c
serui qui maximè heris placeant 318. c
seruorum multorũ ſpecies 1. D
seruorum cõſolatio 213. a b
inſtitutio 294. f & deinde. munus 212. e 251. c
seruorum genus moroſum 318. d
seruitus peccati 23. d e
seruitutis ſpiritus 31. d
seſſuri ne ſimus in futuro ſeculo 194. a
sigillum dei, electio 304. d
signati ſumus ſpiritu dei 206. c
signum & prodigium differunt 59 a
signum Iudæorum, & signũ Chriſtianorum 190. f
signa cur etiã per indignos exhibeantur 70. d
signa facere, ſpirituale eſt 175. c
signa non expetenda 93. e
signa quare olim fierent 255. f
signis opus non habent fideles 109. f
Silentium mulieri indicit Paulus 284. d
ſimilitudo carnis peccati quæ intelligatur 223. e f
ſimilitudo pulchra 261. b
vide Comparatio
ſimilitudinis aduerbium nõ eandem vbique vim habet 210. b
ſimplicitas Chriſtianorum 209. a
ſimplicitas peccatum nõ excuſat 154. f
ſimulatio hypocritica, diabolica maximè 157. b
Sina mons 181. b
ſiquidem particula quid ſignificet 269. e
ſobrietas noſtra ad bonũ ſit 295. e 117. b
ſobria vita quæ dicatur 318. f
ſobrius quid ſit 285. e f
ſobrii ſint Chriſtiani 318. f 299. e
ſocietatis bonum 366. e
σώφρων 47. e 317. d
σωφροσύνη 285. b
ſors, fortunæ opus 190. c
ſors in ſacris literis 237. c
ſpeculatorum munus 171. d
ſpes bonorum cæleſtium nõ excidit 19. f
galea eſt 265. f non pudefacit 277. c quorum dicatur 33. b tribulationes tolerat 273. d
ſpes veniæ non abiicienda 336. d
ſpei ancora 347. f virtus 49 d. 220. d vtilitas 58. b
ſpinæ quæ intelligãtur in ſacris literis 345. c

Spiritus adoptionis filiorum vnde in nobis noſcitur 31. f
ſpiritus arcana dei rimatur 70. c
ſpiritus cui eſt, etiam Chriſtus eſt 30. d
ſpiritus dei, & ſpũs mundi 70. d
ſpiritus donum, oratio 33 e
ſpiritus, futuræ immortalitatis pignus 138. c
ſpiritus idẽ eſt veteris ac noui teſtamenti 136. f
ſpiritus idẽ & Iudæos & gentes deo conciliat 196 e
ſpiritus mãſuetudinis, & ſpiritus auſteritatis 77 a
ſpiritus non extinguendus 267. a
ſpiritus paracletus 31 f
ſpiritus poſt baptiſma datur 102. e
ſpiritꝰ pro nobis interpellat 33. e
ſpiritus promiſſionis 190. f
ſpiritus purus in immundos non ingreditur 320. b
ſpirituſſanctus eccleſiã protegit 281. f eſt deus 110. c non cõditus 239. c ex auditu fidei dabatur, non ex operibus legis 175 c d in baptizatis libenter habitat 101. f vnionẽ fidelium continet 201. b
ſpirituſſancti communio 166. b cuſtodia 301. a lucerna 267. a
ſpirituſſancti dandi impedimenta 331. c
Spirituſſancti gratia opus eſt vt gẽtium vocationis myſteriũ intelligatur 199. f
ſpirituſſancti munere omnia bona accipimus 2 f & deinde
ſpirituſſancti templum ſumꝰ 73. a b
ſpirituſancto Chriſtus propriam carnem viuificabat. 118. f
ſpirituſancto inunctus Chriſtus 329. b c
ſpiritus ſenſibilis à cerebro manat 246. e
ſpiritus ſigillum eſt 30. d 206. c
ſpiritus arthabo. 138. b demonſtratio 101. f dilectio 60. d dona 102. a b c fructus 184. f nouitas 25. d
ſpiritus gratia vt alatur 299. d
ſpiritus immundi vates 101. c
ſpiritus timoris 299. e
ſpiritus vt vult ſpirat 102. c
ſpiritum in baptiſmate accipimus 58. e 101. b
ſpiritu acti, ſub lege nõ ſunt 184. c
ſpiritu dei afflati, non tamen omnia norant 127. d
ſpiritu doctore omnia arcana diſcimus 191. e f
ſpiritu orationes noſtras dirigere debemus 33. e
ſpiritu potari 102. e

Spirituũ diiudicatio 102 b
Spiritualis debet esse cultus dei 3. f
spiritualis homo 71. a
spiritualis vita in Christo cõsistit 298. c
spirituales esse debemus 184. b
spiritualia seminanda 186. D E
spiritualium donorum diuisiones 101. d
splendor gloriæ Christi qui sit 135. d 326. f
sponsus quo dicatur Christ⁹ 154. c f.
stare, seruitutis, sedere, domi natus signum 365. A
statio fidelium 214. d e
status cuique suus conseruandus 98. b c
stigmata Pauli 187 f
stipendium peccati, mors 24. d
stultitia quomodo vocata sit prædicatio 164. e
stultum dei, crux 67. f
stultum proximum vocans, non continuò peccat 174. f
stupiditas peccatorum 104 B C
subiectio pietatem nõ tollit. 51. a 213. e
subiici patri filium, quid sit 115. f 116. a
sublimia de nobis ipsi propalare iactando nõ debemus 159. f 160. a
sufficientia contenti esse debemus 295. f
sumptus in sacris literis de necessariis intelligitur 292. f
superb⁹ omnis deiicitur. 8. a
supplicia malorum æterna sunt 23. e f 269. e f
sui amor quàm pernicios⁹ 306. b c
suis cuiq; prospiciendum est 291. c
suum, deũ Paulus vocat. 3. d
suum panem non alienum quisque edat 275. c
syllogismi græcorum 152. c
sillogismis diuina nõ probãtur 66. f

T

Tabernaculi loca tria 356. e f 357. a
Tabernacula quomodo dicãtur iustorum requies 137. e
Tãquã particula quid significet 224. a
Temperãtiæ commendatio. 262. d
Templũ dei, ecclesia. 197. a
Templi Iudaici & ecclesiæ collatio 187. d e
Tẽpli Solomonis præstantia 361. b
Tempus acceptabile 140. f
Tempus, opportunitas 314. b
Tempus quomodo malũ dicatur 193. b 306. b
Temulentia vitanda. 209 C D
Tentari Abraham quare dictus 372. c
Tentari nos vltra vires nostras deus non permittet 94. a b
Tentatio intollerabilis, porta mortis 125. e
tentationes cur à Christo nobis inducantur. 377. d e
tentationes diaboli 215. b c
earum remedia. ibi.
tentationes nunc, quàm ante euangelium, maiores sunt. 23. d
tẽtationibus cur nos eripiat deus 136. e
ter, sæpe 161. c
terræ fertilitas deo tribuẽda 345. c
terræ machina incorruptibilitate donanda est 22. f
terræmotus duo in sacris literis 381. c
terrena bona indigentibus libenter impertiri debemus. 151. c d
terrena quoque discipulis imprecatur Paulus 234. b
terrore multi ad fidem trahũtur 5. e
tertium cœlum 160. c
testacea vasa quæ intelligantur 304. f 305. a
testamentum lege antiquius fides 176. f
testamẽtum morte confirmatur 359. f. 360. a
testamentum vtrũque vnius est dei 326. c vide vetus ac nouum testamentum.
testem deũ cur aduocet Paulus 218. f
Testes & maiores & minores personæ nonnũquã assumuntur 293. c
testificandi mos sanctorum virorum ibidem
testimoniis etiam Ethnicorũ Paulus vbi commodum est vtitur 316. c d
Thessalonica vrbs 254. f
Thessalonicensium fratrũ liberalitas 147. d charitas 255. e f & deinde.
Thessalonicensium secundæ epistolæ occasio. 268. a b
throni dei duo 340. a 354. b
θυσία quæ dicatur 354. e
timor dei concupiscentiam reprimit 143. e
timoris & charitatis coniunctio 140. a
timoris veri argumentum 251. d
timoris vtilitas 224. d
timoris spiritus 299. e
Timotheus Pauli discipulus cur à Paulo circunciss⁹. 166. e f 183. c eius cõmendatio 122. a 124. a b 225. e 299. A B. 276. D E
Titi commendatio 144. c 178. b c. 313. a
tolerantia mutua 249. d
torpor Christianis vitandus 274. d
totum deo tribuitur, etiamsi nos cooperemur 38. b
tradere dei qd sit. 6. f. 204. d
traditiones hominũ 247. a

Traditiones per manus 96. e
trahendi modus in deo, per consueta cuique & familiaria 316. e
tres pueri Danielici 252. f
in tribulatione vt quis lętari possit 256. b
tributum cur principibus soluatur 51. f
trinitatis persona vbi sit vna ibi etiam alias esse 30. d
trinitatem Paulus exprimit 29. b 136. a
tristis semper fuit Paulus 226. e
tristes & afflicti etiam gratias deo agere debent 237. c d
tristibus & aduersis communicans, etiam lætis cõmuni cabit 303. c d
tristitia immodica etiam hominem perdit 130 d
triturandi labor 393. b
triumphus 130 f 245 e
τροφὴ quid sit 378. e
tubæ in bellis vsus 108. c
tubæ in lege ferenda, & in resurrectione mortuorum 190. e 264. c 380. a
tuba quid significet in sacris 120. a
turpiloquiũ Christianos nõ decet 207. d. 248. c d
tutor noster lex erat 178. e
tychicus 216. c 253. a

V

Vas nostrum, corpus nostrũ 262. c
Vasa nobilia & ignominiosa quæ intelligantur. 304. f 305. a
Vates semel arrepti à dæmone, tacere non possunt. 111. a
Vatis & prophetæ discrimẽ 101. c
Velamen tabernaculi 357. a
Velle dei non vnum 47. b
Velum Mosis 133. d
Veniæ etiam post peccatum locus est 366. f 367. a
Venia digni non sunt, qui deum agnoscere nolunt, 8. c
Venerem præposterã arguit 7. c d
Ventris studium damnosum 62. e 80. c d
Verax deus est 13. c
Verbum dei quod intelligatur 215. e 314. c
Verbum dei docturi, externa sapientia non indigent 152. b 315. f exigua res non est. 327. d 338. f ligari non potest. 303. a non temere spargendũ est 74. b vbique prædicandum, & opportunè & importunè 309. a
Verbum ociosum aut spurcũ homine Christiano indignum 206. a
Verbi prædicatio, honorabilis 257 c d necessaria 293. a

Verbi pro prædicatione afflictiones, eiusdem confirmatio sunt 256. a
verbum impedientes comprimendi 311. b
Verbo dei formatº isaac 37 b
verbo dei nos in baptismate reformamur ibidem
Verba tacenda & arcana 160 c
Verborum etiam pœnas luemus, non rerum tantum 206. b
Verborum pugna vitanda 295. d 303. f
Verborum sonitus inanis est sine intellectu 108. f 109 a b
Veritas 78 c
Veritas, natura mortalibº insita 5 f
Veritas, rationis lumen 204 b
vetita magis cupiuntur 26. a
Vetus homo qui intelligatur 22. d 205. d 248. e f
Veteris ac noui testamentorum discrimen 348. d. & dein.
Vetustas literæ 25 d
Vocatio propriè quæ dicatur 270. d
Victima & libatio 309 f
Victimarum vsus 363 d
victoria perfectissima 35 d
victoriæ participes fiunt, qui certantes adiuuant 301 c
victus & amictus satis nobis esse debent 295. f
vidua quæ verè dicatur 291. a
vidua per se ipsa sanctis seruiat 291. f
viduæ institutio 290. f 291 a b c 292. a
Viduæ iuniores fugiendæ 292. a
viduarum etiam spõsus Christus 292. c
viduitatis cõmendatio 86. d
Viles homines & abiecti si prouehãtur, ferè insolescũt 194 f
a vilibus hominibus pati durissimum 311. a
Vincula pauli, euangelij promotionem nõ impediebãt 219. e f & deinde
vinculis ac verberibus gaudebant apostoli 264. d
Vindictæ cupiditas, mala 50 d 248. d 249. f 250. a. b. c 311. a b
Vinum adolescentibus incõmodum 294. b c
Vini appetẽs senectus 317. c
vini moderati vtilitas 209 d
Vino abstinebãt olim qui tẽplum ingrediebãtur 286. f
Vino multo non vtendũ ibi.
vir aperto capite sit, mulier tecto 96. f 97. a
Vir imago & gloria dei 97 d c & deinde
Vir in fraudem inductus muliercula dici possit 307. a
Vir infidelis vt sanctificetur in vxore fideli 116. a
Vir per mulierem, & mulier ex viro

ex viro 98.a
Viri causa mulier est, non cõtra 97.c 210.bc
Virorum erga vxores munus 251.a
Virga Aaronis 357.b
Virgo est vniuersa ecclesia 154.c
Virgo vt peperisse probetur 70.c
Virginis fructus Christus 178.f
ex Virgine nemo ante Christum natus 229.b
Virginibus maior lucta est 292.a
Virginibus nubere licet 85.a
Virginitas vera 85.f
Virginitatis commendatio 86.b 288.d
Virtus dei varia ac multiplex 5.b
Virtus difficilior erat ante Christi aduentum 25.c
virt⁹ opus dñi. 120.f 121.a
Virtus quælibet cum ratione fiat 48.e
Virtus secundum naturam, vitium præter naturã 14.e
Virtus syncera quæ dicatur. 261.f
virtus veritas, est 204.e
Virtutis apparatus facilis 249.bc
virtutis forma ac decor 47.a
Virtutis resurrectio 22.c
a virtute abducentia 274.c
Virtutum operatio 102.b
vis hæreses parit 243.a
viscera Iesu Christi 218.f
vita, bona res per se 226.d
vita impura doctrinam etiã corrũpit 281.d
Vitę impuræ cõscientia etiã immunda 288.d
Vita multiplex 220.f 221.a
vita ipsa mala nõ est, sed ei⁹ abusus. 221.b
vita nostra tã sensibilis q̃ spiritualis à Christo pendet 174.c
vita præsens, tẽtationis locus 308.a mors est 247.c
vita sceleste, mors 31.ab
vita sensibilis, & vita spiritualis 298.c
vitæ impietas 282.d
vitæ longæuitas tanquam in fantibus promittitur 212.c
vitæ prauæ causa reti diaboli implicamur 305.f
vitæ ratio 19.b
vitæ rectæ fons, charitas 285.a
vitam inculpatam degãt apostoli 139.a
vitam vel suã Paulus pro discipulis suis dedisset 257.c
vitandi fratres inordinate ambulantes 274.d
vituli conflatores Israelitę alij puniti, alij dimissi 37.c
viua voce Paulus multa docuit quæ literis nõ sunt tradita 273.c
viuere in nobis Christus qui dicatur 174.b
viui & mortui, domini sum⁹ 54.d
viui superstites in nouissimo die, Christo obuiam rapiẽtur 264.d
viuificare, dei proprium est 9.e
vlciscendi optima ratio 50.e
vltionem de iniuriis accipere non debemus 249.f 250.a vide vindicta
vna sabbatorũ, dominicadies 121.c
vnigenitus dei filius 238.f
vnionem ac charitatẽ nostrã Christus maximè cupit 94.b
vnionẽ fidelium charitas facit 20.c
vniuersitas mũdi propter hominem corruptibilis facta 32.e
vocati sumus, non ipsi vltro accessimus 65.c
vocatio quæ dicatur 84.c
vocatio gentium ab æterno prædestinata 190.d 197.d 198.d
vocatio non sufficit vt seruetis 34.b
vocationis nostræ spes 191.f
vocationem quisque suã persequatur 84.a
vocatione nostra dignè ambulare debemus 200.e
vocationum differentiæ 1.f
Vocum vanitas fugienda 297.e
voluntas dei 47.b dupliciter intelligitur, præcedẽter, & permissiue 364.d
voluntas dei præcedens 189.d
voluntas hominem aut bonũ aut malum facit, non natura 27.f 39.a 184.bc
Voluntas, natura ac essentia potior est 248.e
volũtas simpliciter dei opus 27.f
voluntatis nostræ libertas 304.f
voluntatis nostræ necessitas vt deus in nobis bonũ operetur 218.c
volũtatem dei facere quis dicatur 385.d
à voluntate magis nominari debemus 248.e
voluntate nostra an deus indigeat 38.b
voluntariis solis dominatur diabolus 193.c
voluptaria, transitoria sunt. 23.a
voluptas naturalis, suauior 7.b
voluptatis ac mœroris tentationes 249.c
voluptatis amans sententia, peccatum 26.f
voluptates morbos pariunt 186.c
voluptatum ignis, sobrietate moderandus 318.b
voluptatum studium, cũ dei amore iungi non potest 306.c
voluptatibus moderate fruẽdum 204.d
vrbanitas quaten⁹ nobis permissa 207.d
vt particulæ vsus 6.c 99.a

194. d
vtilitas propria non quærenda, sed proximi 96. b
vxor cuique propria data 262. c
vxor, & serua & domina mariti, & contra 82. b 212. f
vxor fidelis cum infideli marito an manere possit. 83. c
vxor marito par, eiusdemq; honoris 212. f
vxor maritum sutum timeat 211. d e
vxor, mortuo marito libera est 24. c
vxor quomodo viro à deo aptetur 51. b
vxor viro diligenda, etiam si mala. 210. d ef 211. a b.
vxoris caput, maritus 96. c f
vxoris & mariti agglutinatio 49. b
vxori commorandum 211. c
vxorem vnicam episcopo habere permittit Paulus 285. d e
vxorum cura 85. a munus 210. a & dein. 250. f
vxoriæ rei molestiæ 84. f

Z

Zelus bonus 184. f

FINIS.

Theophylacti

BVLGARIAE ARCHIEPISCOpi, in diui Pauli ad Romanos epistolam, Enarratio, Iohanne Lonicero interprete.

PRAEFATIO.

FRequens diuinarum scripturarum lectio, earũdem intellectũ parit. Nec enim mentitur ille, qui dixit: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Proinde & beati Pauli epistolarũ mysteria seu sacramenta perdiscemus, si cum sedulò, tum frequenter in ijsdem versati fuerimus. Siquidem reliquis omnibus doctrinę institutio nisque ratione excellentior fuit: neq; id immeritò. Postquàm enim exuberantius alijs laborauit, largiorem pariter spiritus domini gratiam est adeptus. Neque hoc ex epistolis eius tantummodo planum fit, verũetiam ex Apostolorum actis. Mercurius nanque infidelibus existimatus est, propter orationis, qua pollebat, præstantiã. Primo verò loco ad Romanos Epistola præstituta est, non quòd primum quoque conscripta sit: quandoquidé ad Corinthios, tum ad Thessalonicenses vna, in qua de ministerio Hierosolyma transmittendo omnes, ipsos occultè quidem commonefacit, hãc præcesserint. Præterea Galatis inscripta, hac ad Romanos anterior est. Cæteris verò epistolis, hæc sanè, Romanorum nimirum titulum præsese ferens, prior est. Qui sit igitur, quòd primum locũ in ordine obtineat? Quoniam in sacris literis huiusmodi ordo nõ est necessarius. Nam & duodecim prophetæ, etiamsi nõ eum vitæ cursum per tempora habuerint, quasi tamen eum vitæ tẽporumque ordinem habuerint, quo ponuntur, in sacris ita literis digeruntur. Scribit autem Romanis Apostolus, perinde quasi necessariò ipsum Christi ministerio fungi oporteat: Romanis inquam, ceu vniuerso terrarum orbi presidentibus. Iam qui capiti cõmodat, toti simul corpori proficit.

Matth. 7. Luc. 11. B

Paulus. Mercurius infidelibus dictus.

C

Epistola ad Rom. ordine prima.

CAPVT PRIMVM.

Nomen suum cur pene ubique Paulus epistolis suis adscribat.

PAulus. Neque Moses, neque posterorum pleriq; , immo neq; Euangelistæ nomina sua scriptis suis præposuerunt. Diuus autem hic noster Paulus vbiq; epistolis suis nomen iuxtà suum præfigit: quòd illi quidem ad præsentes scripserint, hic verò ad longinqua literas transmiserit, haud iniuria epistolici charactéris, epistolarísve formulæ sanè legem cõplens. In epistola certè ad Hebræos non itidem facit, vt ne nomine statim eius audito resilirét, quandò infensi ei impensè erant, ideóq; nomen isthic suum in exordio celat. Cuius autem rei gratia ex Saule Paulus dictus est? Vt neque per hoc, culmine Apostolorum, qui Cephas vocabatur, quod valet, si interpreteris, Petrum, minor esset: aut filiis Zebedæi, qui Boanerges, id est, filij tonitru, cognominati fuere. *Seruus.* Multæ seruorum sunt species. Alius quidem à conditione vel creatione, secundum quam omnia sunt serua, hoc est, subdita conditori deo. Alius à fide, iuxta quam dictum est: Quoniam obediistis, in quam traditi estis, formæ doctrinæ. Alius est seruus reipublicæ, vnde & Moses dictus est famulus dei. Proinde secundum has omneis formulas Paulus nominatur seruus. *Iesu Christi.* Dispensationis adeóque ministerij sui nomina præponit, ab infernis ad superna recurrens. Etenim post incarnationem Iesus Christus vnctus quidem est, haudquaquam oleo, verumenimuero spiritu sancto, qui quouis oleo est preciosior. Porrò quòd vnctio etiam citra oleum sit per spiritum sanctum, audi ex eo vbi inquit: Ne tãgatis vnctos meos. quod verbum de iis qui ante legem floruere, accipiendum est, quo tempore neque vnctionis per oleum nomen erat. *Vocatus.* Humilia spirantis animi hoc verbum est. Indicat enim quòd non ipse quærés inuenerit, sed vocatus accesserit. *Apostolus.* Hoc posuit ad discrimẽ aliorum vocatorum. Etenim omnes qui Christo nomen dederunt, vocati sunt, at illi ad credendum vsq; : mihi verò muneris apostolici functio seu legatio cõmissa est, quæ & Christo tradita erat à patre hũc in mundum

Ex Saule cur dictus Paulus.

Seruorũ multæ species.

Roma. 6.

Vnctio absq; oleo

1. Par. 16

Psal. 104

Vocatorũ differentiæ.

dum emandato. *Segregatus in euangelium dei.* Hoc est, selectus ad Euangelii ministerium. Aliàs autem & segregatus, pro eo quod est prædestinatus ad hoc, accipitur, vt quum ad Hieremiam deus ait. Priusquam exires ex matrice, sanctificaui te. Quin ipse Paulus alicubi: Quando, inquit, visum est ei segregare me ex vtero matris. Porrò nõ frustra dicit, Vocatus sum: &, Segregatus in Euangelium. Verùm postquam ad arrogantes sermo erat, se fide dignum efficit, ceu diuinitus prouenerit. Euangelium autem dicitur, non ob exacta tantummodo bona, cęterùm propter etiam ventura. Consolatur insuper auditorem, ipso statim Euãgelij nomine. Non enim torua tristiáve quædam, vt prophetarum vaticinia, cęterùm innumerorum bonorum thesauros Euangelium hoc complectitur. Deinde Euangelium hoc dei est, hoc est, patris, quod vt ab ipso donatum est, sic ipsum manifestum reddit. Etsi enim in veteri testamento cognitus erat, solis tamen Iudæis erat cognitus, neque illis ipsis vt pater. Posthac verò per Euangelium reuelatus est vniuerso terrarum orbi, vnà cũ filio suo. *Quod antea promiserat per prophetas suos.* Quum tanquam nouam prædicationem illam euangelij calumniarentur, demonstrat hoc ipsum vel Græcis antiquius esse, & in prophetis iam antea perscriptum. Præterea iisdem verbis euangelij vocabulum in Dauide inuenitur, dum inquit: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et in Esaia: Speciosi pedes euangelizantium pacem. *In scripturis sanctis.* Non enim verba duntaxat prophetæ fecerunt, sed & literis mandarunt sua, tum per literas ac scripta sua futura adumbrabant. Hũc ad modum Abraham per Isaacum, Moses per serpentem, manuúmque extensionem, agnique iugulationem, Christũ præfigurabant. Etenim quum ardua quæpiam moliturus est deus, multo eadem ante tempore vaticinatur ac prædicit. Quando ergo ait quòd pleriq; vatum cupierint videre quæ vos intuemini, & non conspexerint: hoc dicit, nempe quòd carnem illam suam non viderint, adeóq; signa ipsa quæ in conspectu omnium palam ediderit. *De filio suo, qui natus est ex semine Dauid secũdum carnem.* Hìc perspicuè duas generationes ob oculos ponit: per hoc quod ait, de filio suo, hoc est deo, supernam generationẽ: per hoc autẽ quod apponit, ex semine Dauid, inferiorem hanc humanam intelligens. Adiiciens porrò, secundum carnem, indicauit

Euangelium de quibus dicatur.

Deus quibus olim notus fuerit.

Euangelia etiam prophetis antiquius notum.

Psal. 68.

Esa. 52.

Futura quæ arduа sunt, deus prædicit.

Mat. 13.

Universidad de Deusto Biblioteca

D quòd & secundum spiritum eiusdem prodierit natiuitas? Quocirca non de vili exiguóve homine Euangelium hoc est, nam de filio dei est: nec de exiguo deo, nam de nato ex semi-

Nestorius ne Dauidis secundum carnem: ita vt idem sit vtrunque, nempe & filius dei, & filius Dauidis. Posthac ergo Nestorius sua cum opinione rubore suffundatur. Atqui diuus hoc loco Paulus, ortus ac generationis eius secundū carnem meminit, perinde ac tres Euangelistæ: vt ab hac traducat auditores ad supernam illam generationem. Siquidem & ipse dominus primū visus est homo, deinde cognitus est deus. *Definitus autē filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.* Suprà commemorauit quòd Euāgelium sit de filio dei, nūc rursum ostēdit quanam

E ratione cognitus sit filius dei, inquiēs: Definitus, hoc est, demonstratus, cōfirmatus, iudicatus. Definitio enim est ipsa iudicatio, suffragium seu calculus, & demonstratio. Nam cuncti definierunt decreueruntque ipsum esse filium dei. Vndénam? Per virtutem, hoc est, ex potentia & efficacia signorum quæ faciebat. Præterea secundum spiritum etiam sanctificationis, hoc est, ex spiritu, per quem sanctificauit credētes. Dei enim est donare talia. Quinetiā ex resurrectione mortuorum nam primus ille, & solus se ipse excitauit. Ex resurrectione

Iohan. 8. igitur pariter definitus est ac declaratus filius dei. Magnum quidem & hoc est, perinde atque ipse ait: Quum exaltaueritis me ab terra, tum cognoscetis quòd ego sum. *Per quem accepimus muneris apostolici functionem ad obedientiam fidei.* Intue

F re prudentiam: nihil enim dicit nostrum esse, verùm omnia à deo accepimus. Etenim per spiritum paracletum accepit mu-

2. Thes. 3 neris apostolici functionem & gratiam. Siquidem spiritus, in

Actu. 13. quit Christus, ducatum vobis præstabit. Quin & spiritus ait,

1. Co. 12 Segregate mihi Paulum & Barnabam. Ac per spiritum datur

Filii & spūs communio. sermo sapientiæ. Ecquid hoc? Quæ spiritus sunt, filij pariter sunt, & econtra. Gratiam autem, inquit, accepimus & apostolatum, hoc est, nō ipsi virtute nostra, vt apostoli efficeremur,

Apostolorū munus. impetrauimus, cæterùm è superna nobis id gratia contigit. Imò ipsa ad fidem persuasio, gratiæ est. Nam circuire passim terrarum fines, & promulgare verbum, apostolorum munus est: persuadere verò auditoribus, totum est dei. Ad obedientiam fidei, non ad inanem verborum pugnam, nō ad quæstiones, disputationes vel dilutiões missus sum, inquit, vel ad mu-

mus

nus apostolicum sum delectus, verùm ad obediētiam fidei, A vt qui instituti fuerint, accepta doctrina obediāt, irrefragabiliter credentes. *In omnibus gentibus, pro nomine eius.* In omnibus porrò gentibus accepimus gratiam, non ego solùm, verùm reliqui etiam apostoli, nō enim iā Paulus omneis gentes circunierat. Nisi quispiam dicat, quòd nō viuus quidem, sed fato suo perfunctus, ad omnes gentes transeat per epistolas suas, vt credant audientes de nomine Christi, non de essentia ipsius. Nomen enim Christi erat, quod & signa faciebat. Atque istuc fide opus habet. neque enim ratione com- *Euangelii gratiā ad omnes pertinere* prehendi potest. Animaduerte hîc Euangelij gratiā, non vni videlicet genti, veteris testamēti in morē, sed omnibus prorsus omnium nationum populis communicatam. *In quibus estis & uos uocati Iesu Christi.* Hîc tollit illorū cogitationē de B primatu suo. Non enim, inquit, alias antecellitis genteis, tametsi imperium vobis vsurpetis: verumenim perinde ac cęteris, sic & vobis prædicamus: ne igitur turgeatis fastu. Potest & aliam ad rationem ita intelligi: Vocati enim estis & ipsi, gratia quidem assumpti, non à vobis ipsis accedentes. *Omnibus qui Romæ sunt dilectis dei uocatis sanctis.* Non omnibus simpliciter Romæ agentibus, cæterùm dilectis dei. Vnde quæso dilecti? ex sanctificatione. Sanctos autē fideles vocat omneis. Rursus autem vocatos apposuit, beneficiū illis ad memoriam reuocans, ac simul indicans quòd etiamsi ex Consulibus & Subconsulibus eratis, deus tamen eadem vos vocatione vocauit, qua & reliquos plebeios acciuit, peræquè vos diligens & C sanctificans. Postquā igitur dilecti estis, & vocati estis, & sanctificati consimili ratione, ne erga inferiores seu minores vobis attollamini. *Gratia uobis & pax.* Dominus hoc primum in ædes ingredientibus verbum apostolis dicere iniunxit, pa- *Matt. 10* cis nempe verbum. Neq; enim exiguū bellum diremit, quod nobis peccatum aduersus deum peperit. pax autem illa nō ex nostris laboribus, sed ex diuina gratia profluxit. prior itaque *Gratia pacem præuenit.* gratia est, deinde pax. Hæc itaque duo bona perpetua manere optat & immobilia, vt ne denuo nobis ad peccatū relabentibus, aliud bellum exuscitetur. *A deo patre nostro, & domino Iesu Christo.* Deus bone, in quantum accreuit gratia ex diuina dilectione? Nam qui hostes & inglorij eramus, patrem habuimus deū. A deo patre igitur & domino nostro Iesu Christo, sit vobis stabilis gratia & pax. pater enim & filius vtran-

Universidad de Deusto Biblioteca

D que cum dant, tum conſeruare poſſunt. *Primum quidem grátias ago deo meo per Ieſum Chriſtũ pro omnibus uobis, quoniã fides ueſtra annunciatur in toto mũdo.* Cõueniens ac decorũ eſt Paulinæ mẽti exordium, quo docemur & ipſi gratias deo agere, nõ pro propriis tantũmodo bonis, verùm & pro bonis proximi: hoc nanq; charitatis eſt. Gratias autem agit deo non pro terreſtribus quibuſdã & pereũtibus bonis, verùm propterea quòd Romani crediderũt. Quum ait, deo meo, affectũ ſuum quẽ habuit, ſimul exhibuit cõmunẽ omnibus, Deũ proprium ſibi faciens, æquè ac prophetæ. Quinetiam deus hoc ipſe facit, deum Abrahami & Iſaaci & Iacobi ſeſe nominans, vt ſuã erga ipſos charitatẽ demõſtraret. Gratias agere autẽ inquit per Ieſum Chriſtum. Ille enim & gratiarũ actionis ad deum E patrẽ nobis mediator exiſtens, nedũ dedit in mãdatis vt gratias ageremus, verùm noſtrã quoq; gratiarum actionẽ patri adducit. Cuius porrò rei cauſa gratias agit? Quòd fides Romanorũ annũciatur prædicatúrq; per totum terrarũ orbem. Duarũ illis rerũ teſtimoniũ dicit, & quia crediderũt, & quòd tanta libertate & fiducia crediderũt, vt fides illorũ in vniuerſo mũdo prædicetur, adeóq; per ipſam omnes iuuentur atq; incitentur, ad æmulationẽ & imitationẽ imperialis ac regiæ vrbis accẽſi. Porrò quũ Petrus Romę Euangelium prędicaſſet, quæ illius erãt, ſua reputans, pro fide Petri diſcipulorum gratias agit: adeò ab inuidia quidẽ alienus erat. *Teſtis enim mihi eſt deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in euãgelio filii eius, quod ſine intermiſſione memoriam ueſtri faciam ſemper in orationibus meis.*

F Quia nunquã eos viderat, dicturus autẽ erat, quoniã ſemper mentionẽ veſtri facio, teſtẽ inuocat eũ qui cordis abdita nouit deum. Intuere verò hîc miſerationis Paulinæ affectũ. Siquidem vndiq; meminit hominũ quos etiam nõ cõſpexerat. Vbi hoc agit? in precationibus, idq; inceſſanter. Colo autem deum, hoc eſt ſeruio deo, in ſpiritu meo, id eſt, nõ carnali cultu, ſed ſpirituali. Græcus enim cultus & carnalis & vanus eſt. Iudaicus aũt errore vacat, ſed & ipſe corporalis eſt. Seruitus autẽ quę eſt ſecundũ Chriſtũ, & vera eſt, & ſpiritualis: quod Chriſtus Samaritidi mulierculę ſimul indicat, inquiẽs: Veri adoratores in ſpiritu & veritate adorabunt. Multi ſanè ſunt cultus modi. Alius enim deũ colit, illiq; inſeruit in ſuarũ tantummodo rerũ diſpẽſatione: alius hoſpititibus & peregrinis adhibẽdo curã, ac viduarũ præfecturã neq; non ſolicitudinem gerendo

Dei cultus ſpiritalis.

Iohan. 4. Seruiendi ac colendi modi uarii.

gerẽdo, itidẽ vt Stephan⁹: alius in verbi miniſterio. Propter A hoc ipſum Paulus, Seruio, inquit, in Euangelio filij: ϙϙ ſupra dicit Euãgeliũ eſſe ſuperni patris, nec eſſe nouũ quicq. Quæ enim patris ſunt, filij etiã ſunt: & quę filij patris. Hęc aũt cõmurans, neceſſariã ſuã ſuper illis curã demõſtrat. Nã ſeruitutis Euãgelij conatus neceſſe habet omniũ gerere curã, qui verbũ ceperunt. *Precans ſi quomodo proſperũ iter adipiſcar in uoluntate dei ueniendi ad uos.* Nũc adiucit qua de cauſa illorũ meminerit, nẽpe, vt veniré, inquit, ad vos. Vide autem quàm impẽſe quidẽ eos amauerit, ac feſtinauerit videre corã, nõ tamẽ prẽter voluntem dei. Nos verò aut neminẽ amore cõplectimur, aut ſi quẽ vnquã cõplexi fuerimus, hoc præter voluntatẽ dei agimus. Atqui diuus Paulus dũ aſſiduè orat, tãquam vidiſſet eos, ex vehemẽti hoc charitate faciebat: dum verò dei nutui B obtẽperat, timorẽ, quo ardebat in deũ, oſtẽdebat. Nos itaq; ſiquãdo precum noſtrarũ non afficiamur cõpotes, ne ægrefiquidẽ ſua remouẽda dominum precatus, nõ eſt tamen quod voluit aſſequutus: hoc enim illi cõmodabat. *Vt donum quoddam ſpirituale uobis impertiã.* Alij pro aliis quidẽ rebus longã profectionẽ ſuſcipiunt: ego verò, inquit, vt vobis aliquid impertiam. Hoc autẽ dicit modeſtiã ſpirãs. Non enim ait, vt inſtituã vos, ſed, vt quod accepi, cõmunicem, hócq; cùm exiguũ, tum modulo meo reſpõdens. Donum autẽ eſt χάρισμα, quod ad audientiũ cõmoditatem doctores proferũt, etiãſi res præclaré geſta, officiũ, ſeu honeſta videatur actio. Atqui honeſtę ac ſtrenuæ virtute renidẽtes operationes nobis perequé charifinta ſunt, quãdoquidẽ cœleſti momẽto, põdere, & flamine indigẽt. *Vt fulciamini uos, hoc autem eſt, ut ſimul cõſolationem accipiam ex uobis per mutuã fidem ueſtrã & meam.* Clanculũ indicauit multa ipſis opus eſſe correctiõe. Poſtquàm autem & hoc valde moleſtum erat, dicere nanque potuiſſent: Quid ais? concutimur? circũferimur? tuaq; ad fulciendum nos opera indigemus? ſubinfert, hoc eſt, vt conſolationem ſimul acciam. Quod verò ait, huiuſmodi eſt: Multas ſuſtinuiſtis adflictiones: deſyderaui igitur vos videre, vt quadantenus vos cõſolarer, imò autem vt & ipſe nonnihil conſolationis acciperem: commune enim hoc lucrum eſt. Quemadmodum enim in captiuitate degentes, qui tum fideles erant, opus habebant mutuo conuentu, quo impenſe alter alterum ani-

Euangelia & filii dei eſſe pa tris.

Precet nos ſtras non exaudiri, patientes fera mus.

2. Cor. 12

C

Pauli in scribendo prudētia.

D marent .nunquid igitur & diuus Paulus , eccleſiæ illa colu-
mna,illorum auxilio indigebat ? haud quaquam. Verùm ne
impetuoſum ſermonem faciat , néue illos feriat ſeu perterre-
faciat, vti diximus, huius gratia & ſeſe eorum conſolationis
indigere ait. Sin autem quiſpiam conſolationem hîc dixerit
eſſe lætitiam quam erga fidei Romanorum communicatio-
nem habuerit,atque ea indigere Paulum , recte mea quidem
ſententia dixerit,quod & perſpicuum eſt ex eo quod ait, per
mutuam fidem & veſtram & meam:vt ſit hæc ſententia : Et
ego quidem conſpecta fide veſtra ſolamen capiam,atque læ-
tabor ex animo,ac vos per meam fidem confirmabimini con
ſolatione accepta : quandoquidem forſan propter puſillani-
mitatem concutimini. Verùm hæc non apertè dicit,cæterùm
orationem ſtrictim & breuiter enunciat,vti dictum eſt. No-
I *lo autem uos ignorare fratres,quòd ſæpe propoſui uenire ad uos, &*
prohibitus ſum huc uſque. Poſtquam ſuprà dixerat,opto venire
ad vos,ac veriſimile erat quoſdã cogitare ſecum , Si optas &
concupiſcis conſolari,& conſolationem rurſus accipere,quid
eſt quod prohibeat,quo minus venias?ſubintulit,quoniã pro
hibitus ſum à deo . Animaduerte verò, quomodo non curio
ſe inquirat quur ſit prohibitus. Nam dominicis adeóque he-

Dei conſi lia curioſe non indaganda

rilibus mandatis ſubditus planè erat, erudiẽs & nos,vt ne cu-
rioſe indagemus ea quæ deus facit.Denunciat itaque Roma
nis , quòd non per ſecordiam aut contemptum non venerit.
Adeo enim ardenter vos diligo,vt neque prohibitus deſtite-
rim,ſed iterum atque iterũ conatus ſum venire , ob nimiam
erga vos dilectionẽ. *Vt fructum aliquem habeam in uobis quem-*
F *admodum & in reliquis gentibus.* Quia celeberrima erat vrbs,

Romæ magnificentia.

& omnes ad eam confluebant propter miranda quæ in ipſa
ſpectabantur,& magnificentiam eius, vt ne quiſpiam exiſti-
met Paulum ob eandem cauſam eos videre deſyderare, pro-
pter hoc,inquit,deſyderabam venire,vt nonnullum fructum
haberem.Simul autem & aliã ſuſpicionẽ diluit. Forſan enim
aliquis dicere potuiſſet:Eã ob cauſam prohibebaris,quòd nó
ſecundum dei voluntatem venire volueris.Dicit igitur,quo-
niam fructum habere volui.Non autem ait,vt inſtituã,vt do
ceam,verùm moderatè loquẽs,vt aliquem fructum habeam:
perinde ac ſuprà,vt aliquid doni impertiam.Committens au
tem ipſos,inquit,quemadmodum & in reliquis gentibus.Nõ
enim quia imperium orbis penes vos eſt,arbitremuni vos reli

quis

quis gentibus meliores eſſe:æquali enim ordine collocamini· A
Græcis & barbaris , ſapientibus & inſipientibus debitor ſum . ſic
quantum in me eſt,paratus ſum & uobis qui Romæ eſtis,Euãgelium

Paulus de

prædicare. Hoc etiam ex modeſtia manat. Nihil enim,in-

bitor.

quit,ego dono,verùm domini mei mãdatum adimpleo,deo-

Prædican

que vos gratias agere conuenit:ſiquidem ille benefactor eſt,

di officiũ.

ego verò debitor ſum,& irrecuſabile debitũ habeo,prædicã-

1.Cor. 9.

di ipſum ſcilicet mun⁹: quod & Corinthijs retuli: Vę eñ mi
hi,ſi nõ euãgelizauero. Proinde ſanè prõpt⁹ ſum & vobis E-
uãgeliũ annũciare,etiãſi pericula pſtò cernãtur poſita. Adeo
in Chriſti ſtudio & Euãgelio flagrabat. *Nõ enim pudet me Euã*
gelii Chriſti. Virtus enim dei eſt ad ſalutẽ omni credenti,Iudæo pri
mum & Græco. Quum Romani mirificè attoniti eſſent , &
planè demirarentur mundi gloriam: ipſe verò prædicaturus B
erat,qui nihil non ignominiæ pertulerat,Ieſum:ac veriſimi-
le erat ipſos pudere huiuſmodi,vt videbatur,ſeruatoris: pro-
pterea,Non pudeſio,inquit,ob Euangelium. Illos iuxtà do-
cens,ne pudefiant: quandoquidem & ipſe nedum non pude-

Virt⁹ dei

fiebat,quin potius pulchrũ ſibi putabat,& gloriabatur eo no

diuerſa.

mine. Quia verò & ipſi ſapiẽtię nomine faſtuoſi erãt,Ego,in

Matt. 10

quit, Chriſtũ venio prędicatur⁹, ac ,ppterea nõ erubeſco:nã

Euãgeliũ

virtus dei eſt in ſalutẽ. Eſt etiã virt⁹ ad punitionẽ,æquè atq;

quibus ſa

Aegyptijs ſuã deus potentiã demonſtrabat, ipſos pœna affi-

lutiferk.

ciẽs. Eſt prętera vis ad interitũ,vt quũ ait: Timete eũ qui po

Iudæus,

teſt perdere in gehenna. Quæ igitur ego prædico,nõ pœnã

deinde

neque perniciem continent,ſed ſalutem. Cui?omni credenti.

græcus.

Non enim ſimpliciter cunctis Euangelium cedit ad ſalutem,
ſed accipiẽtibus illud,Iudæo primùm & Græco. Primùm hîc C
eſt ordinis honos,non gratiæ exuberantia. Nõ enim plus ha
bet Iudæus, nec excellentior eſt ideo quòd maiorẽ iuſtitiam
acceperit:verum quod primus eam acceperit , honoratus eſt:

Haba.2.

ſolius idcirco verbi eſt honor. *Iuſtitia enim dei in ipſo reuela-*

Hebr. 10

tur ex fide in fidem,perinde atque ſcriptum eſt: Iuſtus autem ex fide

Galat.3.

uiuet. Dicto quòd ſalutem patrat Euangelium, exponit qui
hoc ſit:quoniam iuſtitia dei ſeruat nos,non ſanè noſtra. Qua
lem enim iuſtitiam nos haberemus exiccati operibus & cor-
rupti? At verò deus iuſtificauit nos,non ex operibus noſtris,
ſed ex fide quæ ad fidem vberiorem & maiorem promouere
debet .Nec enim ſatis eſt primum credidiſſe, cæterum ex in-

Lucæ.17

troductoria fide opus eſt nos aſcendere ad conſummatiorem

fidem,

Universidad de Deusto Biblioteca

D fidem, immobilem nempe & firmam sedē, seu stabilimētum: sicut & Apostoli dixerunt ad dominū: Adijce nobis fidem. Confirmat autē quod ait, nempe, Ex fide iustificati sumus, ex prophetia Abacuk: Iustus enim, inquit, ex fide viuet. Luc. 17.
Postquam enim quę deus nobis per gratiam suam impertiit, excedūt humanas cogitationes, meritò nobis fide opus est. Nam si ceperimus curiosi diuinarum rerum scrutatores esse, vniuersum perdidimus, planéque occidimus. *Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum ueritatem in iniustitia detinentium.* Quum à commodioribus orsus esset, dixissétque iustitiam dei per euāgeliū reuelari, nunc ea profert quæ terrere queant. nouit enim
E quod plures terrore ad virtutē trahūtur. Hac ratione deus regni mentionem faciens, simul gehennę meminit: pphetæ item primùm bona præponūt, deinde mala subiiciunt. Nam illa quidem sunt præcedentis dei consilii, hæc autem nostræ ignauiæ. Considera autem hic orationis consecutionē. Venit, inquit, dominus iustitiam tibi adferens, noxæq; dimis-
Ira dei in hoc seculo differt ab ea que erit in futuro.
sionem: quæ si non receperis, tum reuelabitur ira dei de cœlo, per secundum nempe aduentum. Ac hodie quidem expe-
rimur iram eius, verùm ad correctionem & emendationem: tum verò ad supplicium tantummodo. Et nunc quidem ab hominibus videmur multum lædi, multa sufferre: tunc vero manifesta erit pœna super omnem impietatem. Verus sanè cultus & pietas vnius est formæ, impietas verò multifida est: eam ob rem dixit, super omnem impietatem,
F ceu multæ sint eius viæ: & iniustitiam hominum. Aliud est
Impietas & iniustitia differunt.
impietas, & aliud iniustitia: illa enim ad deū, iniustitia vero ad homines pertinet. Ac illa quidem in speculatione mentis versantis peccatum est, hæc verò in opere consistētis. Haud paucæ huius porrò viæ sunt. Nā iniurius est quispiā proximo, quum in pecunia & facultatibus, tum vxore, & gloria. Quidā hic asseuerant iniustitiam de traditionibus à Paulo esse positā. Quid vero sit, veritatē in iniustitia detinentium, audi. Veritas siue de deo cognitio, mortalibus principio, adeóq; natura est insita. Hāc veritatē atq; notitiā Græci in iniustitia detinuerunt, hoc est, iniusti fuerūt, quantū in ipsis erat, idolis attribuentes gloriam dei. Perinde ac si quispiam pecunias accipiat, quas in regis gloriā impendat, & interim tales in prædones & scorta insumat, rectè dicetur iniurius esse

esse aduersus Regis gloriam & magnificentiam: haud dissi- A
milem ad modum Græci in iniustitia detinuerunt, hoc est, cooperuerunt, & iniustè veluti tenebris obfuscarunt gloriā dei & cognitionem, quum non decenter neque cōmodè illa vterentur. *Quia quod de deo cognosci potest, manifestum est in illis: deus enim ipsis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi ex operibus intellecta conspiciuntur, ipsaque sempiterna eius potentia & diuinitas, ut sint ipsi inexcusabiles, eo quod quum deum cognouissent, non ut deum glorificauerūt, aut gratias egerūt.*
Suprà dixit quod cognitionē dei iniuria adfecerunt Græci, ea nimirum abutentes. Vnde igitur perspicuum sit quod dei notitiam habuerint, nūc explicat: quoniam quod de deo cognosci potest, manifestum est in ipsis. Deinde hoc ipsum corroborat, inquiens, quoniam ex bona creaturarum consti B
tutione prędicatur artifex: quēadmodum & Dauid ait: Cœ- Psal. 18.
li enarrāt gloriam dei. Cognitum porro dei quid sit, ita discere queas. Diuinæ naturæ pars est incognita, vt ipsa incō- *Diuinæ naturæ pars cognita, pars incognita.*
prehensibilis essentia: pars vero cognita, vt omnia quæ sunt de essentia, nempe bonitas, sapientia, virtus, potentia, diuini tas, siue maiestas, quæ & inuisibilia eius diuus Paulus nomi nat, intellecta quidem ex operibus. Græcis itaq; monstrauit id quod de sese cognosci posset, siue quæ circa essentiā eius sunt omnia, quę & oculis quidē sensibilibus inuisibilia sunt, mente vero comprehensibilia propter concinnam in operibus ordinationē. Quidam per inuisibilia, angelos accipiūt. minus tamen appositè, vt opinor. Patrum quispiam sempiternam potētiam, filium dixit: diuinitatem autem, spiritum C
sanctū. *Vt sint ipsi inexcusabiles.* Hoc ex euētu cōtigit. Non *Gentes inexcusabiles,*
enim propterea deus hæc fecit, vt illi sint inexcusabiles, verūm ex euentu hoc accidit. Animaduerte itaque talem scripturæ proprietatem, & non offendes. pleraque nanque huiusmodi pleriſque in locis dicuntur, quæ sic diluenda sunt, vt per euentum illorum reddatur ratio: veluti Dauid inquit: Psal. 50.
Quoniam prauum feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas. Quod etiamsi absurdum apparet, tamen minimè est absurdū. Ait enim, Quia vbi beneficia abs te accepissem domine, præter omnem spem peccaui aduersum te: atque ex hoc contingit te iustificatum, iuréque defensum aduersus me, vincere. Ex effectu itaq; adeóq; exitu iustificatur Deus, dum nos & insipientes & ingrati sumus ipsius in nos collatis

D tis beneficiis, nec quicquam quo nos defendamus, habemus. Græcis itaque nihil quo sese defendant, relinquitur: quando quidem ex creaturis deum cognoscétes, non vt deum glorificauerũt, neque egerunt gratias tanquã creatori & factori, verum idolis honorem, qui solius veri dei erat, tribuerunt. *Sed euanuerunt in disceptationibus suis, obtenebratumque est insipiens cor ipsorum. dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Causam reddit, qua ad huiusmodi amentiam exciderint. Ratioci nationibus, inquit, suis omnia permiserunt: volentesque forma quapiam, forma vacãtem, adeoque corpore, incorporeum comprehẽdere, vani deprehensi sunt: vt qui non possent ad si nem cogitationum rationisve suæ peruenire. Insipiẽs autem, seu intellectu carẽs cor ipsorum dicit, quòd fide nolit omnia percipere. Vnde autem errauerunt? Ex hoc, quòd ratiocina-
E tionibus suis cuncta permitterent: & ex eo quòd putarent se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Quid enim stolidius ac lapides & ligna adorare? *Et permutauerunt gloriam incorruptibilis dei, similitudine imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum & serpentum.* Qui permutat aliquid, quod habet in aliud permutat. Habebant ergo & ipsi notitiam, cæterũm perdiderunt, & aliud quiddam habere voluerunt præter id quod habebant, amiseruntque id quod habebant. Attribuerunt au-
Gloria dei q̃ sit. tem gloriam incorruptibilis dei, non homini quidẽ, sed imagini corruptibilis hominis. Et quod longè deterius est, ad serpentes etiam delati sunt, imó verò & ad horum imagines: a-
AEgyptii idololatræ deò palàm insanierunt. Nam cogitationem quam oportebat habere de eo qui omnia incõparabiliter excellit, hãc ei quod
F omniũ est incõparabiliter vilissimũ, apposuerũt. Porrò gloria dei est, ipsum ceu creatorẽ & prouidentẽ rebus mortalium gubernatorẽ cognoscere: idq; genus alia, quæ ei cõueniunt. At-
Tradere dei, q̃d sit. enim qui sunt qui adeousq; deliquerunt? Sapientissimi, subtiliúmq; rerũ maximè gnari Aegyptij. Nam serpentũ etiam & reptilium imagines illi coluerũt. *Propterea tradidit eos deus in cupiditatibus cordium suorum, ad immunditiem, ut ignominia afficerent corpora sua in semetipsis: qui permutauerãt ueritatem dei in mẽdacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ præter creatorem, qui est benedictus in secula, Amen.* Tradidit, est pro permisit, dimisit: quẽadmodum medicus succurrens laborãti, deinde videns ipsum inordinatè ineptèque gerentem, haúdque diætæ obseruantem, & immorigerum sibi: tradit eũ vt vehementius

ægro

ægrotet, pro eo quòd est, dimittit ipsum amico, vt qui proprio A arbitratu feratur, ne releuetur à morbo. Sunt qui, Tradidit eos deus, sic intellexerunt, nempe pro iniuria qua deum affecerunt, ac temulentia, perinde ac dicimus quòd quendam pecunia perdiderit, Atqui argẽtum non perdit, sed abusus. Saulem itidem regnum corrupit, aut Solomonem, pro eo quod est, regni abusus perdidit. Traditi sunt ergo per propriam nequitiam suam, ad impuritatem, vt nõ opus habuerint alijs *Psal. 13.* iniuriam inferentibus, sed ipsi sibi vim fecerunt, impuris nẽpe operationibus. Vnde autem ad impuritatem traditi sunt? Ex iniuria qua in deum impegerunt. Nam qui deum nõ vult nosse, statim in vitę moribus etiam perditur: quemadmodum & Dauid inquit: dixit insipiens, non est deus. Tum subdit illico, corrupti sunt & execrati facti sunt in studijs. Permuta- B uerunt igitur quæ propriè ad deum pertinebant, apposuerũtque ea vanis dijs. Coluerunt, est pro honorauerunt. Seruie- *Amen.* runt, est pro, operibus seruitutem exhibuerũt: id enim est Λατρεύειν, honos nimirum per opus. Nec simpliciter dixit, cæterũm præter creatorem, ex comparatione delictum attollens. Verùm ille, inquit, benedict⁹ est in secula, hoc est, nihil quicquam læsus est ex ipsorũ iniuria, sed est benedictus in æuum, *Dei dere* stabiliter ac certò: hoc enim Amen significat. *Propterea tra- lictio, tra-* *didit eos in passiones ignominiæ deus. Fœminæ enim ipsorum per- ditio.* *mutauerunt naturalem usum in eum qui est præter naturam. Simili- Voluptas* *ter & masculi, dimisso naturali usu fœminæ, exarserunt cupiditate naturalis* *sua inter se mutuo, masculi in masculos turpitudinem suam operãtes, suauior.* *& mercedem quam oportebat, erroris sui in seipsis recipiẽtes.* Rur C sus dei dere lictionem traditionem nominat, propterea factã quòd insernierũt creaturæ. sicut ergo in traditionibus de deo corrupti sunt, relinquẽtes quæ à natura est manuductionem, ita & in vita execrabiles facti sunt, dimittentes quæ secũdum naturam est voluptatem, quæ & facilior & suauior ad eã quæ præter naturam est lapsi, quæ & difficilior minusque est iucunda. Permutare enim hoc significat, quod quæ habuerunt, amiserunt, alijs electis. Magnum igitur accusatorem vtique sexui, naturam, quam transgressi sunt, cõstituit. Quum enim de fœminis occultè turpe quiddam ac indecorum planè dictu protulisset, de maribus etiam profert, quòd exarserint inter sese mutuó, œstrum & furorem indicãs. Non dixit autem, concupiscentiam efficientes, sed turpitudinem, innuẽs quòd

naturam

D naturam pudefecerint. Postquam verò dixit, quoniam in cupiditate exarserunt: ne quis existimaret cupiditatis tantummodo esse morbum, ipsi, inquit, operabantur, hoc est, studiosi ac diligentes erant circa impuritatem, opus ipsum facientes, & mercedem defectionis ab deo, & ad idola erroris recipientes, in tali turpitudine, & in ipsa voluptate pœnam habẽtes, tanquam prẽter naturã sit, & plena impuritatis. Dicit autem hoc Paulus, vt qui nõdum potuerit eis persuadere esse gehẽnam. Ipsam, inquit, immundam operationem, suppliciũ illis esse crede, si nondum credis de gehenna sermonibus. *Ac quemadmodum non probauerunt deum habere in agnitiõe, tradidit eos deus in reprobam mentem ut faciãt quæ non oporteat.* En iam tertiò eiusdem sententiæ meminit, eadem dictione vsus,

E tradidit inquiens. Vndique autem derelictionis dei causam, mortalium impietatem esse dicit, sicut & nunc quidẽ. Quemadmodum non probauerunt deum habere in cognitione, tradidit eos deus in passiones, non ignorantię inquit, sed meditationis, sed exercitationis quę est iniuria in deũ. Non enim dixit, quẽamodũ nõ nouerũt deũ, sed quẽadmodũ nõ probauerũt, hoc est, iudicauerũt. ne deũ in cognitiõe firma tenerẽt, ac sponte impietatem elegerũt. Nõ igitur hi carnis errores sũt, vt quidã hęreticorũ putãt, verũ corrupti iudicij. Primù igitur illi reprobauerũt nosse deum, ideóque deus permisit illos ad reprobam mentem deferri. Auersio nãque dei & derelictio, traditio nominatur in scriptura. Porrò amabili quispiam diuorum interpretũ vsus est exẽplo, quo explanatur hoc quod

F ait. Tradidit eos deus: perinde, ac inquit, si quispiam conniueat nolẽs intueri solem, deinde cadat in scrobem, dicimus, etiam non visus sol quendam in fossam deiecit: nõ quòd ira percitus sol hominem deiecerit, verũ quòd oculos eius nõ illustrauerit. Iã quòd non illuxerit oculis, vnde est, à claudẽte videlicet oculos, & conniuente. Sic & deus tradidit eos in passiones ignominiæ. Quanã ratione? non agnitus hominibus. Non verò agnitũ esse, vnde? ab illis nimirũ qui non probauerũt nec iudicauerunt vt agnoscerent ipsum. *Repletos omni iniustitia.* Vide vniuersa attentè ac diligenter. Repletos enim omni iniustitia, cum epitasi ait, quum extremam vniuersæ malitiæ eos mensurã anteuertisse dixisset, ceu præmisso genere species deinceps eius malitiæ recensẽt. *Fornicatione.* Omnem simpliciter impuritatem, fornicationis nomine

Impietas, derelictio nis Dei causa.

Traditio dei quæ dicatur.

Fornicatio.

mine est cõplexus. *Prauitate.* Insidiis erga proximũ. *Auaritia.* Pecuniarũ & facultatũ cupiditate. *Malignitate.* Vindictæ affectu. *Refertos inuidia, cæde.* Nunq̃ nõ cędes est ex inuidia. Sic Abel inuisus Caino redditus, occisus est. Hãc ad rationẽ Ioseph interimẽdus erat. *Contentiõe, dolo.* Ex inuidia & lis & dolus prodeũt, ad pernicię eius cui inuidetur. *Morum asperitate.* Profundè occultata malitia, quæ bonitate quadam sit óblita. *Susurratores.* Clanculũ calũniantes. *Obloquutores.* Palã detrahẽtes. *Deo inuisos.* Deũ odio prosequẽtes, vel odio dei obnoxios, quo illos deus prosequitur. *Iniurios superbos, ostentatores.* Ad omniũ vitiorũ arcẽ superbiã cõscendit. Etenim si bo- *Superbia uitiorum arx.*
ni quicquam aliquis faciens, hoc perdit fastu turgidus: quanto magis bonum amittit, quũ scelesta perpetrat, inque iis gloriatur? neq; enim ita affectus resipiscere potest. Verũtamẽ no B
ueris, quòd superbia quidem dei est contemptus, ostẽtatio verò vel arrogantia est hominum, è qua nascitur iniuria. Nam qui homines aspernatur, omneis iniuria afficit & conculcat. Quanuis autem arrogãtia natura prior est quàm iniuria, no bis tamẽ iniuria videtur prior: deinde mater eius manifestatur arrogantia. *Excogitatores malorum.* Non enim contenti erant prioribus. Hoc autem non subiti motus, sed meditationis est & studij. *Parentibus immorigeros.* Aduersus ipsam etiam naturam, inquit, pugnantes. *Insipientes.* Non intelligentes, idque non immeritó. Quid enim aliud intelligerent, qui parẽtibus non obtemperant? *Incompositos.* Hoc est in fœdere nõ pmanẽtes, fœdifragos. *Implacabiles, charitate uacãte, C misericordiæ expertes.* Radix omnium malorum est ipsa charitatis refrictio. hinc enim est quòd alter alteri non recõcilietur, alter alterum non diligat, non miseriatur, nulla ergo aliium tangatur miseratione. Quod & Christus dixit: Quando multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet dilectio. Porrò natura nos inter nos ipsa conglutinat, æquè ac reliqua animalia. verũ homines parũ intelligunt. *Qui iustitiam dei cognoscentes, quod qui talia cõmittunt, digni sint morte: nedũ huiusmodi agunt, uerum agentibus etiam assentiuntur.* Ostendit iam, quòd quia noluerunt agnoscere deum, repleti sint omni vitiositate: nunc indicat neque venia eos esse dignos. Non enin dicere possunt quòd bonum ignorauerint: norunt nanque iustitiam dei. Sua sponte itaque faciunt, ac quod deterius, consentiunt agentibus, hoc est patrocinantur malo, quod

Cædes omnis ex inuidia. *Gen. 4. & 37.* *Mat. 24.*

irremedi-

Universidad de Deusto Biblioteca

D irremedicabiliter est ægrotare.

CAPVT II.

Propterea inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas.
P *In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. eadem enim agis, qui iudicas.* Postquàm diuersarum simus sententiarum homines nos, aliàs malo patrocinantes, aliás alienorum iudices malorum sedentes, æquales nobis condemnemus: præuenit quidem dicens de consentientibus prauæ operationi. Nunc verò de iudicando sermonem facit: propterea, inquiens, inexcusabilis es ô homo, hoc est, quandoquidem nosti eam esse iustitiam dei, quòd digni sint
E pœna mali, inexcusabilis es, defendi non potes, qui iudicas eadem tecum, faciẽtes. Videtur autem hîc sermonem dirigere ad principatus & magistratus, præcipuè verò ad Romanos, vt qui orbi terrarum præsiderent. Magistratuum enim est iudicare. Attamẽ cuiuis iuxtà mortaliũ hæc cõueniunt. quiuis enim sentẽtiã ferre potest, etiãsi tribunal minus occupet. Adulterum igitur, inquit, condemnans, teipsum condemnas, quum ipse mœchus sis. *Nouimus autem quod iudicium dei est secundum ueritatem, super eos qui talia agunt.* Vt ne quis dicat: Quoniam ego hactenus, mœchus quum sim, effugi supplicij, non sum punitus: porrò mœchum puniens perterrefaciendo inquit, quòd sic sese res nõ habet apud deum. Hîc enim alius quidem pœna afficitur, alius verò supplicium euadit, parit
F quanuis faciat: istic autem sic non est. iudicium enim dei est secundum veritatem super malos. *Cogitas autem hoc o homo qui iudicas talia, & facis ea, quòd effugies iudicium dei? Aut diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & lõganimitatis cõtemnis, ignorans quod bonitas dei ad pœnitentiam te ducit? Secũdum autem duritiam tuam, & cor pœnitere nescium, congregas tibi ipsi iram in die iræ & reuelationis & iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secũdum opera sua.* In superioribus asseuerauit, quòd merces erroris, & creaturarum culturæ, per mala in quibus lasciuiebant, sit reddita: siquidem ipsa impuritas satis erat pro pœna. Nunc igitur ipsis in posterum obuenturum supplicium reuelat. Est enim, inquit, & alia tibi relicta pœna ô homo: nam iudicium dei non effugies. Quomodo enim, qui tuum ipsius iudicium non effugisti? Etenim in quo alterum dijudicasti, teipsum condemnasti. Sin autem eapropter quòd nondum puniaris, diuitias bonitatis eius aspernaris, hoc ipsum ad maiorẽ tibi pœnam cedet. Nã longanimitas se ad emendationem vtentibus salutaris est, insumentibus autem eam ad peccati augmentũ maioris est supplicij occasio: non ob sui naturam, cæterùm ob istorum duritiem. Thesaurizas enim tibi ipse iram. non deus, sed tu tibi ipse colligis iram. Vnde? ex impudentia, duróque ad bonum corde tuo. Quando enim neque bonitate molliris, neque terrore flecteris, quid quæso te durius? Porro diem iræ dicens, adiecit simul, reuelationis & iusti iudicii dei: idque non immerito, ne putet aliquis iudiciũ esse ex iracundia tantũ. Detectio nanq; fit, inquit, omnium, vt iuxta reuelatorum meritum fiat retributio. hinc iustum etiam est iudicium. Hic sanè, quia opera quidem occultantur pariter, non semper iustitia dominatur: illic autem reue- B
lationẽ sequitur iustum iudicium. Obserua locum hunc cõferentem tibi ad hoc quod deus inquit: Indurabo cor Pharaonis. Paulus enim illa propemodũ non adeò dissimilibus verbis exprimit. *Alius quidem ex perseuerãtia operis boni gloriã & honorẽ & incorruptibilitatẽ quærentibus, uitam æternã.* Quũ dixisset quod vnicuique dominus reddet, à bonorum retributione orsus est, iucundiorem hac ratione orationem reddens. Dicendo autem, ex perseuerantia operis boni, duo denunciat: alterum, quòd non sit à bono recidendum, neque ignauiter agendum, verùm in bono ad finem vsque immorandum. alterum, quòd non solum fidei confidere oporteat: nam & opere est bono opus. Quum ait, incorruptibilitatem C
de resurrectione fores aperit. Deinde quãdo cuncti quidem resurgimus, sed non cuncti pari ratione: sed alij quidem ad gloriam, alij quidem ad honorem, alij ad punitionem: ideo gloriam inquit & honorem. Est igitur vniuersa sententia talis. Deus inquirentibus futuram gloriam & honorem, ac nunquam non illa cogitantibus, præterea incorruptibilitatem in resurrectione expectantibus, reddet vitam æternã. At quo pacto quæritur futura gloria, honos, & incorruptibilitas? per operis boni perseuerãtiam. Nam in opere perseuerans bono, ac firmiter aduersus quanlibet tentationẽ consistens, is cum gloriam, tum honorem verè quærit & incorruptibilitatem, siue in incorruptibili corpore incorruptibilium bonorum fructuum & voluptatem. *Ex contentione autem*

Operis bo
ni necessi
tas.

Universidad de Deusto Biblioteca

D *tem non optemperantibus quidem ueritati, optemperantibus uerò iniuſtitiæ, indignatio, ira, afflictio & anguſtia ſuper omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & græci.* ἐριθεία, quam per contentionem verti, amor eſt litium, & irrationalis quępiam inſtantia & pertinax. Ex cótentione igitur, inquit, id eſt, contentioſis. Indicat autem hîc non ex ignorantia, verumenim è ſtudio rixandi prauos factos, vnde haud ſunt venia digni. Præterea obedire quidem iniuſtitiæ, nec obedire veritati, propoſiti ſeu deliberationis eſt peccatũ. Non enim dixit, vi oppreſſis vel tyrannide grauatis, verùm obedientibus. Obſerua hîc quomodo vitam æternam deũ dixerit redditurum, triſtia verò nõ item ab deo ventura diſſeruerit. Indignatio nanque, inquit, ita & afflictio, non adiicit ꝙ à deo reddentur, ſed ita reliquit abſolutum, vt ſubintelligeretur,

E erit. Nam viuificare proprium eſt dei, pœna verò ab noſtra ſecordia accedit. Quum omnem animam hominis ait, contrahit & imminuit faſtum Romanorum. Etiamſi enim imperator quiſpiam fuerit, non euadet iudicium, vbi flagitium commiſerit, id eſt, ſi perſeuerat in malo, & non reſipiſcat. Non enim dixit, ἐργαζόμενος, id eſt operans, ſed κατεργαζόμενος, hoc eſt, perſeueranter operans, ſiue exercitium faciés ex

Sapien. 6 malo. Poſtquam verò Iudæi vberiore doctrina & inſtitutione imbuti fuere, maiòre iuxtà ſupplicio digni fuerint. Nam potentes potenter examinabuntur, magis verò intelligẽtes.

Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco. Non enim perſonarum eſt reſpectus apud deum. Scopus eſt Apoſtolo, monſtrare in ſequentibus, nihil prodeſſe circunciſionem, nihil item obeſſe præputium, ac in-

F ducere poſthac fidem, quæ hominem iuſtificet. hoc igitur ſibi præfixo ſcopo, præconcutit res Iudæorum. Intuere hîc inſapientiam. Enarrat enim quæ ſunt ante Chriſti aduentum, & quòd mundus fuerit repletus malitia, tum quod caſtigationi fuerint obnoxii, Iudæus primùm & Græcus. Quũ verò propoſuiſſet palàm, quod Græcus malorum ſuorum cauſa punietur, ab eodem ſimul aſtruit quòd & bonorum cauſa honore afficietur. Quòd ſi ab operibus & honos prouenit & ignominia, relinquitur legem & circunciſionem ſuperflua eſſe: nec ſuperflua tantum, cæterùm vtranque maioris Iudæo pœnę cauſam & largitricem. Si enim Græcus eã ob cauſam, quòd non à creatura, adeòq; naturæ lege inſtitutus

tutus ſit, condemnatur: quanto magis Iudæus, qui cum his A à lege ſimul doctrinam & educationem accepit? Simulac iam didiciſti, aſſequere deinceps verba. Græcos hic dicit, non idolorum ſeruitores, verùm dei cultores, naturæ legi morem gerentes, & citra legem pios, qualis Melchiſedec, qualis Iob, quales Niniuitæ, qualis tandem Cornelius. Pari ratione Iudæos nominat eos, qui ante Chriſti aduentum vixere. Dans enim operam vt demonſtret circunciſionem nihil valere, recurrit ad ſuperiora tempora, indicans nihil fuiſſe diſcriminis inter Græcum dei colentem, & Iudæum bene & piè viuentem, & bona operantem. Iam ſi ante Chriſti aduentum, quando potiſſimum florebant Iudaica, nihil præſtabat Græco Iudæus, multo potius nihil ab deo differet quando lex eſt abolita. Huc autem fer-

tur & ſpectat, vt Iudæorum faſtum deiiciat, qui non reci- B piebant eos qui ex gentibus erant. Gloria, inquit, & honor, & pax. Mundi huius bona ſemper bella & tumultus habent, inuidiæ & inſidiis expoſita. Ac etiam ſi nemo forinſecus vel exterorum inſidias meditetur, dolúmve ſtruat, ipſe tamen hæc poſſidens, cogitationibus perpetuò ſuis turbatur, gloria verò & honor apud deum pacem continent, quandoquidem quum inſidiis, tum cogitationum turbatione vacent. Quia verò incredibile videbatur Grecum honorari, quippe qui neque legem neque prophetas audiuerit, confirmat id ex hoc quod deus non ſit perſonarum acceptor. Non enim perſonas intuetur, ſed res & opera explõrat. Poſtquam igitur græcus nihil differt in rebus à Iudæo, nihil prohibet quo minus peræquè honoretur. Proinde ne glorieris Iudæe contra eum qui eſt ex Gentibus, poſt legis C abrogationem, vbi quando tua florebant, honore tibi par erat Græcus bonum faciens. *Quotquot enim citra legem peccauerunt, citra legem peribunt: & quotquot in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti apud deum, uerum factores legis iuſtificabuntur.* Indicauit in ſuperioribus ꝙ Græcus eodem cum Iudęo & loco habetur, & honore affitura Iudæo condemnatio. Græci enim, inquit, citra legem citur: nunc oſtendit quòd ſupplicij tępore grauior ſit obuę peccauerunt, hoc eſt, ſine quæ per legẽ eſt inſtructione. propterea & ſine lege peribunt, id eſt, punientur leuius, vt qui legem accuſantem nõ habuerint. Nam ſine lege, eſt citra il-

D lius condemnationem. Iudæus autem in lege peccauit, hoc est cum institutione quæ est ex lege. ideo & legitimè seu per legem iudicabitur, id est condemnabitur, lege vehementius ipsi incumbente & accusante, maiorémque cõdemnationem faciente. Quomodo igitur dicis Iudæe, nam gratia ego non indigeo, quippe qui ex lege iustificer? Ecce enim demõstratus es ab lege nihil adiutus esse: itaque Christi gratia perinde opus habes atque græcus, ceu nõ iustificatus apud deum ex sola legis auditione. Nam apud homines, auditores legis & graues & iusti videri queunt: atenim apud deum res sese aliter habet. isthic enim factores duntaxat legis iustificantur. *Quando enim gentes quæ legem non habent, natura legem fecerint, illæ legem non habentes sibi ipsæ sunt lex, qui ostendunt opus*
E *legis scriptum in cordibus suis, testimonium simul dicente ipsorum conscientia.* In quibus confirmat quæ sunt contra Iudæos, hac eos ratione moderatè scilicet aggreditur, adeóque prudenter sermonem texit, vt non videatur quicquam aduersus legem dicere. Veluti enim extollens & magnificans legem, inquit, quòd legem non habentes, natura tamen quæ legis sunt facientes, admirabiles quodammodo sunt: quandoquidem legis quidem non egerint, & legem interim compleuerint, nõ literas sanè, verùm opera cordibus suis insculpentes, & conscientia & naturalibus cogitationibs vsi ad testimonium boni & honesti. Treis autem leges hic efficit, scriptam, naturalem, & eam quæ est in operibus. Gentes, inquit,
F legem non habentes, qualem? scriptam, ab natura quæ sunt legis, qualis? eius quæ in operibus consistit, faciunt. Illi legẽ non habentes, sibi sunt ipsi lex. quanam ratione? Naturali nempe imbuti, qui exhibent opus legis. qualis? eius quæ per opera constat. Intuere autem hic sapientiam, quomodo non percusserit Iudæos perinde ac sermonis consequentia postulabat. omnino enim per consecutionem sic debebat dicere: Quando enim gentes sine lege, natura quæ sunt legis faciũt, longè meliores sunt iis qui ex lege instituuntur Iudæis. At enim sic non dixit: cæterum lætius quiddam subdidit, Sibi ipsis, inquiens, sunt lex. Ostendit autem ex hisce, quòd & prioribus temporibus, adeóque multis retro seculis, ante legis etiam sanctionem omnis prouidentia humanæ naturæ obtigerit. Obstruit porrò & ora dicentibus: Ecquid non iam olim à principio aduenies deus boni operationem ostendit

dit? quum dicat, boni & mali cognitionem omnibus à prin- A
cipio indidit. quia verò nouit quòd nihil ita perfectum sit, in nouissimis temporibus ipse aduenit. *Et inter se inuicem cogitationibus accusantibus & defendẽtibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum, secundum euangelium meum per Iesum Christum.* Ab alio adeóque nouo principio hoc lege. Nam de eo nunc sermonem facit, nempe qua ratione cuncti ex æquo mortales iudicandi simus. Tunc enim stabũt nostræ cogitationes, aliæ quidem accusantes, aliæ verò defendẽtes. Nec opus habet alio accusatore vel patrono homo apud illud iudicij forũm. Terrorem autem exaggerans non dixit, peccata, cæterum occulta. Homines enim de manifestis tantummodo iudices sedent: Deus verò occulta, inquit, iudicabit per Iesum B
Christum, hoc est pater per filium. Nam pater neminem iu- *Iohan. 5.*
dicabit, sed iudiciũ omne dedit filio. Vel sic intelligere queas quod ait, per Iesum Christum secũdum euangeliũ meum, per Iesum Christum mihi collatum & exhibitum. Innuit autem hic quòd nihil monstrosum prædicatur per euangeliũ, verum quæ natura ipsa præoccupans docuit, videlicet iudicium & suppliciũ, hæc euangelion etiam testatur. *Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti uoluntatem, probásque meliora, instructus ex lege.* Quum dixisset quòd Græco facienti ea quæ sunt legis, nihil desit ad hoc vt seruetur: deinceps Iudæorum recenset magnifica, quæ propter confidentes efferebantur supra gentes. Et primum quidem nomine. Etenim valde honorificum erat Iu- C
dæum esse, adeóque haud in minimo precio erat Iudaismus, æquè ac hodie Christianismus: Non dixit autem, Iudæus es, *Iudæus quis dicatur.*
verũ Iudæus cognominaris. verus enim Iudæus est qui confitetur. Etenim Iudas, si interpreteris, confitentem sonat. Et requiescis in lege, pro eo quod est, non defatigaris circumiens & discens quid oporteat agere, sed legem habes, quæ te omnibus in rebus facilè instituit. Et gloriaris, inquit, in deo, ceu dilectus ac ille, qui ab ipso cæteris sis mortalibus prælatus. Est autem maximæ dementiæ symbolum, dei dilectione ad contemptum contribulium seu congenerum vti. Et nosti voluntatem, nempe dei. Probas autem meliora, id est iudicas quæ agere conueniat, & quę non conueniat gere. Per meliora, quæcunque conuenientia intelligenda sunt, vel vtilia. *confidensq; te duce esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris agũt,*

 institutorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *institutorem insipientium doctorem infantium, habentem formã scientiæ & ueritatis in lege.* Supra dixit quòd nihil commodaret legis auditio nisi & actio accederet. Neque enim auditores, inquit, legis iusti sunt apud deum, sed factores. Nunc verò maius quippiam ait. Etiamsi, inquit, legis doctor es, & quæ legis sunt non facis, non tantum nihil tibi prodes, verumetiam eò maiore pœna afficeris, postquã, in qua maximè gloriabantur legis & doctrinæ dignitate, ex ea potissimum eos perridiculos fuisse commonstrat. Quum enim inquit, ducem cæcorum, eruditorem insipientium, idque genus alia, fastum illorum recensет. Adeò enim vocabãt semetipsos duces & lumen, & præceptores: istos autem qui ex gentibus Iudaismo accesserant, proselytos appellabant, in tenebris agentes, &
E stolidos & amentes. Habes autem formam cum cognitionis tum veritatis, nõ in operibus & officiis, sed in lege, cõfidens ipsi seu formanti virtutem: perinde ac si quisquam imperatoriam imaginem habens, ipse quidem nihil ad eius exemplar effingat depingatve, alij autem quibus huiusmodi non est commissa, citra intutum etiam eius re vera ipsam imitentur. Omnis itaque doctor & minister verbi format & effingit cognitionem boni, adeóque veritatem in discipulorũ animis. Quòd si opere exprimat, perfectus erit: sin minus, talis erit, quales nunc ab Apostolo culpantur. Sũt qui per formationem illam intellexerunt illitam neque non fucatam imaginem cognitionis. Non verè, inquit, notitiam & pietatem habes, cæterùm oblitam, & colore tinctam. *Qui igitur alium doces, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis adulterium non committendum, adulterium committis? Qui abominaris idola, sacra deprædaris? qui in lege gloriaris? per transgressionem legis deum ignominia afficis? Nomen enim dei uituperatur propter uos inter gentes, sicuti scriptum est.* Per interrogationem
F verba facit, pudefaciens eos, qui ob docendi munus gloriabantur. Sacrilegium verò appellat ablationẽ eorum quæ idolis consecrata erant. Nam etiamsi execrarentur idola, auaritiæ tamen tyrannide victi, idolis dicata, turpis quęstus gratia cõtrectabant. Deinde quod grauius est infert, inquiens: Qui in lege gloriaris, vt qui honore sis affectus à deo propter legem, propter legis præuaricationem deum ignominia afficis. Tria sunt enim hîc peccata: primũ, quòd honore, viduant: alterum, quòd deum á quo sunt affecti honnore, honore, viduãt: tertium, quòd qua lege decus & honorem sunt A
adepti, ea ignominia afficiant deum, trasgredientes ipsam. Deinde ne videatur ipse solus ipsos in iudicium vocare, prophetam Esaiam ipsorum accusatorem produxit in medium culpam illorum duplicem faciens. Non enim ipsi soli iniuriam inferunt, cæterùm & ipsi ad hoc alios præparant: non tantum quæ legis sunt docentes, verumetiam contraria docentes, nempe blasphemiam dei, quod contrarium est legi. Si nanque gentes hos corruptòs conspicentur quomodo, inquit, illę deum diligent? nónne igitur deus verus est, qui huiusmodi charitate prosequitur? *Circumcisio quidem prodest, si legẽ opereris: si uerò transgressor legis extiteris, circumcisio tua præputium factum est.* Quoniam magnam circuncisionis ratio-
nem habebant, plurimi eam facientes, non statim à princi- B
pio dixit quòd superflua & stolida res sit circuncisio, verùm verbis quidem eam recipit, opere verò adeóque reipsa tollit, inquiens: Fateor equidem prodesse circuncisionem, tum scilicet, si legẽ obserues: sin minus, circuncisio tua præputium factum est. Incircuncisum itaque ipsum commõstrat corde. Duas enim circuncisiones, duóq; pręputia dicit, alteras qui- *Circũcisio*
dem secundum id quod videtur, alteras secundum id quod *duplex.*
intelligitur. Circuncisio itaque iuxta apparens est, quæ *Præptium*
carnalis est: circuncisio verò secundum spiritum, est carna- *duplex.*
lium affectuum reiectio. Rursum est præputium secundum carnem, quando aliquis incircũcisus fuerit carne: & est præputium secundum spiritum, quando quisquam infidelem habens animum, nihil affectuum prauorum abscíderit. Dicit itaque diuus Paulus: Si quando circuncisus fueris carne, D
nihil autem egeris eorum quæ sunt legis, præputium tibi adhuc est, & incircuncisus es iuxta spiritum: perinde ac qui carnis adhuc præputio vestitus est, si fecerit quæ sunt legis, circuncisus est secundum spiritum, quippe cui carnei affectus sint adempti, æquè ac per insequentia dicit, quę audi. *Quando igitur præputium iustificationes legis custodit, nõne præputium eius in circuncisionẽ reputabitur?* Non ait quod circuncisionẽ præputium vincat antecellátve, hoc enim inuisum erat: verùm enim in circũcisionem reputabitur. Proinde vera circuncisio, res est & vera & bona: præputium similiter res mala. Obserua autem quod non dixerit, Quando præputium legem seruarit. Verisimile nanque erat quẽpiam

Universidad de Deusto Biblioteca

D sic occurrere: Qui fieri potest vt lex ab eo cui pręputium est, seruetur, quum hoc ipsum quòd quisquam præputiũ habeat, sit legis transgressio? Sed quomodo dixit? Iustificationes nimirum legis, hoc est, quæ videntur iustificare ꝑ operationẽ eorum. Circuncisio enim non est operatio, sed passio patientis, nempe circuncisi. Ne iustificatio igitur quidem legis dici queat. Nam est data in signum, vt ne cum gentibus Iudæi

Circuncisionis signum.

miscerentur. Et *iudicabit præputium ex natura legem perficiens, te qui per literam & circuncisionẽ preuaricator es legis. Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neq; quæ in manifesto est in carne, circuncisio est: uerum qui in occulto Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.*

E Hic apertè palàm ostendit, quod duo præputia ponat, alterum quidem ex natura, alterum verò deliberatione & volũtate: quę sese habẽt vti cõmemoratum est, quando nihil carnalium quisquam affectuũ habuerit, vt qui sint ablati. Duas item circuncisiones dicit, alterã secundum carnem, alterã in

Pręputiã duplex

Circuncisio duplex

spiritu cordis. Ait itaq;, ꝙ ex fide existẽs pręputiũ, affectuũ carnis circuncisionẽ habens, per hoc legem perficiat, id est, legis (vt supra dictum) iustificationes. Iudicabit, ꝑ eo quod est, condemnabit, non circuncisionem, hoc enim horrificum erat: verùm te, qui, quantum ad carnem attinet, circuncisus quidem visus es, corde verò incircuncisus, quatenus transgressor es iustificationum legis. Quocirca haud ignominia

Caute ad Iudæos Paulus loquitur.

circuncisionem afficit, sed honorare potius videtur: eũ verò

F increpat, qui in ipsam ceu præuaricator iniurius extiterit. Hisce peractis manifestè definit quisnam sit verus Iudæus, ostendens eos cuncta ad demonstrationem agere, nimirũ vt videantur. Non enim qui, inquit, in manifesto Iudęus appa ret, Iudęus est: cęterũ qui est in abdito, qui neq; simpliciter quod corporale est perficit, verùm spiritualiter intelligit & sabbata, & sacrificia, & purificationes. Porro quum ait, Circuncisio cordis in spiritu, ecclesiasticæ reipublicæ viã præstruit, ac fidem inducit: siquidem ipsa est in corde & in spiritu. Laudem porro, inquit à deo habet, corda semper explo rante, neq; quicquam secundum carnẽ iudicante. Quod vero ex hisce omnibus colligitur, tale est. Quandoquidẽ vbique viuendi tibi incumbat necessitas & consuetudo, si pręputio vestitum vel Grecum audieris, ne idolorum cultorem intellige, verùm dei cultorem, & virtute prędituin, extra legis

gis tamen obseruationes, perinde ac suprà dictum est. A

CAPVT III.

Q. *Vę igitur excellentia est Iudæi? ecquæ commoditas circuncisionis? Multa per omnem modum. Primũ quidem, quod illis credita sunt oracula dei. Quid enim si increduli manserunt quidam illorum? nunquid incredulitas eorum fidem dei abrogauit? haud quaquam.* Simulac legem eiecisset, per hoc quod diceret, Non enim qui in manifesto, Iudęus est: in posterum obiectionem quãpiam sese exerere conspicatus, illi se opponit. Ecquænam est obiectio? Si nihil prosunt, inquit, hæc, quur gentes Iudæorum sunt electæ? Diluit igitur hanc pro sua sapientia, quæ verbo quidem est consona, multã inquiés B Iudæo inde commoditatem prouenire. Quod sanè confirmans, non Iudæorum virtutes réfq; sterenuè gestas adducit, verùm dei potius dona & gratiam. Nec enim dixit quod multũ pręstiterint cæteris gẽtibus Iudęi, eo ꝙ hoc vel isthuc gnauiter transegerint, verùm quod commissa sint illis ora- *Iudei plurimum a deo honorati.*

cula dei: quæ certè dei est beneficentia, nec vlla ratione illorũ vel dignitas vel præstãtia. Quid verò est, credita sunt? ꝑ, sanè acceperũt, vel in manus sumpserũt, digniq; visi sunt deo vt acciperẽt diuina respõsa cœlitus dimissa. Hęc autem dicẽs, ipsos pariter defendere videtur. Attamẽ aliam rursus accusationẽ in mediũ aduersum ipsos profert, demonstrans quinã ipsi diuinis eloquiis nõ adhibuerint fidẽ, per q̃ tamẽ plurimo sint honore affecti. Veruntamẽ hãc accusationem C veluti ab alio quopiã factã introducit, quippe qui dicat: Ecquid emolumenti confert Iudæis ꝙ oracula dei acceperint, quum increduli erga eadẽ perseuerauerint? Hanc obiectionem porrò diluit, non ꝑ ipsis, sed ꝑ deo potius apologiam adferẽs. Quòd si in creduli manserunt, quid hoc ad deũ? Nũ incredulitas istorum fidem dei faciet irritam? hoc est, fidẽ & veritatem oraculorum & beneficentiæ dei? Vsqueadeo nanque deus ex illorum incredulitate haud lęditur, vt glorificetur potius vt benignus & humanus: quãdoquidem & illi qui eũ ignominia affecturus est, beneficũ sese exhibeat. Viden' quomodo eos reos fecerit ex iis per quę sese venustos reddebant, siue ex hoc quod legem acceperint? *Sit autem deus uerax, omnis autem homo mendax, sicuti scriptum est: Vt iustificeris* Psal. 115. Psal. 50.

in ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *in sermonibus tuis, & uincas quũ iudicaris.* Dixit suprà, quòd quidam increduli manserint, deinde quum nedum quidam, verùm omnes in vniuersum videantur increduli esse, sapientissimè orditur sermonem, qui molestus & inuisus videbatur, atq; id quod re vera factum est, veluti per permissionem ponit, inquiens: Ponamus quòd omnes increduli mãserint: ecquid isthuc, nisi quòd vel hinc iustificetur deus? Hoc est, si iudicatio fiat & exploratio eorum quę à deo Iudæis sint collata, ac vicissim eorum quæ ab iis per eum sint accepta: nicetteria, victoriæque & præmium & laus stabit penes deum, perinde ac Dauid etiam ait. Quod verò inquit, Sit deus verax,

E vsurpauit pro manifestetur, demõstretur. *Quòd si in iniustitia nostra dei iustitiam commendat, quid dicemus? Nõ iniustus est deus, qui infert iram? secundum hominem dico. Absit. Nam quomodo deus iudicabit mundum?* Obiectionem hîc huiusmodi adducit, ceu nonnulli sint qui dicant: Si deus vbi in nos beneficia contulerit, ac à nobis contemptus fuerit, iustus appareat, magisque vincat, per exuberantem nempe humanitatem suam indignis etiam beneficia conferens: quur in posterum iram infert, hoc est, punit nos, quippe qui facti simus autores cùm iustitiæ, tum victoriæ illius? Atque tale quidem est argumentum, quod hanc ad rationem diluit omnino sapienter & rotundè & conuersè. Quia, inquit, te punit, propterea nõ es ipsi victoriæ causa autórve: iniustũ enim foret victoriæ autorem

F ab vincente puniri. Atqui deus non est iniustus. Alioqui, quî iudicabit mundum, si ipse sit iniustus? Proinde, quum te & punit deus, & non est iniustus, non es igitur ipsi victorię causa per commissa flagitia tua: poterat enim & aliàs vincere, etiamsi non visus fuisses sceleratus. Quod adiicit, secundum hominem dico, hanc equidem mentem habet. Ego quidem, inquit, hæc pro deo defendentis instar adduco, iuxta humanam ratiocinationem, hoc est, perinde ac possibile est homini ratiocinari, atq; adeò iustas adferre causas. Nam quęcunque agit deus, nonnullas occultas rationes habent, supra humanas cogitationes & argumenta existẽtes, vt quæ non egeant nostra defensione. *Si enim ueritas eius in meo mendacio exuberauit ad gloriam eius, quur adhuc ego tanquam peccator iudicor, & non, quemadmodum blasphemamur, & sicuti aiunt quidam nos dicere, faciamus mala, ut ueniant bona? quorum condemnatio iusta est.* Rursus idem resumit, vt apertius reddat. Si enim

Deus non est iniustus.

Dei opera inscrutabilia.

enim deus iustus & verus apparuit ex eo quòd deliqui, quur A
ego in posterum condemnor, qui ista in gloriam dei flagitia commiserim? Non enim dignus sum condemnatione, sed coronis potius. Quòd si hoc verum, igitur & quod Græci de nobis dicunt, verum erit. Nam Græci simulac audiuissent Paulum dicentem, Vbi abundãuit peccatum, superabundauit & gratia: ridebant hoc, asseuerantes Christianos dicere, Faciamus mala, vt veniant bona: & peccemus multum, vt exuberet gratia. Isthuc igitur quod aiebant Græci & infideles vituperantes proscindentésque nos, hodiéque contingit: nempe si ita intellexerimus hunc locum, quòd deus eluceat esse bonus ex mea vitiositate, nec- *Græci mẽ*
non insipientia. Verùm aliter sese res habet. Gentium enim *daces.*
nunquàm non mentientium iste sermo est, quarum condem- B
natio iusta est, id est qui iustè punientur. Haudquaquàm igitur ego meum ob peccatum deo sum causa iustificationis, condemnor enim tanquàm peccator. Neque enim iudicarer, si ad gloriam dei peccassem. *Quid igitur? excellimus nos? haudquaquam. Antea enim causati sumus & Iudæos & Græcos omneis sub peccato esse, perinde ac scriptum est: Quoniam non est iustus ne unus quidem, non est intelligens, non est qui inquirat deum. Omnes declinauerunt. pariter inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum apertum guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Virus aspidum sub labiis ipsorum, quorum os execratione & amarulentia refertum est: ueloces pedes ipsorum ad effundendum sanguinem. Contritio & calamitas in uiis eorum, iterque pacis non nouerunt. Non est timor dei ante oculos eorum.* Supra dixerat quòd esset aliqua excellentia C
Iudęis, vt quibus omnino esset credita traditáque lex: nũc ve- *Iudæi a*
rò commonstrat nihil eos habere eximium quo excellant, *deo primũ*
quantum ad propria opera pertinet. Etenim quum non ob- *electi, postea ingrati, & ob id iuste damnatos.*
seruassent quæ eis credita erant, magis condemnantur. Proinde præstantiam quandam habuerunt, electi ab deo. Simulac verò propriis operibus contumelia affecerunt eum, á quo honore erant affecti, deum, qui eos iuxta elegerat: nedum ni hil quo excellant, habent, verumetiam plus condemnantur. Velut igitur in persona Iudæorum ait: Quid igitur? excellimus? pro eo quod est, Habemúsne aliquam excellentiam? ac præstamus aliis, & beneplacemus deo prę cęteris Iudæi nos, quippe qui legem ac circuncisionem acceperimus? Non omnino

Psal. 13.

D mnino dixit, pro nequaquàm. Iudęi enim æquè ac Gręci peccarunt, vt non plura dicam. Vnde verò hoc perspicuum est? Ex prophetis nimirum, Dauide ac Esaia. Dauidis nanque sunt illa, ab eo loco cuius initiũ est, Nõ est iustus quisquam,
Psal. 13. vsque ad eum vbi inquit, execratione & amarulentia refer-
Esaiæ. 59 tum est. Esaiæ autem, Veloces pedes eorum, aduśque locum vbi inquit, Viam pacis non nouerũt. Postea rursum sunt Dauidis quæ sequuntur. Celeberrimos igitur prophetarum adducit accusatores ipsorum, sibique ipsis consentiẽtes inter sè mutuò indicat, quando post Esaiæ verba rursum Dauidica adfert. Esaias enim perspicuè de Iudæis disserit, perinde ac
E Dauid. Porrò à bono quispiã declinat, ac statim inutilis red-
Inutilis redditur qui a bono diuertit. ditur. Malitia enim nihil est aliud atque peruersio naturalium erga bonum motuum. Vnde ad id quod præter naturam est, hominem auehens, inutilem ipsum efficit. Nõ enim natura ipso vtitur, quemadmodum nec ægrotante vtitur arte propria opera. Præterea contritio & calamitas peccatum est: nihil enim adeò conterit animam atque ipsum, ob difficultatẽ inæqualitatémve vię eius. Virtus nanq; ceu naturale quiddam bonum, leuiter & æqualiter nos ferri facit: cæterùm vitium, ceu præter naturam, aliàs quidem sursum, alias verò deorsum facit ferri, in defectu & excessibus apparẽs, ac propterea inæqualem & inciśum motum exhibens, vt ne di-
F cam supplicia posthac secutura. *Et viam pacis.* Diuinam administrationem intelliges, seu diuinam institutionem: ipsa enim est via quietis ac tranquillitatis. Hinc, Tollite, in-
Mat. 11. quit, iugum meum: & inuenietis requiem. Atque hæc via est iter veræ pacis, qui Christus est. *Nouimus autem, quod quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, & obnoxius fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.* Vt ne dicant Iudęi, quoniam hæc ad nos non pertinent, ait: Quæcunque lex dicit, iis quæ in lege sunt loquitur. Nam quæ ista est necessitas, vt quæ vobis tradita est lex, aliis verba facere iudicetur? Legem autem appellat totum vetus testamentum, non sola Mosaica, æque ac iam nunc Esaiæ Psalmorumque vaticinia legem nominauit. Quòd verò ait, vt omne os obstruatur, per hoc Iudęorum fastum indicat, leuémque & vanum linguæ ipsorum impetum atque iactantiam. Obstruxit igitur hanc amnis instar decurrẽtem prophetes. Non autem hoc dicit, quòd propterea

pterea peccauerint, vt os ipsorum obstruatur: verùm quòd D
ea de causa increpiti sunt ab vatibus sacris, vt ne ignorent delinquentes peccatum suum, ac inde nequicquàm glorientur. Atque vt non soli Iudæi, verùm & vniuersus mundus reddatur deo obnoxius, id est condemnatus, fiducia & libertate vacans, vt qui non ex propriis operibus iustificetur, sed alterius ope indigeat, nimirum Christi Iesu gratia. Itaque Iudæe, quidnam in lege gloriaris, quum æquè ac reliquus mundus reus existas, vtpote ex operibus legis haud iustificatus. *Per legem enim agnitio peccati. Nunc autem citra legem iustitia dei manifestata est, testificata a lege & prophetis.* Si gloriaris in lege tu qui Iudæus es, noueris istam tibi maioris supplicij causam esse. Nam peccatum tibi cognitũ reddidit. Iam peccãti scienter & ex cognitione, maior pœna E
imminebit. Verũtamen per secordiam ignauiãque tuam hoc contigit. Etenim quum non declinaueris quod innotuit tibi peccatum, supplicium tibi magis conciliasti. Ecquanam ratione à pœna istiusmodi liberaberis? Si cõplexus fueris iustitiam dei, quæ sine lege est. Iustos enim nos deus efficit, etiamsi opera nobis desint: nam deus est qui omnia potest. Bellè autem dixit, manifestata est, vt monstraret quòd vetusta admodum existens iustitia illa, occultata fuerit. Hinc quum adiicit, comprobata ab lege & prophetis, idem indicat non nouam esse iustitiam, cæterùm cum Mosæ legem, tum prophetas de hac fecisse verba: dignam proinde esse quæ suscipiatur. Etiã si autem sine lege sit, legi tamen haud displicere iustificationem, per illam ipsam iustitiam dico cõ F
tingentem. *Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omneis & super omnes credentes: non enim est distinctio. Siquidem omnes peccauerunt, & orbãtur gloria dei, iustificati gratis ipsius gratia, per redemptionem quæ est in Christo Iesu.* Iustitia, inquit, ipsa, hoc est, iustitia qua nos iustificat deus, venit in omnes per fidem. Adferentes enim fidem, iustificamur omnes, Iudæi & Græci: non enim est distinctio. Neque quòd legem acceperit Iudæus, propterea præfertur Græco. Siquidem & ipse deliquit, quippe qui ab lege solam peccati cognitionẽ acceperit, non etiam à peccato euasionẽ. Quòd si non adeò vt Græcus peccauit, æquè tamen gloria dei orbatus est, offendens omnino deum. Iam qui offendit & impingit aduersus deum, ignominiam certe, non gloriam refert. Atenim ne despondeas propterea

Acrius pu-
nitur, qui
sciens de-
linquit.

D pterea animum. Iustificantur enim omnes gratis gratia dei, quæ gratia per redemptionem fit, hoc est, perfectam libertatem, quam operatus est Christus: ipse enim sese in precium redemptionis dans, iustificauit nos. *Quem proposuit deus per fidem propitiatorium in ipsius sanguine, ad demõstrationem iustitiæ suæ propter remissionem præteritorum delictorum, quæ deus sustinuit, ut indicaret iustitiam suam in præsenti tempore, ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu.* Propitiatorij & sanguinis meminit, vt persuadeat Iudæo, quòd in & per Christum remissio & iustificatio fiat. Si enim tu, inquit, sanguine pecudum dilui peccata credidisti, multo magis id sanguine Christi fiet. Ac si propitiatorio legali tantum roboris fuerit, vt peccata extinxerit, quum tamen vmbra ac typus Christi
E extiterit: multo magis veritati ipsi tantum virium est relictum. Propitiatorium autem vocabatur arcæ cooperculum, quod ex vtraque parte Cherubin fouebat. Indicabat autem omnino humanam naturam, quæ coopertorium erat diuinitatis, contegens ipsam. Glorificabatur quidem ab angelicis virtutibus ministrãtibus ei, propter vnitatem quæ ei cum diuino verbo erat. Proposuit verò dixit, vt ostẽderet iam olim prędefinitam esse redemptionẽ per Christi Iesu sanguinem, vt efficeret remissionem, hoc est, internecionem peccatorum antehac perpetratorum, in patientia dei. Nam multa vsi bonitate dei, similes tamen sumus dissolutis seu paralyticis, & mortuis. Hæc sanè contigerunt ad ostensionem iustitiæ dei, vt non ipse solus appareat iustus, sed vt & alios peccato mor
F tuos, & resuscitare & iustificare possit: quemadmodum diuitiarum demonstratio est, non quòd per sese quispiam diues est, enimuero quòd & alios ditare possit. Ne igitur pudefias hac ratione iustificatus. Nam si deus hoc facere demonstratur, hoc est, decoris & gloriæ loco ducit, hunc ad modum in præsenti tempore nos iustificans, quãdo nimirum peccatum ad fastigium redactum est, & quando nos dissoluti paralysique correpti, desperauimus, & defuncti vita sumus: quomodo tu Iudæus ob talem dei gloriam erubescis? *Vbi est igitur gloriatio tua? excluſa est. per quam legem? operũmne? Non, sed per legem fidei.* Demonstrato quòd per fidẽ iustificaremur, non
e immeritò ex Iudæo percõtatur, Vbinam est gloriatio tua & arrogantia? Non dicit autem, vbi est virtus? nec enim habebãt virtutem, sed solam gloriationem. Ac subdit, excluſa est,

Propitiatorium arcæ quid.

pro

pro eo quod est, non habet porrò locũ. Ante Christum enim A
opportunum erat: gloriari in lege, iam vero minime opportunum est: siquidem inutilis esse lex demonstrata est. Quòd *Lex iustificãdi uim* si lex potuisset nos iustificare, non habuissemus opus Chri- *nõ habuit*
sto. Per qualem autem legem, inquit, excluſa est? nun- quid per legem operum quæ dicit: Quoniam qui fecerit hęc, *Leui. 18.*
viuet in eis? id enim dixit lex Mosaica. Haudquaquam, inquit, sed per legem fidei, quę gratia iustificat, & non ex operibus. Ecce fidem legem etiã vocat, ob nominis apud Iudęos reuerentiam. In posterum itaque Iudæe in fide gloriare, quæ te iustificare poterit. *Arbitramur itaque fide iustificari hominem sine operibus legis. An Iudæorum deus tantum? nonne & gentium? Profecto & gentium: quandoquidẽ unus est deus, qui iustificabit circuncisionem ex fide, & præputium per fidem.* Quum subiecisset B
oculis, quòd ex sanguine Christi & non ex operibus esset iu- *Iustificatio non ex*
stificatio, concludit sermonem, inquiens: Quoniam ex com- *operibus*
memoratis omnibus colligimus fide iustificari omnẽ homi- *legis.*
nem, ne turberis ô Iudęe, ceu absurda res sit isthæc iam. Non enim partium studiosus est, vel diuisus deus, vt te solũmodo seruet, nec omnem hominem. Hic autem Iudæos rubore suffundit, ac perterrefacit supra modũ ceu eos qui aduersus deũ pugnant, si non permittant gẽtes seruari per fidem: id quod fit, quum non credunt ipsum omnium peræquè deum esse, cu rámq; gerere omnium ex æquo. Vnus igitur, id est, idem & Iudæorum & gentium deus, qui & circuciſum iustificat, non ex lege, cæterũm ex fide, ac prępotio vestitum intermediante fide suscipit. Recordatus autem circũcisionem & præpu- C
tium, meminit iuxtà eorum quæ paulò antè dicta sunt, quibus indicabat quòd neque circũcisio prosit absentibus operibus, neque præputium per sese quicquam obsit. Vtraq; igitur fide opus habẽt. *Legem igitur destruimus per fidem? Haud- Fides le-*
quaquam, sed legem statuimus. Quia non nihil turbabat Iu- *gem non*
dæos, legem fide dissolui, mitigat & curat istuc vulneris in- *destruit,*
genti sua sapientia Paulus, inquiens: Quoniam legem stabi- *sed statuit*
lit fides. Quod enim voluit quidẽ lex, nempe iustificare hominem, nõ potuit autem præstare, hoc fides perficit. Etenim per fidem quisque iustificatur: haud igitur destruit legem fides, sed statuit potius. Per hoc statuendi vocabulum, ostẽdit iacẽre legem. Nam qui iacet, opus habet erectore, qui ipsum statuat erigátque in pedes.

CAPVT

D

CAPVT IIII.

QVid igitur dicemus Abraham nostrum inuenisse secundum carnem? Nam si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriationem, sed non apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Abunde satísque cõfirmato hoc, nimirum quòd omnes plenè fide indigeant. Abrahæ exemplo id fortius monstrat, vt qui apud eos in magno admodũ loco fuerit, summóque precio. Dixit itaque, quòd neque is qui talia tantáque transegerat, minimè citra virtutem ex operibus iustificatus sit, verùm enim ex fide. Patrem hunc porrò appellat secundũ carnem, eiiciens eos à cognatione quæ est secundũ spiritum. Si enim ex operibus iustificatus est, habet quidem quod glorietur, sed enim non apud deum, hoc est, gloriari potest quòd suis ex viribus, atq; adeò ex propriis operibus rectè egerit: quod ad deum nihil efficit aut valet, neque ad eum recurrit. Atenim qui ex fide iustificatur, habet quod apud deum glorietur: nam gloriatur apud eum, ipsius sese gratia seruatum, seque ab eo dilectum. Præterea gloriatur etiam is qui credit quòd deum glorificet in hoc quòd ipsi fidem adhibeat, vt qui impossibilia nobis visa præstare queat. Proinde est quod iactet adeóque deprædicet, nempe fiduciam ac libertatem erga deum: veram nanque de eo opinionem habet, ac credit ei, ceu qui omnia possit. Ei autem qui operatur, merces imputatur non ex gratia, sed ex debito. Non operanti autem, sed credenti in eum qui iustificat impium, imputatur fides eius ad iustitiam, perinde ac Dauid etiam ait beatitudinem esse hominis cui deus iustitiam adscribit sine operibus: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir, cui non imputarit dominus peccatum. Qui operam suam cuipiam ad opus & laborem collocat, mercedẽ accipit, ceu quæ debeatur ei pro labore: qui credit autem, etiam si non operatur, fidem tamen adfert, rem sanè minimè exigui momenti. Certum enim esse quòd possit Deus eum qui impiè vixisset, nedum pœna liberum facere, verumetiam iustũ efficere, magnum reuera est. Eam ob rem fides credenti ad iustitiam imputatur, hoc est, suscipit fidem eius Deus, non vt mercedem ipsi reddat, verùm vt iustificet ipsum. Proinde qui credit, adfert nõnihil, fidem, videlicet. Ante conspectum itaque statuens, Abrahami exemplo, quod ex fide

Gloriari in Deo quis dicatur.

E

F

Gene. 15.

Iacobi. 2.

Galat. 3.

Abraham ex fide nõ ex lege iustificatus.

Psal. 31.

ex fide sit iustitia seu iustificatio, producit in testem Dauid A
vatem, beatum prędicantẽ illum, cui non imputet Deus peccatum. Ac maius quiddam per excessum indicat. Nam si felix est atque beatus, qui remissionem peccatorum accepit ex gratia: multo potius qui fidem demõstrat, ex ea iustificatus, beatus esse censebitur. An ne admittes igitur, quòd credens secundum gratiam accipiat remissionem peccatorum? atqui ille ipse est, qui beatus esse prædicatur. Non autẽ ipsum beatum prædicasset, nisi immensa ipsum gloria frui conspexisset. Nam beatitudo, eximium quiddam est, ac maius ipsa iustitia, puta omnium quæ ab Deo nobis obtingũnt bonorum fastigiũ & culmen. Beatitudo ergo hæc ad circuncisionem tantum pertinet, an etiam ad præputium? Asseueramus enim, imputatam esse Abrahamo fidem ad iustitiam. Quomodo igitur imputata est? cũ B
in circuncisione esset, an in præputio? Non quum in circuncisione, sed quum in præputio. Si beatitudo ei cõuenit, cui haudquaquam imputauerit dominus peccatum, hoc est, iustificato, iustificatus est autem Abraham, & omnino beatitudinem est nactus: videamus igitur quomodo iustificatus est, in præputióne, an circuncisione? In præputio sanè prorsus. Beatitudo igitur in præputium cadit, hoc est, ipsi magis, quàm circũcisioni conuenit. Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, ut sit pater ipse omnium credentium per præputium, ut & eis imputetur iustitia: & pater circuncisionis, non iis tantum qui ex circuncisione sunt, sed & iis etiam qui per uestigia fidei ingrediuntur, quæ est in præputio patris nostri Abrahami. Obie- C
ctionem emergentem diluit. forsan enim aliquis dixisset: si Abraham, cum in præputio esset, iustificatus est, quam igitur ob causam circuncisus est? Ait igitur, quòd circuncisionis signum acceperit, pro sigillo obsignante ac prædicante quòd ex fide iustificatus est: quam sanè fidem iam antea quũ præputio amictus esset, ostendit. Quum itaq; duo cernantur circa Abrahamum, præputium & circũcisio, per præputium sanè, eorum qui præputium habent, pater commonstratur. sed qualium? talium videlicet qui ipsius instar crediderunt, vt perinde ipsis fides imputetur ad iustitiam, hoc est, vt iusti fiant. Per circuncisionem verò rursus ostenditur esse pater circuncisionis, hoc est, circunciſorum. Est autem pater non illis tantum, qui solam circuncisionem habent, enimuerò incredentibus etiam per vestigia fidei ipsius, quæ in circunci-

Abraham si iustificatus, cur circuncisus?

Abraham præputii & circuncisionis pater.

D sione illi obtigit. Hunc itaque ad modum hic est legendus locus: Et patrem eum circuncisionis esse, non iis qui ex circuncisione sola ipsi adæquantur, sed incedentibus etiam per vestigia fidei, hoc est, credentibus æquè atque ipse crediderant in mortuorum corporum resurrectionem. Nam quum esset grādæuus & mortuus, credidit quòd posset viuum Deus semen sibi excitare, ac dare gnatum. Est igitur vniuersa sententia huiusmodi: Quum in præputio esset Abrahamus, credidit & iustificatus est, vt hoc pacto credentium qui in præputio sunt, gentium pater existat. Rursus accepit circuncisionem, sigillum & signum fidei quam in circuncisione habuit, vt esset pater circuncisorum, ingredientium videlicet per vestigia fidei, quam habuit dum adhuc incircuncisus esset. Hæc itaque si non adsit, nequicquam circūcisionem gloriæ ducunt. Quemadmodum si quis crumenam ostentet & solam & vacuam, in qua nihil sit abditum repositúmve: sic Iudæus crumena quidem est circuncisione signata, in quo tamen fides nulla est, cuius est circuncisio sigillum. *Non enim per legem promissio Abrahamo & semini eius, ut esset ipse hæres mundi, sed per iustitiam fidei. Nam si qui ex lege sunt, hæredes sunt: euacuata est fides, & irrita facta promissio.* Ostendit iam antea, quòd iustitia non ex lege, sed ex fide sit: pergit itaque commonstrare, quòd promissio Abrahamo non ex lege, ex terùm ex iustitia fidei obtigerit. Qualis autem erat promissio? Vt esset ipse hæres mundi, hoc est, vt in ipso benedicerentur cunctis in terrarum orbe gentibus. Si enim lex, inquit, dedit hæreditatem: euacuata est fides, id est, vana & vacua & inutilis esse res deprehenditur. Quis enim vlla fidei siue cura siue ratione tangetur, si lex promissa adeóque hæreditarqm daret? Verùm id hac via non fit: siquidem Abrahamo promissionis factus est hæres, non per legem, Vbi enim tum lex erat? sed per fidem, quemadmodum scriptum est, Credidit Abraham deo. *Lex enim iram operatur. Vbi autem non est lex, neque præuaricatio.* Confirmat iam quonam pacto per legem promissio aboleatur, quum inquit, legē sequitur transgressio: quam si quis trāsgressus fuerit, iram operatur, & maledictionem adducit & supplicium. Qui igitur supplicio est obnoxius, quomodo quæso dignus est hæreditate? *Propterea ex fide, ut secundum gratiam, ut sit firma promissio uniuerso semini, non ei quod ex lege tantum, uerumetiam ei quod est ex Abrahami fide, qui est pater omnium nostrum, quemadmodum scriptum est: Quoniam patrem multarum gentium posui te: ad exemplum eius cui credidit deo, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.* Quia lex iram operatur, propterea ex fide dicitur iustificari Abrahamus, ac hæres constitui, vt secundum gratiam omnia fiant. Gratia autem ad quid prodest? vt sit firma promissio. Non enim præuaricationem habet gratia, quemadmodum lex, vt firma sint quæ dantur. At quum gratia est & misericordia dei vniuersum hoc, haud iniuria, quæ donantur, stabilia sunt cuncto semini, hoc est, omnibus credentibus, non iis tantùm qui sunt ex lege, hoc est circuncisis, verumetiam iis qui sunt in præputio, qui sunt semen Abrahami, ex fide ipsi progeniti: vt ita cui non sit fides, is non sit semen Abraham, qui est pater omnium nostrum, hoc est, fidelium, itidem vt scriptum est: Quoniam patrem multarum gentium posui te: ad instar eius, cui credidit, Dei. Est itaque hæc sententia: Abraham est pater omnium ad similitudinem Dei, hoc est, perinde atque Deus. Nam vt omnium est pater Deus, consimili ratione Abrahamus, non secūdum naturalem propagationem aut cognationem, verùm secundum proprietatem & conditionem fidei. Adiecit autem, cui credidit, vt ostenderet quòd & fidei compensationem acceperit, quæ est, quòd sit pater omnium. Quare si nō acceperis ô Iudæe ipsum esse patrem omnium nostrum, imminuisti eius honorem, quem accepit ab viuificāte mortuos, & vocante quæ non sunt, vt sint. Quod suprà dixit, hoc nunc repetit, Abraham credidit quòd deus mortuum corpus, quale erat suum ipsius, possit non solùm viuificare, ceterùm fœcundum etiā reddere: hinc etiamnum ait, qui viuificat mortuos. Porrò, qui vocat ea quæ nō sunt vt sint, huius causa apposuit, vt ostendat nō esse impossibile deo, eos qui non sint filij Abrahami, se posse in filios eius permutare. Non dixit autem, qui producit quæ non sunt, verùm, qui vocat. Vt enim nobis facile est vocare quæ sunt, sic ei haud difficile est, quæ nō sunt, excitare ac statuere. *Qui præter spem in spe credidit, ut efficeretur pater multarum gentium.* Ne arbitreris temere honoratū esse Abrahamū. Quomodo enim qui præter spem humanam in spe diuina credidit, quòd fieret pater multarū gentiū: quomodo, inq̄, frustra à deo adeò honore magno affectus esset?

Resurrectionem Abraham credidit.

Promissio Abrahæ facta quibus fuerit.

Gene.15.

Gene.17

Abraham omnium pater.

Gene.17

Universidad de Deusto Biblioteca

D Dixit autem gentium, & non Israelitarum. Nam illi non secundum fidem, verum secundum naturam ab eo descenderunt. Gentium itaque dixit, pro iis qui sunt illi, quatenus ad fidem attinet, similes. *Secundum quod dictum est: Sic erit semen tuum sicut stellæ cæli, & sicut arena maris. Et non infirmus fuit in fide, nec considerauit suum ipsius corpus emortuum, ut qui centum annos iam natus esset, ac matricis Sarrhæ extinctionem ac sterilitatem. Erga promissionem autem dei non hæsitauit per incredulitatem, verum confortatus est fide, dans gloriam deo, certo persuasus quòd quæ deus promisisset, præstare etiam queat.* Quia dixerat, præter spem in spe diuina crediderat cõfirmat nunc hoc ipsum, inquiens: Dictum quidem est ad ipsum, Sic erit semen tuum ut stellæ cæli, marisque sabulũ. Ipse verò in fide haudquaquam E labefactatus, sed fortem eam retinens, non respexit ad proprium corpus suum, ipso tempore iam emortuum, nec expedit secũ Sarrhæ matricem duplici ratione enectam. Etenim senio primùm, tum cadaueroſa sterilitate iam tum sanè obierat, vimque vitalem amiserat. Nec hæsitauit, hoc est, non in dubiam animi sui sententiam raptus est, nec prorsus animi pependit, sedenim roboratus est fide. Intuere autem, quãnam ostendat credentem opus habere multa virtute ac potentia. Nam plerique fidem imminuerũt, ceu rem minimè laboriosam: opera verò magnificarunt, vt quæ sudorem ac vires postulent. Indiget igitur, inquit, is qui credit, & magna & portenti anima, quò incredulitatis ratiocinationes abigat ac repellat, perinde ac Abrahamus in fide robustior est redditus. F Qua ratione? dans gloriam deo: non humanis fidẽ adhibens cogitationibus aut argumentis, cęterùm digna dei gloria secum animo volutans, certior factus ac indubitatò persuasus quòd impossibilia possit: hæc enim dei est gloria. Quocirca qui non credit, sed in multis rebus curiosus est, non glorificat deum. quia verò Abraham non erat perfectè centum annorum, propterea quadam veluti siue correctione siue conditione dixit, centum annos iam, seu ferè. *Eam ob causam imputatum est ei ad iustitiam. Non scriptum est autem propter ipsum tantùm, quoniam imputatum est ei ad iustitiam, sed propter nos etiam quibus imputabitur, si crediderimus in eum qui excitauit Iesum dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Simul atque & mu-

Gentiles ex Abraham per naturam, non per fidem.

Gene. 13. & 15.

Sarrha senio & sterilitate effecta.

ta & magna de Abrahamo dixisset, vt ne quis obiiceret, Ec- A quid ista ad nos? subdit quòd propter nos etiam scripta sint, vt sciamus nobis etiam fidem imputandam ad iustificationem, si modò eam habuerimus, credentes in eum qui excitauit Iesum Christum à mortuis. Sin vacillas mente, ac dubitas quomodo seruari possis, ob oculos mentis tuæ statue eum qui obliterauit peccata tua omnia, qui mortem obiit, non sanè ob proprium delictũ, verùm propter delicta mundi. Quia verò peccatum non habens mortuus est, meritò resurrexit. Qua enim ratione ab inferis detineri potuit, quj omni prorsus peccato vacabat? in quem nihil vitij aut sceleris cadebat? Mortuus est igitur & resurrexit, vt & nos à peccatis nostris liberaret, & iustos efficeret. Quemadmodũ igitur Abraham effœtum suum corpus credidit fœcũdum reddi, non dissimilem ad modum tu crede quòd Christus mortuus est, & resurrexit, & imputabitur tibi etiam ad iustitiam B æquè ac progenitori tuo Abrahamo.

Fides quo nobis pro fit.

Hebr. 9. 1. Pet. 3.

Abrahæ fides.

CAPVT V.

I *Vstificati igitur ex fide, pacem habemus erga deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & adductionem obtinuimus ex fide in gratiam hanc in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ dei.* De vitæ ratione hîc disserit. Vitæ ratio. postquam enim de fide præclara adeóque magna dixerit, operáque imminuerit, ne iam socordes simus, de vitæ deinceps formula verba facit. Quia, inquit, fides nos iustificauit, non amplius peccemus, verùm pacẽ habeamus ad deum per vitam minimè ipsi displicentem. Quomodo autem istuc continget? per dominum nostrum Iesum. Qui enim iusti ficauit nos cum peccatores essemus, adiuuabit etiam nos vt custodiamur in iustitia ipsius. per ipsum enim accessum obtinuimus. Quòd si cum procul essemus, adduxit nos: quanto magis propinquiores ac viciniores nos redditos retinebit? Adduxit autem nos in gratiam hanc. quo modo? in fide. hoc est, fidem adferentes. Quæ verò qualisve isthæc est gratia? omnium bonorum assecutio quę per baptisma nobis obtigerũt: in qua stamus, firmitudinem & robur mutationis omnis

C

Gratia ex baptisma.

D expertia habentes. Diuina enim bona nunquam non stant, neque vnquam excidunt. Nec ea solùm quæ accepimus, firmiter tenemus, verùm alia pariter nos accepturos confidimus. Glorianur nanque, inquit, in spe bonorum quæ nobis sunt obuentura: quæ quum ad gloriam dei pertineant, necessariò nobis dabuntur, etiamsi non propter nos id fiat, sed vt ipse glorificetur deus. *Non solum autem sed & gloriamur in adflictionibus, scientes quod adflictio patientiam efficit, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non pudefacit.* Nedum, inquit, ob futura bona gloriamur, sed quod maius est, ob præsenteis etiam quibus quatimur adflictionibus. Non enim turbemini, inquit, quòd adfligimur: ea enim Christiani est gloriatio. Qua ratione? Quoniam adflictio efficit patientiam, patientia verò probatum eum qui tentatur, reddit: probatus autem homo factus, & confidens bona conscientia quòd à Deo sit adflictus, sperat pro huiusmodi tandem malis nonnullam permutationem. Talis autem spes non excidit, nec pudefacit sperantem. Humanæ nanque spes non euenientes, nec sperato potitæ, sperantes ignominia afficiunt. In diuinis autem rebus nihil tale contingit. Qui enim bona confert, & immortalis est & bonus. Ac nos qui ventura bona sumus accepturi, etiam si moriamur, viuemus tamen: neque quicquam erit in posterum, quod nos à spei nostræ euentu prohibere possit.

Patientia Christianorũ propria.

E *Quoniam dilectio dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Certa & indubitata habentur futura ex dilectione, quam iam antea deus hic nobis exhibuit, atque commonstrauit. propemodum enim talia

F dicit: Ne despondeas animum: nam spes circa diuina non excidit. Qui enim adeò nos dilexit, vt nos filios dei faceret, idque citra laborem per spiritum sanctum, quomodo non dabit nobis coronas & præmium post labores? Effusa est igitur dilectio dei in corda nostra, id est, larga necnon diues apparet: quippe qui habeamus in corde nostro spiritum, quem dedit nobis.

Spes bonorum cæleſtiũ non excidit.

Christus enim quum essemus infirmi, iuxta tempus: pro impiis mortem obiit. Vix enim pro iusto quis moriatur. pro bono enim fortasse quispiam mori audeat. Commendat autem suam ipsius dilectionem Deus erga nos, quod quum adhuc peccatores essemus,

mus, Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati A *nunc in sanguine ipsius, seruabimur per ipsum ab ira.* Quum dixisset quod dilectio dei monstratur effusa in corda nostra per spiritum, quem habemus in ipsis datum ab eo: porrò dilectionis magnitudinem ob oculos ponit, ex eo quòd Christus pro nobis infirmis mortuus est, imò quod deterius est, pro impiis, quum pro iusto vix quispiam mori sustineat. Est igitur hinc eximiam adeóque maximam dilectionem colligere, quòd pro peccatoribus adeóque impiis nobis mortem oppetierit. Quòd ait, secundum tempus, conueniens ac prædefinitum tempus significat. Quando enim opportunum erat, tum obiit. postquam igitur per charitatẽ mortuus est, per mortem verò nos iustificauit, multo magis deinceps nos seruabit ab ira, vt quos iustificarit iam antea. Quòd si id quod maius est, nempe iustificationem, nobis donauit, ecquur ab ira etiam nos non seruaret? Seruatis deinde ab B ira, bona iuxta nobis sua impertiet, ob multã suam dilectionẽ. *Si enim quum hostes essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconsiliati seruabimur per uitam ipsius.* Videtur dicere planè eadem, veruntamen diuersæ sunt sententiæ, si inter se conferantur. Suprà enim nos esse peccatores prius, iustificari verò posterius accipiens, per comparationem dixit: Qui quum peccatores essemus, nos iustificauit per mortem, multo magis iustificatos seruabit. Iam nunc verò mortem Christi ac vitam adsumens, rursus per comparationem effert sententiam, hunc ad modum inquiẽs: Tunc reconciliati sunt per sanguinẽ & mortẽ Christi credentes, quur ergo nunc per vitam ipsius non conseruaremur? Qui enim non pepercit filio suo, sed pro nobis nostrã- C que reconciliatione in mortem dedit, nónne multo magis per vitam filij sui seruabit nos? *Non solum autem, uerum & gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem reconciliationem accepimus.* Non solùm, inquit, seruati sumus, verùm & gloriamur in Christo, propter hoc ipsum, quòd quum impij essemus, seruati simus, idque per sanguinem vnigeniti. gloriamur autem per dominum Iesum, nam ipse est autor gloriationis nostræ, qui & causa est reconciliationis. *Propterea quemadmodum per unum hominem peccatum in hunc mundum est ingressum, & per peccatum mors, sic in omnes homines mors peruenit, in quo omnes peccauerunt.*

Nostræ gloriatio.

D Commemorato quòd dominus Iesus nos iustificauit, recurrit ad radicem mali, peccatum nempe & mortem: ostendens quòd duo hæc per vnum hominem, nimirum Adamum, innaserint & ingressa sint in mundum, peccatum videlicet & mors: ac rursus per vnum hominem, dico autem Christum, ablata sunt. Quid autem est ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, In quo omnes peccauerunt? hoc est, in Adã omnes peccauerunt. Quũ enim ille idem cecidisset, etiam ij qui non ederunt de ligno isto, facti sunt ex illo mortales, mortique subiugati, perinde ac si ipsi etiam impegissent, quandoquidem iste impegerit.

In Adam quomodo omnes deliquisse dicantur.

Vsque enim ad legem peccatum erat in mundo. peccatum autem non imputabatur, quum non esset lex. Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysem, in eos etiã qui non peccarant, in similitudine præuaricationis Adami, qui est typus futuri. Scopus est Apostolo hic demonstrare velle quòd ij etiam qui non edissent à li-

E gno, neque æquè peccassent atque Adam, propter illius tamen peccatum itidem sint iudicati tanquam peccassent, ac mortui sint. Atque id confirmat hoc pacto. Peccatum regnabat tantisper dum lex Mosæ ferretur, hoc est, ante etiam legem. Quale igitur erat peccatum isthuc? nõne quod est extrãsgressione legis? Ecquid tale peccatum esse potuit, quum lex non esset? Peccatum enim tum imputatur, quãdo est lex: porrò qui hanc transgrediuntur, necessario dicuntur peccare. Atqui mors regnauit adusque Mosen, hoc est, priusquam etiam lex daretur: itaque peccatum erat, per quod mors regnauit. Nõ regnasset autem nisi fuisset peccatum quoddam mortem excitans ac statuens. Quia verò demonstratum est

F quòd peccatum ex transgressione legis nondum fuerit, re-

Adæ trãsgressio.

linquitur peccatum isthuc esse peccatum Adami, per quod mors regnauit etiam in eos qui nõ peccarant, per sese videlicet. Legem enim non accipientes, neque transgrediẽtes illam, neque peccare dicuntur: attamen in similitudine transgressionis Adami peccauerunt, ac cõmunicarunt primo ipso delicti fonte & autore, qui est figura Christi. Vt enim vetus Adam omnes obnoxios fecit proprio suiipsius delicto ac lapsui, etiam eos qui per se non erant lapsi: sic Christus omnes

Vetus Adam.

iustificauit, etiam eos qui haudquaquam iustificatione digna trãsegissent. Propter hoc typus est futuri, id est Christi.

Sed non ut delictum, sic & donum. Si enim unius delicto multi sunt mortui, multo magis gratia dei & donũ in gratia unius hominis Iesu Christi

Christi in multos exuberauit. Et non sic per unum qui peccauerat, donum. Iudicium enim ex uno ad condemnationem, donum autem ex multis delictis ad iustificationem. Non tãtum solummodo profuit Christus, quantum nocuit Adam. Si enim peccatũ tantum potuit, vt ob vnius noxã, omnes eius posteri etiã illi qui per sese non peccauerant, condemnarẽtur: multo magis gratia dei & patris, & non solius huius, verumetiam filij sui, in multos exuberauit largiter fluens. Nec erit donum dei tantum, quanta est quę per vnum dẽlinquentem venit condẽnatio: sed longè maius & præstantius. Iudicium enim, hoc est condemnans peccatum, ex vno qui deliquerat Adamo profluens, ad condemnationem, hoc est ad mortem & plura peccata, nunquã non in posteris emicuit, vt & multis peccatis & morte detinerẽtur homines. Donũ autem ex multis delictis ad iustificationẽ, hoc est gratia, nõ vnũ illud peccatũ solùm abstulit, verumetiam alia quæ post illud inuaserũt in hominem. Omnium enim post lapsum istũ peccatorum dimissionem donans, in iustificationẽ nobis cessit. *Si enim unius delicto mors regnauit per unum: multo potius exuberantiam gratiæ ac donum iustitiæ accipientes, in uita regnabunt per unum Iesum Christum. Proinde quemadmodum per unius delictum in omneis homines ad condemnationem, sic per unius iustitiam in omneis homines ad iustificationem uitæ.* Si edere à ligno vnum hominem, mortem fecit regnare: multo magis nos, qui gratię cum exuberãtiam tum copiam & largitatẽ accepimus, & iustificati sumus, viuemus & regnabimus per vnũ Iesum Christũ, cuius fratres concorpores (vt ita dicã) atq; adeò eiusdem cũ ipso corporis sumus: ac perinde vt corpus capiti adnexũ est, consimilẽ ad rationẽ nos ipsi vniti sumus. Nec enim simplex & vnius speciei bonũ accepimus, vt ad futura bona dubio simus animo: sed exuberantia gratiæ, nostra bona sunt: quemadmodum si quis quia multa debeat, in carcerẽ cum vxore & liberis conijciatur, deinde nõ solùm liberetur ab carcere, adeoq; debito, cæterùm innumera simul talenta recipiat, ac in regiã aulam introductus, præclaro Principatu donetur, dignusq; eo iudicetur, regisque filius constituatur. Concludẽs igitur argumentum, ait: Proinde æquè atque per vnius delictum (qđ suprà iudicium vocauit, nunc delictũ nominat, hoc est Adami peccatum) in omnes homines mors, sic per iustitiã vnius Christi, in omnes homines gratia, dans ipsis & iustificationem

Gratia maior delicto.

Roma. 8. & 12. 1. Cor. 10 & 12.

Dnem pro peccato, & vitam pro morte. *Vt enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, sic & per obedientiam unius, iusti constituentur multi.* Non est παυτολογία, id est, reiteratio, adeòque ociosa eiusdem repetitio, vt apparet: verùm quum suprà dixisset, quèadmodum per vnius delictum, sic & per vnius iustitiam: iã verò interpretatur quid sit delictum vnius, nempe inobedientia, per quam peccatores constituti sunt multi, hoc est obnoxij supplicio, reique mortis. Ecquæ est iustitia vnius, nimirum Christi? Obedientia, inquit, ipsius ad mortem vsq; mortem autem crucis, per quam obedientiã contrita morte, liberati sumus nos ab ipsi⁹ condemnatione. *Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum: ubi autem exuberauit peccatum, abundauit magis gratia.* Quum ostendisset omnes ab Adamo condemnatos, à Christo autem conseruatos, ac verisimile esset addubitare quempiam ac dicere, Quid igitur lex tot annos faciebat, si quidẽ Christus nos iustificauit? Respondet, quia lex subintrauit, pro, ad tempus lata est, nõ vt excelleret, vel dominatum exerceret: quũ autem subingressa esset, auctius reddidit delictũ. Nam multa mãdata dabat q̃ omnia trãsgredientiũ hominũ auxerũt delictũ. Particula porrò vt, hîc nõ est rationis redditiua, sed euentũ respicit. Sancita est enim lex vt minueret & auferret peccatũ: euenit autem contrariũ, per socordiam hominũ, non per legis naturã. Postquã autẽ abundauit peccatum per legem, per Christum gratia dei exuberauit nedum à peccatis liberans, cæterùm & iustificans nos, & cœlestes faciẽs, adoptànsque nos in filios dei. Propterea nõ dixit, exuberauit, sed superexuberauit, copiam ipsius indicans. *Vt quemadmodum peccatum regnauit in mortem, sic & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam.* Quum gratiam superabundasse dixisset, monstrat porrò elegantiam ac decorum rei, vt ne simus incredduli, inquiens: Imperatoris loco peccatum erat, mors verò miles erat ab ipso peccato armatus. Si igitur peccatum dominatum est nostri veluti quendam militem habens mortem, multo magis gratia dominabitur in nos, iustitiam adducens, quæ peccatum aufert, ac simul dum peccatum tollit, mortem etiam adimit, vitam adferens sempiternam. Veluti igitur contrariæ inter sese pugnantes acies constituuntur, peccatum sanè militem habuit mortem, gratia verò iustitiam. Abstulit igitur & interemit iusti-

Inobediẽtia Adæ.

Obedientia Christi.

Lex peccatum quo auxerit.

Gratiæ Christi ex uberũtia.

Peccati tanquam imperatoris miles mors.

Gratia peccatum abstulit.

iustitia imperatorium peccatum, ac vnà cum ipso mortem, ac in posterum introducta est vita sempiterna. A

CAPVT VI.

Quid igitur dicemus? *permanebimus in peccato, ut gratia exuberet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in ipso?* Quia dixerat, vbi abundauit peccatum, superexuberauit gratia: aliquis forsan inferre potuisset: Deinceps ergo nõ desistamus à peccatis, vt gratia eo maior demõstretur. Isthuc ergo diluit, inquiens per inficiationem, haudquaquam: quod in apertè palàm absurdis facere cõsueuit. deinde rationem ponit: Quoniam, inquit, mortui sumus peccato per baptisma, mortui erga ipsum facti, vt non porrò obtemperemus ei: quomodo igitur adhuc viuemus in ipso, vt detineamur ab eo, atque obediamus ei? Hinc discimus, quòd omnis sanè fidelis occiditur & intermoritur, quãtum ad peccatum attinet, per baptisma. Segniter autem agens, ipse seipsum excitat & viuificat vt denuo peccato commisceatur: quemadmodum è diuerso vir tuti deditus, sedulus & studiosus, hanc sibi mortem vel mortificationem nunquam non retinet atque conseruat, vt etiãsi innumera iniungat adeóq; imperet, ipse tamen veluti mortuus non audit, non obsequitur. *An ignoratis, quòd quicunque baptizati sumus in Christum, in mortem ipsius baptizati sumus? consepulti quidem per baptisma in mortem, ut quemadmodum excitatus est Christus a mortuis, sic & nos in nouitate uitæ circumambulemus.* Quomodo peccato mortui simus, iam firmius ostendit, per baptisma inquiẽs. In mortem enim Christi baptizati sumus, hoc est, vt & nos æquè ac ille, in eo moriamur, Quod enim Christo est crux & sepulchrũ, id nobis est baptisma, etiamsi ad eadem vtrunque non pertineat. Ipse nanq; carni mortuus est & resurrexit, nos autem peccato morientes, resurgimus virtuti, vt sicuti Christus carne resurrexit ex mortuis per gloriam patris, hoc est, per Propriam diuinitatem (nam gloria patris est filius) sic & nos alia resurrectione resurgamus, quæ mores, & vitæ in meliorem statum alterationem respiciat. Quum enim fornicator cœperit esse temperans, en mortem & interitum vitij defuncti vita, & resurrectionem virtutis orientis iam, & vitam viuẽtis in homine. *Si enim complantati sumus similitudini mortis ipsius, erimus & resurrectionis etiam*

Mori peccato quid sit. B

Peccati mors. C

Virtutis resurrectionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D etiam resurrectionis: hoc scientes, quòd uetus noster homo simul crucifixus est, ut aboleatur corpus peccati, ut ne amplius inseruiamus peccato. Non dixit, quòd communicauerimus similitudini mortis eius, verùm complantati sumus, plantationis nomine fructum qui ex ea prouenit, ita adumbrans. Corpus enim domini in terra sepultum, salutis fructum protulit. Quia verò nos in aqua tumulamur, is verò in terra sepultus est, nos quod ad peccatũ sanè, ille verò quatenus ad corpus: idcirco non dixit morti, sed similitudini mortis. Proinde & resurrectionis consortes erimus, vitæ æternæ hæreditatem adituri, per demonstrationem resurrectionis in operibus bonis. Et-

Vetus homo, malitia.

enim vetus noster homo, id est malitia, simul crucifixus est hoc est, perinde vt corpus Christi, in baptismate sepultus est vt aboleatur corpus peccati. id est, ex variis partibus compo

E situm vitium. Ac tãquam vnum corpus sit peccatum, vel corpus nostrũ peccabile, infert propterea, vt ne porrò inseruiamus peccato. Volo enim, inquit, ipsum esse mortuum, non vt excidatur planè vel destruatur, sed vt ne peccet corpus ipsum. *Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato.* De omnibus id mortalibus dicit. Quemadmodum qui vita defunctus est, iustificatus est à peccato, hoc est, absolutus est, liberatus est: hũc ad modum tu baptizatus & occisus vel mortuus pec-

F cato, mortuus ei perseuera. *Si autem mortui sumus cum Christo credimus quod & simul uiuemus cum ipso, scientes quòd Christus excitatus a mortuis, porrò non moritur, nec mors in eum deinceps dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod aũt uiuit, uiuit Deo. Sic & uos reputate uos mortuos quidem esse peccato, uiuere autem deo, in Christo Iesu domino nostro.* Reiterare idem videtur, at secus res habet. Suprà enim dicebat quũ oporteret nos esse mortuos peccato: nunc autem verba facit de resurrectione nouæ vitæ, quam erga deum nos habere cõuenit. Si enim mortui sumus cum Christo per baptisma, credimus quòd & in vitæ nouitate resurgemus, vt ea semper a-

Christus quõ pcto mortuus dicatur.

pud nos commoretur & permaneat. Nam & Christus excitatus, in sempiterna secula viuit, non amplius moriturus. Etenim, illud quod mortuus est, peccato mortuus est, id est propter peccatum nostrum, quum minimè morti obnoxius esset. Quod autem viuit, viuit deo, id est, diuinæ virtuti ac potentiæ. Viuit enim semper in virtute & potẽtia dei & patris. Quia autem Christus secundò non moritur, neque nos alteram

ram vel secũdam mortem per alterum baptisma habebimus. A Maneamus igitur in prioribus, hoc est, morte quidem peccati, in resurrectione autem vitæ, quę est secundum deum. Hoc autem continget nobis in Christo Iesu, id est, auxilio illius. Qui enim mortuos excitat, multo magis viuẽtes in vita conseruabit. *Non igitur regnet peccatum in mortali uestro corpore, ut obsequamini ipsi in cupiditatibus ipsius.* Ob oculos ponens quòd non vi aut necessitate à vitiis detinemur, sed nostra sponte, non dixit, tyrânidem non exerceat, sed ne regnet. Regnum enim est voluntariorum administratio. Quod ait, in mortali vestro corpore, duo hæc indicauit: alterum, quòd neque suauia corpori stabilia sint, semperque durent, morti siquidem est obnoxiũ: quare non est quur istiusmodi voluptatibus tradatur corpus. tum quòd neque difficilia ac laboriosa perpetuo maneant, hinc tristia haudquaquam sunt fugienda, neq; B certamina, quæ nobis aduersus voluptates sunt ineunda. Alterum est quod nobis ad memoriam reuocat ac docet, morta litatem ipsam ex peccato esse. Nõ igitur in posterum illi inseruies: quod mortẽ tibi conciliat & adducit. Quo igitur modo regnat peccatum? si obedierimus ei in cupiditatibus corporis. Itaque corpus haud nocet naturę, sed obedire peccato, illud verò plurimùm obest. Obserua hic Christi gratiã, quomodo Adam peccarit, cum tamen nondum mortale corpus haberet: nos verò in corpore mortali, peccato exuberamus, adeoq; in peccatis nascimur. *Ne exhibeatis membra uestra arma iniustitiæ peccato, sed exhibete uos ipsos deo ceu uiuentes ex mortuis, & membra uestra arma iustitiæ deo.* Vbi sunt Manichæi, C qui corpus natura dicunt prauum? Armorum enim hic nomine censetur. Arma verò medium quiddam sunt inter vitiũ & virtutem. Sic militi ensis est instrumentum pro ciuibus: prædoni gladius instrumentum est & arma contra ciues. Ne exhibete igitur membra vestra arma iniustitiæ peccato. qui enim peccat, iniuriam sæpe proximo infert, in primis autem semetipsum lædit. Sed exhibete vos ipsos deo, cogitantes & expendentes apud vos vtrum sit medium inter deum & peccatum, & vtri melius sit subiici, vel ab vtro fit commodius regi: cuiúsve imperio commodius fuerit subiugari occidẽtine peccato, an viuificanti deo. Arma autem iustitię membra vocans, monstrat pariter quod & suprà dictum est, nimirum quòd corpus non sit prauum, si quidem iustitiæ arma fieri

In peccati morte manendũ

Regnum.

Voluptaria transi toria.

Mortalitas ex pec cato est.

Corpꝰ natũræ non obest, sed peccatũ.

Manichęi

Corpꝰ natũra malũ non est.

possit

Universidad de Deusto Biblioteca

D possit: simul aũt, quòd & prę̃liũ instet, atq; oporteat nos sub deo imperatore esse, necnon arma pro anima nostra ponere. *Peccatũ enim uobis non dominabitur. Nõ enim estis sub lege, sed sub gratia.* Corpus, inquit, nostrũ, ante Christi aduentũ à peccato facilè expugnari potuit. Neq; enim spiritus aderat qui succurreret, neque baptisma quod occidere peccatum potuisset. Propterea & lex præcipiens & suggerens quid agendum esset, nihil perficiebat. Enimuero simul atque Christus venisset, lucta facilior est reddita. Hinc & maiora hodie sunt certamina, quippe quia plus auxilij nobis datum est. Non

E dominabitur igitur nostri peccatum, nisi nimium nos ipsi subdiderimus. Nec enim porrò lex est iubens tantum, neque quicquam auxilij præbens, verùm gratia, quæ & priora peccata remittit, & ad futura vel aduersus instantia nos munit. *Quid igitur? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Haudquaquam. An ignoratis quòd cui exhibetis uos ipsos seruos ad obedientiam, serui estis cui obeditis, siue peccato ad mortem, siue obedientiæ ad iustitiam?* Vndique obiectiones has obseruat, vnde & producit & diluit, quemadmodum & hanc, ad quam respondet, haudquaquam. Deinde ostendit quòd facile nobis sit peccare. Cogitate apud vos vtrum sit cõmodius, seruósne vos esse peccati, vestra sponte illi subiectos (hoc enim indicat per verbum exhibetis) & lucrari mortem, hoc est, nullis vnquam seculis finiendum supplicium (nam ada-

F mi peccatum mortem peperit corporalem, adeóque corporis & animi solutionem. Peccatum autem quod nũc est, æternæ morti, pœnæ nimirum sempiternæ tradit hominem) an seruos vos esse obedientiæ, & iustitiam, aliáque ex hac promanantia bona lucrari. *Gratia autem deo, quoniam eratis serui peccati, obediſtis autem ex corde in quam traditi estis formam doctrinæ.* Non erat humanarum virium liberari nos à tantis illis malis, sed planè diuini auxilij: propterea & gratos nos esse oportet, ac deo gratias agere. Porrò non estis coacti, sed vestra sponte ex animo obedistis. Proinde ne retrocurratis ad id quod deterius est, à quo non inuiti destitistis. Monstrans autem, quòd etiamsi ipsi accesserint, totum tamen isthuc diuinæ gratiæ opus esse, adiecit, traditi estis, hoc est, à deo in eam doctrinæ formam perducti estis. Quæ verò ista hæc forma doctrinæ est? Rectè sanè viuere, cum optima conuersatione. *Liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum quiddam*

Peccatum nostri non dominatur, nisi nos illi nimiũ subdiderimus.

Doctrinæ Christianæ forma

quiddam dico propter imbecillitatem carnis uestræ. Aeque enim ut A *exhibuistis membra uestra seruа immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem, sic etiamnum exhibete membra uestra seruа iustitiæ ad sanctificationem.* Geminum à deo beneficium accepistis, & quòd liberati estis & vindicati in libertatem ab tanta turpitudine, & quòd serui facti estis iustitiæ: vnde sanè ingens gloriæ cumulus accrescit, nec parũ inde vobis laudis emergit. Quum autem dicere vellet, En quantum serui fuistis peccati, intantum nunc inseruite deo: anteuertens hoc & præoccupans, Humanum dico, inquit, hoc est, exiguum quiddam, nec decens admodum causam hanc, conueniens tamen imbecillitati vestræ. Oportebat quidem multo maiorem esse seruitu- E tis mẽsuram quæ deo erat exhibenda quàm eam quæ peccato: attamen propter infirmitatem vestram, equalitatem iam vtrinque exhibere ac proferre potestis. Animaduerte autem, quí apertissimè, necnon summa perspicuitate voluntariam nostram seruitutem indicarit, inquiens: Quemadmodum membra vestra exhibuistis serua. Ipsi enim vos ipsos ca *Impuritas* ptiuantes, subiecistis vos impuritati, hoc est, adulterio, for- *seu immũ* nicationi, rerum nefariarum patrationi, & quid de sola im- *ditia.* puritate verba facio? omni potius iniquitati, vt vniuersim dicam. Quod adijcit, ad iniquitatem, significat abunde adeóque supra modum iniquitati studere. Neque enim cum faci- C nus aliquod vnum admittebatis, illo cõtenti, reliquis finem imponebatis, sed scelus vnũ post aliud succedebat, vt vestra nequitia in maius excresceret. Pari itaque mensura exhibete membra vestra serua sanctificationi, id est omni virtuti, vt in temperantia & sanctificatione vitam ducatis pro priori impuritate. *Quando nanque serui eratis peccati, liberi eratis a iustitia. Quem igitur fructum habebatis tum ex iis ob quæ nunc erubescitis? finis enim illorum mors est.* Quando in vitiis & malitia viuebatis, inquit, eratis planè liberi iustitiæ, & ab ea soluti, non subiecti ei, nec omnino volentes seruire ipsi quandoquidem vos ipsi ab ea liberaretis. Quare nunc seruientes iustitiæ: non omnino subiiciamini peccato. At verò quid fructus & commodi ex impuritate habuistis? ni- *Impurita* hil, præter ignominiam & mortem. finis enim illorum mors *tis fructus* corporis quidem sæpenumero, animæ verò omnino. Verùm *ignomi-* ab morte liberati estis per gratiã Christi, pudor verò adhuc *nia.* commode sane remanet: nunc enim pudet vos istorũ scelerũ.

Iam

Universidad de Deusto Biblioteca

D Iam uerò liberati à peccato, in seruitutem autem redacti deo, habetis fructum uestrum ad sanctificationē, finem uerò uitam æternā. Stipendium enim peccati mors, charisma autem dei uita æterna in Christo Iesu domino nostro. Operum peccati fructus est pudor ac verecundia, iustitię fructus sanctificatio, & puritas & castitas. finis illorum mors, finis huius vita æterna. Stipendia enim peccati mors, στάνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος. Opsonium dicitur quod militibus ab imperatore datur stipendiū. Nobis igitur sibi seruientibus peccatum elargiebatur stipendium, seruitutis nimirum mercedem & cōpensationem, mortem. Donum autem vel gratia dei. Non dixit merces q̄ est ab deo ipso, sed charisma, id est donum vel gratia. Nō enim retributionem & permutationem laborum vestrorum accepistis: sed ex gratia hæc omnia contingerunt in Christo Iesu, ipse enim hæc est operatus.

Pudor peccati fructus.

στάνια τῆ.

Stipēdium peccati, mors.

E

CAPVT. VII.

N ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quod A lex dominatur in hominem quanto tempore uiuit? Mulier enim marito copulata, uiuenti uiro alligata est ex lege: sin moriatur maritus, soluta est ab lege mariti. Viuente itaque uiro, adultera dicetur si iungatur alteri uiro. Sin maritus moriatur, libera est ut non sit porrò adultera si copuletur marito alteri. Morali prætermissa parte, ad eam quę decreta contineat institutionem transcendit, ostendens quod non amplius debeant esse sub lege. Etenim lex, quam & vos tenetis, dominatur in homi-
F nem tantisper dum vixerit: defunctis enim porrò nihil iniungitur. Itaq; & vos mortui estis legi, quare deinceps vestri non dominabitur. In principio iā antea istuc sic obscurè indicauit, deinceps autem secus hoc dicit. Quoniam defuncto
1. Cor. 7. vita marito, mulieri copia facta est vt alteri copulari queat. Proinde & hic quidē lex viro assimilatur, vos autē fœminę, adeóque vxori. Deinde consectarium erat dicere, Itaq; fratres non dominabitur vestri lex, siquidem est mortua: verùm hunc ad modum non dixit, vt ne perterrefaceret ac feriret Iudæos: cæterum morientem vxorem introduxit, hoc est ipsos, vt ita duplici fruantur libertate. Nā si mortuo marito mulier liberata est à potestate legis, multo magis asserta est in libertatem quando & ipsa obire diem cernitur.

Itaq;

Itaq; fratres mei, mortui estis & uos legi per corpus Christi, ut iungamini uos alteri ex mortuis excitato, ut fructum feramus deo. Si A vita defuncti estis, inquit, non estis sub lege. Si enim mortuo marito nō amplius eius lege tenetur vxor, multo magis ipsa mortua liberata est ab iugo legis. Obserua hic sapientiam, quomodo eandem hîc legem indicet, à qua velit eos deficere. Liberati estis igitur & vos ab lege per corpus Christi cru cifixi & occisi pro nobis. Corpus enim illud propterea occisum est, vt vos moriamini quidem legi, iungamini verò alteri, qui pro nobis mortem obiit, & excitatus est. Lex enim mortua, porrò nō viuit: Christus verò vita defunctus, viuit. Quocirca non est data vobis potestas, vt à viuente Christo domino descisc atis. Ecquæ qualisve huius rei commoditas? Vt fructum feramus deo, hoc est, vt ex hac copula qua Chri B sto iuncti sumus, liberos progeneremus deo, opera videlicet bona. *Quando enim eramus in carne, affectus peccatorum per legem efficaces erant in membris nostris, ut fructum ferrent morti.*

Iudæi quomodo a lege liberati.

Lex Iudæorum mortua.

Demonstrans quòd nulla nobis lex prosit ad hoc vt effugiamus carnales affectus, sed eos tantūmodo indicet: Quando eramus, inquit, in carnali vita & prauis operibus, affectus peccatorum qui per legem manifestabātur & agnoscebantur, efficaces erant per animam in membris nostris. Non dixit quòd membra operarentur prauitatem, vt ne daret locum accusationi carnis. Anima enim est instar citharœdi, membra verò vt cithara. Male nanque & ineptè pulsante citharœdo, malè habet quoque cithara. Quum itaque sub lege essemus, nec possemus affectus effugere, progenerabamus praua opera morti. *Nunc autem soluti sumus ab lege, mortui ei, in qua detinebamur, ut seruiamus nos in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ.* Non dixit abolitam esse legem, vt ne absterreat Iudæos, sed nos aboliti sumus ab lege, quod est, absoluti sumus, liberati sumus defuncti vita & mortui, & immobiles facti ad illam rem in qua detinebamur. Ea verò res peccatum erat: in ipso enim veluti carcere quodam detinebamur. Mortui autē sumus erga isthuc, vt seruiamus deo in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Quondam enim virtus difficulter admodum, & maximo sanè labore parabatur atque perficiebatur, veluti Adamus multas naturę imminutiones in mortali suo corpore recepisset. Iamnunc verò per gratiam Christi in baptismate natura nostra confortata

Lex carnales affectus non tollebat.

Anima citharœdi instar, mēbra uerò citharæ.

C

d est

D est per spiritum, qui nos nouos fecit, ac liberauit à vetustissima literæ infirmitate. Propterea & in lege rarum quiddam erat virginitas, nunc autem in ecclesia Christi multæ virginum chiliades rectè agentium inueniuntur. Idem de mortis contéptu iudicandum. *Quid igitur dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non noram, nisi per legem. Cõcupiscentiam enim ignorabam, nisi lex diceret, Non concupisces.* Quum multa dixisset quæ videbantur calumniam adferre legis, quasi est, Peccatum vestri non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia: &, Lex subingressa est, vt exuberaret delictum: & quod paulò antè dixit, Affectus peccatorum per legem & vetustatem literæ, & quæ sequuntur medetur itaque suspicioni huic, veluti quandam obiectionem introducens atque per consultationem inquiens: Quid igitur dicemus ad lege? peccatum ne est? Atque hanc oppositionem diluit primum per sanè inficiationem, vt consuevit in vehemẽter absurdis dicere, posthac rationes etiam adiiciens. Peccatũ quidem non est, inquit, sed enim index est & ostensiò peccati. Non enim noram cupiditatem nisi lex diceret, Non concupisces. Atenim qua ratione quæso cataclysmus vel inũdatio, adeóque submersiò totius terrarum orbis contigit? Quomodo præterea Sodoma incendio cœlitus demisso perierunt, si ante legem peccatum non agnoscebatur? Agnoscebatur nè concupiscentiam esse quoddam malum, cæterum intensa & vehemens quæ in nobis est cupiditas, non agnoscebatur neque adeo exactè percipiebatur, vt cum legis testimonio. Prius enim sola naturæ lege cognoscebatur, posthac verò & scripta lege, quę & maius supplicium infert. Id verò non accidit ex institutione legis, enimuero ex ignauia legis præceptis non auscultantium, perinde ac in sequentibus patefiet.

Occasionem autem accipiens peccatum per mandatum, effecit in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatũ est mortuum. Non dixit quòd lex operata sit concupiscentiam, sed peccatum quod est secundum Chrysostomum ignaua & corrupta voluptas, & impetus ad id quod deterius est: vel est ipse dialogus. hunc enim nonnulli peccatum esse putauerunt. Peccatum itaque legis institutionem in diuersum traxit, ea non recta vsa. Perinde enim ac si medicus quispiam febricitanti frigidam potionem haud in tempore expetenti non porrigẽs, sed ea expleatur eius cupiditas, etiamsi augeat cupiditatẽ, pro-

Spiritus nouitas.
Vetustas literæ.
Deute. 5.
Ro. 6.
Ro. 5.
Ro. 7.
E
F
Peccatum quid sit.

pterea tamen non est accusandus (siquidem medici est prohibere, patientis autem non bibere sibi nocentia) consimilem ad rationem lex quidem docebat quomodo hominem à concupiscentia abduceret: voluntas autem peccati amans, auxit concupiscentiam, & non vnum, sed omnia scelerũ genera admisit, vehementer ac supra modum quod malum est operans. Quo enim magis inhibetur quispiam, hoc magis furit, & cupiditate incenditur. Tum itaque apparet peccatum, quando legis fit transgressio. Nam citra legem peccatum est mortuum, hoc est, non reputatur esse. Porrò quum lex sit quæ quid deceat præcipiat: peccatum viuit, id est subsistit & videtur peccatum, quandoquidem legem transgredientes in cognitione peccent. *Ego autem viuebam quondam sine lege: postquam autem venit mandatum, peccatum revixit, ego autem sum mortuus.* Ante Mosen, inquit, viuebam sine lege: quare neque admodum condemnabar. Per propriam autem personam, humanam naturam intelligit. At quum venisset mandatum, peccatum apparuit esse peccatum. antea enim etiamsi peccassent, non norant tamen mortales. Legis autẽ vel hoc est bonum, quòd homines fecerit nouisse peccatum. Quod verò dicit, mortuus sum, dupliciter intelliges, & pro peccaui, & pro, maiori pœnę factus sum obnoxius. id quod non legis culpa venit, sed eius qui ei attendit. Veluti exempli gratia, Aegrotabat quispiam, & ignorabat se ægrotare: deinde aduenies medicus, ostendit ei quòd ægrotaret, & quòd à cibo tanquam ægritudinem augente abstinere oporteat: is verò non est obsecutus medico, & mortuus est. *Et inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam, ipsum esse ad mortem. Peccatum enim occasionem accipiens per mandatum, seduxit me, & per ipsum occidit.* Non dixit quòd mandatum mihi cessit in mortem, sed inuenta est noua & admiranda absurditas, dum sic interpretatur aliquis. Nam scopus ipsius ad vitam perduxit, & eo etiam fine datum est. Deinde mors hinc euenit, non ipsius certè culpa: nam peccatum hoc, hoc est impetus ad deteriora, corruptáque & peccati amans voluntas aut sententia, ac vt magis proprie dicam, voluptas seduxit me, & occidit per mandatum. Nisi enim esset mandatum indicans peccatum: neque tanquam peccatum committens reputaret, neque pœnæ sanè aut supplicio essem obnoxius.

A
Vetus magis placent.
B
Pulcra cõparatio
C

Universidad de Deusto Biblioteca

D Nam quod ait, occidit, ad vtraq; accipiendum est, & ad peccatum, & ad supplicium, perinde ac suprà dictum est, mortuus sum. Conclusio itaque totius huius apostolicæ sententiæ est huiusmodi. Lege non existente, peccatum non imputatur: lege adueniente, eáq; per transgressionem violata, apparuit peccatum & reuixit. Itaque per mandatum prævaricatione violatum, hoc est, peccati demonstratio est & subsistentia, quod tamen antehac non subsistebat, neque imputabatur, quum lex nondum esset. Causa itaque per sese lex peccati haudquaquam erat, nec tamen ab eo nos vlla ratione liberare potuit. ob eam itaque legis debilitatem, gratia planè

E indiguimus. *Proinde lex quidem sancta, & mãdatum sanctum & iustum & bonum* En manifestissimè hic Marcionitarum, Manichęorum, & Simonianorum, omniumq; vetus testamẽtum calumniantium ora obstruxit. Sanctam enim legem pronunciat palàm, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Differt autem lex à mandato, quemadmodum vniuersale à particulari. Legis enim alia sunt decreta, alia veró mãdata. Decreta itaq; legis & institutiones sanctæ sunt, mandata etiam de rebus gerendis, sancta, iusta, & bona sunt. Boni igitur & iusti dei sunt legislationes, etiamsi hæretici nonnulli, praui dei legem esse calumnientur. *Quod igitur bonum est, mihi ita mortem conuersum est? Absit. Verùm peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem.* Lex, inquit, non est

F facta mihi mors, nec mihi in perniciem versa est: peccatum verò me occidit, vt appareat quale quantúmq; sit malum, vt cui si à lege medicina exhiberetur, in deterius vergeret. Peccatum autem, vt & suprà commemoratum, intelliges amantem voluptatis sententiam atque mentem, atque vehemẽtem ad peccatum ipsum motionẽ. iam verò diabolum etiam, atq; ipsa opera per voluptatem te trahentia. Gratia igitur Christo, qui à tanto nos malo liberauit. *Vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.* Vt fiat, pro appareat dixit, vt apertè palam cernatur quãta sit peccati pernicies: quemadmodum & illud, Sit autem vel fiat deus verus, pro cõspicitur est accipiendum. Isthuc autem per mandatum demonstratum est. vsum est enim peccatum mandato ad mortem perinde ac infirmitas vel morbus si quãdo per medica pharmaca redditur deterior, eius maleficentiã, ac prauam planè naturam commostrari dici queat medicinę beneficio, vt quæ nihil

Lege non existẽte, non imputari peccatum.

Marcionitæ. Manichæi.

Lex & mandatũ differunt.

Peccatum quod dicatur.

Roma. 3.

nihil cõmoditatis ex hac sibi sumat. *Nouimus enim quòd lex spiritualis sit, ego autem carnalis, uenundatus sub peccatum.* Quia A dixerat quòd per mandatum peccatum apparuisset, vt ne arbitreris legem causam esse peccati, defendit eam, cõmunem calculum & publicum suffragium inferens, ac dicens: Nouimus quòd lex spiritualis est, idem enim est in cõfesso, nec cuipiam obscurum. Tantum enim abest vt lex sit causa peccati, vt virtutis potius sit præceptrix, vitiíque inimica & hostis. hoc enim est quod ait, spiritualis est. Vnde igitur peccatum enatum est, si adeò lex mirifica & admiranda? à discipulorum socordia & imbecilitate. Ego enim, inquit, carnalis sum, hoc est, vniuersa humana natura, cùm quæ ante sancitam legem, tum quæ tempore legis, vniuersam affectuum turbam sibi aggregatam habuit. Non enim tantum mortales facti sumus ex Adami prævaricatione, verumetiam affe- B ctus prauos natura peccato vendita recepit, iuri planè & dominatui peccati subdita, vt nulla ratione reflectere posset. *Quod enim efficio, non noui.* Non omnigenam hic ignorantiam dicit. Si enim ex ignorantia peccarũt, quomodo deinceps puniebãtur? Sed quid ait? Tenebris obsepior, hincinde arripior, nec quò me peccatum arripiat, noui. Quare quum ait, Non noui, haud ignorantiam rei indicat, sed circunstantiam & insidias, ac deceptionem & arreptionem. Hęc autem omnia de mortalibus qui ante Christi in carnem aduentum fuere, dicit, etiamsi propriam personam posuerit. *Non enim quod uolo, hoc operor.* Pro eo quod est, Non quod voluerunt homines qui tum vixere, egerũt. Non inducit autem necessitatem neque vim per huiusmodi sermones. At quid ait? C Quod non laudabant, quod non recipiebant, quod non amplectebantur aut diligebant, faciebãt. Infert enim deinceps. *Sed quod odi, hoc facio.* Viden' quòd neque vim inferat, neque necessitatẽ hic faciat, quasi ista sic necessariò esse oporteat? Alias intulisset, sed quod cogor, hoc ago: iam verò non sic dixit, sed, quod odi. Quare quod nolo, sic accipias licet, quasi obliteratum sit. Quomodo igitur contingebant mala? per arreptionem mentis nostræ ad varia, per infirmitatem qua laborabant ex prævaricatione Adami. Hanc porrò infirmitatem lex profectò sanare non potuit. Est igitur scopus Apostolo, in iis quę dixit, & quę dicturus est, huiusmodi demõstrare humanam naturam immedicabilia passam, nec ab Humana

natura nō niſi per Chriſtum ſana fit, & non ſum corruptus mentem aut voluntatem, etiam ſi ri poterat

Dvllo alio ſanitati reſtitutam, præterquā à ſolo Chriſto. Si *autē quod nolo, hoc facio, conſentio legi quòd bona eſt.* Quòd bona ſit lex, inde conſtat, quòd noui naturaliter quid agēdum vitium acceſſero. *Nunc autem non adhuc ego operor ipſum, ſed habitans in me peccatum. Noui autem quòd nō habitet in me, hoc eſt*

Carnē nō in carne mea, bonum. eſſe malā.

Non dixit quòd caro malum operetur, ſed peccatum, hoc eſt peccati tyrannis me arripiens. Quid igitur hic nugantur & ganniunt, qui cum carnem criminantur, tum dei opus & creaturam alienam reddunt? Et quomodo, inquit, ait, quòd non commoretur in me, hoc eſt in carne mea, bonum? Audi qua id ratione dicat: Ex duobus ho-

Homo ex duobus cō poſitus eſt

mo compoſitus eſt, ex anima & carne. horum alterum, anima videlicet, imperium habet in omnibus: caro autem ſerua eſt. Non demoratur igitur in carne mea bonum, id eſt, non eſt ſitum in eius poteſtate, ſed in animæ arbitrio. Quicquid igitur anima elegerit, caro perſequitur. A Equè ac ſi quis dicat: Non eſt in cithara bona pulſatio vel ſonus, ſed in citharœdo. Non enim citharam reprehēdit pulſatio, verum enim artificis excellentiam ad inſtrumentum ponit. *Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod uolo facio bonum, ſed quod nolo malum hoc ago. Sin autem quod nolo ego, hoc facio, non adhuc ego operor ipſum, ſed habitans in me peccatum.* Quum ait, non inuenio, vim & inſidias peccati demonſtrauit. Liberat enim cum eſſentiā animæ, tum eſſentiam carnis ab culpa & accuſatione, totúmque in prauam operationem & voluntatem transfert. Nam quum dicit, quod nolo, animam liberat à culpa: quum verò ſubdit, nondū ego

Voluntas dei opus eſt.

operor illud, carnem ab accuſatione immunē ſeruat. Equidem igitur eſt quod malū operatur? peccatū, quod eſt iuxta Chryſoſtomi ſententiam, praua voluntas. ipſum verò nō eſt opus dei, ſed noſtra motio & affectus. Ipſa quidē ſimpliciter voluntas, dei opus eſt. Talis autē voluntas, ad nos etiā pertinet, & mentē noſtrā. Dictum eſt aūt ſuprà quid ſit peccatū, nempe peccati tyrānis, animū noſtrum libidinibus & voluptatibus arripiens. *Inuenio itaq; legem, ſi quando bonū facere in animā duco, quod mihi malū adiacet.* Obſcurè hoc dictū eſt quaſi quicq deſit. debebat enim ſic dici: Inuenio itaq; legē patrocinātem mihi, volēti quidē facere bonū, qđ tamē nō facio, eo ꝙ mali mihi adiacet. Porrò huius loci talis eſt ſentētia: Cognitionē

Peccatum quid ſit.

boni ab initio conſtructā mecū, ac veluti vnà cōditā habui. A Inuenio autē legem patrocinantē huic, eāq; cōmendantem: ac volo quidem bonum perſequi, adeóque peragere: attamē vi quadam aliò corripior, malúmque mihi proximè admotum eſt, id eſt operatio mali non eſt ablata à me. At verò diuus Iohannes Chryſoſtomus ſimul atq; hūc locum ceu eum (vti dictum eſt) cui quicquam deſit, interpretatus eſt, admonet & alia quadam ratione hunc poſſe intelligi: vt, Inuenio quidem legem, non alij cuipiam ſancitam, ſed mihi volenti facere bonum. Næ lex eſt lex, quæ eadem ſibi ſemper vult: quod & in ſequentibus planum fiet. *Oblector enim lege dei ſecundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuum ducentē me lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Noram ſanè & antehac bonum: B inueniens autem ipſum & in litera ſitum, commendo legem, ac aſſentior ei ſecundum interiorem hominē, ſiue ſecundum mētem meam. Cerno autem aliam legem, hoc eſt peccatum: quod ideo legē appellauit, quòd homines eo decepti, eidem obtemperent, eámque dimittere metuant, ceu legē quandam quæ præuaricationem non recipiat. Id igitur repugnat legi mentis meæ, id eſt naturali legi. Quem autem ſuprà interiorem hominem nominauit, eum nunc apertè palàm mentem vocat. Atque ea lex vincit, imò captiuat me, & naturalem & ſcriptam legem ſupprimens. Quomodo verò me captiuūducit? Lege peccati, hoc eſt, potētia, neque non tyrannide. Non dixit autem motu carnis, aut natura, verùm lege peccati, quę regnat ſceptriſque potitur in mēbris meis. Hæc verò non eſt C calumnia carnis. Quemadmodum prædo quiſpiam ſi occupet regiam aliquam, in eāq; commoretur, non eſt iſthæc calumnia vel criminatio domus, non ipſius hoc vitio culpáve accidit: hunc ad modū ſi peccatum habitet in mēbris noſtris eam ob rem non eſt praua caro: ſiquidem tyrannide eſt oppreſſa. Nonnulli quatuor hic leges faciunt, Vnam diuinam, docentem nos quid deceat: Alteram impugnantem nos, quæ ex diaboli motu & operatione nos inuadit: Tertiā legē mentis. i. naturalē: Poſtremam quæ eſt in membris noſtris, id eſt amantem peccati voluntatē, ac habitūdinē propenſionémq; ad malum, quæ in nobis per conſuetudinem callum duxit, & obduruit. *O infœlix ego hòmo, quis me liberabit ex corpore mortis huius?* Naturalis lex non ſuffecit, ſcripta non po-

Chryſoſt.

Peccatum cur lex dicatur.

Leges quatuor.

Peccati lex in membris.

D tuit, sed vtranq; peccati tyrannis vicit. Vnde igitur est salutis spes? Quis igitur me liberabit ex corpore mortis, hoc est morti obnoxio? Postquam enim corpus & passibile factum, & morti subiectum ob præuaricationem esset, peccato etiam facilè obuium & patens constitutum est. Atqui dicet hic aliquis: Postquam facilè à peccato inuadi potuit corpus, quur ergo puniti sunt qui ante Christi in carnem aduentum peccarunt? Quia huiusmodi iniuncta erant, quæ, si in peccatum fuissent dominati, potuissent rectè peragere. *Gratias ago deo per Iesum Christum dominum nostrum.* Quia dubitauit, nec inuenit alium seruatorem, necessariò Christum inuenit. Hinc & gratias agit deo & patri per dominũ nostrum Iesum Christum, qui caussa est gratiarum actionis. Ipse enim præstitit
E ac transegit quæ lex non potuit. Nam ipse ab imbecillitate liberum fecit corpus, vires illi adspirans atque cõfortans, vt non porrò peccati tyrannide opprimatur. Sed quemadmodum per præuaricationem Adami mortale factum, facilè vt à peccato vinceretur constitutum est: sic per obedientiã crucifixi, qui à mortuis resurrexit, arrabone accepto aduersus peccatum egregiè firmatur statuitúrque.

CAPVT VIII.

Ipse itaque ego mente seruio legi dei, carni uero legi pec-
1 *cati. Nulla igitur est cõdemnatio iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spi-*
F *ritum.* Seruio, pro seruiui dixit. priorum namque meminit. Dicturus enim nullam deinceps condemnationem esse, & cenecnon indicaturus ineffabilem gratiam Christi, ad memoriam reuocat quales nos antea gesserimus, quoniam bonum sanè intelligebamus, carne verò, hoc est carnis imbecillitate, legi peccati succumbebamus. Atqui nunc nulla est condemnatio iis qui sunt in Christo Iesu, hoc est, qui baptismate sunt tincti. Quia verò haud parum multi post acceptum regenerationis lauacrum scelera cõmittunt, adiecit, qui non secundum carnem ambulant: innuens quòd nostræ sit ignauiæ isthuc, nimirum quòd post baptisma peccamus. Nunc enim & possibile est & facile non ambulare secundum carnem, quod sanè olim difficillimum, ante Christũ videlicet erat. Non solùm autem tẽperandum est nobis ne carnis suasum

sum & voluptatem sectemur, verùm oportet etiam accedere, A
quod ait Apostolus, secũdum spiritum. Non enim abstinentia à vitiis coronat æternúmve beat, cæterùm virtutis & spiritualium bonorum participatio. *Lex enim spiritus uitæ, liberauit me ab lege peccati & mortis.* Legem spiritus, paracletum *Lex spiri*
spiritum vocat, perinde atque legẽ peccati, ipsum peccatum: *t° lex pec*
vitæ autẽ legem hanc appellat, vt opponat eam legi peccati, *cati.*
quæ & mortem nobis subministrauit. Etenim gratia dei occidit peccatum & mortem. Leuem porrò hæc ipsa agonem nobis faciens aduersus peccatum, ad conflictus ita nos perduxit. Ausæ sunt autem peruersæ linguæ legem peccati hic
dicere Mosaicam legem, quam tamẽ apostolus nusquam nisi *Lex Moy*
sanctam & spiritualem appellauit. At si ea spiritualis est, in- *si spũalis.*
quiunt, in quo igitur discrepat ab lege spiritus? Multis equi- B
dem modis. Lex enim Mosæ à spiritu tãtum lata est, hæc autem & spiritum pariter suppeditabat. *Quod enim legi impossibile erat, in quo ægrotabat per carnem, Deus misso filio suo in similitudine carnis peccati, de peccato condemnauit peccatum in carne.* Recordatus est suprà spiritum, nunc verò meminit & patris & filij, trinitatem ita vniens. Ac uidetur hic sanè contra legem dicere, verùm id sese ita non habet. Nõ enim dixit: praua legis in qua peruersè agebat, sed enim impossibilitas in qua ægrotabat. Qui verò ægrotabat? per carnem, id est, per carnalem affectum. Sensus autem vniuersus eorum quæ dixit Apostolus, hîc reuelatur. Ait enim, vt & suprà indicauimus, quòd lex docebat quidem, non potuit autem vincere carnaliorem affectum. Proinde pater misit suũ ipsius filium C
in similitudine carnis peccati, hoc est, carnem habentem, similem quidem secũdum essentiam nostræ peccatrici, carentem autem omni peccato. Quia enim meminit peccati, ideo similitudinem apposuit. Non enim iam aliam carnẽ assumpsit, sed ipsam hanc assumẽs, sanctificauit & coronauit, condemnans peccatum in assumpta carne, mõstrans adeò quòd
non sit natura caro peccatrix. A Christo ergo perinde factũ *Similitu-*
est, ac si quis in foro mulierem cædi conspicatus, dicat se es- *do aptiss-*
se eius filium, quũ sit natus regis, eáq; ratione liberet ipsam *ma.*
à verberantibus. Porrò quod ait, de peccato, potest etiã simplicius intelligi, hanc ad rationem. Misit filium suum pater pro peccato, id est, eã ob rem, vt debellaret peccatum. Quod sanè commonefaciens magnus ille Iohãnes Chrysostomus,

Arguit

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Arguit (inquit) & reprehendit peccatum Christus, quippe quod vehemẽter & supra modum peccasset. Quatenus enim peccatores occidit peccatum, iusta quadã ratione intulit eis morte. Quia verò corpus Domini, quod impeccabile, adeóque omnis peccati expers reperit, letho dedit: ceu vim faciẽs & scelus committens, condemnatum est. Misit igitur filium suum deus, cùm vt ostenderet peccatum & iniustum esse & peccans, tum vt iure ipsum condemnaret: vt ne possit dicere Satanas, fortis instar me Christus vicit. *Vt iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum inambulamus.* Vt ne quis dicat, Ecquid ad me si Christus in carne quam assumpsit, victoriam obtinuit? propterea inquit,

E Imò maximè isthuc tua interest. Nã iustificatio legis, id est, finis & scopus (scopus autem ei erat iustificare hominẽ) impletur, inquit, in nobis. Lex enim volebat quidem, infirmior autem erat quàm vt posset. Hoc itaq; Christus fecit propter nos, illúdque fuit eius prælium: nos verò victoria potiti sumus. Quare nequaquam etiam deinceps peccabimus, nisi secundum carnem obambulauerimus, hoc est, carnalia expetiuerimus. Imò verò non satis est non expetere non sapere carnalia, cæterùm oportet etiam adesse nobis, vt suprà commemoratum, spiritualem affectum. Hinc adiecit, sed secundum spiritum. Declina enim à malo, inquit Dauid, nec hoc solùm, verùm fac etiam bonum. סור מרע ויעש טוב Non enim postquam audiuimus quòd Christus nobis victoriam peperit ac donauit, recidemus omnino: sed operæ est pretiũ

F obseruare lauacri gratiam. Omnino enim nobis nunc lucta est facilior, quàm antehac. *Qui enim secundum carnem agunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui uero secundum spiritum, quæ sunt spiritus.* Qui sese dedunt immoderatæ carnis seruituti, quæ carnis sunt semper cogitant, affectant, sapiunt, nihil diuini considerantes: qui verò prorsus spiritui subiecti sunt, omnia spiritualia planè & sapiunt, spirant, & faciunt. *Affectus enim carnis, mors: affectus autem spiritus, uita & pax.* Affectum carnis, pinguiorem cogitationem nominat, à peiori ei nomen indens. Non enim iam ipsa per seipsam caro proprium affectum habet, sed crassa & cœnosa cogitatio sententiáve est affectus carnis, veluti si quis dicat, mens carnalia spirans: quemadmodum & affectum spiritus, cogitationem expetentem & anhelantem ad ea quæ sunt spiritus, accipit, quæ vitam

Legis iustificatio in nobis finẽ nacta.

Psal. 36.

Carnis affectus.

tam parit, vt morti opponatur, quam carnalis cogitatio gignit. Pax etiam dicitur vt statuatur in contrarium ei quod sequitur. Infert enim. *Nam affectus carnis inimicus est deo: legi enim dei non subiicitur. Neque enim potest.* Spiritualis cogitatio pacem generat, carnalia verò affectans, inimica est deo. Manus igitur deo infert? Non, inquit, sed legi eius non subiecta, dicitur esse inimica deo. Ne turberis autem quum audis, Non potest: verùm intellige, quemadmodum opus est, id quod dicitur. Non potest enim affectus carnis, quatenus huiusmodi permanserit, subdi domino: æquè ac si dicat aliquis, fornicatio non potest esse temperantia. Non enim dixit quòd non poterit vnquam, verùm enim non potest iam nunc dum carnalis permanet. Quomodo enim ipse

B Paulus, quomodo prædo, quomodo innumeri alij (vt semel dicam) scelerosi, ex malis boni fieri potuissent, si hæc permutatio nequiuit contingere? Haud dissimilem ad modum dominus in euangelio dixit: Non potest arbor mala fructus bonos facere: nempe tantisper dum mala remanserit. Ne igitur carnalia affectemus, sed quæ sunt spiritus, vt pacem habeamus ad deum, qui spiritum nobis suum impertiit, per quem omnia nobis facilia sunt quæ in lege non potuerunt vel transigi vel perfici. *Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu.* Hoc est, carnis affectum amore prosequentes, Deo placere nequeunt, tantisper dum tales fuerint. Non enim substantiam carnis, sed crassam & carnalem vitam, ac vniuersum

C carnalia perficientem hominem sic nominat, itidem vt in veteri testamento: Non, inquit, permanebit spiritus meus in ipsis, eapropter quòd caro sint. Porrò quod ait, Vos autem non estis in carne, id est non seruitis carnali vitæ, sed spirituali. Et quare non dixit, Vos autem non estis in peccatis? Vt discas quod nedum peccati tyrannidem extinxerit Christus, verumetiam carnem & leuiorem & spiritualiorem reddiderit. Quemadmodum enim ferrum in igne commorans, ignis fit: sic & caro eorum qui per baptisma spiritum acceperunt, tota spiritalis efficitur. *Siquidem spiritus dei habitat in uobis.* Siquidem hic non ponit quia dubitet, verum quia valde credat, pro eo quod est, Quandoquidem iam spiritus dei demoratur in vobis, propterea in spiritu estis. *Sin quispiam spiritum Christi non habet is non est ipsius.* Non dixit,

A Spũs affectus.

Peccatorũ immutationes.

Mat. 7.

Carnalis uita.

Gene. 6.

Peccati tyrãnis per Christum extincta.

D dixit si autem spiritū Christi non habetis, verùm, si quis non habet spiritum, ob sermonis asperitatem & molestiam. Indefinitè igitur non est Christi, idque non immeritó. Spiritus enim ipse sigillum est. Proinde qui nō gestarit sigillum, non est porrò domini illius qui per sigillum denunciatur. *Quòd si Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustitiam.* Rursus eos exhilarat quum inquit, si Christus est in vobis. Nonnulli hîc per Christum, spiritum intellexerunt, verùm id secus habet. Cæterùm Apostolus hoc demonstrat, quòd cui spiritus fuerit, ei etiam adsit Christus. Vbi enim est vna sacrosanctæ trinitatis persona, isthic etiam reliquę sunt. Ecquid erit si Christus fuerit in vobis? Vt corpus sit mortuum, quatenus ad peccatū: Spiritus E autem sanctus in vobis vita sit, hoc est, nedū vobis, sed aliis etiam, vt viuāt, præstare possit. Erit autem vita spiritus propter iustitiam, siue iustificationem, hoc est, quod iustificati sumus à deo, ac in nobis ea iustitia, siue iustificatio seruatur: qua seruata, peccatum non erit: peccato verò sublato, tollitur iuxtá mors, ac relinquitur prorsus vita, & in presenti seculo, quando secūdum deum vixerimus (ipsa enim propriè vita dicitur, quando peccato mortui sumus) & in futuro, quæ est in sempiternum durans. *Si autem spiritus eius qui excitauit Iesum ex mortuis, habitat in uobis, excitans Christum a mortuis, uiuificabit mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum in uobis.* De F resurrectione hic rursus argumentum ciet, inquiens: Ne angaris animi, quòd mortali corpore cinct⁹ es: habes enim spiritum dei qui excitauit Christum ex mortuis. Aequè autem ac illum excitauit, sic & te resuscitabit, imò viuificabit. Resurgent autem & illi quibus spiritus dei non fuerit, sed ad iudicium: qui verò spiritum habuerint, in vitam nūquam ruiturum. Propterea non dixit Apostolus, eriget corpus, sed viuificabit ob inhabitantē in te spiritū. Nec dixit quòd inhabitauit, sed quòd inhabitat, ad finem vsque perseuerās. Non enim sustinebit deus, vbi viderit spiritum suum in te, nó introducere te in thalamum suum: quemadmodum si non habueris spiritum dei, pereas necessum in sempiternum, etiam si resurrexeris. Interime itaque corpus, vt habitet spiritus in te, ac propterea tibi vita impertiatur. *Debitores igitur sumus fratres, non carni, ut secundum carnem uiuamus.* Quum indicasset quātum commoditatis præberet spiritalis vita, nimirū quòd Christum

Spūs sigillum est.

Resurrectio bonorū & malorum.

Christū inhabitare faciat, & viuificet mortalia corpora: deinceps & adhortationem in medium adfert, ostendens quòd non debeamus porrò quicquàm carni, sed spiritui potius. Nam quæ deus in nos contulit beneficiorum, per gratiam nobis obtigerunt: quæ verò nostra sunt, illa ex debito ineuitabiliter postulantur. Explicans autem hûc locum, quadantenus adiecit, carni. Atque vt ne accipias carnis naturam, intulit simul, secūdum carnē viuere. Nō enim solicitudinē pro carne prorsus reiicit: siquidem haud pauca ei debemus, est enim alenda, est etiam fouenda nobis. enimuero studium & conatum ad peccatum nos abducentia damnat. Secundū carnem enim viuit, qui carnem dominam vitę nostrę, reginámque animæ facit. *Si enim secundum carnem uiuatis, moriemini: sin spiritu opera corporis interimatis, uiuetis.* Mortem hic dicit non solùm mortem in gehenna & pœnam, cæterùm ipsam etiam hic in sceleſtis facinoribus vitam, mortem appellat. Si itaque per spiritualem vitam opera corporis praua occiderimus, viuemus & futurā indissolubilem vitam, & præsentē in virtute. Nam qui mūdo mortuus est, is viuit. Obserua autem quî non dixerit, corpus occideritis, id enim homicidium foret: sed opera corporis, eáque praua. Nō enim videre simpliter & audire, quæ sunt opera corporis naturalia, tollenda sunt, sed abusus illorum. *Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi sunt filii dei.* Promisit pauloante victuros ipsos, si praua opera, inquit, occideritis: nunc verò precioſiorem coronam, maioremq; mercedem subdit, quàm antea expresserit, filiorum nempe diuinam adoptionem. Quare nō dixit quotquot spiritu vixerint, sed quotquot agūtur, hoc est, gubernantur, reguntur ceu ab aurigatore quopiam, spiritum dominū cum carnis tum animæ facientes. Etiamsi enim baptisma accepe- ris, & filius dei fueris per baptisma, non agaris autem spiritu, amisisti vitam & cōuersationem Christiano dignam. Omnes quidē spiritū accipimus per regenerationis lauacrum, agi autem per omnem vitam eodem, id verò à nobis tāquàm nostrum exigitur. Eapropter non dixit, Quotquot spiritum acceperunt, hi sunt filii dei, sed quotquot spiritu aguntur. *Non enim accepistis spiritum seruitutis ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei.* Filios dei esse qui spiritu dei agantur, dixit: iam verò quia & Iudæi filiorum adoptionem sibi vendicabāt, scriptura dicente testimonium, Filios genui

A *Christus corporā nostra inhabitat.*

B *Secūdum carnem uiuere.*

C *Corp⁹ nō occidēdū, sed opera corporis.*

Esaiæ. 1.

&

D & exaltaui:&,Filius me⁹ primogenitus Israel:quantũ sit inter
Exo.4. uallo inter nostram & Iudæorum adoptationẽ, monstrat.
Illi, inquit,spiritum seruitutis acceperunt: literam ita legis
nominãs, vt quę à spiritu quidẽ data sit, seruis tamẽ interim
Spũs seruitutis, magis cõueniat. Nam & corporales inde pœnæ & supplicia
præsto sunt,quod genus sunt lapidationes, exustiones,& mi
litera legis. nę. Ensis,inquit,vos exedet. Vnde ingens sanè metus ob ocu
los versatur. Ac premia rursus terrena ex lege proponuntur,
Esaiæ. 1. promissionésque bonorum terrestrium,tum mandata, & vi
lia & seruilia multa. Ex lege itaque filij vocabantur,sed tan
quam serui:nos verò ceu ingenui, & liberis parentibus orti.
Præmia Christianorũ cælestia. Nam premia nostra sunt cælestia,cælorũque regnum:ac pœ
næ nostræ non sunt lapidationes,idque genus alia quę ab sa
cerdotibus inferebantur: sed satis est nobis eiici & excludi à
mystica mensa tanquam filium. Mandata porrò nostra sunt
E diuina,ingenuis maximè quadrãtia,videlicet: Ne intuearis
Mat.5, & 19. fœminam,vt cõcupiscas:Ne iures:Rem tuam possìde. Atqui
hæc mãdata,non pœnę formidine,sed spiritus cupiditate &
dilectione perficiuntur. Et quia plerique haud parum multa
mãdata transgrediũtur in veteri testamẽto, indicio est quod
spiritus dei in illis non aderat: hîc verò diues adeoque exu
berans est eius gratia. *In quo clamamus abba pater.* Hebraicã
dictionem posuit, quod verbũ est puerorũ seu filiorũ genui
norum erga patrẽ. Quur igitur & illi nõ vocabãt patrẽ deũ
Deũ enim,inquit scriptura,qui creauit te,dereliquisti. Et ali-
Deut.32. bi: Deus vnus cõdidit uos. Et, Pater vnus omniũ vestri deus.
1.Cor.8. Etsi autem hæc dicta sint de illis,nemo tamen inuẽtus est in
orationibus qui vocaret patrẽ deum, quẽadmodum nos nũc
F omnes post baptisma. Etiamsi autem maximè illi olim vocat
sent eum patrem,ex propria tamen cogitatione fecerunt: fi
deles autem ex spirituali motione & operatione. Vt enim no
uimus spiritum prophetiæ ex eo,quòd qui acceperit eum, fu
tura prędicit: sic & spiritus adoptionis filiorum agnoscitur
ex eo,quòd qui acceperit ipsum,patrem vocat deum,à spiri
tu motus. Nam & hoc est vnum ex donis spiritus,perinde ac
ipse infert,dicens. *Ipse spiritus testimonium dicit spiritui nostro, quòd sumus filii* dei. Paracletus ipse testimonium dicit dono
quòd datũ est nobis. Nõ enim sonamus Abba nos citra testẽ
spiritũ,& à nobis ipsis,verũ paracleti donũ est,& ipse docuit
nos per spiritum vel donum sic loqui in orationibus. *Si autem*

tem filii, & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autẽ Christi. A
Quia non omnes liberi sunt hæredes,ostendit & liberos esse
nos,& hęredes. Quia verò nõ omnes & liberi & hęredes,ma
gnorum bonorũ hæreditatem adeunt,ostendit quòd magna
etiã simus hæreditate bona cõsecuturi,vt qui dei sumus hęre
des. Tum quia licet nobis vt hæredes simus, non omnino au
tem vnigenito cohæredes esse.ne quis igitur cogitet aliquid
huiusmodi,ait quòd & hoc habeam⁹.cohęredes enim christi
sumus. *Siquidem cõpatimur, ut & conglorificemur.* Quũ dixis
set, Christi nos cohæredes fore, ostendit nos pulchrè isthuc
assecuturos. Qui eñ nihil recti boniq; agẽtes tãtis bonis ho
norauit?quomodo non, si viderit multa trãsegisse, maioribus
præmiis dignabitur? Hoc autem agit, vt ne rubore suffundã
tur,néve pudeãt ij qui donũ acceperunt,tanquã citra labo B
rem acceperint. Veruntamẽ cõsidera quid hîc adũbret, & oc
cultè innuat: quomodo sit operepræcium eum qui tãtis bo
nis ac donis auctus & exornatus sit, & passionibus & pericu
lis seipsum obiicere,adeoque dedere. *Existimo autem quòd nõ sint dignæ afflictiones præsentis huius temporis ad futurã quæ in nobis reuelabitur gloriam.* Ne contaretur auditor & perterrefie-
ret audiens se ad pericula eductum, quũ diceret nos cõpati,
subiicit protinus. Ne cõiiciaris in trepidationẽ. Nõ enim di
gnæ sunt huius temporis afflictiones,hoc est,tẽporariæ trã-
sitoriæq;,ad futurã in nobis reuelandam gloriã. Non dixit,
ad futurã malorum remissionẽ, sed gloriã. id enim nominis
plerisque est amabile. Porrò vbi remissio, isthic non omnino
gloria: vbi verò gloria, isthic & remissio. At quũ ait, quę reue C
labitur,admonet nunc quoque esse illã ipsam,cæterùm abdi
celariq; : tũc aũt reuelabitur, id est perfectè manifestabitur.
Quia enim ingẽs est,& nullis verbis explicabilis,excellit &
& superat præsens seculum,& vitæ cursum huius. Illic enim
est recondita,nunquam finiendis coextensa seculis. Quocir- *Afflictiones huius seculi bre ues.*
ca pie auditor, quia afflictiones sunt pręsentis temporis, id
est,transitoriæ, gloria verò futuri seculi nunquam cessatu-
ri & indissolubilis, adspernare afflictiones, & amplectere
gloriam. *Vehemens enim expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat.* Monstraturus quantam simus celebri-
tatem & gloriam consecuturi, inquit quòd ipsa creatura in
melius permutabitur: quòd si creatura, multo potius nos.
Sententia itaque eorum quæ dicuntur, est huiusmodi. Quod

autem

D autem prophetis in more est, vt flumina manibus plaudétia introducant mõtésque saltantes, personas cum animatorum tum sensibilibus ipsis tribuentes: idem & ipse hic Apostolus agit, quum dicit omnem creaturam ἀποκαραδοκίαν, id est ingẽtem expectationem habere, vt in meliorem permutetur statum, necnon recipiat reuelationem glorię nostri filiorum dei. Tũ enim & ipsa glorificabitur incorruptibilitate, quando & nos vita nunquam interitura donabimur. Quæcunque igitur audis dici de creatura, ceu de animato, prosopopœiæ more dici arbitrator. *Vanitati enim creatura subiecta est inuita sane, sed propter eum qui subiecit ipsam, in spe quòd & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei.*

Prosopopœiæ pro Apostolorum phetarum

E Vanitati, hoc est corruptioni, subiecta est creatura, pro eo quòd est, corruptibilis facta est propter te hominem. Simul atque enim corpus accepisti mortale, & afflictioni obnoxiũ, eam ob rem terra etiam spinas ac tribulos profert: cœlúmq; vetustate squalidum & antiquatum, permutatione indiget. Ecquî propter alium corruptibilis facta est creatura, adeoq; vniuersi creatio? Eò quòd hominis causa prorsum subsistit. Non volens autem, significat dei prouidentia & cura vniuersum ipsum esse cõditum, nec ipsum per sese ita extructum esse: idque totum ad commoditatem tuam factum est, vt in corruptionem eius intuens, eam aspernéris, & ad cœlestia animum tuum transferas. Audiens quod ait, in spe, itidem per prosopopœiam intellige dictum, omniáq; his similia. Creatura itaq; liberabitur etiã, non tu solus: verùm & illud quod

F te longe est indigentius, inferius, & mente vacans, illud (inquam) tantorum erit bonorum consors, nec porrò erit obnoxium corruptioni. Ac quemadmodum te corruptibili facto, & ipsa corruptioni est subiecta: hanc ad viam te incorruptibili facto, & ipsa ad incorruptibilitatẽ alterabitur. Si igitur creatura propter te passa est, interest tua, Dei etiam causa sufferre adflictionem. Ac si illa sperat glorificari, quanto magis tu idem expectare debebis? Vt enim pater seruos suos vestit in gloriam filiorũ, pari via deus creaturã in gloriam. *Scimus enim quòd omnis creatura congemiscit, & simul parturit adusque nunc. Non solum autem sed & ipsi primitias spiritus habentes & nos ipsi in nobis ipsis gemiscimus, filiorum adoptionem, redẽptionem corporis nostri expectantes.* Argumentis hisce vel sermonibus cogit auditorem contendere præsentia, perinde ac si

Terrę machina incorruptibilitate donanda.

dicat:

dicat: Ne sis creatura inferior, neque prę sentibus lubens immorẽris, eáve diligas: quin potius ingemiscas, quòd futura nõdum tibi gratia perfrui liceat. Nam si vniuersum ingemiscit, quanto magis tu ex imo pectore susp iria trahes? Infert aũt quòd & nos ipsi primitias spiritus habentes, hoc est, qui futura gustauimus, ingemiscimus, quòd ea nõdũ sumus adsecuti. Ex quo eñ accepimus spiritualia charisinata (hę enim sunt primitiæ) futura etiam obseruamus, certoq; animaduertimus. Deinde vt ne det hæreticis occasionem dicendi, Quia mũdus hic prauus est, eapropter ingemiscimus: filiorum adoptionẽ expectantes gemimus, inquit. At quomodo, quum iam sumus adoptati, aliã adoptionem præstolamur? Næ, in- A *Adoptati*

quit, adoptationẽ dico non eam quæ per baptisma obtingit, *nos alterã* illam enim iam accepimus: sed enim perfectã gloriam, quæ *adoptatio* est in incorruptibilitate corporis. Hæc enim est redemptio, *nem expe* consummata libertas, liberatioque à morte & affectionibus, *ctamus.* atq; huius terræ afflictionibus quãdo nõ amplius auerti po- B

terimus ab adoptatiõe, ac in seruitutẽ peccati redigi. *Spe nãq; seruati sumus. Spes aũt quæ uidetur nõ est spes. Quod enim uidet quispiã, quid adhuc sperat? Si aũt quod speramus, nõ uidemus, per patientiam expectamus.* Quia futurarũ rerũ mentionẽ facit, plerisque earum nomine ambigentibus, ait: Ne sis incredulus, néve non adhibeas fidem iis quæ protuli, tu qui fidelis es. Ex iis eñ quæ iã antea recepisti, de futuris minimè dubitabis. Ac sicuti antea nihil planè adferens præter solam fidem, ingentia à deo bona accepisti: sic & nunc fide vtere erga futurorum bonorum spem. Nam spes tum demum re- *Spes quo*

uera est spes, quum de iis quæ non cernuntur, fuerit. quod *rum dica-* enim quisquam videt, quid adhuc sperat? Ne hic igitur in *tur.* terris omnia quæramus: per patientiam enim futura expectamus. Patientiam autem quum audiueris, certamina, la- C

bores, & sudores intellige denunciari. Nanque minimé iniquo animo Christianum esse par est in expectatione eorum quæ non videntur, per fidem autem sperantur. *Similiter & spiritus succurrit infirmitatibus nostris.* Patientiam recordatus est. Animans itaque auscultatorem, ait, quoniam & spiritus nobis opitulatur. Proinde ne defatigeris, sed enim & spera & expecta. Tibi enim auxiliatur spiritus, solam patientiam & expectationem adferenti. *Quid enim oremus quemadmodum oporteat, ignoramus.* Quanam ratione spiri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tus succurrat, ostẽdit, infirmitatibus nostris inquiens. Adeo sumus imbecilles nos, vt etiam quid orare debeamus, ignoremus: primum in vniuersum omnes, adeóque ipse Paulus. Nã & ipse apostolus pro palo quo affligebatur, orabat, ac pro
2. Cor. 12 Romam vsq; profectione. Moyses verò, vt Palæstinã intue-
Roma. 1. ri posset. Hieremias item pro Iudæis deprecatus est, ignora-
Deute. 32 tes quid oportunum seu necessarium esset. Hæc verò iam di-
& 34. uus Paulus cõmemorat. quòd verisimile erat, fideles qui Ro-
Hiere. 14 mæ persecutionibus & afflictionibus quatiebantur, cessatio-
& 24. nem ac quietem petere: quam nisi assequerentur, precibus ne-
pe suis non exauditis, despondere animum & offendi vide-
bantur. commomstrat igitur quòd nemo mortalium non-
quid efflagitare debeat, quod commodet. Debetis igitur,
E inquit, expectare. siquidem spiritus compertum habet quid
vobis prosit. Propterea infert. *Sed ille ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Perinde ác multa dona ne-
non diuersa baptismate regeneratis dabat olim deus, quæ
ipsa spiritus appellabantur, & alius quidem habebat propheti-
tiæ donum, alius sapientiæ, alius quoddã aliud: hunc ad me-
dum donum orationis impertiebat, quod pari ratione voca-
Orationis donum. batur spiritus. Quum enim pleraque ignorantes quæ nobis
commodarent, non commodãtia ea de causa peteremus: inci-
piebat tum orationis charisma in vno quopiã eorũ qui tum
ducebant vitam, qui publicè quidnam commodi postulan-
dum esset statuebat, aliosque id petere docebat. Spiritus
F igitur hîc vocat huiusmodi donum, & animam recipientem
precationis donum, ac interpellantem apud deum ingemi-
scentémque. Nam non pauca compunctione sanciebat ille
Diaconi preces. huc spiritualis ille homo, cuius hodiéque symbolum est
diaconus stans, & ex imo pectore ad deum preces pro san-
populo effundens. *Qui autem scrutatur corda, nouit quis sit affectus spiritus, quòd secundum deum interpellet pro sanctis.*
Non veluti ignorante deo statuit homo petere quicquã.
Qui enim rimatur corda, nouit quis sit adfectus spiritus, q
est, spiritualis hominis. Nam quæ deo grata sunt, ab eo
postulat pro fidelium in ecclesia salute: illi enim sancti sunt.
Atque hoc fit, vt discamus petere secundum deum, sine
quæ deo non displiceant. Quia igitur spiritus intercedit
pro nobis, ne despondeas animum, quisquis adfligeris.
Scimus autem quòd diligentibus deum omnia cooperantur in bonum,

iis qui secundum propositum uocati sunt. Quæ iam antea com- A
memorata sunt, nempe quòd creatio subiecta est vanitati,
quódque incorruptibilitatem sit assumptura, & iterum, quid
orare debeamus, ignoramus: admonitiones fuerunt eorum
qui Romæ adfligebantur, sicuti annotauimus. Quæ verò
nunc subdit, omnium sunt manifestissima. Nam diligen-
tibus deum, omnia quantumuis ardua videantur & aspera,
in bonum cooperantur. Non dixit autem quòd nihil triste
nihilve difficile inuadat diligentes deum, cæterùm quòd
inuadant quidem, verùm istis malis adeóque periculis & af
flictionibus deus in commodum afflictorum credentium B
vtitur. Deinde quia hoc incredibile videbatur, à præteri- *Christiano*
tis hoc stabilit, inquiens: iis qui secundum propositum vo- *rum afflic-*
cati sunt. Etenim vocauit te quum longè abesses. sibique *tiones il-*
te proprium fecit, quanto magis vocatum te suscipiet? Vo- *lis in bonũ*
catus est autem homo secundum propositum, hoc est, secun- *cedunt.*
dum peculiare dei consilium, ac deliberationem. Non e-
nim sufficit vocatio, alioqui omnes seruati essent: verum
voluntatis ac deliberationis diuinæ necessitas hîc iuxtà re-
quiritur. *Quoniam quos præsciuit, & prædefiniuit conformes fieri imagini filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. quos autem præfiniuit, hos & uocauit.* Præcognoscit vel præ-
scit deus eos qui vocatione digni sunt, deinde sic prædesti- *Præscien-*
nat. Prior itaque est præscientia, postea sequitur prædesti- *tia, deinde*
natio. Prædestinationem autem intelliges, impermutabi- *de prædes-*
lem dei bonam voluntatem. Prænouit itaque Paulum vo- *tinatio.*
catione dignum esse, sicque præfiniuit seu prædestinauit, C
hoc est, impermutabiliter decreuit adeóque statuit vocare
ipsum. Conformes igitur efficit imagini filij, quos præ-
noscit dignos. Quod enim vnigenitus est secundum natu-
ram, hoc ipsi facti sunt per gratiam, vt & ipsi filii dei vo-
carentur. Primogenitus autem est inter multos fratres, per *Primoge-*
dispensationem: secundum nanque diuinitatem est vnige- *nitus Chri*
nitus. Quia enim assumpta caro vncta est præsentia eius qui *sti & uni*
totum eum inunxit, spiritus sancti, ac primitiæ nostræ factus *genitus.*
est, sanctificata porrò in Christo condemnationi obnoxia
natura, meritò primogenitus est, fratrésque ipsius appel-
latur. *Quos autem uocauit, hos & iustificauit.* Per laua-
crum regenerationis liberans à peccatis, iustósque effi-
ciens. *Quos autem iustificauit, hos & glorificauit.*

D In filios nimirum adoptans illos, aliaque illis impertiens dona. *Quid igitur dicemus ad hoc? Si deus pro nobis, quis contra nos?* Viden' apertissimè hic indicare ipsum quòd verba faciat ad afflictos? Huiusmodi enim propemodum dicit: Si tantis bonis digni iudicati sumus quum hostes essemus, quanto maioribus donabimur post iustificationem & glorificationem nostram? Ac si deus pro nobis sit, quis aduersum nos erit? Etiamsi enim vniuersus orbis insurgat aduersum nos, dei tamen sapientia ad nostram salutem & gloriam inuertet insurrectionem istam. *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit ipsum, quomodo & cum ipso non omnia nobis donabit?* Omitto cætera, inquit, quæ supra cõmemoraui, quòd iustificauit, quòd & glorificauit nos. Ve-

E rũ hoc considera, quòd filio suo proprio, hoc est, vnigenito dilecto, qui natura ex ipso est (sunt enim & adoptatitij per baptisma) illi igitur nõ pepercit, sed p nobis tradidit ipsum, adeoq; pro omnibus, hoc est, tũ ingenuis, tũ nõ ingenuis, & humili & celebri loco natis. Neq; simpliciter, verùm ad manifestationem tradidit. quî ergo non omnia nobis donaret? Qui enim dominum dedit, quomodo non omneis iuxtà eius facultates præberet? Proinde si quicquam tibi non impertiat, non conducit tibi, ac eapropter non communicat. Ne igitur impense desideres liberationem, qui adfligeris propter Christum. si enim conferat, accipies, erisque compos voti. *Quis enim actionem instituet aduersum electos dei?* Quis

F inter alias tentationes & illud ab Iudæis obiiciabatur fidelibus, quòd facile alterarentur, quippe qui adeò agminatim ad Christianismum deciderent atque deficerent: subdit Paulus, quia deus vos elegit, & quis est qui accusset electionem dei? Homo artifex si quicquam elegerit, nemo est qui culpet: ecquis est qui dei electionem reprehensurus sit? *Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus qui mortuus est, imò qui & excitatus est.* Non dixit, qui remittit peccata, verùm, quod multo magis erat, deus est qui iustificat. Ne igitur metuamus neque tentantes neque obiicientes. Nam deus elegit nos, & iustos fecit, is qui & mortem pro nobis obiit, imò & resurrexit, Christus nimirum filius dei. Quis igitur condemnabit tanta gloria donatos ac dignatos? *Qui est ad dexteram dei, qui & interpellat pro nobis.* Interpellat pro nobis dixit, vt Christi erga nos dilectionem common-

cõmonstret. Nam quum quę ad corporis sui dispensationem & functionem pertinerent, complesset: non dissoluit neque exuit erga nos clementem adfectum, enimuero intercedit, & legatione pro nobis fungitur. id enim vocula ἐντυγχάνει, significat. Nec enim gloriæ vnigeniti diminutionem ea dictio adfert. Quum nanque prius dixisset, Qui est in gloria patris, quod maiestatis & magnificentiæ eius indicium est, intulit deinde, ἐντυγχάνει, hoc est, interpellat, nihil aliud per hoc denuncians, quàm, vti dictum est, illius erga nos dilectionem: quandoquidem & de patre dictum sit, Quòd deus patrocinetur nobis. Nunquid igitur gloria dei imminuitur quia aduocatum agit? Minimè gentium: imò isthuc est ineffabilis ipsius erga nos curæ argumentum. Nonnulli, interpellat pro nobis, sic intellexerunt, quòd quatenus corpus ferat, nec deposuerit ipsum) vt Manichæi nugantur) illud ipsum esse interpellationem & intercessionem ad patrem. Intuens enim in illud pater, recordatur dilectionem erga mortales propter quam gestauit corpus filius suus, hacque via cùm ad miserationem tum ad misericordiam inflectitur. Hæc autem diuus Paulus, vt sæpenumero indicaui, ait, quòd Christi nomine adflictis animum addat, nõstretque quòd & spiritus pro nobis intercedat, ac quòd pater proprio filio suo non pepercerit, sed iustificarit & glorificarit nos, ac filius eius interpellet pro nobis: vnde deinceps non despondebitis animum, neque à spe futurorum decidetis. *Quis nos separabit ab dilectione dei? Adflictio, an angustia? uel persecutio? aut fames? aut nuditas? aut periculum? aut gladius?* Quum demonstrasset ineffabilem dilectionem patris & filij & spiritus circa nos, veluti iam diuino numine adflatus exclamat: Quis nos separabit à charitate Dei? Adeò enim dilectum, tantaque dignatum prouidentia, nihil est quod disseparare possit. Tribulationis autem & angustiæ nomine complexus est omnia quæcunque adfligere queunt, etiamsi ea non expresserit, nec dinumerauerit. *Quemadmodum scriptum est: Quoniam tui causa occidimur totum diem: reputati sumus ceu oues mactationi destinatæ.* Ne videatur adflictio & angustia signum esse diuinæ derelictionis, profert in medium prophetam, qui iam antea hæc ita fieri oportere vaticinatus sit, maximamque cõsolationem subindicarit esse pro dei gloria pati, adeoque occi-

A

Interpellare Christi quod sit.

E

Afflictorum consolatio.

C

Psal. 43.

 cidi

D cidi totum diem: quod sanè fit consilio. naturæ namque hoc
est impossibile. Occidi autem, est offerri & mactari deo: hoc
subindicat per hoc quod ait, tanquam oues cædis. Et perin-
de ac illæ nō resistūt dum cędūtur & mactātur, hūc ad modū
neque nos reluctari oporteat. *Sed in his omnibus superuincimus*
per eum qui dilexit nos. Quia dixerat occidimur, consolatio-
nem nunc adiicit, vt ne quis humana cogitans abnuncios
Christianismo, & inquit, Non vincimus, sed superuincimus,
hoc est cū omni facultate citra sudores & labores vincimus,
& per ea ipsa quibus nobis insidiæ tęduntur. Hæc enim per-
fectissima est victoria, quādo dum agimur & pellimur, per-
quętibus superiores reddimur. Ne igitur incredulus perfec-
res. Deus enim est qui nos in certaminibus adiutat, imò qui
E & dilexit nos. Quare nihil mirum si vel in mediis periculis
victoriam facilè obtineamus. *Persuasi enim sumus. quod neque*
mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque potestates,
neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, ne-
que aliqua alia creatura poterit nos separare ab dilectione dei quæ est in
Christo Iesu domino nostro. Primùm dixit quòd dilexit nos
deus, deinde sic suamipsius erga deum charitatē & amorem
ponit, vt nihil videatur magnū de seipso dicere. Adeo inquit
pendemus ex dilectione dei, vt non solū quæ huius vitæ sunt
adiudicata pericula, nos nequeant auocare ab ea, imò si quis
mortem nobis interminetur immortalem, quæ in supplicio
sit duratura, si quis denunciet vitam nullis seculis interm-
turam, allaborans hoc pacto nos abstrahere à Christo, nihil
F planè efficiet. Ecquid mihi reges ac tyrānos obiicis? Neque
angeli, neque omnes diuorū potentię poterunt nos auertere,
neque præsentia, neque futura, neque altitudo, hoc est, cœle-
stia, neque profunditas, hoc est terrestria, neq; gloria, neq;
ignominia. Quidam per altitudinē, cœlorū regnū: per pro-
funditatē, eiectionē ex eo orbationēque eius intelligūt. Ita
per si alia quæpiā creatura fuerit, siue visibilis, seu sola mē
perceptibilis, ab dilectione eius me nō auerterit, neq; dele-
re permouebit. Non quòd angeli homines ab deo deficere
faciāt, hoc dixit, verū argumēti causa sermonē hūc protu-
vt ex abūdātia ostēderet dilectionis suę magnitudinē & ex-
cellentiā, nō qualē Iudęi habēt, sed qualis est iis qui sunt
Christo Iesu. Et enim & iudęi dicunt sese diligere deum, ve-
rum non in Christo Iesu; nō enim habent fidē in Christo.

CA

CAPVT. IX. A

V *Eritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi si-*
mul dicente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tri-
stitia mihi est ingēs, & inceſſabilis dolor cordi meo. De-
monstraturus est in procursu quòd non omnes ex Abraham,
semē ipsius sint. Ne vero ex affectu hæc videatur dicere, an-
teuertit, ac de Hebræis commodiora blandioráque dicit, su-
spicionem hanc adimens, confitetúrque se illos excellenter
amare. Ne verò quicquā hac in re dubites, Veritatē, inquit,
dico in Christo, non mentior. Producítq; tres in testimoniū
Christum, suam ipsius conscientiam, & spiritum sanctū, in-
quiēs: Quoniam tristitia mihi est magna, cor meū exedens,
Hebræorum nomine, quòd extra gratiam sint: hoc enim di-
cturus est. *Optarim enim ipse ego anathema esse à Christo pro fra* B
tribus meis, qui mihi sunt cognati secundum carnem. Quid anathe *Anathe-*
ma sit, primum disce. Separationem & abalienationem signi *ma.*
ficat. Quemadmodū enim ornamentum seu munus deo con-
secratum ac repositum, nemini contingere licet, neq; etiam
audet aliquis: hanc ad rationem in excommunicationis ra-
tione fieri solet, veruntamen alia ratione. Sacro enim mune-
ri nemo sese admouere audet honoris causa, quia deo colla-
tum consecratúmque est: ab hoc verò, excommunicato ni-
mirum, separantur omnes, ceu sanctitatis experte, ab aliena-
tóq; ab deo. Quid igitur est qđ dicit Paulus? Videtur enim
diuersum hìc statuere à supra per se definitis. Isthic enim di-
xit, Nemo nos separabit à charitate dei, iam nunc verò opta
re se ait vt à Christo separetur. Apparet ergo perinde quasi C
contraria dicat, quum aliter sese res habeat: quandoquidem
& hoc pro charitate dei dicat. Quum enim omnes deum ac-
cusarent, quòd adoptatione donatos glorificatósque, ádeòq;
maiores Christi appellatos Hebræos eiiceret, introductis in
illorum locum gentibus, que ipsum nunquam agnouis-
sent, obmurmuraréntque dei prouidentiæ, blasphemo ad-
firmantes ore, quòd ista iniquè fierent, quippe quia deus
imposuisset progenitoribus, quibus gratiam illam & do-
num promisisset: mœrens itaque Paulus, anxiéque mo-
tus & morsus pro dei gloria, optauit anathema, id est,
abalienatus esse à Christo, vt illi seruarentur, dissol-
ueretúrque eorum aduersus deum maledicentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Viden' igitur quòd ex amore quo in deum inflammatus est, optat, si modò fieri possit, separari à cœtu eorum qui cum Christo æternùm viuent? Non à charitate ipsius, sed gloria ipsius, & illius vsu: perinde ac patres sæpenumero à filiis segregantur, vt glorificentur filij, interea loci tamen non dissociantur à dilectione liberorum, verum vt illi qui incelebres esse volunt, probentur. Itaque ipse, inquit, ego qui innumera transegi diligens deum suprà quam natura ferat, opto pro gloria dei excidere a gloria Christi. Hoc autem non est excidere, sed potius adsequi. Quòd ait, pro fratribus meis secundum carnem, viscera indicat, & quam vehementi charitate erga eos ardeat. *Qui sunt Israëlitæ, quorum*

E *est adoptio, & gloria, & testamẽta, & legislatio, & cultus & promissiones, quorum sunt patres, & ex quibus Christus quo ad carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.* Commen-

Iudæorũ nobilitas. dat hîc Iudæos, eosque magnificat, vt ne videatur, vt dixi, ex adfectu vel perturbatione animi vel odio loqui. Tacite autem innuit quòd deus illos seruare voluerit: quod inde satis colligitur, quia illos sit adoptatione filiorũ dignatus & gloria, & quia patribus promissa fecerit, aliáque omnia excellentia eis impertierit, Christùmque adeò ex ipsis nasci voluerit, verùm tanta ipsi beneficia repulerunt. Quocirca immensam dei dilectionem demiratus, vnigenito gratiarum actionem refert, inquiens, Qui est super omnia benedictus deus. Et si enim alij conuitientur non commodè factam successionem gentium, nos tamẽ Christi mysteria ha-

F bentes explorata, scimus quòd ipse dignus sit gloria & præ-

Arrius. conio. Hic verò Arrium pudefieri operæprecium est, Paulo nempe Christum super omnia deum proclamante. *Non autem ueluti exciderit sermo dei.* Ego, inquit, vror & supra modum affligor quum deo conuitium fit, adeóque ipse blasphematur, ac eapropter optaui omnes æternùm conseruari. Etiamsi autem non omnes seruentur, eam ob rẽ non est mendax deus in iis quæ promisit patribus, neque excidit verbum eius. Quod enim promisit, hoc etiam præstitit: etiamsi maledici dicãt quòd aliis promiserit, aliis verò dederit. Ausculta igitur sequentibus. *Non enim omnes qui ex Israel, hi Israëlitæ: neque quia sunt semen Abrahami, propterea sunt omnes liberi.* Quod promiserat, inquit, deus, hoc etiam præstitit.

Gene.13. Dixit enim, Tibi & semini tuo dabo. Videamus igitur quæ

le sit semen. Non enim omnes qui ex Abrahamo, illi simpli- A
citer sunt semen: neque qui ex Israel, sunt Israelitæ, verum *Non ões*
qui secundum Isaacum nati sunt, quique Israelis virtute con- *qui ex A-*
spicui, per quam deum conspexit. Non enim dixit, qui ex Ia- *braham*
cob, sed qui ex Israel, honoratioris nominis mentionem fa- *sunt, eius*
ciens. Vbi igitur didiceris qui secundum Isaac nascãtur, in- *semẽ sunt*
uenies vacantem mendatio promissionem: illis enim promissa sunt exhibita. Quare deus haudquaquam vitio dãdus, quod enim dixit, id opere pariter cõpleuit, quantũuis nonnulli haud intelligant. *Sed in Isaac uocabitur tibi semen, hoc est, non filii carnis, hi sunt filii dei: sed filii promissionis reputantur in* *Gen.18.*
semen. Promissio enim est sermo ille: Eo tempore ueniã, & erit Sar-
rhæ filius. Non ego, inquit, tibi interpretor quid sit reuera semen Abrahami, sed enim scriptura quæ dicit, in Isaac vo- B
cabitur tibi semen. Quocirca quotquot secundum Isaac nati sunt, hoc est ex ꝓmissione, illi sunt reuera filij Abraham, imò verò dei. Totum enim isthuc diuino verbo factum est. Neque enim Isaac lege naturæque potentia natus est, verùm *Isaac uer*
secundum potentiam promisionis huius. Illo ipso tempore *bo dei for*
veniam, & erit Sarrhæ filius. Verbum itaq; dei finxit & for- *matus.*
mauit Isaac, neque non genuit: consimili ratione super nos *Baptismæ*
filios dei in lauacro baptismatis, veluti in matrice, verba dei *tis myste-*
pronunciantur, eáque nos refingunt & reformant. Siquidem *rium.*
in nomen patris & filij sanctíque spiritus baptizati, generamur. Ac perinde vt illic Isaaci generationem ꝓmiserat, quã posthac impleuit, sic & nostram regenerationem promisit fanè per prophetas, ac posthac consummauit. Quare illud, C
In Isaac vocabitur tibi semen, sic accipiendum est. Hi sunt semen Abrahami, qui Isaaci natiuitatis instar sunt geniti, hoc est per verbum diuinum. Non igitur excidit sermo dei, nec factus est irritus, cęterũ vero semini, hoc est fidelibus ex gentibus, qui facti sunt filij æquè dei atq; Isaac (quatenus & illi ex promissione pendent) dedit quæ promisit. *Non solum autem, sed Rebecca etiam ex uno cubili habens Isaac patris nostri.*
Monstrauit hactenus ꝙ multi adeóque varii sint Abrahamo filij, qui Isaaci sint vocati semen, vt qui pari cum eo ratione sint generati: iam verò ait: Non in Isaac tantũ hoc videre queas, sed quod maius est, in fratribus etiam ex eodem patre & matre, iisq; geminis, ꝓpagatis, hoc est in Esau & Iacob hoc cernere licet. Neq; enim illi eadem sunt bona consecuti

Universidad de Deusto
Biblioteca

D secuti,sed alter quidem electus,alter verò reiectus, odióque
excæptus est. Quare ne quæras rationes quur gentes elegerit,
easq; semè Abrahæ,imò diuinũ fecerit, Hebræos autè repu-
lerit. *Priusquam enim nati essent, aut quicquam boni egissent (ut*
secundum electionem propositum dei maneat,non ex operibus,sed ex
Gen.25. *uocante) dictum est ipsi Rebeccæ: Maior seruiet minori: quemadmo-*
Mala.1. *dum scriptum est, Iacob dilexi,Esau odio habui.* Necessum fuerit
hic nos præmittere, atq; summatim explicare mentẽ eorũ q̃
Paulus est prolixè dicturus. Quia enim nõ parum multi di-
cebant,ecquur deus gẽtes Hebr̃is prętulit? Nec enim quisq̃
dixerit virtutis isthuc ergò contigisse, omnes enim peccaue
Electionis rũt:cõuehit Apostolus haud pauca ambigua, nostri quidem
dei incom ingenij captui incomprehensibilia, soli autem deo compre-
prehensi- hensibilia: statuítq; primum ante conspectum, q̃ inter illos
bilis ratio duos fratres didymos, alter quidem electus sit, non propter
E virtutem: alter verò non sanè ob vitia sit odio expositus, re-
iectúsve(non enim egerunt quicq̃ boni aut mali,quũ in vte-
ro dũ matris sue essent)verùm diuino proposito,hoc est prę-
scientia ac prædestinatione, alter quidem est electus & dile-
ctus, alter verò odio habitus, itidem vt propheta testatur,
Alterum quidem dilexi, alterum verò odi. vt adeò totũ dei
proposito & prędestinationi tribuatur. Et quid dico de hoc,
quũ & Israelitæ vitulum cõflarint,& alij quidem puniti sint,
alij verò non item? Hunc ad modum Pharao reuera quidem
durus erat,at non pauci alij pari duritie vixerunt:ecquid so-
lus ille punitur? Viden' hęc hominibus esse incomprehensi-
bilia nobis,soli autem deo perceptibilia? Hanc ad rationem
gentium electio, Iudæorumq; reiectio, nobis equidẽ prætet
rationem & absurda videtur,deo autẽ est iustissima. Hæc est
F sententia totius in quo nunc versatur loci. *Quid igitur dice-*
Exod.33. *mus? nunquid iniustitia est apud deum? absit. Non enim propter nos*
gentes aut Iudæos iniustus. Moysi enim dicit, Miserebor cuiuscunq;
misertus fuero: & miserabor quencunq; miseratus fuero. Colligit,
vt & suprà dictum, locos, & alium iam profert ex scriptura,
ostendens q̃ solus deus norit qui sint digni vel honore, vel
pœna. Nam quum omnes ex æquo peccassent quum vitulum
finxerunt,deus tamen aliorum quidem miseretur,alios verò
tradit Leuitis vt mactentur. Neq; Moses,tantus apud deum
rationẽ nouit:& tu causam postulas quur gentes Iudæis sint
prælatæ,quum tamẽ peccatis infectę essent? Profecto Paulus
potuit

potuit rationem dicere, quam & alio in loco reddidit, quo- A
niam Israelitæ ex operibus existimarunt iustificationẽ pro-
manare,illę verò ex fide & gratia:verùm id iam nunc nõ di- *Diuina,*
cit, abundè curiosis ora obstruens, persuadens illis nihil di- *captu no-*
uinarum rerum operúmve nostrę rationis carceribus adeóq; *stro maio-*
septis concludi. *Proinde non est uolentis neq; currentis,sed miseren-* *ra.*
tis dei. Voluit quidem Isaacus benedicere Esauo, curre-
bat autem Esau in campũ, vt venatu capta fera, benedictio-
nem à patre reportaret. Enimuerò deus iusto iudicio Iacobũ
ceu prorsus dignum benedictionem consequi fecit. Videtur
autem hîc liberum arbitrium tollere apostolus, at isthuc nõ
agit. Nam quemadmodum de domo dicimus, Hanc totã ar-
tifex vel architecton ille construxit,quum interim opus ha-
beat materie, & cooperatoribus ipsum adiuuantibus,attamẽ B
vbi perfecta fuerit dicimus, Totũ hoc illius nimirum fabri
est, vel eam domum iste faber condidit:non dissimili ratio-
ne & nostra voluntate indiget deus, quam vbi consummarit
perfeceritq;, dicimus, totum hoc dei est. *Dicit enim scriptura* Exod.9.
Pharaoni: In hoc ipsum excitaui te, ut ostendam potentiam meam in
te, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Quemad-
modum in illis qui vitulum finxerãt, alij quidem seruati, alij
verò supplicio adfecti:sic & vnus Pharao, quum pleriq; alij
& impij & scelerati essent, irã dei cum retulit, tum expertus
est. Propter hoc ipsum enim,inquit, ô Pharao,te in medium
protuli, vt per te appareat potentia mea:coerceantúrq; mul-
ti nomine meo ęcu iusto & potenti prędicato in vniuersa ter C
ra. *Cuius igitur uult miseretur & quẽ uult indurat.* Infert cõclu-
sionẽ, ac demõstrat quòd nõ oporteat causam ex deo petere
quur sic agat. Cuius enim vult miseretur, pinde atq; in Israe-
litis qui vitulũ coluerant, est videre:& quem vult indurat, vt
Pharaonẽ. Quid aũt est indurat? videtur enim absurdũ esse.
Quẽadmodũ sol lutũ indurat, sic deus luteũ Pharaonis cor di *Indurare*
citur indurasse. Quanã ratione? p lõganimitatẽ. Longanimẽ *dei.*
enim sese illi exhibẽs, durioré ipsum faciebat: pinde quasi si
quis seruũ prauũ habeat ac sceleratũ, quò se humaniorẽ illi
ostẽderit, hoc eũ reddit nequiorẽ. nõ q̃ ipse puersitatẽ nequi
tiãve eũ doceat, cęterũ q̃ domini lõganimitate iste ad puer-
sitatis suę incremẽtũ abutatur, quippe qui eã cõtẽnat. *Dices*
igitur mihi, Quid adhuc quæritur? uoluntati enim eius quis resistat?
Conatur p̃ õnia q̃ sępenumero dixit cõmõstrare q̃ soli deo
sint

Universidad de Deusto Biblioteca

D sint cognitę suę rerũ dispẽsationes, eáq; iudicia. Hinc vndiq; haud pauca ambigua colligit, quorũ nullã dilutionẽ adfert, vt ad angustiã redacto auditore, persuadeat ei incõprehensibilia esse, adeóque humani ingenij captum excedere hæc. Quod igitur hic dicit, est huiusmodi. Obiectionẽ adducit, adeóq; dubitationem. Si quem velit induret, quid adhuc de impingente adeóque peccante conqueritur? voluntati nanq; eius quis poterit resistere? Voluit etenim, & indurauit, meritóque impegit induratus: quur ergo ipsum in iudicium vocat & punit? Hæc sanè obiectio producta est vti cõmonstret hæc esse planè dubia nobis, solíq; deo perceptibilia. Vnde nec ipse hanc diluit, verum enim pendenti animi sic os obstruit. *Atqui ô homo, tu quis es qui ex aduerso respondeas deo?*

E Viden' quomodo cohibeat importunam curiositatem, frenúmque imponat, erudiens nos vt discamus quid deus sit, & quid homo. Tu quis es? Nónne imperium & principatũ cum eo partiris? Nónne iudex es eorum quæ ipsum oporteat facere? Nam explorare quid sic deceat, vel non deceat, est eius qui ex aduerso respõdeat, opponatúrque deo. Verum haudquaquam ita faciundum, sed obtemperandũ est iis quæ deus fecerit, quomodocunque etiam sese habuerint. *Nunquid dicet figmentum ei qui se finxit, ecquid me sic finxisti? Aut non habet potestatem figulus ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud ad ignominiam?* Hoc exemplo vsus est Paulus, non vt è medio tolleret adimerétve nobis nostræ libertatis ius, liberúmve arbitrium, neque vt nos torpore languidos ac plaF nè immobiles oste̅deret, verùm vt doceret quomodo nos oporteat obedire deo, atque intensum atque adeo ipsissimum silentium, neque non summam obedientiam exhibere. Perinde, inquit, vt figulus ex eadem massa lutóve, quæ animus tulerit, fingit, neque vllum ei vas cõtradicit: sic quum hic ex eodem genere mortalium alios quidẽ puniat, alios verò honore dignetur, ne sis tu curiosus, sed adora tantummodo ipsum, lutum imitãdo: ac vt illud manum figuli sequitur, sic tu consilio & voluntati omnia rectè gubernantis cede. Noueris autem qui hæc legis, quemadmodum, quod ad vasa attinet, non ipsa quidem massa alia quidem nobilia, alia verò ignobilia vasa efficit (est enim vnũ & idem lutum) sed vsus eorum qui ista sibi vendicãt: pari ratione in hominibus, non ipsa natura hos quidem pœnæ & supplicio, illos verò gloriæ

Liberum arbitrium

æternæque

æternæque vitæ coronis adiudicat, sed ipsa deliberatio atq; propositum, quum eadem sit natura in omnibus. *Porrò deus uolens ostendere iram, ac manifestare potentiam suam, tulit in multa longanimitate uasa iræ parata ad interitum, & ut manifestaret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit ad gloriam: quos & uocauit nos, non solum ex Iudæis, uerumetiam ex gentibus.* Quum obstruxisset ora curiosę diuina consilia rimari laborantibus, adfert iam solutionem. Quod autem dicit, est huiusmodi. Iræ vas erat Pharao, hoc est, homo accendens iram dei per propriam suam duritiem: hunc tulit deus, id est, toleA *Voluntas hominem bonũ aut malum facit non natura.*

Pharaõis obstinatio

rauit, sustinuit. Nam multa ipsum longanimitate dignatus est, verùm is longanimitate ad indurationem sui abusus est, factúsque est vas iræ dei capax, apparatum ad interitum, id est, à se ipso domique suæ aptatum. Neque enim quicquam indidit & immisit deus quod ipsum perderet, verùm omnia ipsius patrauit quæ ad perniciem eum ferrent. Vel tulit, pro in medium protulit accipias: vt quia nõ resipuit, nec in meliorem statum est animus eius perductus per longanimitatem, puniat eum deus, ostendátque potentiã suam, vt alij sese emendent, sanctioribúsque moribus imbuãtur. Quemadmodum igitur hunc vas iræ factum ex propria voluntatis deliberatione, supplicio afficiens, monstrauit potẽtiam suam: sic eorum qui ex gẽtibus plurimum deliquerant, misertus, quia dignos sese misericordia fecerant, manifestauit diuitias gloriæ suæ. Non dixit autem, clementiæ, sed gloriæ suæ. nam summa dei gloria est, misericordiam impertiri. Porrò præparauit, est pro prædestinauit. Nec dixit quòd omnes gentes seruarit, sed ex gentibus, quosdam videlicet. Quocirca ne offendaris Iudæe: nam ecce ex gentibus nonnulli misericordiam obtinent, nonnulli verò minimé. *Sicut & in Osee dicit: Vocabo non populum meum, populum meum, & non dilectam, dilectam. Et erit in loco ubi dictum est ipsis, Non populus meus uos, ibi uocabuntur filii dei uiuentis.* Vt ne dicant Iudæi, Imponis nobis Paule hæc dicens, producit Osee clamantem affirmantémque, Vocabo non populum meum, populum meum. Quis verò erat non populus? ipsæ gentes. Ecquæ non dilecta? ipsa gentium ecclesia: populus tamen factæ sunt ac dilecta, imò quod maius est, filij dei viuentis. Sin quisquã hæc ad Iudæos pertinere contendat, vt qui à deo exciderint ob peccata, rursus tamẽ quum resipuissent, sunt assumpti: is nihil efficit, sed

B

C *Misericordiã impertiri, summa dei gloria.* *Osee. 2.* *Osee. 1.*

à scopo

D à scopo totus aberrat. Si enim hoc in Iudæis contigit, quid obstitit quo minus idem in gentibus proueniret? *Esaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel instar arenæ maris, reliquiæ seruabuntur.* Non fuit contentus Osee prophe-
Esa.10. ta, verùm Esaiam etiam in testé adducit, clamantem, hoc est, magna libertate pronunciantem vel resonantem, haudquaquam submissa voce, quòd non omnes ex Israele seruabũtur,
Reliquiæ Israelis. sed qui digni tantum fuerint. Id enim est reliquiæ, hoc est, electio, quos reliquit deus, & segregauit tanquam dignos vt delicet. Quum dicit, velut arenæ maris, ad memoriam eis reuocat veterem promissionem, qua se indignos constituerũt. Ne igitur turbemini, ceu irrita & vana sit facta promissio, quandoquidem omnes prophetæ vaticinentur haud omnes
E esse dignos salute. *Sermonem enim consummans & concidens in iustitia: Quoniam sermonem concisum dominus faciet in terra.* Qua ratione reliquiæ sint seruandæ, nunc indicat. Non, inquit, laborum circuitionúmque vsu & exercitio, non legis operum adflictione, verùm deus perficiens & concidens vel abbreuians sermonem fidei in vniuersa terra, hunc faciet in iustitia, hoc est, vt iustificet eos qui illũ susceperint. Si enim confessus fueris ore tuo dominum Iesum, crediderisque in corde tuo quòd deus excitauit ipsum ex mortuis, seruaberis. Hic est concisus abbreuiatúsque sermo, breuia nimirum fidei ver-
Esaiæ. 1. ba. Et *quemadmodum prædixit Esaias, Nisi dominus reliquisset nobis semen, uelut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra assimilati essemus.* Quum dixisset reliquias tantũ fore saluas, quidnam
F isthuc sit, nunc interpretatur inquiens, Reliquit nobis deus electum semen ac fermentum, pro elegit, reliquit, posuit: vt nisi deus conseruaret illud, prorsus interiissemus, perinde ac Sodoma & Gomorra condemnati ob peccata nostra. *Quid igitur dicemus? Quoniam gentes quæ iustitiam non persequebantur, assecutæ sunt iustitiam, iustitiam autem quæ est ex fide: Israel autem persequens legem iustitiæ, ad legem iustitiæ non peruenit.* Apertissimam hîc dilutionem adducit, ostendés vnde gentes quidem sint assumptæ, Israelitæ verò repulsi: gentes, inquiens, ex fide iustitiam tenentes, re sunt vera iustificatæ: Israelitæ verò legem iustitiæ persequentes, hoc est, ex operibus legis iustitiam quærentes, ad iustificationem sui non peruenerũt. Neque enim potuerunt iustificari ex operibus legis. *Quam ob causam? Quia non ex fide, sed uelut ex operibus legis.* Percontaris

taris vnde Israelitæ exciderint ab iustificatione, etiãsi multa A
sint conati? Noueris, inquit, quòd non ex fide quærebant iu- *Cur gentes electæ Israel repulsus.*
stificari, sed velut ex operibus legis. porrò ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Obserua autem quomodo nõ dixerit ex operibus legis, sed velut ex operibus legis, vt ostẽ- Roma. 3.
dat quòd non seriò sint operum tacti cura, cæterùm simula- Esa.28.
tione quadam & hypocrisi ea fecerint. *Impegerunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali, & omnis qui crediderit in ipsum, non pudefiet.* Qui impingit, propterea impingit, quòd aliis inhiet, non animaduertens quid pedibus sit ante sese obuium. Iudæi itaque legi inhiantes, in Christum impegerunt, id est, increduli fuerunt. Lapis autem offensionis & petra scandali
à fine & euentu eorum qui non crediderunt, Christus nomi B
natus est. Ipse enim iuxta prophetam fundamentum basisq; 1. Pet. 2.
positus est: ait enim: Quisquis in ipsum crediderit, non pu- *Petra scãdali cur dictus Christus.*
defiet, siue Græcus, siue Iudæus. Proinde fides est quę omnia efficit, & iustificat, non opera.

CAPVT X.

F *Fratres, uoluntas cordis mei, atque precatio ad deum pro Israele, est ad salutem.* Quia ipsos notabit atque car-
pet, primum leni exordio vtitur, vt ne existiment ipsum ex odio dicere quę dicturus est, & ait: εὐδοκία, id est vo εὐδοκία
luntas mea & vehemẽs desiderium, præterea precatio etiam pro vobis est, non tantum vt à pœna liberemini, verum- C
etiam vt seruemini æternum. Quomodo igitur infensus sim vobis, pro quorum salute deum imploro? *Testimonium illis dico, quod zelum dei habent, sed non secundum cognitionem. Ignorantes enim dei iustitiam, ac propriam iustitiam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti.* Videtur principio cum ipsis humaniter & amicè agere, molliendo ipsos. Dicens enim, zelum dei habent, sed non cognitionem firmam vel scientiam, misericordia eos magis dignos, non pœna monstrat. Aemulantur quidem pro lege sibi à deo tradita, verùm non secundum agnitionem vel scientiam est æmulatio illa, quum nolint nouisse legem cessasse, adeóque abolitam esse. Subadoriens enim eos, indicat eorum contentionem, amorémque primatus. Nam quærentes statuere iustitiam

Dstitiam propriam, hoc est, ex lege, ex propriis nimirum laboribus, & operibus paratam, quæ cũ excidit, tum subsistere non potest: neque illam statuerunt, nec iustitiæ dei subiecti sunt. Quod ostentationis signum est, ac mentis dominari in cæteros, vel aliis præferri gestientis: imò potius stolidæ & insipientis mentis argumentum, quærere nimirum constituere quod subsistere nequit, inque eo nequicquam atteri. Dei autem iustitia est, quæ ex fide est: hęc non indiget laboribus operibúsve nostris, verum tota ad gratiam dei pertinet. *Finis enim legis Christus est, ad iustitiam omni credenti.* Quia prorsus iustitiam nominauerat quæ est in lege, ne dicant qui ex Hebræis crediderũt, Peccauimus ergo & iniquè egimus hãc iustitiam dimittentes? ac ne rursus increduli inferrent, dice-

E réve possent: Quandoquidem iustitia est in lege omnino, etiamsi eam nondum nunc implerimus, posthac tamen implere conabimur: ambo hæc è medio tollens, ait: Finis legis Christus est. Quod enim voluit quidem lex, non autem perfecit, hoc Christus perfecit, iustificare nempe hominẽ. Quare ne dicas qui Christo accessisti ex Hebræis, quòd deliqueris aduersus legem? quin potius legis voluntatem conspexeris in te esse perfectam, per fidem in Christum. Neque rursus qui nõdum credidisti Iudæe, spera quòd perficietur in te iustitia per legem: Christus enim est cõsummator huius. Proinde si iustitiam obtenturus es, Christum accipe per fidem, & habebis omnia. *Moses enim scribit iustitiam ex lege, quod qui fecerit ea, uiuet in eis.* Confirmat quod dixit, quoniam quod

F lex non perfecit, isthuc Christus impleuit, & inquit: Moses adserit per opera iustificari hominem, opera verò nemo intuentus est explere. Itaque in lege non est possibile iustificari. *Quæ uero ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum? hoc est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis adducere. Sed quid aiet?*

Finis legis Christus

Leui. 18. In lege impossibile est iustificari.

Deut. 30

Prope te est uerbum in corde tuo, & in ore tuo. Hoc est uerbum fidei quod prædicamus: quoniam si confessus fueris ore tuo dominum Iesum & credideris quod deus ipsum ex mortuis excitauit, seruaberis. Simul atque audiuisti legis opera non posse iustificare hominem, discе iam quomodo iam citra sudorem & laborem facilè in Christo iustificemur. fidem enim quærit ex corde, & confessionem ex ore. Necessarium autem est declarare latius quod dixit, Quis ascẽdet in cælũ? &, quis descendet in abyssum?

sum? Ex Mose desumpsit hoc Apostolus, pro magna sua sapientia exclusum & intellectum. Moses nanque quo ad literam hunc ad modum illud effatus est: Mandatum dei ob oculos tuos positum est Iudæe, neque opus est te in cælum conscendere, vt illud inuenias: neque ad abyssum descendere, vt istud accipias, neque vltra maria transire: sed prope te est in ore tuo, & in mente tua. cuncta enim mõstrauit tibi deus per legem. Moses igitur iuxta literã hæc videtur sic dicere, apostolus autem ad Christum illa transtulit, hoc est, Ne hæsites neque dicas in corde tuo, Ecquî Christus descẽdit, & incarnatus est? aut quomodo mortuꝰ resurrexit ex abysso, hoc est, ex infimis locis? Enimuero credas quòd & descẽderit incarnatus, ac tumulo conditus redierit resurgens & excitatus: deus nanque ipsum excitauit: quare & à dignitate & authoritate excitantis facilè potes credere. Quid igitur hac re facilius, quum in ore tuo salutem habeas? Ne igitur fidei ista res facilis, videatur digna contemptu: ostendit fidei etiam, incredulitatis cogitationes ratiocinationésque opponi. vnde operę profectò precium esse, vt strenuè illis resistatur. Ne dixeris enim, inquit hæc vel illa, hoc est, ne aliquam indubij quiddam cogitans. *Corde nanque creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Cor ipsum ore indiget. Quæ enim est commoditas credere quidem in animo, non confiteri autem coram hominibus? Fides quidem mentis iustificat, cæterùm perfecta salus est in confessione sita. Tum enim effulget fides, adeóque plures adiuuãtur. Eget autem & os ipsum corde. Siquidem multi ore confitentur Christum, corde longè ab eo dissiti. *Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in ipsum, non pudefiet: non enim est distinctio Iudæi & Græci: idem enim dominus omnium, diues in omnes qui ipsum inuocant. Nam omnis qui inuocauerit nomen domini, seruabitur.* Corde credi, ore verò cõfessionem fieri dixit. producit itaque nunc testimonium scripturæ, fidem, confessionem, & inuocationem huiusmodi firmando. Quum enim dicit, omnis qui credit, fidem denũciauit, per quam iustificatus non pudefiet, at quum subit, Quisquis inuocauerit, confessionem innuit, quæ salutem operatur. Omnis enim siue Iudæus siue Græcus, Deo gratus acceptúsq; est. Idem enim dominus omnium, diues in omnes qui inuocant eum, hoc est, diuitias habens, opésq; suas effundens

A

B

Oris ac cordis concordia necessaria.

C

Esa. 28.

Ioel. 2.

D in illos qui ipsum implorauerint: perinde ac si quis dicat, Deus
perator diues est in aurum & argentum. Proinde si diuitias
habet ipsos credentes, ne despondeas animũ, quasi adeò pau-
caris, vt tibi condonari nequeat. Nã susciepiet te, vt & te par-
tem diuitiarum suarum efficiat. *Quomodo igitur inuocabunt*
in quem non crediderunt? quomodo autem credent, quem non audie-
runt? quomodo uerò audient citra prædicãtem? quomodo autem prædi-
cabunt, nisi legentur? quẽadmodum scriptum est: Quàm speciosi pe-
des euangelizantium pacem, euangelizantium bona? Quum di-
prà dixisset, omnis qui inuocauerit nomen domini, conse-
uabitur: deinceps porrò Iudæos arguit & reprehendit quo
non inuocauerint. Quare autem non inuocauerunt? quia n
crediderũt. Quare verò non adhibuerunt fidẽ Christo? quia
E ideo, quia non audiuerunt? Atqui audiuerunt omnino. Ho
sequitur obiectio: Quĩ citra promulgantem vel annuncian-
tem verbum audire potuerunt? Cui protinus adiicitur alia
tio: Atqui prędicarunt qui missi sunt ad eos nõ pauci. Et v
de perspicuum est eos esse illos qui sint missi? Ad huius co
firmationẽ profert sanè prophetam, qui dicit: Quàm speciosi
pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona? N
hil enim aliud circumeundo apostoli nunciarunt, quàm
effabilia bona, Deiq; hominibus communicatam oblatam
pacem. Quare quòd non crediderunt, culpa est eorũ qui n
susceeperunt prædicantes. *At non omnes credunt Euangelio. Esa-*
ias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Quia Eua
gelij annũciatores ab Esaia vate testimonium habere adh
F mauerat: quòd à deo essent: ne quis dicat, quòd si à deo fu
runt, omnes illis obtemperare planè oportuit: omnes re
illis non obediisse ait, neque obsecutos Euangelio, ex eo c
men nihil prorsus labefactari ipsam veritatem: quandoq
dem & illud ipsum iam olim ante multos annos Esaias va
præcinuerit: Quis, inquiens, credidit auditui nostro? Quas
quasi dicat, pauci crediderunt. *Fides itaque ex auditu est, au-*
ditus autem per uerbum dei. Cum præcedentibus hæc cohæ
rent, ac instar conclusionis cuiusdam prædictis adducuntur.
Subindicat autem quiddam & aliud. Quia enim Iudæi mul
lo non tempore signum quærebant, ac resurrectionis ipsius
visionem: inquit, fides est ex auditu, atque vltra hunc audi
tum non oportet inquirere quicquam aliud. Nec enim audi
tus, est verborum quæ simpliciter dicuntur, sed verborũ de-

Quocirca

Credentes diuitiæ deo sunt.

Esa. 52.

Apostolorum prædicatio quæ fuerit.

Esa. 53.

Quis, quid significet.

Quocirca si admirãda quæris, adeóque miracula, ceu ex deo A
sint, crede verbis quæ ex deo proferuntur. *Sed dico, nunquid*
non audierunt? Atqui in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fi- Psal. 18.
nes orbis terrarum uerba eorum. Veluti quispiã dicat, Et quid
ad hos, si missi sint prædicantes Euangelium, quum illi eos
omnino non audierint, vt ad quos non accesserint? ait: Quo-
niam vniuersus terrarum orbis eorum prædicationem audi-
uit: & illi non audissent, apud quos tanto sunt tempore mo-
rati apostoli, & à quorum gente descenderant & sanguine?
Quam quæso rationem hoc habuerit? *Sed dico, nunquid non*
agnouit Israel? Alia est obiectio: Si prædicarunt apostoli,
illi autem non intellexerunt, nunquid digni sunt venia? Hu
ius dilutionem subtexit. *Primus Moses dicit: Ego prouocabo uos* Deut. 32.
in non gente: in gente insipienti ad iracundiam uos concitabo. Si ex B
nulla alia re, ex honore certè gentium, quo affecti sunt non-
nulli ex ipsis, intelligere debebant prædicatum Christum.
Quum enim idolorum cultores cernerent adeò repentè tan-
tis honoribus ornatos & affectos, oportebat eos prorsum in-
telligere prouocari sese, atque eam esse ipsam gentem de qua
Moses verba fecerit. Nedum enim magnitudo honoris suf-
ficiebat vt ad æmulationem eos incitaret, verumetiam quòd
adeò viles honore adfecti essent, vt ne gentis quidem nomi-
ne cẽsendi essent. In non gente enim, inquit, prouocabo vos,
& in gente insipienti. Quid enim Græcis stultius & insipiẽ- C
tius, quippe qui lapidibus ac lignis diuinum cultũ exhibue- Græcorũ
rint? *Esaias enim audet & dicit: Inuentus sum iis qui me non quæ-* stultitia.
rebant: conspicuus factus sum iis qui de me non interrogabant. Præ- Esa. 65.
misso quòd primus Moses testimonium huic rei diceret, iam
alterius personæ idem vaticinantis mentionem facit, atque
longè clarius & apertius illud ipsum ob oculos ponentis.
Esaias enim audet & inquit, id est, coactus est nudam dice-
re veritatem, & periculo sese submittere, vel minimè re-
ticere. Inuentus sum, inquit, gentibus quæ me non inqui-
rebant, & quæ de me nihil percontabantur. Quos Moses
gentem non intelligentem vocauit, hos Esaias non quæ-
rentes neque interrogantes nominat, tanquam rudes vide-
licet, oforésque verbi. Oportebat ex hisce omnibus Iudæos
intelligere sese esse repulsos, alios verò in sui locum esse re-
ceptos. *Ad Israel autem dicit: Totum diem expandi manus* Esa. 65.
meas ad populum non obedientem, contradicentemque mihi.

D Ne possent dicere Iudęi, Gentibus es inuentus, quia noluisti nobiscum versari aut viuere: subdit: Totum diem, hoc est omni tempore, expandi manus vt attraherem vos: at vos apparuistis populus inobediens & contradicens. Vestra igitur culpa est, non mea. Ego nanque extendebam manus meas, aduocabam vos: at vos non obediistis, neque dicto meo audistis. Proinde audiuerunt etiam Israelitę videlicet & agnouerunt, cæterùm obtemperare noluerunt.

Iudæi populus inobediens.

CAPVT XI.

Dico igitur, Nunquid repulit deus populum suum, quem præ-
D *nouit? Haudquaquam. Nam & ego Israelita sum ex semi-*
E *ne Abrahami, à tribu Beniamin. Non repulit deus populum*
suum, quem prædefiniuit. Quia Israelitas populum inobediem tem vocarat, dubitationem & quæstionem producit hunc modum: Num si populus incredulus & inobediēs factus est eapropter cassatæ sunt promissiones? Ad quam respondet Minime, Non enim repulit deus populum suum, quem praenouerat, adeóque elegerat, quem sciebat idoneum esse ad recipiendam fidem: quandoquidem & ego Israelites sum. Ac vt ne illi obiiciant, Tun' solus es populus? infert posthac Non repulit populum suum, pro eo quod est, Sunt & alij mille, imò myriades, quæ ex populo crediderūt, perinde ac quę res Apostolorum gestæ id indicant. *Aut ignoratis in*
lia quid dicat scriptura? quomodo interpellet ad deum contra Israel,
F *dicens: Domine, prophetas tuos occiderunt, & aras tuas suffoderunt, & relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit ei diuinum responsum? Reliqui mihi ipsi septies mille uiros, qui non incurrerunt genu coram ipsa Baal.* Ne obiiciant ei, Quid ais Paule? Ter millibúsne, vel quater millibus, vel paucis myriadibus tantum populum comprehendis atque definis, qui tamē arenæ maris cælique stellis adæquatur? subiicit inquiens: Quoniam & in Helia septem millibus comprehensa sunt quæ ad salutem pertinent. Verúm ne hos quidem Helias norat. Iam verò verisimile est multos esse qui crediderint. Ac etiam si ignoretis vos, nihil noui est, quum & Helias illos quondam ignorauerit. Clanculum autem de alio argumento verba faciens, monstrat cædem & sanguinem quo sese innocentum virorum & bonorum interemptu polluerunt, iam olim à principio

Actuū. 2.
3. Reg. 19.
Actuū. 2.
Gene. 15. & 22.

eipio de ipsis prædicatam. Ne enim dicāt, In errorem inducti Christum occidimus: Quomodo igitur, inquit, veteres prophetas, patres & maiores vestri dederunt letho? Num & illi seducti vel errantes isthæc admiserunt flagitia? vel non poterant ferre vatum libertatem? Quomodo autem aras deroserunt? num & illæ sæuitiam illorum experiebantur? Qui verò Heliam ipsum, qui pro ipsorum salute ardebat, qui miraculis mirificísq; signis clarebat, occidere quærebāt? Quare quum tunc temporis, quum tot scelerati homines essent, septem duntaxat millia elegerit sibi ipse dominus, vt oraculū dicit, hoc est, domini demonstratio, explanatio, & responsum: nihil noui est si hodiéque dignos tantum seligat: quod & per subsequentia confirmat. *Sic igitur & hoc tempore re-*
B *liquiæ secundum electionem gratiæ sunt.* Nunc inquit, quod reliquum est, vel reliquiæ. Quemadmodum enim paleis repugatis, quod reliquum est, frumentum est: hanc ad rationem prauos reprobans deus, relinquit sibiipsi dignos. Quum igitur ait, secundum electionem, illorum studium & conatum indicauit. à conatu enim suo digni sunt facti vt eligerentur. Quum dixit gratiæ, dei donum commonstrauit. *Si autem*
ex gratia, non iam ex operibus: alioqui gratia non erit gratia. Ex seipsis spōte citra vllam excusationem Hebræos incredulos manifisse monstrat. Non enim est quod dicatis opera & labores à vobis exposcere deum, verùm totum est gratiæ. Quur igitur non vultis seruari, quum bonum tantū sine labore vobis proponatur & propinetur? Proinde quí voluerunt, seruati sunt, qui & populus dei sunt. Non igitur deus repulit po-
C pulum suum salute dignum. *Sin ex operibus, non adhuc est gratia, quum opus non sit porrò opus.* Si ex operibꝰ placeamus deo, gratia porrò non habebit locum. Nam si gratiæ locus relinquatur, abit statim opus, nec opus porrò dicitur. Nā vbi gratia est, ibi opus non quæritur: & vbi est opus, gratia non est.
Quid igitur? quod inquirebat Israel, id non est assecutus, electio au- *Gratia*
tem est consecuta. Quidnam sit gratia ostendens, nēpe quòd *quid.*
sine operibus dei donum est, dicit deinceps, Quoniam Israelitæ inquirentes iustitiam, eam non sunt adsecuti, quippe qui male eam quæsierint, adeóque ex operibus, ex quibus fieri non potest vt quisquam eam adsequatur. Electio autem, hoc est, electi, sunt adsecuti. Per hanc dictionem, bonorum magnitudinem ostendit, nimirū quòd totum sit diuinæ gra-

D tię. Nam & nos familiari & quotidiana conuersatione dicere solemus: Quidam assecutus est, hoc est, citra laborem inuētionem inuenit. *Reliqui autem excæcati sunt, quemadmodum scriptum est: Dedit eis deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant, in hodiernum usque diem.* Producit Esaiam testem obstinationis ac cæcitatis, vt ne videatur propria vel sua dicere. Dedit, pro reliquit eis spiritum compunctionis, dixit, concessit ac permisit. Compunctionem autem, stabilem atque impermutabilem ad mala habitum animæ dicit. Compungi enim, quod Græci κατανύσσεσθαι dicunt, est infigi sanè & velut affigi. Incurabilem itaque & minime alterabilem sententiam eorum, compunctionem appellauit. Quum enim oculos haberent vt miracula viderent, & audirent doctrinam domini: neutro horum sunt contenti: sed atque decorè vsi: neque id solùm in Christo, verùm & in aliis apostolis admiserunt: in hodiernum enim vsque diem inquit. *Dauid etiam dicit: Fiat mensa eorum in laqueum & in retributionem, & in scandalū, & retributionem ipsis. Obscurentur oculi eorum ut ne uideant, & dorsum illorum semper inflecte.* Quum impermutabiles in malitia, extremo supplicio afficientur. Mensa enim ipsorum, hoc est, omnia bona & deliciæ ipsorum conuertantur in contrarium, & illaqueentur comprehendantur, omnium captioni & inuasioni expositi, scādala semper & offensiones in vita sua habētes. Indicans autem quo pro peccatis hæc patiātur, dixit, in retributionē. Quinetiam oculi eorum sunt obscurati, tam spirituales, quàm corporeos calamitatibus. Et dorsum eorum incuruatū est: seruiit enim Romanis seruitute nunquam cessatura. Hoc enim est quod ait, semper: nunquam nimirum ab ea liberandi. *Dico igitur, nunquid impegerunt, ut caderent? Absit.* Quum abunde satis reprehendisset, nunc consolationem eis exhibet, eósque interrogat: Nunquid impegerunt, vt caderent? hoc est, nūquid irremediabiliter deliquerunt? Haudquaquam. Impegerunt enim, hoc est, offenderunt: verùm non vt caderent omnino, vt nunquam erigi possent. Et enim seruabuntur iuxta tempus consummationis, vt in progressu orationis dicet. *Illorum delicto salus gentibus obtigit, ut prouocaret eos.* Duo hic vult perficere, quæ nunc etiam dicit: nēpe consolari Iudæos & gentium fastum demittere, inquiens quòd salus gentibus obtigit illorum offensione & incredulitate. Rerum enim natiuus ordo hos primùm seruari postulabat, deinde gentes: A
postquam autem isti inobedientes facti sunt, accitæ sunt illæ: quod & in Euangeliis haud paucis in locis significatur. Seruatæ sunt autē gentes, vt prouocaret Hebræos deus, hoc est, vt gentium honor mordens hos, ex huiusmodi aduersum illas contentione persuadeat ad Christum accedere. *Quòd si lapsus ad delictum eorum, diuitiæ mundi: & imminutio adeoque prostratio eorum, diuitiæ sint gentium: quanto magis plenitudo ipsorum?* Si quando offenderunt, inquit, facti sunt exhibitores tantorum bonorum, horumque reiectione illæ fiat adsumptæ, lapsusque eorum diuitiæ gentium fuerint: quanto magis impletio ipsorum, quando omnes ad Christum reuersi seruati fuerint? Hæc autem dicit veluti gratificans ipsis, & animum addens. Non enim quia impegerunt Israelitæ, propterea cōseruatæ sunt æternū gentes: verùm quia fidē habuerūt. *Vobis enim gentibus dico, quatenus & ego sum gentium apostolus, ministerium meum glorifico, si quo modo glorificem carnem meam, & seruem quosdam ex ipsis.* Rursum Iudæos consolans, gentium cristas deiicit, inquiens. Laudo vos gentes propter duo hæc: alterum, quia necessarium mihi est, tanquam institutionis & religionis vestræ institutori, glorificare ministerium meum, hoc est, vos. alterum, vt prouocem, hoc est, ad emulationem coniiciam siue permoueam carnem meam, hoc est, secundum carnem cognatos mihi Iudæos. Per carnem, genuinam naturæ propagationem, & affectum amoris natiui erga suum sanguinem commonstrauit. Et seruem, non dixit omnes, sed aliquot. Clanculum autem eorum duritiem subindicat. fortasse enim contentione & æmulatione quadam accensi, imitabuntur gentes, & credent aliquot. *Si enim interitus ipsorum est reconciliatio mundi, quæ est assumptio, nisi uita ex mortuis?* Si iratus ipsis deus, talia donauit aliis, hostesq; amicos fecit: quando ipsos assūpserit ac receperit denuo, quid nō donaturus est? Vita nāque ex mortuis tum erit, hoc est, infinita planè bona: hoc enim per vitā indicat, simul aūt & altius quiddā adeoq; profundius adumbrat & innuit. Quēadmodū, inquit, ex mortuis resurrectio nō ꝓpter Iudæos cōtinget, sic aliorū salus ꝓpter ipsos nō aderit prēsto, nisi & ipsi fidē habuerint. Quę omia videtur ꝓ ipsis dicere, nōnihil illis refrigeratiōis imperties, vt medici haud rarò laborātib⁹ solēt. *Si aūt primitiæ sanctę, & massa: & si radix sīlā, & rami.* Pri- C

Gētes cur saluatæ.

Caro.

mitias

D mitias & radicem appellat patriarchas, massam autem & ramos, eos qui ex illis crediderunt. Necesse enim est primitias, hoc est fermẽto, massam, & radici ramos adsimilari. Sin vol illis nõ adsimilemini, ingentis malitiæ hoc est argumẽtum. *Sin quidam ramorum effracti sunt, tu uero quum oleaster esses insertus es in ipsos, simulque factus es particeps radicis & pinguedinis oleæ: ne glorieris aduersum ramos.* Infideles Hebræos appellauit effractos ramos. indigni enim sancta radice facti sunt. Pulchrè autem dixit effracti sunt. nunquàm enim deus sic ipsos reiecit, licet multifariam peccassent. Pro ipsis autem tu es insitus ethnice. Non dixit autem plantatus es, sed insitus, Iudæum ita notans & carpens, gentes in ipsius arbore, hoc est patriarchis & prophetis consistere statuique, esseque consortes & participes radicis & pinguedinis, hoc est eiusdem eum illa splendoris & ingenuitatis, gloriæ quoque apud deũ participes. Ne igitur attollere & gloriare aduersum ramos. *Si autem gloriaris, non tu radicem baiulas, sed radix te.* Et quænam hæc esset ramorum operatio? quod verò officium? Radicis enim est portare, non ramorum. Viden' qnomodo nonnihil refrigerij Iudæis impertiat, consolari ipsos tantummodo laborans? Atque per hoc potius ad æmulationem eos incitat, damnum ostendens quod sunt passi, & quomodo alij eorum gloria sint decorati. *Dices igitur, effracti sunt rami, ut ego inserar. Bene propter incredulitatem effracti sunt, tu autẽ in fide stas. Ne efferaris, sed metue.* Hic ob oculos ponit quòd nõ quia illi impegerint, gentes sint subrogatæ in ipsorum locum, sed propter fidem quam demonstrauerũt. Vbi autem gentes deprimere videtur, indicat simul Iudæos irremissibiliter atque adeò grauissimè, nimirum per incredulitatem, peccasse. Vtrosque autem corrigit. Dices igitur tu qui es ex gentibus: Effracti sunt vt ego inserar. Effracti sunt quidem ob suam incredulitatem, non quod tibi eum honorem deus debuerit. stas enim in fide, hoc est propter fidem stas radici insitus. Metue igitur: nam non est naturalis insitio, sed fidei. *Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, nequando ne tibi quidem parcat.* Siquidem illi natura fuerunt filij sanctorum patriarcharum, ac propter incredulitatem suam sunt euulsi & effracti. Quare tu multo magis metue, qui adoptatus es, ne siquando offendas, tibi etiam non parcat. *Vide igitur bonitatem ac abscisionẽ dei: in eos quidem qui ceciderũt, duritiem &*

Gẽtiles insiti sunt.

Insitio, naturæ non est, sed fidei.

abscisionẽ

abscisionem: erga te uerò bonitatem, si permanseris in bonitate. Nam A
& tu excideris, & illi si non manserint in incredulitate, inserentur. potens est autem deus rursum inserere eos. Non dixit, vide igitur opus dei, sed bonitatem dei: totum enim illius est gratiæ. Et studè permanere, non dixit, in fide, sed bonitate, hoc est, digna dei clementtia perage ad finem vsque vitæ. Nisi enim ita egeris, excideris: quemadmodum & illi si non perseuerauerint in incredulitate, inserẽtur. Nam neque deus eos primùm euulsit effregitve, cæterum ipsi à sese per incredulitatem suam sunt effracti, & deciderunt. Abscisionem autem dei vel duritiem dicit, quòd nõ parcat eis, cęterùm indignos eos iudicet diuorum patrum coniunctione, societate & commercio. Sapientissimè verò Paulus gentes terret per ea quæ Hebræis acciderunt: Iudæósque animat & excitat, bonóque B
& confidenti animo esse facit gẽtium exemplo, vt per fidem inserantur: atq; dei potentia bene sperare efficit potẽs enim est deus, inquit, inserere, qui omnia præter spem nostrã transigit. *Si enim tu ex naturali oleastro excisus es, & præter naturam insitus in pulchram oleam, quanto magis illi secundum naturam inserentur propriæ oleæ?* Si tu ex gentibus, natura prauus, maiores habens oleastro similes, excisus es ab illis per fidem, insitúsque es præter naturam eleganti & fœcundæ oleæ, siue patriarchis: quanto potius Iudæus natura bonum possidens, ad natiuam suam oleam recurret, hoc est, ad patres? Quãdo au
tem audiueris Paulum secundum naturam dicentem, de- *Secũdum*
cens & consequens intellige. Decens erat & par, filium diui *naturam,*
Abrahami sanctum esse. sicut & rursus præter naturam, pro *& pręter*
eo quod est indecens & inconsequens, dixit, vt, Non erat ve *naturam,*
risimile polluti Græci gnatum sanctum esse. *Nolo autem uo-* C
bis clam esse mysterium hoc, ut ne sitis apud uos prudentes: quoniam excæcatio Israeli ex parte contigit, tantisper dum impletio gentium ingrediatur, & sic omnis Israel seruabitur. Mysterium hîc, id quod ignorabatur, necdum Hebræis indicatum esset, adeoq; secretum nominat, Quale autem hoc est? Quoniam non vniuersim Iudæi sunt increduli, verùm ex parte cæcitas & obduratio eos corripuit & inuasit. Multi enim crediderunt, quos deus præscierat, vt suprà dictum est, & posthac multi credituri sunt. Indurati enim sunt & excæcati Israelitæ, donec omnes ex gentibus præfiniti conseruentur: tuncque omnis Israel beabitur æternum, qui crediderit videlicet.

Quem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Quemadmodum scriptum est: Veniet ex Sion liberator, & auertet impietates a Iacob: hocque erit ipsis a me testamentum, quando abstulero peccata ipsorum.* Esaiam rursus adducit clamantem: Quoniam veniet ex Sion, qui possit seruare, & purgabit Israelitarum peccata. Ecquando hæc erunt? Quando abstulero peccata eorum, hoc est, quum per baptisma eos dimissione noxæ donauero. Quare quum nondum hanc assecuti sint, sunt enim indurati, in posterum hanc consequentur. *Secundum Euangelium quidem inimici propter uos, secundum uerò electionem dilecti propter patres. Neque enim pœnitet deum bonorum & uocationis.* Quia vos obediistis Euangelio, & assumpti estis à deo, ipsi cõtentiosiores facti sunt, retrosilierúntque magis, & hostes acerbiores sunt redditi: ac quatenus patres eorum

E iam olim ab initio sunt electi, nõ sinet eos deus interire prorsus, dilecti enim sunt: sed si crediderint, recipiet eos. *Vt enim & uos olim non obtemperastis deo, nunc autem misericordiam estis adepti, horum inobedientia: sic & illi nunc inobedientes fuerunt uestra misericordia, ut & ipsi misericordiam consequantur.* Confirmare pergit Israelitas tandem conseruandos. Vos enim, inquit, gentes, noluistis primùm obedire. Hinc acciti sunt Iudæi, sancita illis quam acceperunt diuinitus lege. Rursum vocatis Iudæis, & Christo morem non gerentibus, vocati estis vos, & misericordiam consecuti. Verùm vestra misericordia, horum quoque erit. æmulabuntur enim vos, credentéque ipsi, hacque ratione vestra misericordia & ipsi mi-

F sericordia donabuntur. *Concluſit enim deus omneis ſub incredulitate, ut omnium miſereatur.* Concluſit, hoc est, arguit, demonstrauit, indicauit inobedientes & incredulos, vt alios aliorum contentione saluaret. Prius enim quum gentes non obtemperassent, seruauit, vti commemoratum est, Hebræos: è diuerso quum in Christum incerduli & inobedientes perseuerarint Iudæi, conseruatæ sunt gentes. Conseruatis autem gentibus, seruabuntur etiam Iudæi, ad imitationem concitati, hacque via peræquè omnes misericordiam consequentur. *O profunditatem diuitiarum & sapientiæ & scientiæ dei, quam sunt imperscrutabilia iudicia eius, & non peruestigabiles uiæ eius?* Reputans secum dei ordinationes ac dispẽsationes, quibus, & per quẽ hic mundus consistit, quo per contraria dispẽset atq; gubernet, ac per alios inobedientes & incredulos, alios obedientes & credulos efficiat, obstupuit.

Cõcludere dei.

stupuit persuasus omnino, eũ qui adeò res nostras dispensat, A solicitum etiam de Hebræorum salute fore. Diuitias igitur, diuinam bonitatem appellat, cuius profunditatem & altitudinem demiratur, solam eius quantitatem ignorans. opum enim dei est, gentes adeò exuberantes rerum copia æternarum constituere. Insuper ad bonitatem sapientia dei attonitus redditur, quia nostra regit ac dispensat, rudesque gentes erudiit. denique cognitione dei in stuporem rapitur, qua nouit quid cuique commodet. Non dixit autem, incomprehensibilia sunt iudicia eius, sed imperscrutabilia, hoc est, non omnino recipientia scrutationem vel indagationem. Et viæ, hoc est, dispensationes, nedum non possunt agnosci, sed ne inquiri quidem prorsus, vel vestigium suum monstrare. *Quis enim nouit mentem domini? Aut quis* C *consultor ipsi fuit? Aut quis primum dedit ei, & retribuetur ipsi?* Sapien. 9 Esa. 40. Solus enim ipse nouit sua, & nemo alius. Sapiẽs porrò quum sit, à nullo alio consultore institutus est, sed ipse sibiipsi satis fuit sufficiens & est. Quinetiam omnium bonorum fons est, & quæcunque dat, non veluti compensationem vel retributionẽ debeat, impertit sed ob propriã tantũmodo bonitatẽ. Quis enim primũ dedit ei, nimirũ deo, vt retribuatur ipsi? hoc est, vt à deo beneficiũ imputetur, seu retributio erga ipsum factũ. *Quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipsum sunt omnia.* Ipse est fons omnium: hoc enim est quod ait, in ipsum. Omnia enim ex ipso habent principium, & per ipsum facta sunt, & in ipsum ceu fundamẽtum quoddam vergentia euntiaque, consistunt & continentur, aduersa & admota ad ipsum. *Ipsi gloria in secula. Amen.* Est in more diuo Paulo, E vt quum ardui quiddam dixerit, cum gratiarum actione sermonem finiat & cõcludat, perinde ac & iam nunc facit. Post quam enim admiratione & stupore perculsus est ob bonitatem, & sapientiam, & notitiam, & gubernationem dei, glorificat deinceps ipsum: hac ratione nos itidem instituens, vt ob ingẽtia bona & beneficia gratias agamus & glorificemus ipsum & verbis & vita.

Paulina peroratio

CAPVT, XII.

A *Dhortor igitur uos fratres per miserationes dei, exhibete corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, beneplacẽtem deo, rationalem cultum uestrum.* Postquam abũde satisque

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tisq; immoratus esset institutioni fidei, deinceps ad morum præcepta pergit, seséque conuertit. Et quia monstrauit dei circa nos ineffabilem dispensationem & bonitatem, adhortatur nos per miserationes dei, hoc est, ipsas miserationes intermedias proponens, vt vel ipsas reueriti, nihil indignum præstemus, vel demonstremus. Quid autem adhortatur? Vt exhibeamus corpora nostra, hoc est, vt ad bellū & paremus & tradamus. Sic enim solet vulgò dici: Imperator acies suas ad bellum statuit vel instruxit. Aut tanquam regi deo debemus exhibere membra nostra probata & electa. Tales enim sunt qui imperatori statuuntur. Insuper viuentem victimam eadem exhibeamus. Quando enim ea occiderimus, viuemus secundum spiritum. Iudaicum itaque sacrificium deo non est

E beneplacens, neque gratum est. Quis enim, inquit, exquisiuit ea ex manibus vestris? Fidelium autem sacrificiū, rationalis cultus, vehemēter apud deum inquiritur. Sacrificia enim deo, inquit, sacrificium laudis, & sacrificium laudis glorificabit me. Rationalis cultus est, nō solùm qui verbo fit, cęterùm etiam vita Christo digna: quando nimirum nullus irrationalis affectus in nobis regnat, sed ratio, imò verbum dei potius omnia gubernat. Sicque tanquam pontifex quisque suiipsius factus fuerit, interiorem malitiam iugulans, ac nūquam non membra sua deo exhibere studens, in omni cū opere tū verbo ita horreat, quasi pontifex qui diuinæ aræ adstiterit. *Neque conformemini huic seculo, sed transformamini nouitate mentis uestræ.* Subiicit iam nobis modum quo rationalem cultum vel seruitutem perficere queamus: qui est, si non

F configuremur seculo huic. Nihil enim habet vel stabile vel firmum, sed omnia sunt temporaria, figuram nempe habentia tantum, nō personam vel substantiam quandam firmam seu permanētem. Ne igitur adsimilemini & vos huic rei essentia vacanti, adeōque leuiculę & vanę: hoc est, ne cogitate neque sapite quæ sunt mundi huius, sed transformamini innouatione mentis vestræ, hoc est, nunquam non teipsum inouate. Peccasti, animámque tuam delictis putrem reddidisti? innouare rursus. Correxisti mores tuos paululum? conare magis magísque emēdare, adeóque virtuti incumbere, sactúsque es nouus, in melius semper transformatus. Vide autem quomodo in mundo figuram esse dixit, quòd nihil non sit in eo tęporarium, & facilè dissolubile. Virtuti porrò formam

Esaie. 1. Psal. 49.

Cultus rationalis quis dicatur.

Innouā. Li mens nostra.

mam tribuit, vt quę naturalem pulchritudinem gerat, neque A indigeat aliqua externarum formarum & elegantiarum exornationúmve. Mundus enim figuratur, vt fucata & fictitia forma nos in fraudem inducat: virtus autem propriam suam *Virtutis forma, ac decor.* formam insigurabilem, omnísque fuci expertē ostendit. Sem per itaque transformari debemus secundum virtutem, innouaríque à malo ad bonum, áque minori virtute ad maiorem.

Vt probetis uos quæ sit uoluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta. Quia dixerat, innouamini semper noui facti, iam exponit ad quid commodet isthęc mentis innouatio: nimirum ad hoc, vt probetis vos, hoc est, vt agnoscatis quæ sit voluntas dei. Cui enim est inueterata mens, non nouit quæ sit vo- *Voluntas* luntas dei, quę est, in humili affectu, rerúmque magnarū hu- *dei.* ius mundi contemptu viuere, & in paupertate & luctu, aliísque rebus quas deus iniunxit nobis, legéque sua sanciuit. Innouatus autem spiritu, is nouit quæ sit voluntas dei, nō perinde ac Iudæi norant lege detenti. Siquidem & lex, dei vo- *Lex, an* luntas erat, sed enim non beneplacens, neque perfecta. Non *uoluntas* enim ob excellentiam sui data est, cæterùm propter illorum *dei fuerit* imbecillitatem concessa est. Perfectum autē quiddam & beneplacens est nouum testamētum. Potes autem iuxta magni Basilij sententiam sic etiam accipere: Multa vult deus, alia quidem ad beneficentiam nostram, quæ bona etiam dicūtur ceu bonitate referta: alia verò peccatorum nostrorum causa vult, veluti iratus, quæ & mala dicuntur, vt quæ nos etiā affligant. Atqui & horum finis bonus est. Bonas igitur dei voluntates nos imitari par est. Quæ autem ad afflictionē spectant, mininè nos sequi decet. Non enim ministri malorum nos sumus, sed prauæ potestates. Primū igitur considera vo- C luntatem dei bonam: deinde vbi agnoueris, contemplare nū sit beneplacens. Nam haud pauca bona sunt quæ non sunt grata, neque deo placentia, occasionis videlicet seu personæ causa: veluti deo sacrum facere & incēsum offerre bonū est, at isthuc cum Ozias faceret, displicuit deo. Hac ratione bo- *2. Parali. 26.* num erat discipulis in arcanis atque adeò cælestibus rebus instituí: enimuero ante tempus non fuit gratum, nō placuit. Non enim, inquit, potestis portare modò. Quum autem bona & beneplacēs fuerit, dato operam vt & perfecta sit & in- *Iohan. 16* deficiēs, vt huiusmodi fiat qualis postulatur ab deo, integra nempe & minimè mutila: quod genus est, oportet impertiri in sim-

D in simplicitate, hoc est, cum liberalitate. Sin parcè & auarè-
tia quadam eleemosyna progreditur, non habuit perfectam
ista communicatio partem. *Dico enim per gratiam dei quæ da-
ta est mihi, cuilibet qui est inter uos, non sapere ultra quàm oportet
sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Ceu humilia perpetuò spi-
rans Paulus, nusquam se autoritate quadam vel dignitate, cu
ius causa fides sibi adhibenda sit, iactat: sed aliàs miseratio-
nes dei, aliàs verò gratiam intermediantem proponit. non
meum, inquit, sermonem dico, sed eum quem ab deo accepi,
quem gratia ipsius inspirauit mihi. Omni autem homini hîc
verba facit, & priuato & publico, non altius sapere, quàm o-
porteat: de humilium rerum affectu vel modestia disserens,
E perinde atque dominus ab ipsa etiam orsus est: Beati pauper-
Matth. 5. res spiritu. Quod autem ait, est huiusmodi. Oportet quidem
sapere, hoc est, altam cogitationem habere, sed ita, vt cœles-
tes res adfectet, atque super terrestria eleuetur, neque rebus
naturę & carni nostrę arridentibus inhiare, hoc enim est sa-
pere vltrà quàm oportet: sed sapere ad tẽperantiam, ad mo-
Sapientia christiano rum. destiam. Accipimus enim sapientiam, non vt ad dementiam
abutamur ea, sed ad temperantiam & moderationem, hoc
est, ad temperatum affectum, & rerum humilium, non ar-
[redacted]
rogantiam excipientium vendicationem. Hæc ideo locutus
est, vt ostenderet non humiliter, sed arroganter se gerẽtem,
& impegisse & excidisse à propriis cogitationibus. Humilis
autem spirans incolumes saluósque sensus habet, propterea
σώφρων dicitur esse sobrius, σώφρων, σῶας φρένας ἴσχων. *Cuiuis ut deus*
F *partitus est mensuram fidei.* Quum dixisset nos non oportere
superbire, sed temporatos esse & humiles, nunc qua ratione
sobrios temperatósve esse conueniat, commemorat: nempe
reputantes quòd cuique deus partitus est mensuram fidei.
[redacted]
Non enim tua virtus isthæc, neque tuum opus est, sed dei
num donum, siue magnum siue exiguum fuerit, deus certè
Fidei dei donum. hoc impertiit. Fidem autem hîc donum appellat, quo mira-
cula perficiebãt. Fides autem :duplex est altera nostra, vt,
Fides duplex. Fides tua te seruauit. altera verò donum dei, per quam mira-
Matt. 9. cula fiunt, vt quum ait Christus: Si habueritis fidem instar
& 17. grani sinapeos, dicetis monti huic, Transfer te hinc illo, &
transferetur. *Quemadmodum enim in uno corpore multa membra
habemus, omnia autem membra non eundem habent actũ: sic & multi
unum corpus sumus in Christo, singuli autem inter nos, alter alterius*
membra sumus. Corporis & membrorum exemplo, ingentem A
superbiæ & arrogantiæ fastum & elationem tollit. Vt enim
corpus vnum quidem est, diuersa verò membra differen-
tes actiones habent & officia: sic & fideles nos vnum su-
mus in Christo ceu in capite corpus constitutum. Atque in-
ter nos mutuò alter alterius sumus membra, non minor tan-
tummodo maioris, sed maior itidem minoris. Ne igitur in-
ter vos alter aduersus alterum inflemini: egetis enim mem-
brorum instar mutua vestra opera. *Habentes autem dona, se-
cundum gratiam quæ data est nobis, uaria, siue prophetiam, ad pro-
portionem fidei.* Non dixit, dona maiora aut minora haben-
tes, sed diuersa: nec virtutes dixit, aut opera, vel honestas
actiones, sed charismata vel dona, vt superbos comprimat,
corúmque arrogantiam demittat. Dei enim, inquit, donum B
est, non tuum vel opus vel virtus, quod accepisti: & gratia
quæ isthuc impertit. Vt igitur elatum animum deiiciat, ab
deo, hæc dona dari adfirmat, charismata ea nominans. Por- *Nos etiã*
rò vt segnes & ignauos excitet, iterum ostendit quòd & nos *ad fidem*
quicquam contribuimus vt accipiamus dona. Siue prophe- *accipiendã cõferre.*
tiam, inquit, ad analogiam fidei. Etsi enim gratia est, nõ ta-
men simpliciter effunditur, sed quatenus inuenerit vas fidei
sibi oblatum, eatenus influit & affluit. Prophetię autem pri-
mum meminit, citra vllum forsan discrimen isthuc faciens:
vel quia vulgò fortasse propter eam nonnulli extollebãtur.
Porrò si extollebantur, ecquur non priuauit eos deus eo do-
no? propter populi commoditatem, vtq; erudiat nos, ne con-
demnemus charismata habẽtes, etiamsi peccauerint. Si enim C
ego non denudo aut priuo gratia mea, inquit deus, tu quis es
qui ipsum vilipendis? *Siue ministerium, in ministerio.* Est sa-
nè & specialis curę ac gubernationis donum, diaconatus vel
ministerium, qualis erat septem diaconorum functio. Intel- *Actu. 6.*
liges autem & vniuersum omne opus spirituale per ministe-
rium. Ait ergo: Si quis functionem quampiam nactus est, in *Functionẽ*
ea functione perseueret (necessum est enim sentẽtię huic ap- *quisq; suã*
ponere μοίπτω, id est pseueret) neq; aliquid vltra querat, neq; *strenue*
aduersus aliũ extollatur, sed maneat, diligens amansq; quod *obeat.*
accepit. *Siue docens, in doctrina.* Si generatim functionẽ acce
peris, recipias deinceps par erit ei cõnumeratas vnà species.
Sin speciale ministerium intelligas, obserua quomodo pri-
mæ illius meminerit, licet inferior esset, ac doctrinã, quum
tamen

D tamẽ maior sit, secundo loco posuerit, indiscriminatum ordinem ostendens: erudiénsque nos ex ipso ordine, nõ inflari nos debere, neque attolli super iis quæ maiora videntur.

Siue consolans in consolatione. Est & ipsa quoque consolatiõ, Doctrina. doctrinę species. Doctrina quidẽ dicitur simpliciter de quaCõsolatio. uis re proposita disputatio: consolatio autẽ speciatim, quando quispiam turbatis mentibus mœrore vel iracundia, mitigationem & quietem adspirarit per verbũ. Proinde qui adhortatur vel consolatur, inquit, in cõsolatione maneat, opus ipsum aggrediens, nec in aliud incumbat. *Qui impertit, in simplicitate: qui præsidet, in sedulitate.* Quum de doctrina & consolatione, quæ sunt animarum prefecturę, fecisset verba, nũc

E de corporis rebus loquitur. hæc enim secundo loco habẽtur. Liberalitas. Simplicitatem, ipsam liberalitatem nominat. Opus est igitur dare cum liberalitate & copia. Nulla enim virtutum virMatt. 25. tus permanere potest, si conuenienti ratione quadá non fiat. Nam & virgines oleum habebant, sed quia oleum isthuc non sufficiebat, exciderunt pars ab cœlesti sponso. Qui præsidet, Præesse quid sit. igitur, sedulò debet hic & haudquaquam segniter trãsigere. Præesse autem est, verbis & corpore auxiliari ei qui auxilio eget. Quia autem de impartitione loquutus erat rerum & pecuniarum, nec omnes abundant facultatibus, ait: Præsto sit virili tua, adiuua egentes sedulò & studiosè. *Qui miseretur, in hilaritate.* Suprá monuit, quòd cum simplicitate necnõ liberalitate sit impertiendum: deinde quia multi multa, inuiti tamen & coacti cum mœrore quopiam largiuntur, subdit liberalitati oportere adesse lætitiam, imò hilaritatem etiam,

F siue alacritatem. Gaudere enim te precium est operæ, quòd pro exiguo precio recipias æternum & cœleste regnum. Intelliges autem hic iuxta discrimen impertiẽtis & miserẽtis. Nam impertiens, ab alio accipiens dationem suam aduehit: qui verò miseretur, ab se ipse recipit. *Dilectio non simulata.* Quanam ratione prædicta omnia compleantur perficiãtque, monstrat, inquiens: Charitas non sit fucata. Tum enim verè est charitas, & cuncta facilè transigentur. Et qui miseretur, hilariter miserebitur, impertiens proximo suo. Denique qui præest, sedulò præerit, pro proximo suo perinde ac pro seipso certans, & omnia pari diligentia persequetur. *Odio prosequentes quod malum est.* De charitate verba fecit. Quæ verò est etiam noxia, adeóque noxã inferens charitas, quod genus

genus est quæ in latronibus super scelere suo censentiẽtibus A cernitur, inq; similibus: eam ob rem subiicit, odio prosequentes malum, hoc est ex animo inuisi malo. Præpositio enim [redacted] in participio ἀποστυγοῦντες intensum & vehemens odium quod ex imo corde proficiscatur, denunciat. Quum enim nõ pauci sint scelus quidem opere non patrantes, eius tamen cupiditate mente flagrantes, odium, inquit, mali omniúmq; vitiorum ex animo postulo, vt & ipsa sit anima minimè impura. Ne igitur, quum dixi, Diligite vos mutuò, existimetis ex- *Malũ ex* citare me vos vt ad malum adeóq; flagitia committenda al- *animo o-* ter alterum adiuuetis: sed multo magis è diuerso vos à malo *diendum.* alienissimos esse volo, nedum à prauo opere verumetiam ab omni cordis propensione erga ipsum. *Agglutinati bono.* Nõ sufficit ab sceleribus declinare, nisi & virtutis actio præsto B fuerit. eam ob rem dixit, agglutinati bono, hoc est, affectum charitatis erga ipsum habentes. Hunc ad modum deus mari tum vxori familiarius copulans, agglutinabitur, inquit, vxo *Agglutina-* ri suæ. *Fraterna charitate erga uos mutuò affecti.* Adhortatus *natio ma-* sum vos ad dilectionem, atque isthuc haud immeritò facie- *riti atque* tis. fratres enim estis, in vna matrice, nẽpe baptismate, gene- *uxoris.* rati. Iusti itaq; eritis, si vos mutuò dilexeritis fraterno amo *Fraterni-* re. Fraternitas eñ ex amicitia nobiliore notioreq; nascit, ex *tas.* fraternitate pfluit & cõtinetur. *Honore uos mutuo præueniõtes.* Quî fraterna charitas perseueret, disserit, ex mutuo nimirũ *Honoran-* honore, quo alius aliũ anteuertit. Hoc enim est præcedere, *dum inui-* præueniréve, dũ alius aliũ mutuo honore anteuertit. *Studio* *cem.* *nõ desides.* Quia pleriq; & honoris exhibitiõe, & charitate C imbuti vidẽtur quo ad animũ, manũ aũt interim nõ porrigũt ait: Necesse est vos vobis mutua opera præesse & prodesse, atq; conari, sicuti par est, vt & per opera succurratis. *Spiritu fer-* *uentes.* Perinde quasi dixerit aliquis: Ecqui studio nõ segnes simus? infit: Si spiritu ferueamus, hoc est, si fuerimus excitati & calidi. Porrò illud etiã obserua: simul ac multas virtutis species numerasset, isthuc subiũxerit, spiritu feruẽtes. Qui enim iam commemorata peregerit, is & spiritus paracleti gratia attrahit, ad seséque inflectit, à quo inflammatus & ignitus redditus, feruet. *Domino seruientes.* Quum fratrum amator fueris, adeóque dilectionẽ habueris, idq; genus alia quæ paulò antè commemorata sunt, tum seruies domino. In seipsum enim transfert, quæcunque fratri tuo præstiteritis. *Spe*

D *gaudentes.* Quia magna quædam peractúque difficilia p
stulauit, iam nunc ostendit quomodo ista facilè citraque
dorem, vt prouerbium habet, præstari possint, nimirum si
Spei tirtus. contineamur. Spes enim fortiorem efficit animam, & ad p
ricula confidentiorem. *In adflictione patientes.* Quia
futurorum est bonorum, in præsenti, inquit, tempore ha
parum fructus decerpes, si perseuerans & probatus red
ris, ex patientia in afflictione renidenti. *In oratione perseu-*
rantes. Ingens & isthuc est auxilium ad prædicta omn
Orationis perficienda, ipsa videlicet oratio. Nec dixit simpliciter
perseuerãtia. tes, sed perseuerantes. Etsi enim nihil statim accipias, per
uera, & perficies quod mente concepisti. *Necessitatibus*
sorum communicantes. Quum in superioribus dicerer, Qui
E feretur, in hilaritate, omnibus simpliciter manum aper
hic verò de eleemosyna in fideles conferenda loquitur:
enim sanctos nominat. Nec dixit, exhibete necessitatibus
rùm communicate, societatem habete, subindicando
ea res sit veluti mercatus, & commune lucrum. Tu qui
Necessita ti proximi subuenien dum. pecunias largiris, illi verò cœlum tibi referunt. Nec dix
sumptibus & luxui, sed necessitatibus, penuriæ, indigen
vt exoret Romanos. Quomodo enim isti non immites
planè belluis similes fuerint, qui ne in afflictis quidem
necessitate extrema mersis rebus sanctorum, opem non
Hospitali tas. rint, nihilque auxilientur? *Hospitalitatem sectantes.* Non
xit, hospitalitatem aggredientes, sed insequentes: erudie
Gene. 1. & 19. nos ne expectemus tantisper dum ad nos miseri & egeni
cesserint, verùm vt accurramus nos ad ipsos, insequamur
F eos, vt Abraham & Lot. *Bene precamini persecutoribus uestris,*
bene precamini, & ne male precemini. Quum de fraterna
ritate, ac dilectione erga proximum & amicos præcepta
disset: deinceps qualinam adfectu erga hostes imbuti esse
Hostibus beamus, tradit. Nec dixit, Ne reuocetis ad memoriam ver
bene pre candum. rem iniuriam, nec vos vlciscamini: verùm enim quod ma
to maius est, bene precamini: protinus adiiciens, nec de
uete diris, non execramini, vt neque hoc neque illud
ciamus. Qui enim benedicit iis qui ob Christi nomen p
sequuntur ipsum, indicat lætari sese quòd pro dilecto am
tóque sibi pati debeat: qui verò execratur, ostendit sese
lætari. hinc colligitur, quòd neque eum diligit, cuius
sa persecutionem sustinet. *Gaudete cum gaudentibus, flete cum*
flentibus.

flentibus. Magnum requirit animum, non solùm non inui- A
dere, sed congaudere etiam gaudenti. indicat enim hoc ani-
mam prorsus ab omni inuidia liberam. Maius est quod ait,
Flete cum flentibus. Siquidem fletum natura ipsa suppedi-
tat, vt compatiamur, trahens. Vtraque ergo nos erudiunt, Compassio
vt & cõpatiamur, & minimè inuidẽti affectu cũ erga oẽs tũ
erga ipsos persecutores nos geramus. *Idẽ erga uos mutuò sen-*
tientes. Rursus hic de humili mente seu spiritu ab fastu a-
lieno differit. Verisimile est enim, quòd Romæ, ceu impe-
ratoriæ vrbi, proprius fuerit ostentationis arrogantiæque
morbus. Quod autem dicit, est huiusmodi: Magnum teip-
sum esse arbitraris, proinde & fratrem talem tantúmque re-
puta. Sin abiectum & exiguum ipsum æstimas, adeóque ni-
hili facis, de teipso idem sentias. Hac ratione omnem inæ- B
qualitatem tolles: neque abomineris illum, ceu sis eo præ-
stantior, sedenim ceu æqualem tibi perinde ac teipsum ho-
nore adficies. *Non alta sentientes, sed humilibus consenti-*
entes. Quomodo prædictum perfici queat, disce: si non sub-
limia spiremus, sed humilibus, hoc est, vilibus & contem-
ptis simul abducamur, hoc est, condescendamus, consen-
tiamus, vnà corripiamur. *Ne sitis prudentes apud uosmet-*
ipsos. Hoc est, ne existimetis vos vobis sufficere, neque
opus esse uobis consultore alio, qui quid deceat, suadeat.
Nam Moses etiam si cum deo familiariter colloqueretur, Exod. 18.
opus tamen habuit consultore socero. *Nemini malum pro*
malo reddentes. Si enim alium vituperes ceu malum tibi
fecerit, quare tu illum imitans, perinde male ei facis? Non
dixit autem, non facientes malum fideli, sed nemini, siue
Græcus, siue quisquis alius fuerit. *Prouidentes bona coram*
omnibus hominibus. Non vt ad vanam gloriam hiantes vi- C
uamus dicit, sed vt ne exhibeamus occasionem aduersum
nos maleuolis. Exigit enim ab nobis vt citra scandalum
& offensionem ducamus vitam, quandoquidem non pau-
ci sint qui nos nostráque obseruent. *Si fieri potest, quan-*
tum in uobis est, cum omnibus hominibus pacem amplecten-
tes. Pulchrè dixit, si fieri potest. Nonnunquam enim
fieri non potest vt pacem quispiam complectatur, quum
de pietate certamen fuerit. Quando verò iniuria ad-
ficeris, quod tua interest fac, nec cuipiam occasionem
præbeas bellorum vel tumultuum. Sin pietatẽ debellari im-

Universidad de Deusto Biblioteca

D pugnariq; conſpexeris, fortiter cõſiſte, pro veritate dimicãs.
Pietatis causa inimicitiæ ſuſcipiendæ.
Pietatis nõ homini quidẽ infenſus, ſed impietati, illũ ipſum ſanè ma-
ſerãs, eiusque curam gerens. Hac ratione, quod quadã tenus
impoſſibile videbatur, fit poſſibile: quod enim ad te attinet,
pacatus es erga illum, ſoli impietati infenſus eiq; vni renitẽs,
ipſamq; dũtaxat impugnans. *Non de uobis ipſis ultionem ſum-*
mites dilecti, ſed date locũ iræ. ſcriptum eſt enim: Mihi uindicta, ego re-
Deut. 32. *pendam, dicit dominus.* Date, inquit, acceſſum dei iræ aduer-
eũ qui vobis iniuriam adfert. Si enim vos voſipſos vlciſcamini,
ni, nõ egredietur pro vobis aduerſum hoſtes deus. ſi autẽ
Vindicta deo relinquenda.
diimiſeritis, deus vlciſcetur acerbi⁹. Adducit autẽ teſtimonium
quo ſermonẽ ſuũ ſtabiliat. Hæc autẽ dicit ad cõſolatione
ſillanimiũ: nihil enim aliud deſiderãt, atq; ſumptũ iri de hoſ-
ſtibus vindictã. *Si eſurit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, da ei po-*
E *tum. hoc enim faciens, carbones ignis aggregabis ſuper caput eius.* Plurimũ philoſophiæ hic ab nobis exigit. Quid enim
dicam, inquit, quod oporteat vos pacificos eſſe? quin etiã ho-
nefacere vos hoſtibus debere impero. Carbones autẽ ignis
congregabis ſuper caput eius dixit conſentiens puſillanimi-
tati iniuriam paſſi. nihil enim adeò ſuaue eſt, atq; hoſtem
Vlciſcẽdi ratio optima.
dere punitum. Ac propemodum talia dicit: Vis vlciſci te de
hoſte? Beneficiũ illi exhibe, tum acerbiore eũ ſupplicio ad-
feciſti. Eapropter dixit, Carbones ignis cõgeres ſuper caput
ipſius: graue videlicet ſuppliciũ deſignans. Hunc admodum
ſuprà dixit, Date locum dei iræ. *Ne uincaris à malo, ſed uince in*
bono malum. Hoc loci iſthuc ſubindicat, nõ oportere nos ra-
ſentẽtia cibare hoſtes, vt maius ſuppliciũ illis adſciſcamus.
Hoc enim eſt quod ait, Ne vincaris à malo, id eſt, ne vltro
auida mẽte vel deliberatiõe illud fac, hoc enim eſſet te ſuc-
F bere & vinci: quin potius beneficentia tua vince illum, atq;
Exod. 33. eum ab ſua malitia transfer. Quod igitur ſuprà dixit, ad pu-
ſillanimitatis conſolationem dixit: nunc autem quod perfe-
ctius eſt, induxit.

CAPVT. XIII.

Omnis anima poteſtatibus præeminentibus ſubiiciatur.

O Poſtquam abundè parauit mores auditorũ, eos
docuit vt hoſtibus eſſent benigni, hanc iam adhi-
cit adhortationem: erudiens & inſtituens omnem animam

ſiue ſacerdos quiſpiam fuerit, vel monachus, vel apoſtolus, A
ſubiici adeòq; obedire principatibus. Ipſa enim ſubiectio nõ
inuertit pietatem. Admoner autem hoc apoſtolus, vt oſtẽdat
Euangelium nõ docere defectionem aut inobediẽtiam erga *Subiectio*
magiſtratum, ſed moderationem potius, & tranquillitatem, *pietatem*
& obediẽtiam. *Non enim eſt poteſtas niſi à deo: poteſtates autem* *non inuer-*
quæ ſunt, à deo ordinatæ ſunt. Quid ais? Ecqui princeps vel ma- *tit.*
giſtratus à deo electus eſt? Non hoc dico, inquit, neq; de om
nibus & ſingulis principibus vel magiſtratibus mihi ſermo
nũc eſt, ſed de re vel officio eius. Nam principes eſſe, & alios *Poteſtas*
quidem magiſtratu fungi, alios verò magiſtratibus ſubdi, ne *omnis quo*
que ſurſum & deorſum omnia miſceri, dei ſapientię dico op⁹ *a deo eſt.*
eſſe. Non dixit, non eſſe principem, ſed non eſſe poteſtatem,
niſi à deo. Quare de ipſo magiſtratus hic officio diſſerit, quẽ
admodũ quiũ ſapientũ aliquis dicat, A domino vxor aptatur B
viro: non hoc dicit, quòd quemlibet cum muliere conuenien
tẽ deus copulet, verùm quia ipſe nuptias fecit & inſtituit. De *Prou. 19.*
ſiſte igitur ab obiectiõe tua. Poteſtates à deo ordinatę ſunt,
cuiuſmodi & patris erga filium, & mariti erga coniugem cõ *Vxor quo*
templaberis, aliásque vniuerſas, vt in animalibus, veluti apũ, *dicatur ui-*
gruum, & piſcium. *Itaque qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi re-* *ro aptari.*
ſiſtit. Reſiſtentes autem ſibiipſis iudicium accipient. Vt ne fideles
dicere queant, Viles planè nos reddis, qui tamen cœlorum
regnum adepturi ſumus, principibus & poteſtatibus huius
terrę nos ſubiiciens: monſtrat q⁹ deo ſubiiciatur, quiſquis ma
giſtratui ſubiicitur, ac, quod terribili⁹ eſt multo, ſubdit: Qui
his, inquit, non fuerit obſecutus, reſiſtit deo, qui poteſtates & C
magiſtratus ordinauit. Qui autem repugnat, & ab deo punie
tur, & ab hominibus. hoc enim ſubinnuit quum dixit, ſibiip-
ſis iudicium accipient reſiſtentes. *Principes enim non ſunt ter-*
ror bonorum operum, ſed malorum. Non uis autem metuere poteſta-
tem? bonum fac, & habebis laudem ab ipſa. Quid metuis aut hor
res? Nunquid enim te obiurgat bonum operantem? Num ti-
bi horrifica eſt poteſtas virtuti, nauanti operam? Minimè: i-
mò ſi benefeceris, laudator potius tibi princeps ſedet. Tan-
tum enim abeſt vt terrorem tibi incuriat, vt etiam te præco-
niis vehat. *Dei nanque miniſtra eſt, tibi in bonum.* Voluntati
nanque dei cooperatur. Vt conſulit tibi deus vt temperantię
ſtudeas, ſisque ſobrius, per Euangelium: ita princeps per le-
ges ſuas eadem iubet. Adhortatur deus ne quenquam defrau

Universidad de Deusto
Biblioteca

D des, ne cui imponas, ne auaritiæ inhies, neque rapias alienu
Matth. 5. magistratus etiam super hisce iudicat, adeoq; fert sententia
Exod. 20 Adiutrix itaque est potestas ad bona opera nobis, si mode
Deut. 5. ipsi mentem aduertamus. *Sin malum feceris, metue: non enim frustra gladium gestat.* Proinde princeps non facit metum
nobis, verùm nostra nequitia: propter quam & gladius ipse
operatur, éstque efficax, hoc est, vis eius pœnam & supplicium
inferés. Non eñ temere est ense circũcinctus magistratus, ille
enim vt puniat sceleratos. dei enim minister est. *Vltor ad iram ei qui malum operatur.* Et quando virtutem laudat, voluntatẽ dei implet: & quando gladio ferit, dei minister est, vindicans virtutem, vitium abigendo. Plerique non adeò propter
E metum dei, quantum ob principum formidinem bonum p
ficiũt. Quare quum potestas sit vltrix virtutis, vt quæ prohi
pugnet, supplicio afficiens malum operantem, dei minister
est. hinc necessarium est ei morem gerere. *Quare necessarium est ei parêre, nedum propter iram, sed & propter conscientiam.* Nec
cessum est, inquit, subdi & obedire, non solúm vt non experiaris iram dei & magistratus, tanquam immorigerus, & in
cieris puniarisve intolerabiliter, verumetiam vt ne videa
expers esse conscientiæ, mentéque & ratiõe vacare, ingratus
nimirum erga benefactorem. Plurimum enim prosunt reb
Magistra tuã utilitas. publicis magistratus: per ipsos enim vita nostra & victus
sistit. Qui nisi diuinitus suo fungerentur officio, iam olim o
mnia periissent, potentioribus imbecilliores deuorantibus.
Conscientia igitur tua persuadeat tibi, vt suo honore tan
tibi bona donantes nunquam non digneris. *Propterea*
F *huiusmodi etiam penditis.* Tu, inquit, tibi ipsi testimonium dic
quòd à magistratu beneficio afficeris, quatenus mercede
ei pendis, vt ei videlicet qui rebus tuis prospiciat. Non en
principio tributum soluissemus, nisi agnouissemus, nostru
nobis lucrum, adeóque commodum ex huiusmodi præfec
ra sanè accrescere. Siquidem ipsi nos citra curam ducem
vitam, principes nostros & magistratum excubias can
finimus. *Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum sedulo incumbentes.* Quare deo etiam placet vt suis ministris tributa per
dantis. Nam deo sedet in animo, pacem reipublicæ inter
re, necnon virtutem, vitium autem abigere. Atque in hoc
principes ministrant voluntati dei, pro communi conser
tutione & salute laborantes, inq; idipsum perseuerantes in
cumben

cumbentes, vt nos in pace ac tranquillitate ætatem quisque A
suã transigamus. Sin quisquam male magistratu suo & publica functione abutatur, id nihil aduersus rei ipsius pulcherrimæ elegantiam efficit. *Reddite igitur omnibus quæ debetis: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Irrefragabiliter, inquit, debes impositam tibi erga magistratum gratitudinem & beneuolentiam. Redde igitur quæ debes iis quibus varij præsidatus & magistratus sunt commissi: cui tributum debetur, siue exactio, capitúmve census, ei tributum da: cui vectigal, vel pro mercium importatione censum, persoluite. Nec solùm pecunias reddite, sed timorem etiam, hoc est reuerentiam & dignationem, atque eximium honorem. Quare infert, cui honorem, honorem. Est autem duplex me- B
tus: alter, quo terrentur scelera patrantes, ex mali conscientia profluens, quem iam antea reiecit apostolus: alter verò quo diligentes erga dilectos rapiuntur, hoc est, excellens & eximius honor, quemadmodum dictum est: Non est defectus metuentibus ipsum. &, Timor domini permanens in seculum seculi. Pietatẽ enim hic iuxta ac reuerẽtiam subindicat. *Nemini quicquam debeatis, nisi ut uos diligatis mutuo.* Alia quidem mandata ceu debita reddidistis: charitatem autem nunquam persoluere velitis, sed semper ipsam vti debitum perpetuo habebitis. Non enim quia hodie charitatis quandam propensionem demonstrasti erga proximum, arbitrẽris te complesse debitum, ac propterea ipsum in crastinum negligas, sed perpetuò existima te charitatem debere proximo. *Nam qui alterum diligit, legem impleuit.* C
Nam, non mœchaberis, non occides, non furaberis, & si quod aliud mandatum, in hoc uerbo consummatur, nempe, Diliges proximum tuum ut teipsum. Vniuersam legem implet, qui proximum diligit. In posterum itaque quisque proximum suum amore prosequi debet fraterno, quandoquidem tot, tanta, tãmq; varia beneficia ex ipso, adeóque ex dilectione erga ipsum recipiat, vt legem vniuersam cõpleat. Nõ dixit autem, impletur, sed ἀνακεφαλαιοῦται, hoc est, in summã colligitur, repetitur, id est succinctim & breuiter mandatorũ vniuersitas conficitur. Etenim & principium & finis virtutis est dilectio. Eximiam autẽ & intensam charitatẽ lex exigit. Diliges enim proximũ

Metus duplex.
Charitas perpetua
proximo
exhibẽda
Exo. 20.
Deut. 5.
Legis impletio, proximi dilectio.

D tuum, inquit, vt teipsum. Dominus autem noster maiorē exi-
git, & quæ sit supra teipsum: nam animam pro amici salute
impendere præcipit. *Charitas proximo malum non operatur, ple-*
nitudo igitur legis dilectio. Ambas virtutis species charitatem
adesse mōstrat: à malis abscessum & abstinētiam, in eo quod
ait, Malum non operatur: & bonorum operationem, quum
dicit, Plenitudo igitur legis dilectio. Totam enim virtutem
Charitatis præstātia perficit lege commonstratam. *Et hoc scientes tempus, quia ho-*
ra iam est nos e somno excitari. Charitas, inquit, vobis plurimū
faciūda est, ac per ipsam alias virtutes magnificere omnes,
idq; propter temporis cum rationem, tum opportunitatem.
Nam prope est resurrectio, pulsat item fores iudicium, ope-
ræque est precium, nos è sopore socordiæ desidiæque exci-
E tari, essēque paratos ad resurrectione haud indigna opera.
Nunc enim est propior salus nostra, quam quando credidimus. Quis
verisimile erat, in fidei primordiis studiosiores & feruentio-
res fideles extitisse, temporis autē procursu refrixisse, adeo-
que infrigidatos: nūc, inquit, magis appropinquamus futu-
ro seculo. Nam illud salutare vel salutē nominauit, à nomi-
ne nimirum commodiore. peccatoribus enim non est salus,
sed pernicies. Proinde quia appropinquamus futuræ vitæ
adeóque seculo, vehementiore iam animo in studium pieta-
tis incumbamus, quod & per sequentia indicabit. *Nox præ-*
F *teriit, dies autem accessit.* Id est, nox est proxime finem. Exi-
Nox præ- pli gratia, Demus duodecim horarum esse noctem. quum er-
sens uita. go decem præterierint, dicimus noctem promouisse, pro eo
Dies, fu- quod est præteriisse, proximéque finem esse. Noctem autem
turum se- præsentem vitam ac seculū adpellat, quòd plerique in tene-
culum. bris agant, ac nullius nō vita caligine sanè contegatur. Diem
Iohan. 9. verò, futuri seculi argumētum est: quandoquidē tum insti-
rum lumen, necnon omnium abdita tum manifestentur. In
Euangelio verò dies quidem huius temporis vita dicitur,
quòd oporteat in ea opera confieri: nox autem futura vita,
Peccati o- quòd tum nemo quicquam operetur. *Deponamus igitur opera*
pera labo- *tenebrarum, & induamur arma luminis.* Opera peccati, opera-
riosa. rationes adpellauit, ceu laboriosum quiddam & magnā difficultatem continentes, & immensa pericula, idque in præsenti vita. Arma verò luminis, virtutis operationes. Eū enim qui his exornatus armatúsque fuerit, in tutum collocant. Arma nanque sunt, & splendidum faciunt, vt quæ sint luminis,

Porrò

Porrò quum ait, Deponamus & induamur, amborum facili- A
tatem indicauit, deuitationis nēpe prauorum operum, & ad
virtutem acclinationis. Perinde nāque vt facile est depone-
re pallium, & alterum induere: pari ratione haud est opero-
sum & à vitio discedere, & virtutem complecti. *Vt in die de-*
core obambulemus. Pauloante dixit diem appropinquasse,
iamnunc verò ipsam instare ostēdit, inquiēs, vt honestè am-
bulemus. Quum enim ipsi Romani multa verba facerēt, ne-
que parum tribuerent gloriæ & opinioni, quam apud nō sa-
nè paucos habebant, abstrahit eos ab ea gloriæ turpitudine.
Nec dixit, obambuletis, sed obambulemus: adhortationem *Peccatum*
istam suam haud asperam, sed lenem potius efficiens. Nihil *turpitudi-*
enim adeò turpitudinis est causa, vt peccatum, quemadmo- *nis causa,*
dum nihil æquè honestatem ac decus præbet atque parit, vt *uirtus ho-*
ipsa virtus. *Non in comessationibus & ebrietatibus.* Bibere *nestatis.*
haudquaquā vetat, sed immoderatè bibere: neque frui quen- κῶμος.
quam vino prohibet, sed ipsam temulentiā arcet κῶμος enim B
cum temulentia & iniuria carmina sunt, quæ & temulentia
dicitur. *Non in cubilibus & impudicitiis.* Quum de ebrietate
primùm locutus esset, nunc de malis ex ea subortis disserit.
Ex temulentia enim impudicitiæ profluūt. Neque enim hīc
vxoribus iungi, neque matrimonij lectum tollit, sed ipsam
fornicationem. *Non in contentione & æmulatione.* Simulac ea
quæ ex concupiscentia nascuntur, extinxit: nunc quæ ex ira
mala prodeunt, supprimit. Nihil enim adeò cupiditatem ac-
cendit, & iram inflāmat, vt ebrietas ac temulentia. Ex æmu-
latione autem contentio. Qui enim æmulatione quadam er- C
ga quempiam imbutus est, is & ad rixas abit. quum enim li- *Ebrieta-*
tem abstulerit, ad eam recurrit. Quoniam verò compertum *tis mala.*
habet bella ex fornicatione & impudicitia exuscitari, ædiū-
que subuersiones, cū impudicitia litis & æmulationis remi-
niscitur. *Sed induite dominum nostrum Iesum Christum.* Exuit
nos prauis vestimētis Apostolus, deinceps nūc exornat nos,
non porrò luminis armis nos vestiens, sed, quod lōge est mi
rabilius, imò & terribilius, ipsum dominum pro indumento
nobis dat nostro. Hoc qui vestitus fuerit, omni sanè virtute
decoratus est. *Et carnis curam ne gesseritis ad cupiditatem.* Non
prohibet carnis curā, sed ne iuxta cupiditates ipsius ei pro-
spiciamus, id verò vetat: ad sanitatem inquit, sed non ad li-
bidines & voluptates carni prospicito. Neque enim isthæc

prouiden-

D prouidentia aut cura fuerit, si flammam accendas, si camino oleum addas, vt aiunt. Vnum isthuc tantummodo quære, vt caro corpúsque tuum bene valeat. supra hoc ne sis adhuc curiosus, neque id agas vt cupiditates eius accẽdas, sed omnem conatum tuum & uires in spiritualia extende.

CAPVT XIIII.

Infirmum autem in fide suscipite. Plerique Iudæorum
1 qui Christo accesserant, post fidem adhuc in ciborum obseruatione hærebãt, à suilla carne abstinentes, nõdum ausi prorsus ab lege deficere. Deinde vt ne facilè carperẽtur vt qui à sola porcina abstinerent, ab omnibus car-
E nibus simpliciter sibi temperabant, solísque oleribus vescebantur. Alij rursus perfectiores visi sibi, nihil obseruantes, obseruantibus conuiciabantur. Terruit igitur eos Paulus, no quo modo importunè & minus decorè increpãtes perfectiores ipsi imperfectiores, à Christi fide decutiant. Quare sapienter rem aggreditur, vtriusque partis rationem habẽs. Neque enim obiurgantibus audebat dicere, quia male agitis, vt ne imperfectos in obseruatione stabiliret: neque rursus dicere potuit, Bene agitis, ne vehementiores accusatores faceret: sedenim moderatam & ad vtrosq; temperatam adhortationem facit. Videtur quidem fortes increpare: totum autem in hoc loco ad imbecilliores sermonẽ dirigit. Statim enim cum dixit languentem, indicauit eum ægrotum esse: quum porrò
F ait, suscipite, monstrat eum sedula indigere curandi ratione, id quod extremæ ægritudinis argumentum est. *Non ad discordationes disceptationum.* Hoc est, ne contendatis ob infirmitatem ipsius, neque offendamini, nec multis adeò cogitationibus aut ratiocinationibus turbemini: cæterùm tanquã infirmum & ægrotum, omni curandi ratione ipsum excipite. *Alius quidem credit licere sibi uesci quibuslibet, qui uerò infirmus est, uescitur oleribus.* Perfectum & imperfectum comparat, in quiẽs: perfectus fide sua fretus, omnia indiscriminatim edit: imperfectior verò, tãquam ægrotus, olera comedit. Dignus itaque est vt curetur, non vt obiurgatione acri absterreatur. *Qui uescitur, non uescentem ne contemnat: deus enim ipsum assumpsit.* Omnia edentes, ceu perfectiores, non edentes vilipendebant, ceu modica fide imbutos, Iudaismúmq; dum spirantes.

tes. E diuerso, non uescentes, quibuslibet uescentes iudicabãt, A eósque condemnabant vt gulosos & voraces. Quia autem ex gentibus talium plerique erãt, deus, inquit, ipsum adsumpsit, hoc est, ineffabilem suam gratiam erga eum commonstrauit. Quid igitur cum eo de lege disputas, postquam Christus iustificauit illum? *Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo domino stat, aut cadit.* Ad perfectiorem hoc loquitur, abducens ipsum veluti à vilipensione ista & diiudicatione. Vtraque enim admittebat perfectiores, adspernantes nimirum & condemnantes imperfectiores. Clanculum autem & hîc imperfectum notat. Non enim inquit, Eam ob rem, quia ea faciat quæ non mereantur iudicationem, ipsum non esse iudicandum præcipio: verùm quia alienus seruus est, hoc est, nõ tuus, sed dei. Nam etiamsi infirmus fuerit, non tamen ex- B cidit ab eo quòd sit seruus: quare non est de eo desperãdum. Animum autem rursus ei addẽs, non dixit, cadit, sed stat aut cadit. Siue autem hoc, siue illud cõtingat, ad dominum pertinet vel damnum cadentis, vel stãtis opes. *Statuetur autem. potens est enim dominus statuere ipsum.* Quum ait, statuetur, indicat ipsum adhuc moueri & concuti vsqueadeo, vt solo deo confirmatore opus habeat: quod de planè desperatis dicimus. *Alius quidem secernit diem ab die, alius uero iudicat omnẽ diem.* Nonnulli inedia & ieiunio sese macerabant, adeóque suilla carne statis diebus abstinebant: alij quibuslibet prorsum vescentes, ieiunantes condemnabant. de his igitur loquitur. Alius aliter iudicat, quum sit res indifferens. Non oportet igitur consternari fratres huius rei causa. In his au- C tem acquiescit illis, quòd in fide sunt adhuc neophyti. *Quilibet propria mente certus fiat.* Quando sermo est de dogmatibus vel doctrina, non oportet nos proprio sensu abundare, sed quæ accepimus, firmiter tueri, etiamsi vel angelus è cælis aliud prædicarit. Hîc autem de cibis & ieiunio fiunt *Galat. 1.* verba, & consimilibus. Tum qui impingebant hic, neophyti erant, opus habentes concessione quapiam. quamobrem nonnihil hîc ab exacto iure est remittendum. *Qui discernit diem, domino discernit: qui non discernit, domino non discernit.* Qui obseruat, inquit, diem, domino obseruat ex reuerentia & pietate quadam: & qui non obseruat, domino non obseruat, vt qui iam in Christo sit consummatus, legalibúsque obseruationibus maior.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Et qui edit, domino edit: gratias enim agit deo: & qui non edit, domino non edit, & gratias agit deo.* Vnum tantummodo quæremus, si propter Christũ ista fiant, gratiásque agant deo, cùm qui vescitur, tum qui non vescitur. nę quod ita peragitur, expers est accusationis & calumniæ. Hæc autem dixit, inquit, quòd sint nouæ adhuc in fide plantulæ. Deinde tacitè iuxta Iudaizantes ferit per hoc quod ait, Qui non vescitur, gratias agit deo. Quî enim gratias agere queat lege adhuc detẽtus? Quare qui manducat, is tantum gratias agit. *Nemo enim nostrum sibiipsi uiuit, & nemo sibiipsi moritur. Siue nanque uiuamus, domino uiuimus: siue moriamur, domino morimur.* A Morte spiritua-
E li ad naturalẽ transit, de hac enim nunc differit. Siue, inquit, naturalem viuamus vitam, domini sumus: siue naturali mor-te moriamur, ipsi morimur, & ad eum pertinemus, coram ipso præstantes sumus. *In hoc enim mortuus est, & resurrexit, & reuixit, ut & mortuorũ & uiuentium dominetur.* Hoc, inquit, persuadeas tibi, nempe quòd curã gerat dominus infirmorum, vt erigantur consolidenturque. Qui enim sanguinem suum fundere, necnon mori pro nobis sustinuit, vt nostri dominaretur: quomodo iam nunc nostri non tangeretur solicitudine, qui serui eius facti sumus? æquè ac dicere consueuimus: Ecquî serui sui is non curam gerat, pro quo tanta impendidit? Deinde, mortuorũ (inquit) rationẽ habet eosque curat: quãto magis viuentium? Hęc autem dicit, vt Iudaizantem rubore suffundat: vel in viam reducat, atque persuadeat recordari quomodo adhuc legi sit adfixus, ingratus nimirũ ei qui pro
F eo mortem obiit, Christo. *Tu quid iudicas fratrem tuum? Aut tu quid etiam uilipendis fratrem tuum? Omnes enim stabimur ante*
2. Cor. 5. *tribunal Christi.* Tu qui non edis, quî fratrem tuum ceu gulosum iudicas quòd edat? Tu verò qui edis, quid contemnis fratrem tuum ceu exigua fide imbutum? Frater est, proinde non est quod contemnas proprium mẽbrum tuum. Nõ enim tu pro eo es redditurus rationem. Nam ipse per sese sisteturante tribunal, ipseque pœnam & sententiam sustinebit. Viden' quî dum ad cõsummatiores verba facit, Iudaismum adhuc spirantem terret ceu eum qui sit statuendus ante tremendum tribunal, sentẽtiam extremam auditurus?
Esa. 45. Philip. 2. *Scriptum est enim: Viuo ego, dicit dominus: quoniã mihi inflectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Proinde quilibet nostrum pro se rationem reddet.* Quia, inquit, iudicabimur, ceu serui domino, propheta

propheta huic rei quoque testimonium dicit. Vehementem A
enim adeóq; maximã subiectionem indicauit per hoc quod dixit, Omnes mihi genu flectẽt, & omnis lingua eorum qui fuerunt ante legem, & in lege, cõfitebitur, hoc est, rationem reddet rerum gestarũ. Cui? Nõ legi sanè, sed Christo. Quare quid quæso adhuc lege excellere te reris? *Ne igitur nos mutuo iudicemus, sed hoc iudicate potius, ut non ponatis offendiculum fratri aut scandalum.* Vterque vestrum, inquit, dissoluite & intermittite, ponite in sentinam (vt cum Pindaro loquar) quæ inter vos mutuò viget contentionem: neque tu qui quibuslibet
B veseeris, offendiculum ponas fratri imperfecto, vehementer adeóque nimium eum increpando: neque tu qui non vesceris omnibus, offendiculum ponas fratri per obseruationem tuam. Vtrisque enim personis hęc conueniunt quadantenus, offendiculum & scandelum. *Noui & persuasus sum in domino Iesu, quòd nihil cõmune est per sese, nisi reputãti aliquid cõmune esse illi commune est.* Postquam docuit non oportere perterrefacere, vel obiurgando ferire languentẽ, deinceps de cibis nõnihil præcipit, erudiens imbecilliorem ne metuat vel contremiscat, ad eos tanquam impuros inquiens: Noui & persuasus sum, non humanis rationibus, sed in domino Iesu, hoc est ab ipso discẽs, & ab eo certior redditus, quòd nihil per seipsum
C commune est, hoc est, è sui natura nihil est immundum, sed enim ex voluntate ac deliberatione vtentis ista immundicies dependet. Illi enim soli, reputanti dico, est commune & immundum, non omnibus. *Quod si propter escam frater tuus contristatur, non adhuc secundum charitatem ambulas.* Ad perfectionem loquitur hîc, docẽs quòd etiamsi decies millies cibi per se impuri non fuerint, vel sic tamen à porcina carne tibi abstinendum erat, vt ne frater tuus offendatur, si modò charitatem exihibere velis. Infert autem & deinceps: *Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus mortuus est.* Propter cibũ, inquit, perdis & subuertis fratrem, quem tanti Christus facit, vt pro ipso mortem obire dignatus sit. Animauertens enim te manducare porcinam carnem, quadam tui erga ipsum cõtentione redditur pertinacior, adeóque periclitatur á Christo desciendo, vt sese legi tãdem totum tradat, affligátque. *Ne blasphemetur itaque uestrum bonum.* Id est, tu habes consummationem in fide (hanc enim bonũ nominat) ne igitur abutere hac perfectiõe tua, neq; in causa esto quur blasphemetur vel vitu peretur. *Immũdum sua natura nihil est.*

D peretur. Si enim ex perfectiõe tua imperfectũ perdis, anſæ
prǽbuiſti criminatiõis, qua malediceretur bono quod habe
bas. Accipies etiã per bonũ, doctrinã noſtram, quæ non vo
infidelium calumniæ adeóque accuſationi ſuccumbere, dum
vident ſcandala atque diſſidia ciborum nomine. *Non enim*
eſt regnum dei cibus & potus. Non enim ob hæc probamur
grati ſumus deo. Non enim ſi iſthuc vel iſthuc edas, te in re
gnum cœlorum introducet. Carpẽs autẽ ipſos, ceu propter
ea inflatos, adiecit: *Sed iuſtitia, & pax, & gratia in ſpiritu ſan-*
cto. In regnum dei introducit iuſtitia, hoc eſt virtus vniuer
ſa, inculpata vita, & pax ad fratrẽ, non contentio: deinde lę
titia ex concordia, non mœror ex terrore & conſternatione.
Quia verò gaudium & pax etiam prauarum eſt rerũ, ſubiun
B lit, in ſpiritu ſancto. De gaudio enim & pace quæ eſt in ſpi
tu ſancto, verba hîc facio. Altius hunc locũ interpretatus
planè magnus ille Chryſoſtomus, quare videlicet diuus Pa
lus meminerit iuſtitiæ. Vt enim monſtrarer, inquit, eum qu
non abſtineat ſuilla carne, eſſe iniurium aduerſus fratrem o
rebus ſalutis, quam ei Chriſtus peperit. Quare è diuerſo qu
propter fratrẽ abſtinet, iuſtitiã adit & perſequitur, quæ hũ
miniſtrat æternum regnum. *Qui enim in his inſeruit Chriſto, ac*
bene placet, & hominibus probatur. Adumbrat hîc & obſcu
indicat quòd ob vanam gloriam imbecilliores ipſos, perfe
ctiores increpabant: quoniam ſi vis, inquit, admirationi eo
hominibus, non tantum demirabuntur te à perfectione, quæ
tum à pace, & aliis in te emicantibus virtutibus. In his enim
F Chriſto inſeruire tibi licet, deóque placere, ſed non in ho
quòd porcina carne indiſcriminatim veſcaris. *Proinde quæ*
ad pacem attinent, perſequamur, & quæ ad mutuam ædificationem.
Quæ pacis ſunt, dixit ad imperfectiorem, is enim pacẽ hau
habebat: quæ verò ad ædificationẽ, ad perfectiorem retulit
vt ne deſtrueret, fratrem, offendens ipſum: imò cõmunia ho
fecit, dum ait τῆς εἰς ἀλλήλους, id eſt mutuã, vel quæ inter vo
eſt mutuò. Quum ergo primùm meminerit pacis, deinde ve
rò ædificationis, oſtendit quòd citra pacem non facile ædifi
care. *Ne propter cibum deſtruas opus dei.* Opus dei, fratrem
ſalutem nominat. Ne igitur eam diſſoluas, quam Chriſtus
peperit, idque propter cibum, dum non vis videlicet abſtine
re à porcina, vt lucreris ipſum. *Omnia quidem munda ſunt,*
ſed malum ei imminet, qui per offenſionem ueſcitur. Vbi multum
increpuiſ-

Iuſtitia, omnis uir tus.

increpuiſſet perfectiorẽ, metuit nequa ratione forſan in pra- A
ua ſua opinione infirmus ſtabiliretur. Ob eã rem rurſus do-
cet eum, inquiens: Omnia quidem munda ſunt, ſed non com
modat ei qui mala conſcientia, quippe qui ſit offenſus, edit.
Siquidem imperfectus immundam reputãs ſuillam carnem,
dum coactus & inuitus guſtat, læditur. Quare oportet eum
primùm abs te diſcere quòd omnia ſint munda. *Bonum eſt*
non ueſci, neque bibere uinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut
impingit, aut ægrotat. Tu, inquit, adigis fratrem edere quæ
nõ audet. Ego autẽ te dico abſtinere oportere ab omni quod *Scandala*
offendit fratrem, non quia malum ſit, omnia enim munda: *uitanda*
ſed quia offendit. Quia verò dixit eum impingere, oſtendit *etiam in lẽ*
eum cæcutientem. huiuſmodi enim impingunt. Offenditur *citis.*
autem, vt fidei ſubſtantia nondum ponderoſus. Infirmus eſt B
autem, vt qui modica ſit fide imbutus. Per hæc autem omnia
potentiorem attrahit ad auxilium fratris, vt qui omnino ſit
imbecillis. *Tu fidem habes? ſecundum teipſum habe coram deo.*
Hic ſubindicat quòd veluti ambitioſus perfectior, perfectio
nem ſuã ſubmonſtrabat. Vis mihi oſtẽdere quòd in fide per-
fectus es, credens omnia eſſe & bona & pura? ne mihi demõ-
ſtra, ſed ſufficit cõſcientia, adeóque deus cui hæc demõſtras.
Beatus qui non iudicat ſeipſum in hoc quod probat. Etiamſi homo
non videat, ſatis eſt te tibi ipſi beatum eſſe, ſi non teipſum di
iudices, neque conſcientia tua te cõdemnet in re quam pro-
baſti, ſeu elegiſti. Hæc autem de ſolo ciborum propoſito ar-
gumento intellige. *Qui autem hæſitat, ſi ederit, condemnatur,*
quia non ex fide. Qui ambigit, inquit, nec confidenter edit, C
condemnatus eſt. Quamobrem? Non quia immundus erat ci
bus, ſed quia nõ credidit mundum eſſe, atque attingit eſcam
ceu immundam. *Omne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.*
Quum enim non fuerit cõfiſus, neque crediderit purum eſſe
cibum, ſed guſtarit ipſum praua conſcientia, omnino pecca- *Cõſcientia*
uit. *Ei autem qui poteſt uos ſtabilire ſecundum Euangelium meum,* *peccatum*
& prædicationem Ieſu Chriſti, iuxta reuelationem myſterii, tempori- *arguit.*
bus æternis taciti, manifeſtati autem nunc per ſcripturas & prophe
tas, iuxta mandatũ æterni dei, ad obedientiã fidei in oẽs gẽtes pateſa
cti, ſoli ſapienti deo per Ieſum Chriſtũ, cui gloria in ſecula. Amẽ. Poſt
adhortationẽ cõſueuit ſemp votũ & precationẽ addere, quod
& hic apoſtolus facit, pro imperfectiorib⁹ deprecãs, nec ſer
mone tantum erudiens, verumetiã diuinũ auxiliũ adducẽs.

Conſtru-

D Cõstructionis aũt cõsecutio est huiusmodi: Ei qui potest vos fulcire per Iesum Christum, sit gloria in secula, Amen. Nam articulus redundat. Repetitionis enim causa est adsumptũ quòd sermonis ratio requireret. Ei qui potest vos tenues & concussos stabilire. quomodo? secundum Euãgelium meum, hoc est, vt contineatis ea quæ doceo. Euangelium auté meum & Christi prædicatio, vnum sunt: non nostra enim dogmata, sed illius leges sunt. Secundũ reuelationẽ mysterij. Maximi honoris argumentum est, nos esse mysteriorũ participes quidem olim prædefinitorum, manifestatorum auté nunc per scripturas propheticas. Quid terreris igitur tu infirme, quídve metuis ab lege deficere, quũ suilla vescaris? En enim vniuersa scriptura mysterium hoc prædicat, indifferenter E borum vsum introducens, imò & secundum mandatum dei hoc contingit. Quare te non oportet reniti, sed credere, & morem gerere. fides nanque obediẽtia opus habet, non curiositare. Quinetiam omnes gentes ita credunt: omnibus enim innotuit. Quomodo igitur ipse legi dum inseruis? Soli autem sapienti deo dixit, ad angelorum nostrique differentiam, non filij. Nam filius hic haudquaquam secernitur. Ipsit gloria, qui manifestauit mysterium hoc, non legi, cui adhuc assides & adhæresis ciborũ discrimina obseruãs. Quod ait, per Iesum Christum, potest vt supra dictum est constitui. Ei qui potest vos fulcire per Iesum Christũ. Ipse nanq; gentibus mysterium patefecit, dum discipulos ablegauit emandauítque vt docerent omneis gentes.

F

CAPVT XV.

D *Ebemus autem nos qui potentes sumus, infirmitates impotentium baiulare.* Post votum adeóque oratiõnẽ rursus adhortatur, perfectiores placans, blandéque alloquens, dum eos sibi adæquat, secúmve reputat, quos potentes seu fortes appellat. Non dixit aũt simpliciter infirmos, sed imbecillitates seu infirmitates impotentium, duplicata dictione, vt ad maiorem misericordiã eos pertrahat. *Neq; nobis ipsis placere.* Simul atque dixisset oportere nos baiulare, quî hoc fieri possit, edocet: nimirum, si non ea tantum quæ nostra sunt, quæramus. *Quilibet autem uestrum proximum suo placeat, ut ad bonum exædificet.* Id est, quod proximo placeat, illud faciat, inseruiatq; fratri, sed ad bonum. Vt verò ne A dicat qui sibi perfectus videtur, En & ego ad bonum traho: adiecit, ad ædificationem. Nũc enim quod facis, etiam si bonum est, attamen quatenus nõ fit opportunè, ad dissolutionem destructionéque est. Importuna enim increpatio adeóque perterrefactio haud ædificat. *Increpatio importuna nihil ædificat.* *Etenim Christus sibi ipse non placuit, sed quemadmodum scriptum est: Opprobria opprobrantium tibi, ceciderunt super me.* Psal. 68. Christum in medium producens, exemplum nobis statuit. Potuisset enim ipse cõuitiorum & opprobriorum expers esse, neque pati quę tulit, si voluisset sibiipsi placere, hoc est, quod suum erat, quærere: verum noluit hoc, quinetiam crucem & afflictionem suscipiens, non optimam apud plerosq; gloriam habuit, infirmus esse iudicatus, & quẽadmodum impostor & maleficus. Alios, inquit, seruauit, seipsum seruare non potest. Improperia itaque improperantium tibi, vel conuitia cõuitiantiũ tibi pater in ueteri testamento, ceciderunt super me filium tuum, neque quicquam noui contingit. B *Quæcunque autem præscripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Hæc, inquit, præscripta sunt vt imitemur. Hinc autem & ad tentationum tolerantiam eos adhortatur, inquiens: Vt scripturis firmati, sustineamus, & sustinẽtes demonstremus in nobis ipsis spem omnem viuentẽ & stabilem. Qui enim sustinet & expectat, futurorũ bonorũ spem habere videtur, perinde ac tolerantiæ expers, à spe excidit. *Deus autem patientiæ & cõsolationis det uobis idem sapere inter uos mutuo secundum Christum Iesum.* Innuit quòd cum scripturis C deus simul impertiat patientiam & consolationem. Hinc & deum ipsum, patientiæ & consolationis Deũ nominat, vt qui dator sit harum & author. Exoptat autem ab ipso dari vt idem inter se sentiant. hoc enim germanæ charitatis est symbolum, perinde quempiam de proximo suo sentire, ac de semetipso. Quia verò charitas etiam est secundum mundum, apposuit, secundum Christum Iesum: hoc est, vt illa sentiatis & cogitetis, quæ placeant Christo Iesu. *Vt uno animo & uno ore glorificetis deum, & patrem domini nostri Iesu Christi.* Quid lucri est ex concordia & vnanimi sententia? Glorificare non solum vno ore, verumetiam vna anima (hoc enim indicat ὁμοψυχία, id est vnanimiter) deum. Hîc opus est interstinctione, deinde ab alio initio legẽdum, & patrem domini

Patientiæ & cõsolationis dei

h nostri

D nostri Iesu Christi. Sin & iūctim legatur, vt ipsius Christi
Christi de° & pater. deus sit & pater, nihil absurdi est. Deus nāque Christi est secundum humanitatem, pater autem secundum diuinitatem. *Ob eam causam suscipite uos mutuo, perinde ac Christus suscepit uos ad gloriam dei.* Priorem adhortationem repetit, exemplum autem adducit Christum. Itaque adsumite vos mutuò: nā
Iohan. 17 ad gloriam dei cedit. Nos enim vniri iunctósque esse, manifestè glorificat deum. In hoc enim cognoscent omnes quòd tu me misisti, si fuerint vnum: quemadmodum si dissēsiones oriantur, in causa sunt quur deo & Christo maledicatur. Nam Græci Christianos animaduertentes inter se cùm dissentientium propemodum seditiosos esse, fidem accusant. *Dico autem Christum Iesum ministrum factum esse circūcisionis super veritate dei, ut stabiliret promissiones patribus factas.* Eandem sententiam cum priore habet, cōmonstrans quòd nō sibi ipse Christus placuerit, cęterùm omnia potius nostri causa adsumpserit: persuadens ita gentibus, ne attollantur aduersum eos qui
Iudęorum seruatio. ex iudæis crediderūt. Iudæi enim ob promissionem patribus
Gentilium seruatio. factam ęternùm seruati sunt, gentes autem sola misericordia adeòque clementia. Quod verò ait, est huiusmodi. Promiserat ad Abrahamum, semen eius mundum in hæreditatē accepturum. Atqui omnes obnoxij facti sunt pœnæ & culpæ vt qui sint transgressi legem, ac propterea indigni facti promissione, omnes nimirū Abraham posteri. Venit itaque Christus, & impleuit legem, & alia suscipiens, & circuncisionem. Legem igitur simul ac implesset, essetque circuncisus, semen
Christus cur circuncisus. Abrahami factus, dei iram dissoluit, nósq; idoneos reddidit vt dei promissionem acceptaremus. Eam enim ob rem accepit circuncisionem, vt promissiones dei veras efficeret, quas vt legem statueret. Quid igitur Iudæe excellis per legē, quòd eò periculi adductus es, vt ex promissionibus excideres. *Ut gentes super misericordia glorificarent deum.* Iudæi sanè promissionem habebant, etiamsi indigni essent: tu verò qui ex gentibus es, ex sola clementia es conseruatus: quare par est maximè glorifices deum. *Gloria autem deo, qui uos interunit, ut hauletis infirmos, quemadmodum scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo concinam laudes. Et iterum,*
Psal. 17. Deute. 2. Psal. 116. Esa. 11. *Exhilaremini gentes cum populo eius, Et rursus: Laudate dominum omnes gentes, & prædicate eum omnes populi. Ac iterum Esaias dicit: Erit radix Iesse, & qui exurgit dominari in ipsos, in eum gentes sperabunt.* Hæc omnia testimonia protulit, vt ostēderet gentes oportere vniri Iudæis, eodemque quo ad Christum effectu imbutos esse. Ac eos qui ex Iudæis Christo dederunt nomen, deiicit, ne attollantur aduersus gētes: nam prophetæ omnes eas vocabant. Rursum gētibus persuadet ne cristas erigant quum ostendit eas multo plura debere deo, quippe quæ maiorem gratiā acceperint. Quum enim populus nō essent, populo dei vniti sunt. Quod verò ait: Confitebor tibi in gentibus, ex persona Christi dictum est, pro eo quod est, prædicabo te in gentibus ô pater. At radix Iessæ, accipiendum est pro, ex radice Iesse germinabit, qui exurget dominari in gētes, hoc est Christus. *Deus autem spei repleat uos lætitia & pace per fidem, ut exuberetis uos in spe, in uir tute spiritussancti.* Exoptat Iudæis, vt omni lętitia repleantur, nā obiurgati cōtrista bantur: ac vt pace imbuantur credentes ex gentibus. Ij namque videbātur esse infensi iis qui lege adhuc tenebātur, imò inter se mutua æmulatione corripiebantur. Qua ratione itaq; huiusmodi lætitia & pax obueniet? Per fidē. Fides aūt ad quid nobis cōmodat? vt exuberemus in spe. Qui eñ fide apprehendit futura bona, nec pręsentia iniquo animo sustinet, hic sanè spe abūdat, nimirū quæ ventura sunt, expectans, omniaque huius temporis pericula quantumuis dura sufferēs. Ecquid porrò spes nobis confert? vt obtineamus virtutem spiritus, quæ spem nostram fortiorem potentioremque effīcit. Spiritus enim potentiam ac virtutem spes nobis submini strat, & rursus in nobis à spū sancto fortior redditur. *Persuasus autē fratres mei & ipse ego de uobis, quòd & ipsi pleni estis boni tatis, repleti omni cognitione, ut qui possitis & alios adhortari.* Quia sæpe aiperiore hacten° sermōe vsus est, deinceps mitigat eūdē. Nec dixit, audiui, sed psuasus sū, hoc est certior sū & ipse redditus, qui vos cū obiurgaui, tū accusaui, quòd referti estis bonitate, id est, benigna mēte, fraterna charitate inflāmata. Vel vniuersā virtutē ἀγαθοσύνην, hoc est, bonitatē appellat. Nec ait, habetis bonitatē, sed referti estis bonitate. Atenī quia nihil planè cōmodat habere quidē bonitatē, nec interim nouisse quī isthac sit vtēdū, eā ob rationē adiecit, omni cognitione, quippe q possitis & alios adhortari, nō solū ipsi discere, verū eiā alios etiā docere. *Audētius aūt scripsi uobis fratres quadātenus uelut commonefaciens uos.* Clarissimi maximaq; dignitate cō spicui erāt Romani, summaq; potētia, adde & fastu florebāt.

A

B

Iudęorum ac gentium odiū

C

Fidei utilitas.

Spei utilitas.

ἀγαθοσύνη.

D Eam ob ré eo sibi conciliat, dum ait, ausus fui. omnino enim
eos per hoc confringit verbi. Neque id satis est, cæterùm pro-
posuit, ex parte, hoc est, quietè & paucis admodũ audax fui,
non veluti docens, sed tãquam commonefaciens, vel parum
quiddam ad memoriam vobis reuocans. *Per gratiam dei, quæ*
mihi data est ab deo, ut essem ego minister Iesu Christi inter gentes,
sanctè administrans Euangelium dei. Humiliorem modestiorem
rémve sermonem suum faciens, Non mihi ipse, inquit, honorem rapui, sed deus hoc iniũxit mihi, ad hoc ipsum me segregato: non quòd dignus essem, verùm quia mei misertus, gratiam mihi suã impertierit. Quò verò mihi gratia collata est,

Sacerdotũ munꝰ prę dicare euangeliũ.

Eó nimirum, vt essem minister ac sacerdos Euãgelij. Ne igitur conqueramini, quòd vobis conuerser & colloquar. Ipsum enim sacerdotium & functio mea est, predicare euangelium. Cultellum habeo verbũ, victima estis vos. Quis autem

E accusauerit sacerdotem cultellum admouẽtem ad victimam
destinatis? *Vt fiat oblatio gentium grata, sanctificata per spiritum*
sanctum. Non vt ego, inquit, glorificer, ideo vobis ego seruio,
si, sed vt & vos cum aliis seruemini. Hũc ad modum enim in-
quit: Vt fiat oblatio gentium prorsus acceptabilis, vt quæ re-

Fides non sola sancti ficat.

mnia deo tribuerint. Sanctificata in spiritu sancto, hoc est, fide
rituali administratione. nõ enim sola fides sanctificat, sed &
vita. Simulac enim credidimus & baptizati sumus, accipi-
mus spiritũ. Enimuero nisi vita accesserit spiritu Christoque
digna, gratia spiritus extinguitur. Deiicit autem cogitatio-
nes & elationem Romanorum, vt ne videlicet dedignentur
admittere doctorem, qui omnes gentes deo adducat. Habet

F *igitur gloriationem in Christo Iesu, in iis quæ ad deũ attinent.* Vbi
vehementer sese humiliasset, iam rursus sermonem attollit,
ne contemptus planè videatur: Gloriationem, inquiens, ha-
beo, non in meipso, neque in meo conatu, sed in gratia Iesu
Christi. Iam si glorior cælestium ac diuinarum rerum gra-
tia, non ob vulgaria sane glorior, sed ob spiritualia. Non
enim audeo loqui aliquid eorum quæ non effecit Christus per me ad
obedientiam, gentium uerbo & opere, in uirtute signorum & pro-
giorum, in uirtute spiritus dei. Quum dixisset, minister sum
euangelij, adeoque sacerdos ad omnes gentes, adiicit, Non
sum arrogans, nec ostentator sum eorum quæ non feci: imo
non ego feci, sed Christus in me effecit, me instrumẽto vsus.
Siue enim quicquàm loquar de cœlestibus disserẽs ac philo-
sophans,

sophãs, siue operer diuinam politiam & gubernationem ex- A
orsus, miracula etiam perficiens, omnia sunt Christi. Diffe- *Signũ & prodigiũ differunt.*
rũt autem signum & prodigium. Signum enim dicitur de iis
quæ secundum naturam fiunt, nouo tamẽ modo quodam, vt
Petri socrum repentè curari febricitantem. Hîc enim febrim *Matth. 8*
curari, secundum naturam est: tum verò noua quadam ratio- *Iohan. 9.*
ne cõtigit, nempe adeò celeriter per tactum. Prodigium ve-
rò ad ea pertinet quæ non sunt secundum naturã, veluti eum
qui natura cæcus fit, sanitati restitui. Quia verò haud raro si
gna & prodigia per dæmones etiam fiant, adiecit, in virtute
spũs dei. Monstrat aũt hîc spiritus dei autoritatẽ & dignita-
tem, quandoquidem tatũ possit. *Vt ita ad Hierusalem & per-* *Illyricũ, confinium Bulgarię.*
circuitum usque ad Illyricum impleuerim Euangelium Christi. Vis,
inquit, demonstrationem accipere eorum quæ dico? Ecce di- C
scipulorum meorum multitudinem: ab Hierosolymis enim
vsque ad Illyricum, quæ sunt extremæ partes eius quæ nunc
Bulgaria nominatur. Non dixit autem, prædicaui, sed imple
ui Euangelium, vt ostendat quòd verbũ ei non inefficax vel
ociosum fuetit, sed operosum prorsum. Ne verò quum audis
ab hierusalem ad Illyricum vsque, existimes quòd rectà per
publicam viam sit profectus: & per circuitũ, adiicit. Nam &
ad Aquilonem & ad Austrum gentes verbo Euangelij pertrã
sij & accessi. *Sic uerò ambierim prædicare Euangelium, non ubi*
nominatus esset Christus, ut ne super alienum fundamentum ædifica-
rem. Non solùm tot tantisque prædicaui Euangelium, illis-
que persuasi, verùm neque omnino ad homines qui Christi
nomen audierant, abij: adeò mihi caueo, ne me aliorum di-
scipulis vel ingeram, vel obiiciã, vel gloriæ causa hoc agam.
Proinde neque hæc scripsi vobis ceu gloriam vestram amãs, E
cæterùm tanquam ministerium implens. Alienũ autem fun-
damentum, apostolorum doctrinam vocat: non quòd alieni
fuerint, aut alia à Paulo prędicauerint, sed mercedis ratione.
Merces enim quę debebatur eis qui apud illos laborauerant,
aliena erat, non ad Paulum pertinens. *Sed quemadmodum* *Esa. 52.*
scriptum est: Quibus non annunciatum est de eo, uidebunt: & qui non
audierunt intelligent. Prophetiã istã hic impletã ostẽdit. In-
gens autẽ labor est & sudor, siquãdo maximè rudes quisquã *Rudium institutio difficilis.*
instituere cœperit, cui & diuus Paulus cõsentit. *Eã ob rem im-*
pediebar sæpe uenire ad uos. In epistolæ huius principio, pro-
hibitus sum, inquit, hactenus, hîc aũt & causam quur sit pro-

D hibitus, reddit: Quia, inquit, vndiq; circuncursabã prædicãdo verbũ, ideo vt plurimùm, adeoque sæpenumero impediebar: & quanquàm conarer ac tentarem, maximéq; venire exoperetẽ, semper tamẽ impediebar. *Nũc autem non amplius locũ habens in climatibus hisce, desiderium autem habens uenire ad uos iam inde a multis annis, ut si proficiscar in Hispanias, ueniam ad uos, & a uobis deducar illuc, si uestri primũ quadantenus impletus fuero.* Impediebar, inquit, quod vellẽ ego ꝓmulgare verbũ. Nũc vero postq; nihil porrò mihi restat trãsigẽdũ in locis hisce, scribo vobis, & veniã ad vos, nõ ꝓpter aliud quiddã, veluti ob gloriæ cupiditatẽ. Deinde vt ne dicãt ei, Quia nihil aliud ifti-

E dignos æstimas: subinfert, Quũ desiderassem iam inde à multis annis ad vos proficisci, desiderium cupiditatẽque hãc explere festino. Ne vero rursus inflentur ac turgescant, quippe quia is eorum desiderio teneatur, eósve expetat ceu aliis gentibus maiores & præstãtiores: subdit, Vt si proficiscar in Hispanias, veniam ad vos. Vt verò non iterũ dicant, Profectionis tuę auctarium adeoque superuacaneam rem nos facis: Et à vobis, inquit, deducar illuc, hoc est, vos ipsi conspicati eliritatem vrgentem me ad Hispanos proficisci, deducturi eime. Quare nõ ex contemptu, sed necessario vos adibo. Quverò hos mœrore adfecerat, maiorẽ nũc illis cõsolationis eram adhibet, inquiens: Vbi primùm vestri impletus fuero et-

F parte. Indicat autẽ amare se charitatem illorum, idque vehementer: eam ob rẽ non dixit, vbi primùm vos viderimus, sed

Pauli in Romanos beneuolẽtia

vbi impletus fuero, parentũ verba imitãs. Ex parte autem dixit, hoc est, nullum me tẽpus implere potest, neque conciliare mihi saturitatẽ colloquij & cõuersationis vestræ. Gratum igitur mihi est si ex parte vestri implear. *Nunc autem proficiscor Hierosolyma, ministrans sanctis. Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ communicationem & contributionem quandam facere in pauperes sanctos qui sunt in Hierusalem.* Promisit supra se ad Romanos accessurum. Ac quum cunctaturus esset, ne videretur eos risisse, causam hîc moræ suæ ac tardationis exponit: quoniam, inquit, iter instituo iã in Hierusalẽ, ministraturus sanctis. Nõ dixit aũt, eleemosynã mecũ asportãs, sed ministrãs, vt discamus quãta sit res, & à quo fiat, & q̃ ardua. Per hoc vero Romanos ad eleemosynã hortatur. Quũ enim ait, Placuit Macedonię & Achaię, & quę sequũtur: zelũ & prouocatio-

illis parit, ut hosce imitentur. Ἠυδόκησαν est pro ἠθέλησαν. Vi A
sum est, id est voluerunt, placuit eis, bonum censuerunt mittere collectam vel communicationem dantium & accipientium. Quandam autem dixit, pro exiguam, vt ne videatur Romanis obiicere quòd & parci sint, & contributionis adeóque miserationis expertes. Pauperes porrò sanctos dixit, *Pauperes* hoc est, fideles. Itaque duplici ratione miseratiõe digni sunt, *sancti.* primùm paupertatis, deinde verò virtutis, quæ fides est, nomine. Placuit enim gentibus, nimirum Macedonibus & Achæis, vt quæ hanc illis gratiam debeant. *Si enim gentes spiritualibus ipsorum bonis communicarunt, debent & ipsæ in carnalibus ministrare eis,* Nihil nouum, inquit, si voluerunt communicare sanctis, & nonnihil impertiri: debitores enim illorum sunt. Ecqua ifthuc ratione? Ex Iudæis erat Christus, propter B ipsos venerat: ab illis etiam apostoli, & prophetæ, adeoque *Iudæis gẽ* omnia bona. Horum igitur omnium particeps factus est vni *tes debẽt.* uersus terrarum orbis. Proinde rursum gentes non immeritò debent illis nonnihil carnalium bonorum, adeoque carnalium facultatum impertiri & communicare. Consimili ratione & vos Romani. Non dixit autem communicare, sed ministrare. in ordine enim ministrorum eos collocauit. Nec dixit, in carnalibus suis. Spiritualia enim Iudæorum es- *Pecuniæ*
se testatus est, carnalia non porrò gentium: pecuniæ nanque *non ad pos*
& facultates omnibus sunt communes, nec ad possessores tan *sessores tã*
tum pertinent. *Hoc igitur ubi perfecero, atq; obsignauero illis fructum hunc.* Id est simulac ceu regia promptuaria adeoq; the- *ptinẽt.*
sauros reposuero veluti in loco prędę & rapinæ experti atq; C
tuto: huiusmodi enim obsignãtur. Fructum autem appellat, ostendens per hoc eos qui dant, plura hoc modo lucrari. *Abibo per uos in Hispanias.* Rursus Hispaniæ mentionem facit, innuens necessariam sibi eò fuisse profectionem, quòdq; non veluti despiciens Romam prætereat: *Scio autem quòd ueniens ad uos, in plenitudine benedictionis Euangelii Christi ueniam.* Hoc est, videbo vos omnibus Euangelicis bonis probatos. Plenitudinem nanque benedictionis, omnia bona benedictione digna, hoc est, laude quæ est ex Euangelio, appellat. Potes autem & per benedictionẽ intelligere eleemosynã, vt sit sentẽtia: Inueniam vos perfectos in eleemosyna, & miserã te affectu, vel humanitate. Hęc verò dicit vt eos alliciat vt ob hæc encomia verecũdia suffusi, tale quiddã videri conentur.

Universidad de Deusto Biblioteca

D *Adhortor uerò uos per dilectionem domini nostri Iesu Christi, & per dilectionem spiritus.* Nusquam fide dignum sese ipse putat, sed mediatorem adsumit, perinde ac etiamnum Christum & spiritum. Patris sanè iam non meminit, vt discas quòd neque quando patris solius mentionem fecerit, filium & spiritum reiiciat. Dilectionem porrò spiritus dixit. Quemadmodum enim pater & filius dilexit mundum, sic & Spiritus. *Vt certetis mecum in orationibus pro me ad deum.* Maxima animi dilectio, & summa est humiliatio, quòd ait indigere se horum
Matt. 26 precatione. *Vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa.* Non
Mar. 14. dixit, vt cum illis collidar seu conflicter, & vincam eos, sed
Lucæ. 22 vt liberer, diuinam legem implens, quæ orare iubet ne in ten-
E tationem incidamus: iuxtà denuncians, quòd sit necessaria planè ministrare illis qui in medio incredulorum degant (a quibus & ipse orat eripi exoptatque) de quibus etiam periculum sit ne fame labefactati pereant. *Vtque ministerium accepta bile fiat, beneq; gratum sanctis.* Hoc est, vt cum alacritate accipiant quæ eis dantur. Hic verò perspicuum est, quòd non sufficiat dare eleemosynam, vt accipiatur. Nonnunquam enim necessariò quisquam exhibet, nonnunquam ex iniuria, interdum ad vanam gloriam cuncta abeunt, atque horum omnium fructus obscuratur. *Vt cum gaudio ueniam ad uos per uoluntatem dei.* Eam ob rem, inquit, liberari opto, vt & celeriter vos videam, & cum voluptate, neque vllam inde tristitiam attraham vel contraham. *Ac apud uos refociller.* Non dixit, vt vos doceam atque instituam, sed vt simul apud vos
F quiescam ac recreer: vos quidem per me recreemini doctrinæ gratia, ego verò per vos, per fidei vestræ incrementum. Monstrat autem per dictionem hanc, quòd certaminibus ac laboribus defessi cum ipse tum Romani, indigeant refocillatione ac quiete. *Deus autem pacis cum omnibus uobis. Amen.* Vbique consuetudo est apostolo, votum adhortationi apponere seu precationem.

CAPVT XVI.

Ommendo autem uobis Phœben sororem nostram, Cen-
C *chreensis ecclesiæ ministram.* Quia hæc matrona epistolam hanc adferebat, ideo eam commendat ipsis. Peculiari autem hanc honore adficit, quòd primo lo-

co mentionem eius faciat, & per hoc quòd sororem eam suam appellat, quæ ingens sanè est dignitas: & per hoc quòd ministram eam ecclesiæ demonstret. *Vt ipsam accipiatis in domino, perinde ac sanctos decet.* Hoc est vt propter dominum ipsam honoretis. Qui enim propter dominum quempiam suscipit etiam exiguum, ingenti honore dignatur. Sin verò & sancta fuerit, multo magis honoranda. Hinc adiecit, dignè sanctis, id est, quemadmodum conuenit sanctos suscipere. *Ac adsitis ipsi in qua re cunque uestra opera indiguerit.* Hoc est, vt vestra ei offeratis, manumque porrigatis. Non enim dixit, vt dimittatis ipsam. *Etenim ipsa multorum fuit adiutrix, & meiipsius.* Primùm commendauit, deinde mediam posuit adhortationem, pòst rursus encomia, vtrinque cingens ac muniens promotionem & progressum suum, vt perducat eos ad honorem eius fœminæ. Adiutrix enim (inquit) assestrix multorum fuit, & meiipsius, præconis terrarum orbis, qui talia tantáque sum perpessus. *Salutate Priscam & Aquilam cooperatores meos in Christo Iesu.* Cooperati sunt, inquit, mihi in verbo doctrinæ, laborumque & periculorum facti sunt participes. Nonnulli per cooperarios hosce, tabernaculorum seu tapetium textores aut factores intellexerunt. *Qui pro anima mea suam ipsorum ceruicem supposuerunt.* Neronis enim temporibus innumera pericula imminebant. *Quibus non ego solus gratias ago, uerumetiam omnes ecclesiæ gentium.* Hospitalitatem eorum hic adumbrat. Vt ne enim per adulationem hæc dicere videatur prodicit etiam alios multos testes. *Et ecclesiam quæ est in domo ipsorum.* Adeò fuerunt illi probati, vt domum suam omnem fide illustrarent, vel solos, fideles reciperent. fideles enim ecclesiam nominauit. Quinetiam propter hospitalitatem hæc dicit. In domo enim in qua est ecclesia, multum pietatis & virtutis est. Proinde matrimonio iuncti hîc audiant, quòd matrimonii nomine ad fidem neque impediantur, neque lædantur. *Salutate Epænetum dilectum meum, qui est primitiæ Achaiæ in Christo.* Magnum est quempiam esse Pauli dilectum, qui cum iudicio, non ad gratiam vel ex affectu amare nouit. Primitias autem ipsum adpellat, vel quòd primus credidit, principium & ingressus factus ad fidem vniuersæ Achæorum genti: vel quòd maiorem

A Fideles, ecclesia.

B Matrimo nii fidem nihil impedit.

C

A Actu. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diorem præ cæteris pietatem commonstrauerit. Hinc etiam dixit, qui primitiæ est in Christo, hoc est, nõ in mũdanis rebus, sed in iis quę Christi sunt. *Salutate mariam quæ multum laborauit erga uos.* A sudoribus & laboribus quos pro veritate pertulit, mulierem ornat. Non tantùm enim, inquit, pro seipsa laborauit excubias canens, seu vigilans, hymque iacens: verumetiam, quod maius est, erga vos etiam
1.Tim.2. & pro vobis solicita fuit, apostolorum hoc pacto adimplens
1.Cor.14 ordinem. Qui ergo dicit apostolus, Mulieri docere non permitto? A verbo doctrinæ eam non arcet, sedenim à primo
Mulieri priuatim docere permittit Paulus. coetu & à præsulatu in conuentu, adeoque à sede vel cathedra in templo. Priuatam enim mulieris institutionem omnino
Actuũ.18 diuus Apostolus recipit & permittit. Hanc enim ad rationem & maritum suum vxor, & liberos docet. sic Priscæ Aquilinem instituit. Non dixit autem quòd multa docuerit,
E sed laborauerit: vt ostendat quod per pecunias suas laborauit ecclesiæ ministrarit, aliasque per rationes. *Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos & concaptiuos meos, qui sunt insignes inter apostolos qui & ante me fuerunt in Christo.* Quòd cognati sint Paulo, non tantum est encomium, quantum quòd sint concaptiui. Etenim grauiora captiuis patiebantur, dum agerentur hincinde & vastarentur. Porrò magnum est quòd apostoli sint, præsertim quum Iunia sit mulier. Multo verò maius est, quòd sint insignes & præclari apostoli. Porrò ab operibus suis conspicui sunt facti. Non verecundatur autem Paulus dicere ac fateri, qui ante me crediderunt Christo, commendans eos, quòd adeò præsilierint atq; præripuerint bonum. *Salutate Ampliam dilectum meum in domino.*
F Si à rege vel imperatore diligi magnum est, quanto præstantius est à Paulo, qui virtutis nomine, ac secundum deum diligit? *Et Vrbanum cooperatorem nostrum in Christo.* Maior hic laus est, quòd sit cooperator, priore, qua ille dilectus appellabatur: imò hæc est causa illius, & comprehensoria. Nam qui est adiutor & cooperarius, est etiam dilectus. *Et Stachyn dilectum meum.* Hunc iisdem præconiis vehit & ornat. *Salutate Apellem probatum in Christo.* Hoc est, candidum, irreprehensibilem in omnibus. Quidam dicunt quasi ad differentiam alterius cuiusdam Apellis probatum hunc & candidum nominarit. *Salutate qui sunt ex Aristobuli familia.* Forsan non fuerunt inter præcipuos, ideo & nomina eorum

eorũ cõticuit. *Salutate Herodionẽ cognatũ meũ. Salutate Narcissi familiam, qui sunt in domino.* Hoc est, fideles. *Salutate Tryphænã & Tryphosan, quæ operas suas locãt domino.* De Maria suprà dicebat q̃ multũ laborauerit. de his verò ait q̃ adhuc laborẽt. Ingẽs aũt laus est, q̃ prorsus sint argumẽtosę, adeoq; in opere. *Salutate Persida dilectã, quæ multũ laborauit in domino.* Hoc maior est ipsa, quò magis est dilecta, & plura laborauerit. Itaquẽlibet pro dignitate nominat, cũ ipsos alacriores reddẽs, tum alios ad æmulationem excitans. *Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius, & meam.* Duplex bonum est, cum quòd filius sit inculpatus, tum quòd ipsa mater irreprehensibilis. Non enim simpliciter dixisset, matrem ipsius & B meam, nisi multam matronæ isti virtutem tribueret. *Salutate Asyncritum, Phlegontem & Herman, Patroban, Hermen, & fratres qui cum ipsis sunt.* Ne hoc intuearis, quòd sine encomiis ipsos posuit, sed quum inferiores essent omnibus, non est tamen sua dedignatus compellatione & salutatione: imò non parum illis laudis tribuit, dum fratres eos nominauit. Sa*lutate Philologum & Iuliam, Nirea, & sororem ipsius, & Olympan, & qui cum ipsis sunt, sanctos omnes.* Ingens sanè præconium eis accenset, quum sanctos appellat. *Salutate uos mutuò in osculo sancto.* Ne contentiones & rixę orirentur, quum alii qui *Osculum* dem sic, alij verò alia ratione salutarentur, quumque alij *sanctum.* maioribus, alij verò minoribus præconiis veherentur: commiscet hic eos & iungit rursus sancto osculo, vt neque maior adspernetur minorẽ, neq; minor inuideat potiori, quippe qa C sanctũ osculũ oĩa mitiget atq; adequet. *Salutãt uos ecclesiæ dei.* Nõ ipse tantũ eos vniuit, & ad vnitatẽ redegit, verũetiã ab ecclesiis salutẽ illis trãsmittit, qua vniãtur cõiũgãturq; in vnũ. In cõmune eñ oẽs, nõ hũc vel illũ iã noĩauit. Tot aũt in hac epistola salutauit, quot in nulla alia fecit, quia nõdum viderat ipse Romanos. Quia verò in vrbẽ istã haud parũ multi q̃ ipsi cogniti fuerãt, cõfugerãt: nõ immeritò noĩe tenus mẽtio nẽ illorũ faciẽs, cõmẽdat eos per literas. *Adhortor aũt uos fratres, reputare dissensiões & scãdala, præter doctrinã quã didicistis, faciẽtes.* Rursus adhortaĩ, nõ veluti cõsultor, sed supplicis instar, adeóque haud exiguo cum honore: fratres enim eos adpellat. Fraudulentiam autem ministrantium demonstrans, ait, reputate, considerate, hoc est, inquirite in eos summa diligentia. Primùm autem dissensiones sunt, postea scãdala sequuntur

Dquuntur. Tantisper enim dum corpus vnitum fuerit, nõ pos-
Scandala non irrepũt quandiu corpꝰ unitũ est.
sunt irrepere scandala, quæ sunt hæreses. Præter doctrinam, inquit, quam vos didicistis. Non dixit autem, quam docuimus, sed, quam didicistis: anteuertens ita eos, ac monstrans iam persuasos esse, atque recepisse doctrinæ Euangelicæ verbum. Quocirca debent iam perdurare in iis quæ acceperũt. Dissidia igitur & scandala seu hæreses, ab iis qui præter apostolicam institutionem tradunt & nouant quędam, introducũtur. *Declinate ab ipsis: huiusmodi enim domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ipsorum uentri.* Resilite, inquit, ab ipsis. Nam si hæc ex ignorantia vel errore facerent, par erat eos dare: quum verò ex composito peccẽt, ac scienter hæc flagitia committant, fugite. A Iudæis autem prodeuntes clamor

E lũ notat, quos maximè ceu gulosos carpere solet Apostolus.
Hæresium ortus.
vniuersum enim eorum genus est huiusmodi. Omnes porrò hæreses hinc nascuntur, nimirum quòd earum authores affectibus suis & ventri inseruiant. Non pudet autem te, ventri
Vẽtrisstudiũ dãnat
seruos doctores tibi asciscere, qui Christi frater es? Observa hîc, quòd qui ventri inseruit, Christo non inseruit. Ergo *suauiloquentiam & bonã uerba imponunt cordibus simplicium.* Imsidiãtur, inquit, per adulationes: id enim chrestologia & eulogia, id est, suauiloquẽtia & bona verba, sibi volunt: quippe quæ verba sint amicitiæ, sententia autẽ fraudis plena est. Nec vos, inquit, decipiunt, sed corda ἀκάκων, hoc est, simpliciorum. *Vestra enim obedientia ad omnes accessit. Lætor igitur propter uos.* Simpliciores inquit, inescant, non autẽ vos. Ve-

Fstra enim obedientia, hoc est, fides & persuasio, quæ est ex multa mansuetudine, ad omnes peruenit. Nec ego solus fidei huic vestræ testimonium perhibeo, cęterùm & vniuersus orbis. Lætor igitur propter vos, vt qui non sitis decepti. *Volo autem uos sapiẽtes quidem esse ad bonum, simplices uero ad malum.*

Matt. 10
Obscurè indicat, nonnullis ex ipsis fuisse impositum. Palàm autem hic idem cum domino præcipit, quum ait: Estote prudentes vt serpentes, & simplices velut columbæ. Vult enim sapientes quidem seu prouidos esse ab bonũ, hoc est, ad prearam salutem & cõmoditatem, simplices autem ad malum, hoc est, ad malefaciẽdum aliis. *Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus uestris celeriter.* Quia dissidia fuerunt, pacis eam ob rem datorem inuocat, vt scandala compescat, celeréve faciat. Non dicit autem, subiiciet, sed, quod multo ve-

hementius

hementius est, conteret: non ipsos duntaxat scandalorũ au- A
tores, verumenimuero principem ac ipsorum imperatorem Satanã. Consolatur porrò illos à tempore, celeriter inquiẽs. At conteret, & votum est & prophetia: in futurum enim tempus acclinatum est. *Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum.* Gratiam Christi ad memoriam hic illis reuocauit, vt quia eam iam accepissent, alacriores ac credendum reddantur futura. Si enim eos quum essent inimici, seruauit, mũlto magis nunc conteret Satanam. Vide autem quòd neque opera sine voto, neque orationem aut votum citra opera ponat. Quum enim obediẽtiam eis adesse testatus esset, adiecit votum: subindicans nos nõ solùm olim, verùm etiamnum, si probati simus, indigere dei gratia. *Salutat uos Timotheus coadiutor meus.* Cooperabatur enim ipsi in Euangelio. Ingens autem enco- B
mium est, eadem cum diuo Paulo operari. *Et Lucius, & Iason, & Sosipater, & cognati mei.* Iason iste in Apostolorum *Iason.*
actis celebratur vt qui fortissimè extrema etiam pericula tũ subierit, tum toleraverit. Cognatos autem nedum secundum carnem, verùm multo magis secundum pietatem nominat. Ni enim tales fuissent, nullã huiusmodi eorum feciſſet mentionem. *Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam hanc.* Magnum sanè est, diui Pauli amanuensem esse. Hæc autem scribit, non vt seipsum commendet, cæterùm vt maiori dilectione ab ipsis adficiatur, vt qui operam suam locarit literis ad ipsos perscriptis. *Salutat uos Gaius hospes meus, ac totius ecclesiæ.* Hoc est, qui me hospitio excepit. Plurimum porrò lau- C
dis est, quod totam ecclesiam hospitio exceperit, adeóq; ipsum Paulũ, qui non simpliciter hospitio receptus est: nisi dignum etiam ipse Paulus istum Gaium inuenisset. *Salutat uos Erastus œconomus urbis, & Quartus frater.* Hoc est, prospector & gubernator vrbis Corinthi: vt animaduertas, neque opes, neque dignitatem, quempiam arcere à fide vel à recta vita. *Dignitas a fide non abarcet.*
Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen. Fundamentum siue principium Epistolæ inde orsus est, inquiẽs, Gratia vobis & pax: porrò iamnunc fastigium seu finem ex eodem attexit, gratiam dei cunctis nunquam non adesse imprecans. Hoc enim fidelis est præceptoris, non verbo solùm, verumetiam oratione commodare discipulis. Quare etiá di- *Actuũ. 6.*
cebant: Nos autem in oratione & ministerio verbi perseueremus. Ipsa proinde gratia nos custodiat, qui non speramus

ex operi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D ex operibus salutis locum inuenire, cęterùm prorsus in diui-
nam gratiam & misericordiam fiduciam collocamus, vt ita
per ipsam superiores euadamus, Satanæ laqueis contritis sub
pedibus nostris in Christo Iesu, cui gloria in secula. Amen.

Missa est è Corintho per Phœben Cenchreensis eccle-
siæ ministram.

IN PRIMAM DIVI PAVLI APOSTOLI ad Corinthios epistolam, Theophylacti argumentum.

E C Orinthus nobilissima Achaiæ vrbs, opum erubo-
rantia, & sapientia superbiens, credidit quidē Chri-
sto, verùm post fidē acceptam periculum fuit, non
parum abfuit, quo minus à Christo excideret. Siquidē opu-
lenti proprias classes & ordines fecerant, sapiētes item pro-
prias, sibique ipsi doctores eligētes, diuum Paulum ceu pau-
perem & plebeium calumniabātur. Præterea quispiam inter
ipsos cum nouerca sua rem habuerat. Tum idolis immolata
edebant pro gastrimargia sua. Deinde in causis ciuilibus &
cultatum & possessionum nomine apud Græcos, hoc est, in
fideles iudices, nonnulli contendebāt, & iudicabantur. Co-
mam item viri nutriebant, & in ecclesiis māducabant, nihil
quicquam impertientes indigētibus. Charismatum inuper
F seu donorum nomine inflabantur admodum quidam. Inue-
per resurrectionis ratio & fides apud ipsos claudicabat. Hi
verò ad modum ab externa sua sapientia nutabant. Ea enim
sibi credentibus omnium malorum mater est. Scribit itaque
diuus Paulus vrbi, hæc omnia corrigēs. Quia verò omnibus
cæteris maius erat, dissensiones & sectas esse in ecclesia, hæc
verò ex fastu eorum nascebantur, fastum istum atque adeo
arrogantiam primùm è medio tollit. Ex ea enim, arrogantia
dico, altiora sese docere arbitrabantur: eam ob rem & hanc
ad rationem initium ducit.

Prima

Primæ ad Corin- A

THIOS CAPVT PRIMVM.

PAulus uocatus apostolus. Hoc est, non ipse inueni apostolatum, neque propria sapientia apprehēdi: sedenim quum primùm essem pla Actuū. 9.
nè vastator ac expugnator, postea 1.Cor.15.
vocat⁹ sum. Quomodo igitur vos per vos electi estis doctores? Iesu Christi. Christus est doctor ac B
præceptor: quomodo igitur vobis ipsis homines accensetis & adscri-
bitis? Per uoluntatem dei. Non quia nos fuerimus digni, sed quia voluit deus, ideo nos seruauit & vocauit. Itaq; etiā-
num vult me apostolum & doctorem vestrum esse, ecqua ra-
tione vos alios vultis habere doctores? quod quum molimi-
ni, deo resistitis. Animaduerte hic deitatis vocabulum ad pa
trem pertinere. Et Sosthenes frater. Per insignem modestiam
se ipse Sostheni coniungit, idque ad verecundiam fastuoso-
rum ac turgidorum Corinthiorū, qui neminem non adsper-
nabantur. Ecclesiæ dei quæ est in Corintho. Non huius vel
istius ecclesiæ, sed dei: ecqui igitur homines habetis præsi-
des? Quòd si ecclesia estis, omnino vos vnitos esse precium C
fuerit operæ. Nam ecclesiæ nomen coniunctionis & coadu- Ecclesia.
nationis est indicium. Sanctificatis in Christo Iesu. Non in
homine quopiam, sed in Christo Iesu sanctificati estis, per
baptisma videlicet, non per sapiētiam aut opes, quarum cau-
sa cristas erigitis attollitisqi. Vocatis sanctis. Ipsum (inquit) Fides à
etiam credere non est vestrum, sed à deo vocati obediistis fi- deo est.
dei, atque credidistis. Proinde & fides principium à deo ha-
bet. nisi enim ille vocasset, vos certè non obediissetis. Cum
omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Non solis,
inquit, vobis Corinthiis gratia sit & pax, sed omnibus etiam
inuocantibus nomen Christi, non huius vel illius. In omni Fideles si
loco, nostro & ipsorum. Fidelium vbiuis gentium agentiū me- mul oēs,
minit, vti demonstret quòd vna ecclesia sint omnes fideles, ecclesia.

vbicunque

D vbicunq; etiã fuerint. Ecqui vos vnã incolentes vrbẽ, diui-
estis? Iterũ iam, nostrũ, adiecit. Quum enim dixisset, domini
nostri Iesu Christi, interpositio in mediũ, in omni loco, rur
repetiit ac dixit, nostri domini & ipsorũ, vt cõmonstret co
munẽ esse cunctis fidelibus dominum Christum. Sunt qui
verba habent, intelligant, in omni loco nostro & ipsorũ, h
est, in quo & nos & illi sumus & spiramus. *Gratia uobis &*
pax a deo patre nostro, & domino Iesu Christo. A deo gratia &
pax est, imò antehac, quum inimici essemus dei, per gratiam
ipsius pacem adepti sumus. Perpetuò autem hæc vobis adesse
se opto diuinitus, aque deo, vt neque à gratia eius excidatis,
neque à pace, quippe qui inter vos mutuò dissideatis. Ecqui
igitur hominibus vos adplicatis, cum gratiam, tum benevo-
E lentiam apud illos inquirentes ceu doctores vestros? *Gra-*
Gratiarũ actio. *tias ago.* Gratos nos esse docet, idque in omni prorsus epi-
stola. Opportunius autem nunc gratiarum actione vsus est.
Gratiarum enim actio propter gratiam fit: gratia autẽ nec
est debitum, neque compensatio. Atque hoc Corinthio
rum & cristas & fastum deprimit. *Deo meo.* Ex multa &
immensa dilectione, deum omnibus communem, proprium
sibi vendicat. *Semper pro uobis super gratia dei.* Erudit pe
hoc Corinthios, vt ipsi referant quicquid boni habent, accep
ptum deo, non propriis operibus aut viribus. Super gratia
inquit, dei, vel propter, non ob vestra opera seu virtutem
rantes conatus. *Quæ data est uobis in Christo Iesu.* Hoc e
per Christum Iesum, nõ per hũc vel alium quempiam. Quod
F ergo hominibus dicto auditis? *Quoniam in omni re diuites fa-*
cti estis in ipso. In ipso rursum est, pro per ipsum. Quum ig
Sermo sine cognitione, & contra. tur opes vobis adsint, ac dei opes, idq; in omni re, ac per vn
genitum dei filium: qua quæso fronte vos gratias agente
deo, homines vobisipsis in doctores & præceptores adsciu
tis? *In omni sermone & omni cognitione.* Potest etiam sermo
quispiam citra cognitionem esse seu notitiam, vt si quis vana
absque cogitationibus & intellectu effutiat. Est & cognitio
sine sermone, vt si quis sublimia intelligat, verbo autem ea
sermone nõ possit explicare. Vos autem & verbum habetis
& notitiam diuinam, vt & intelligere & proloqui possitis.
Secundum quod testimonium dei confirmatum est in uobis. Secun-
dum quod, est pro quatenus, vel eò quòd. Per verbũ, inquit,
& notitiam in quibus ditati estis, stabilitum est in vobis te-
stimo-

stimonium, id est, prædicatio Christi. Non enim per exter- A
nam adeóque mundanam sapientiam accepistis Euangelij
præconium, sed per signa atque dona, quibus donati estis, &
quibus Christus vobis effulsit. *Adeo ut uobis nihil desit in ul-*
lo dono. Si charismata deliquij ac defectus planè fuerũt ex-
pertia, quomodo in procursu carnales eos vocat? proinde as-
seuerandum est quòd neq; omnes fuerint spirituales, neque
omnes carnales. Quare quæ etiamnum dicit, ad spirituales
dicit, alia verò ad carnis affectibus deditos. Vel quòd verisi-
mile sit eos principio omnis generis charismata consecutos,
deinceps autem ad socordiam relapsos, secũdum carnis sua-
sum vixisse. *Quippe qui acceperitis reuelationem domini nostri*
Iesu Christi. In trepidationẽ eos hîc coniicit, secundi aduen-
tus Christi mentione facta. Nam si Christus reuelandus est, B
quomodo vos alios præsides & præceptores habetis? Innuit
autem pariter, quòd ad accepta charismata seu dona, cætera
etiam virtute indigeant. In illa enim die nihil quicquam do-
na quenquam iuuabũt, nisi vita Christiano digna adfuerit.
Reuelationem porrò dicens, indicat quòd hodiéq; quidem
adsit, abditus tamen sit, tum autem reuelabitur. *Qui & stabi-*
liet uos in finem usque inculpatos in die domini nostri Iesu Christi.
Quum dicit stabiliet, ostendit eos nõnihil cõcussos: & quum
ait inculpatos, significat eos iam delictis obnoxios. Ad hæc
quum sæpius meminit domini nostri Iesu Christi, quoties ne *Christiani*
in vlla quidem alia epistola, reuocat Corinthiis ad memo- *à solo Chri*
riam, per quem sint æternum conseruati, & cuius nomine vo *sto dicti.*
centur Christiani, nimirum à Christo, non ab alio quopiam C
humano nomine. *Fidelis deus, per quem uocati estis ad commu-*
nionem filii ipsius Iesu Christi domini nostri. Hoc est, verus deus.
Quòd si verus, vocauitque nos ad consortionem filij sui, hoc
est, vt simul nos glorificet cum filio in regno suo: perspicuũ
ergo est quòd implebit quæ promisit. Vocati autẽ estis, non
vos ipsi domo vestra per vos ipsos accessistis. Quomodo igi
tur superbitis ceu de propriis vestris operibus? Obserua hîc
apertè palàm, per quem, de patre accipiendum. *Adhortor*
autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi. Quia illis
acerbius est verba facturus, anteuertens, adhortari se illos di
cit per nomẽ Christi, hoc est, ego ad vestri commonitionem
non sufficio, hinc nomen domini simul adsumo, à quo voca-
mini quidem Christiani. At vos iniuria isthuc adficientes,

D maluistis ab hominibus vocari. hoc igitur iamnũc vos m
habeat. *Vt idem dicatis omnes, & non sint inter uos sectæ.* Q
Sectarum mala. est quod adhortor? vt sobrij, inquit, sitis omnes, & nõ dis
damini. Quod enim scinditur, videtur pro vno multa fi
quũ tamen multa esse haudquaq̃, hoc est, dissidétia, debe
Quæ enim cõmoditas multorũ mutilorũ vnitatem perdé
Significãtissimè igitur sectas appellauit, quę apud ipsos fi
Indicat enim palã hac dictione, q̃ miserè Corinthiorum
habuerint. *Sitis autem compacti in eadẽ mẽte, & eadem sentent*
Quia supra dixerat, vt idẽ dicatis: vt ne existimét penes v
ba tantũ concordiam & vnanimitatẽ esse, subdit, eadẽ m
hoc est, vt eodẽ affectu imbuamini, idem cogitetis. Q
autẽ pleriq; opere quidem hoc consentiũt, illo verò mu
E adiecit propterea cõpacti, hoc est, perfecti. *In omnibus*
idem sentientes. Multi sanè cogitatione quidem & intelle
vniti sunt, sententia verò dissident. Nam si eandem qui
fidẽ habeamus, non copulemur autem per charitatem, n
quidem intelligimus, dissentimus tamen sententia. Hinc
cens eadem mente, apposuit, & eadem sententia: vt non
cundum fidem neque secundum sententiam dissideant.
dicatũ est enim mihi de vobis fratres ab Chloe. Ne inficias e
testes producit: & vt ne videatur ipse fingere, nomina
primit, Chloes videlicet familiam. Fuit autem Cor
Fraternitatem peccatum nõ dirimit. domus, quæ nominabatur Chloes. Fratres autem adhuc
appellat. Etiam si enim peccatum eorum perspicuum
rit, nihil tamen prohibet eos fratres adhuc appellare.
dixit autem palàm quinam fuerint qui hoc significarit
F totam domũ omnino posuit, vt ne hos illis infensos re
Quod contentiones sint in uobis. Denũciaturus quænam
dicantibus audiuerit, lites vel contentiones dixit, mãto
re dictione vsus. Quando verò ex propria persona loqu
schismata adpellat, quod multo peius est lite. *Dico au*
hoc, quod quilibet uestrum ait, Ego quidem sum Pauli, ego uer
linis. Non pars, inquit, vestrum hæc loquitur, sed qu
vestrum. Non hunc autem planè ad modum illi loquebã
verùm Apostolus ita sermonem eorum adducit, vt offen
si dicere se esse vel Pauli vel Cephæ, culpæ sit obnoxi
multo magis aliorum de nominibus vel ministerio glo
reprehensionem meretur, nec vacat crimine. *Ego autem*
phæ. Non vt seipsum præferat, Petrum posteriorem p

sed illum potius sibi anteponens, perinde ac Christum iam A
posteriore loco posuit. In reb⁹ enim factu indignis, primùm
suæ ipsius personæ meminit. *Ego autem Christi.* Non hoc re-
prehendit quòd dicant, Ego sum Christi, sed quòd non om-
nes hoc dicant. Imò à seipso potius hoc posuit, volens ita ac-
cusationem grauiorẽ constituere, atque ostendere Christum
quoque in partẽ datum, adeóque dissectum, etsi illi hoc non
faciebant. *Diuisus est Christus?* Dissecuistis Christum? diui-
sistis eius corpus? Indignationis autem plena est oratio. Sunt
qui, Diuisus est Christus, sic intellexerũt, Partitus ẽstne Chri
stus apud homines ecclesiam, vt adeò partem ipse sibi acce-
perit, partem verò alteram illis dederit? *Num Paulus crucifixus*
est pro uobis? Tollit quod apud Corinthios absurdũ accide-
bat, propriíque nominis meminit, vt ne videatur ex inuidia B
alienorum nominum mentionem fecisse. Non dixit autem,
Nunquid Paulus finxit seu creauit vos? sed enim quod multo
maius est, inexplicabilem eius clementiam indicans, crucem
in medium depromit. Nec dixit, Nunquid Paulus mortuus
est? sed crucifixus, mortis cõtumeliam, vt existimabatur, de-
monstrans. *Aut in nomen Pauli baptizati estis?* Baptizaui, in-
quit, & ego non paucos, sed in Christi nomen. Id verò ait,
quandoquidem & ea schismatis erat causa, nempe quod à ba
ptizantibus nomenclaturam sibi vsurpabant, déque iis glo-
riabantur. Atqui non hoc quæritur, quisnã fuerit qui baptis-
mate tinxerit, cæterùm in cuius nomẽ baptizet. Is enim pec
cata remittit, nõ qui baptizat. *Gratias ago deo, quod neminem*
uestrum baptizauerim, præter Crispum & Gaium. Quid, inquit,
baptizatoris nomine adeò superbitis, quũ ego potius gratias
agã deo, quòd ego vos baptismate non tinxerim? Hęc autem
ait baptismatis authoritatem haudquaquam vel eleuans, vel C
immiuens, vel tollens, sed illorum arrogantiam & ostenta-
tionem tollés, quã hac in re habebant. Siquidẽ baptisma res
magna est: baptizare autem, respectu personæ operãtis non
perinde magnũ. *Vt ne quis dicat, quod in meũ nomẽ baptizauerim.*
Nõ quòd de illis hoc q̃spiã dixerit: at metuo, inquit, ne vsq;
eò progrediatur morbus. Si enim prauis hominibus baptizã-
tibus emerserũt hæreses, forsan me præcone & aposto-
lo baptizante, verisimile est me quasdam etiam constituere,
adeóque baptisma commendare. *Baptizaui autem & Stephanæ*
domum. Magnus hic fuit Corinthi, necnon celeberrimus.

D *Cæterum non noui si quem alium baptizauerim.* Adeò, inquit, ... sum solicitus circa baptisma, vt ne meminerim quidem ... alium baptizauerim. Quur ergo eam ob rem scindimini, ... ctásque facitis? *Non enim misit me Christus baptizare, sed* ... *dicare Euangelium.* Nam laboriosius erat, atque animo ... reo planè egebat, Euangelium annunciare. Persuadere ... que mortalibus, atq; à patrum traditionibus, & maiorũ ... rum dogmatibus eos abducere, idq; in magnis periculis, ... gno profectò animo & strenuo opus habet. Assumere ... doctrinam, & paratum esse baptizare, cuiuslibet fuerit ... dotium habẽtis. Ecquí omnino baptizare potuit Paulus, ... ad hoc missus fuisset? Atqui non est ad hoc missus primùm ... singulariter. Atenim neq; prohibitum ei hoc fuit ne faceret ...

Euangelij annuncia tionis difficultas.

E siquidem ad maiorem functionem missus est. Quare nõ ... ei inhibitum ne id quod minus esset, perficeret. *Non in sa-* ... *pientia uerbi, ut ne euacuetur crux Christi.* Tollens superciliu ... eorum qui baptismatis nomine cristas erexerant, ad eos ... transit, qui externa sapientia efferebantur: quoniã, inquit, ... misit me Euangelium prædicare, non in sapientia verbi, ... est, in eloquentia, sermonísque cùm elegantia, tum venu ... te, vt ne noxam patiatur & imminutionem crux. Hoc ... est quod ait, euacuetur, id est, vacua, inanis, & inutilis ... niatur. Si enim in sapientia verbi Apostoli prædicassent, ... tuissent quidam dicere, quòd orationis persuasibilitate & ... natu persuasissent hominibus, non virtute prædicatarum ... rum. Id verò in inanitatem & noxam, adeóque cõtumeliã ...

F crucifixi cessisset. Iam verò in simplicitate sermonis pro ... gantes verbum, crucifixi potentiam ostendunt, quæ cun ... perficit. Exempli gratia, Interrogat me Græcus de diuin ... quibusdam rebus humani ingenij captũ exuperantibus. Si ... si incipiam per syllogismos & externam ista sapiẽtiam ... monstrare, nihil efficiam, & infirmus ero: nulla enim ... hæc exhibere potest: sicque mea ista infirmitas, prædicatio ... nis infirmitas esse videbitur: atque hoc deinceps modo ... cuacuatur, & inanis redditur, quippe quæ vanum quiddam ... & inane esse videatur. *Sermo enim crucis pereuntibus quidem* ... *stultitia est.* Quia nonnulli erant Corinthi crucem subla ... nantes, verisimile erat fideles, dum eis istorum sapientia ... sisteretur, turbari, eò quòd isti vituperarent crucifixum. N ... inquit, abalienemini ab Euãgelio. pereũtibus enim stultu ... quæ

Syllogismis diuina non cõprobantur.

quædam videntur ea, quæ sunt credẽtibus in salutem tradita A ab deo. Sermonem autem crucis, prædicationem crucis siue crucifixi dicit Christi. *Iis autem qui seruantur, nobis potentia dei est.* Nobis, inquit, qui non perimus, sed seruamur æternùm, potentia dei est. Quinetiam sapientiam declarat crux. Potẽtiam sanè, quoniam morte mortem dissoluit & abstulit. Summa enim potẽtia est, eum qui ceciderat, victoria potiri. Sapientiam verò: nam hac ratione eos qui perierant, conseruauit Christus. *Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapiẽtum, & intellectum intelligentium reprobabo.* Esa.29. Scripturæ testimonio bellè cõfirmat quod dixerat, infideles interire. Ea enim ait: Perdam sapientiam sapientum, nimirũ huius mundi, hoc est, stultam eam esse demonstrabo, ac minimè esse sapiẽtiam, ac reiiciam intellectum eorum qui sapere & intelligere sibi vi- B dentur. *Vbi sapiens? ubi scriba? ubi disputator seculi huius?* Esa. 33. Scripturæ testimonium protulit: deinceps itaq; & ab rebus ipsis demonstrationem adducit. Ac Græcos quidem redarguit, quum ait: Vbi sapiẽs? hoc est, philosophus. Iudæos verò, qnũ inquit, vbi scriba? Disputatores autem nominauit eos, qui ra- *Disputatores.* tiocinationibus & inuestigationibus cuncta tribuũt. Nemo enim illorum seruauit nos, sed piscatores nos ab errore exemerunt. Quod verò ait, deus stultam reddidit sapientiã, pro inefficacem esse demonstrauit, accepit, ac conuicit esse stultam, vt quæ non potuerit inuenire verum. *Quum enim in sapientiã dei non cognouisset mundus deum, placuit deo per stultitiam prædicationis seruare credentes.* Causam reddit quare sapien- C tia mundi in stultitiam sit versa. Simulátque enim in sapientia, quæ per creaturas cernitur (cælum enim & terra adeóq; omnis creatura prędicat conditorem) non nouisset mundus, hoc est, quæ mundi sunt adfectantes, deum, per sapientiam videlicet quæ in eloquentia cernebatur, linguaéque politie, impediti, visum est deo per prędicationis simplicitatem, quę videtur quidem esse stultitia, quum minimè sit, seruare credentes. Habebant igitur doctorem Græci, sapientiã dei, quę in creaturis enitescebat. Non agnouerũt autem deum per sapientiam quam ex humana traditione acceperant, quæ non est sapientia. *Nam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam inquirunt: nos uero prædicamus Christum crucifixum.* Vult commonstrare Paulus quomodo per cõtraria deus cõtraria operatus sit, inquiens: Siquando dixero Iudæo, crede, actutum

D signa inquirit ad confirmationem & commẽdationem prædicationis. Nos autem Christũ prædicamus crucifixũ: quod non solùm non est signorum demõstratio vel exhibitio, verùm infirmitatis potius, vt in speciem apparet, indicium. Interim tamen eo, vt apparet, infirmo & contrario, quantũ attinet ad hoc quod petit, perducitur ad fidem. Quæ res ingentem sanè dei potentiam ostendit. Rursus Græci sapientiam inquirunt à nobis: atqui & illis nos Christum prædicamus, quod & ipsum, vt apparet, stultitiæ esse videtur, deũ nempe crucifixum prædicare: interim tamen ita persuadẽtur. Nõne igitur maximæ hæc potentiæ argumenta sunt, ex contrariis, quo ad ea quæ inquirunt, persuaderi eos? *Iudæis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam.* Iudeis, inquit, crucifixus est

E scandalo. Impingunt enim aduersus ipsum, dicẽtes. Equidem cũ prædonibus crucifixus, potest esse deus? Græci verò mysterium hoc irrident ceu stultitiam, eò quòd sola fide, & non ratiocinationibus vllis, ex quibus ipsi depẽdebant, comprehendatur deum crucifixum esse, & quia orationis splendore non exornetur. *Ipsis autem vocatis Iudæis & Græcis, Christum dei virtutem, & dei sapientiam.* Infidelibus quidem Iudæis Christus est offendiculum, & infidelibus Græcis stultitia videtur, quòd non inueniant signa quæ in eo quærãt, & sapientiam. Vocatis autẽ Iudæis, & vocatis Græcis, hoc est, ab deo vocatis tanquam dignis, vtraque inueniuntur quæ inquirũt.

F Christus videlicet, & in Christo. At ò Iudæe, quid inquis signa? En Christus potentia dei est, quæ signa efficit. At Græce, quid ais? quæris sapientiam? Habes Christum sapientiam patris. *Quoniam stultum dei, est sapientius hominibus: & infirmum dei, est fortius hominibus.* Crucẽ hîc per stultum illum intelligit, vt quę sic videatur. Sapientius quidẽ hominib⁹ est. Nã philosophi frigidis & inutilibus rebus incubuerũt: crucifixus autẽ, imò verò crucifixus Christus, mũdũ seruauit. Imbecillum porrò apparet, tanẽ ex imbecillitate crucifixo Christo: fortius illud est hominib⁹, nõ solũ ideo, quòd quũ inuenti conarentur extinguere hoc nomen, floreret magis, verũ quia etiam per illum qui imbecillis visus est, fortis Sataną ligatus est. Poteris autem hæc sic etiam intelligere, quòd in eo quod valde sapiens est, insipiens dicatur, hoc est stultum: & quod supra modũ forte, imbecille, perinde ac eximius splendor & præclarum lumen, eius tenebræ & caligo dicuntur.

Videte uocationem nostram fratres, quoniã non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, nõ multi genere clari. Cõsiderate, inquit, & scrutamini vocatos ad fidem, & inuenietis quòd non multi sapientes sint secundũ carnẽ, hoc est, vt apparet in speciẽ, in præsenti vita. Non dixit aũt quòd nemo sapiẽs, sed non multi. Nã nõnulli sapiẽtum ad fidẽ accesserunt, quorum de numero sunt Areopagita & Procõsul, & alij de quorũ nominibus nihil apertè indicatũ. Quinetiã potẽtes quidam genere clari crediderunt. Ob hęc omnia dixit, nõ multi. Proinde animaduerte potentiã & virtutẽ prędicationis, quomodo simplex quispiã adeò sapiẽtia dogmata docuerit, & quonam modo exterior mũdi sapientia inutile quippiã esse demõstretur. *Sed stulta mundi elegit deus, ut pudefaciat sapientes. & infirma mundi elegit deus, ut pudefaciat fortia.* Ea nanq; est maxima Græcorũ cõtumelia, si videãt in foro manuariũ quẽpiam artificẽ in vera sapiẽtia ipsos excedere, ac imbecillem adeoq; contẽptibilẽ & opibus & potestate cõspicuos humiliare. Et *obscura mũdi & contempta elegit deus, & ea quæ nõ sunt, ut ea quæ sunt aboleat.* Qui nihil esse reputãtur, eos μὴ ὄντα, id est nõ existẽtia, nominat ea verò quæ sunt, illos qui aliquid esse videntur. Vt igitur hos ocioſos & inutiles ostẽdat, ob eã causã eos qui nihil sũt elegit. Porrò quũ audis elegit, nõ sic intelliges, quasi necesse habuerit cõtemptos eligere, ac celebres coram mundo depellere vel reiicere: verùm quia quũ celebres & insignes viri propria sapientia intumescerent, eamque ob rem Euangelij verbum non susciperent, arrogantiæ & fastus vacui ad huius susceptionem magis sint visi idonei deo. Vt *ne glorietur omnis caro corã deo.* Propterea, inquit, hoc deus fecit, vt deprimeret fastũ & arrogantiã huius mũdi sapiẽtum, persuadeatque omnia sibi accepta referenda, neq; cuipiã coram ipso gloriandũ. Quomodo igitur vos ò Corinthij, ob eã rẽ estis increpati? Obserua aũt quòd haudtemere nobis dictũsit, quòd propter arrogantiã indigni facti sunt prędicatiõe Euãgelij, qui reiecti sunt. *Ex ipso aũt uos estis in Christo Iesu.* Quod ait ex ipso, nõ accipies dici de productiõe ad esse, sed de productiõe ad bene esse. Porrò quod ait, est huiusmodi. Filij dei estis, & ex ipso estis filij eius facti in Christo, pro, per Christũ. Quũ dixit quòd obscura elegerit deꝰ, ostẽdit quòd omniũsunt nobilissimi, qui à deo æternas diuitias acceperunt. *Qui factus est nobis sapientia a deo, iustitia, & sanctificatio, & redemptio.*

D Hoc est, sapiẽtes nos & iustos, & sanctos, & liberos fecit. Nã ἀπολύτρωσις, id est redẽptio significat reuocationem ex captiuitate. Vt verò obscuros deligẽs, & nobiles & claros fecit, & regios dei constituens: hunc ad modum stultos sapiẽtes reddidit, factus nobis sapientia. Quomodo igitur nõ dixit. Sapientes nos fecit, sed factus est nobis sapientia? Doni vt largitatem & exuberantiã videlicet ostẽderet, perinde ac si dicat, Seipsum nobis tradidit. Quum autẽ magnifica de filio dixisset, apponit, à deo, vt ne ingenitũ ipsum cogites, sed ad causam recurras, nempe patrẽ. Animaduerte autẽ ordinem. Primũ sapientes fecit, liberans ab errore, deique cognitionẽ docens: deinde iustos, peccatorũ dimissione data: post sanctificauit per spiritum paracletum. Atque hac ratione perfectam liberationẽ ab omnibus malis nobis impertiit, & liberauit, vt ipsius tantùm simus, eique duntaxat consecrati addictique. Vt *Hiere. 9.* *quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino glorietur.* Omnia hæc inquit, facta sunt, vt ne quisquam se putet esse aliquid, neque in seipso glorietur, vel in alia quapiam re, sed in deo qui tanta nobis donauit. Quî igitur vos propter vos tantopere gestis, & propter homines doctores?

CAPVT II.

Ego quum uenissem ad uos fratres, non ueni per excellentiam sermonis & sapientiæ annuncians uobis testimonium dei. Non solùm, inquit, discipuli Euãgelij insipientes & obscuro genere electi sunt, verũetiam ego ipse Euangelij præco, non veni oratione & sapiẽtia humana instructus annuncians vobis Euãgelium dei, id est, mortem Christi. Animaduerte ergo, quòd & præco insipiens est & simplex, & quòd id quod prædicatur, est mors ipsa & crux. attamen vel sic victoriam obtinuit Paulus. Perspicuum itaq; est, quòd sit inexplicabilis virtus & potentia quæ hęc scire ita uerbũ euã habere efficiat. Quid autem? nunquid si voluisset Paulus potuisset venire in sapientia? Ipse sanè nõ potuisset, reuera enim simplex erat. At Christus maiora ei donare potuisset, enimuerò non conducebat Euangelij prædicationi. Maiore namque gloria Christus & honore euehitur per diui Pauli simplicitatem vincens, quàm si per sapientiam orationisque splendorem victoriam retulisset. *Non enim iudicaui me quicquam scire inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum.* Christus, inquit, voluit

voluit vt essem plebeius & simplex ego. Atque isthuc ego bonum esse iudicaui, quòd nihil externæ sapientiæ scirem, pręterquam hoc tantùm, quòd Christus Iesus crucifixus est, & quòd eum vobis prædicarem. *Et ego in imbecillitate, & timore ac tremore fui apud uos.* Non solùm, inquit, contẽptus quãtum ad orationem attinet, ad vos veni: sed & in infirmitate, in timore ac tremore sum versatus apud vos, hoc est, persecutionem passus, tentationi atq; adeò innumeris formidinibus obiectus. Nã & ipse metuebat, vt homo, pericula, imò tremebat etiam. Vnde & maiorem est adeptus laudẽ, quòd quum eiusdem esset nobiscum naturæ, voluntate tamen & consilio exuperauerit. Hæc autem dicit Christi potentiam ostẽdens. Nam quum tot tantáq; essent impedimenta, pręualuit tamẽ, ac potentior apparuit, Corinthiorum supercilium, in sapientia, potentia, & opibus confidentiũ, deiiciens. *Et sermo meus, & prædicatio mea, nõ in persuasibilibus humanæ sapiẽtiæ uerbis, sed in demonstratione spiritus & uirtutis.* Non erat, inquit, prædicatio mea compta persuasibilitate externóq; orationis & facundiæ cum splendore tum venere, sed in demõstratione spiritus, hoc est, demonstrationem habebam ipsum spiritum sanctum: forsan ideo, quia inexplicabili quodammodo fidẽ ingerebat auditoribus per verbi ministeriũ, vel quia signa perficiebat & prodigia. Infert enim, & virtutis, id est signorum. Maxima enim ad fidẽ apodixis erat, mortuos videre resurgere. Quia verò & ab dæmonibus virtutes fiunt per impostu ram, quum prius dixisset spiritus, subintulit, & virtutis: ostẽdens spiritualia fuisse quæ facta sint. Potest autẽ virtutis vocabulum aliter etiam intelligi. Quum enim dixisset, Nõ veni ad vos in sapientia, sed in infirmitate: ad sapientiam retulit, in demõstratione spiritus. Ad hoc verò quod ait, in infirmitate, virtutis vocem reddidit: id est, etiãsi persecutionem patiar, & verberibus adfligar, attamen adhuc potentior demonstrabar, quod ipsum est maxima verbi demõstratio. Vt *fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei.* Sapientiam hominũ, eloquentiam vocat, & vim persuadendi rhetoricam: potentiam autem dei, vt suprà demõstratum est, imbecillium & persecutioni obnoxiorum confortatinem, vires, & robur signorumq; seu miraculorũ demõstrationem, quæ iam fidem vestrã ò Corinthij cõmendant, nõ sanè humanæ dicẽdi facultatis splendor & facundia, cæterùm virtus & potẽtia dei.

Universidad de Deusto Biblioteca

D dei. *Sapientiam aũt loquimur inter perfectos, sapientiã autẽ non seculi huius, aut principum seculi huius qui abolentur.* Stultitiã quidem suprà nominauit prædicationẽ, perinde ac Græci appellabant. Postquam autẽ demõstrauit reuera adeóq; ipsis operibus, veram esse eam sapiẽtiam, audet deinceps sapientiam etiam appellare prędicationẽ de Christo, adeoque saluté per Christum affixũ cruci partam. Perfectos porrò fideles nominat. ij enim perfecti sunt, qui terrenis omnib⁹ posthabitis ad cœlestia subuolãt. Seculi autem huius sapientiã nominat externã illã veluti tẽporariam ac trãsitoriam, huicq; seculo, vt cum eo dissoluatur, adiũctam. Principes porrò huius seculi, nõ dęmones appellat, vt quidã voluerũt, sed enim sapiẽtes & orationum scriptores vel rhetores, qui & populi doctores erant. Principes autem, tãquam & ipsi temporarij sint, seculi

E huius nominat, qui aboleãtur, hoc est, qui cessẽt tãdem. *Sed loquimur sapientiam dei in mysterio reconditam.* Mysteriũ vocat de Christo prædicationẽ. Non enim tantũmodo prędicatio est verumetiam mysterium, quemadmodum neq; angeli nouerunt ipsum priusquam patefieret, & quemadmodum aliud videntes, aliud intelligimus. Intueor enim crucem & adiectionem, & virtutem atque potentiam intelligo: seruum audio, & dominum adoro. Abdita est enim sapiẽtia, infidelibus quidẽ omnino, fidelibus autẽ nõ omnino. videmus enim, sed tãquam in speculo. *Quam præfiniuit deus ante secula in gloriam nostram.* Præfiniuit dixit, vt dei charitatẽ erga nos indicet. Nam & illi maxima nos dilectione prosequi existimantur, qui iam olim ante multa tempora instructi fuerunt nobis be-

F nefacere. Hãc ad rationem deus opt. max. ante secula statuit ac decreuit salutem per crucem, quæ est maxima sapiẽtia. Ita gloriam verò nostram dixit, quatenus nos gloriæ participes fecit. Gloria autem serui est, participem esse domini in abdito mysterio. *Quam nemo principum huius seculi nouit.* Principes huius seculi Herodem & Pilatum intelliges, qui mysterium hoc non nouerunt: insuper & principes adeoque pontifices Iudæorum, qui & ipsi non intellexerunt. *Si enim agnouissent, dominũ gloriæ non affixissent cruci.* Si nouissent, inquit, quòd possit lucere crux, quòdque terrarum orbis salus inde penderet, quinetiam si pontifices præsciuissent vrbem statim diruendam, seque abducendos, non crucifixissent dominum. Glorię autem domium hîc nominauit Christũ. Quandoquidem

dem enim crux incelebritas quędam videretur, ostẽdit quòd A nihil gloriæ ei per crucem est ablatum, sed potius glorificatus est, veluti ex hoc humanus demõstratus. Nónne igitur si *Gloria crucis.* ignorarunt, peccatum ipsis dimissum oportuit? Omnino, si posthac ad Christum accessissent, animi sui sentẽtiam in melius permutãtes, dimissa fuissent eis peccata, quemadmodum & Paulo, & aliis Hebræis est donata noxa. *Sed quemadmodum scriptum est: Quæ oculus non uidit, & auris nõ audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se.* Quid verò præparauit diligentibus se? Christi cognitionem, ac salutem per incarnationem partam. Hæc enim neq; humanus oculus vidit, neque auris humana audiuit, neq; cor hominis cogitauit. Prophetæ enim non humanis oculis viderunt, ne- B que humanis auribus audiuerunt, neque humano intellectu vsi intellexerunt quæ Christi essent. Nã omnia diuina erant eis. Dominus enim, inquit, apposuit mihi spiritualẽ aurem, & alia id genus. Diligẽtes deum, sunt fideles. Vbi autem scripta est hæc commoditas? Verisimile est hisce eam verbis alicubi scribi, hodieque non inueniri librum. Fortasse autem, quemadmodum & sapientissimus Paulus explicat, cum eo loco hæc sententia conuenit, vbi dicitur, Quibus non annunciatũ est de eo, videbunt: & qui non audiuerunt, intelligent, *Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum.* Perinde ac si quis dicat, Si in cor hominis non ascendit, quomodo vos didicistis? subdit, deus reuelauit nobis per spiritum, non per humanam sapientiam. Ipsa enim non potuit, neque digna fuit vi- C dere adeoque agnoscere tanta mysteria. *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei. Quis enim nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in eo? Sic quæ dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus dei.* Tantum mysterium adeò, inquit, fuit abditum, vt non potuerimus ab alio discere, ni spiritus nos docuisset, qui profunditates dei nouit. Nã quod ait, scrutatur, nõ est indicium ignorãtiæ, cęterũ exactę cõprehẽsionis: quẽadmodũ & de patre dictũ est quòd scrutetur corda, id est, pfunda eorũ perspecta tenet. Aliàs aũt ceu oblectãs sese contẽplatione dei, inue- 1. Par. 28
stigare spũs arcana dei dicitur. Ostendit porrò persequẽtia, exactã spũs cognitionẽ. Vt eñ humanus spũs nouit quę sunt in homine, sic & spũs dei, quæ sunt dei. Hinc discimus etiam Roma. 8
quòd nõ sit diuersus à patre spũs, neq; alterius essentię, perinde ac neq; spũs hominis diuersæ est seu alteri⁹ ab eo essẽtiæ.

Nos

Universidad de Deusto Biblioteca

D *Nos autem non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex deo.* Spiritum mundi, humanam sapientiam nominauit: non hanc quam accepimus, vt ne vana & inutilis demonstretur prędicatio nostra: sed spiritum dei, hoc est, coessentialem cum ipso, qui est ex dei ipsius essentia, hunc nacti sumus habuimúsque doctorem & præceptorem. *Vt sciamus quæ sunt à deo donata nobis.* Lumen, inquit, est spiritus, atque eam lucem accepimus, vt iam olim abscondita videamus, ab ea videlicet illustrati. Quæ ab deo donata sint, hoc est, quæ ad Christi dispensationem attinent, quomodo pro nobis mortem obierit, quomodo nos filios dei fecerit, quomodo nos à dextris patris collocarit in seipso: vt qui hunc spiritum non habuerint, haud quaquàm ista videant. *Quæ & loquimur, non in per-*

E *suasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in persuasionibus spiritus sancti.* Tanto, inquit, Græcorum sapientibus sapientiores sumus, quanto illi quidem ab hominibus instituti sunt, nos verò quæ loquimur, à spiritu sancto docti loquimur. *Spiritualibus spiritualia comparantes.* Hoc est, si prodierint spirituales quædam quæstiones, conferimus eas, hoc est, diluimus per alios spirituales intellectus vel historias: veluti quæstio est quòd Christus resurrexerit: quæ cum spiritualis sit, ex a-

Ionæ. 2. lia nimirum Ionæ historia comparatur, hoc est, diluitur ac
Matt. 12. demonstratur. Sic quæstio est quòd virgo peperit: quæ itidem
Gene. 11. diluitur adeóque confertur per Sarrhæ sterilitatem, per Re-
Gene. 25. beccæ item & Elisabethæ emortuas matrices: quæ profectò
Luc. 1. non ex naturali consecutione, quatenus ad cuiuslibet matri-
Gene. 2. cis vim attinet, conceperunt. Tum ex eo quòd Heua ex Adã

F citra semen sit progenita, exque aliis, quæ ex prima sua productione vsque dum adortum perueniunt, consideranti. Ad hunc itaque modum accipit, Spiritualia spiritualibus conferentes & diluentes. hi enim soli capere queunt hæc. Infert

Animalis homo. igitur, *Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus dei: stultitia enim ipsi est.* Animalis homo est, qui omnia animæ suæ cogitationibus & ratiocinationibus tribuit: neque sese indigere censet sapientia, quæ desuper cordi nostro ex cœlis illabitur: qui neque fide quicquàm accipere vult, cæterùm omnia stultitiam arbitratur, quæ demonstrationem non admittit. Cuncta igitur naturali quadam consecutione fieri existimantem, neque quicquam supra naturam effici iudicantem, animalem hominem vocat, hoc est naturalem. Anima enim ea

ea naturæ gubernationem & œconomiam vertitur & versatur. *Nec scire potest quod spiritualiter diiudicatur.* Hoc est, non intelligit quòd fide egeant quæ dicuntur, nec ratione comprehendi possint. Id enim est, spiritualiter diiudicatur, hoc est, per fidem & spiritum demonstrationem habet. *Spiritualis uerò diiudicat quidem omnia, & ipse à nemine diiudicatur.* Spiritualis, inquit, omnia nouit, cum quæ hic sunt, quòd sint caduca & fluxa: tum quæ illic, quòd sint stabilia: & quæ sua sunt, quòd salutem consequentur: & quæ in fidelium, quòd pœna adficientur. Propterea & reprehendit eos, quum ipse interim ab nemine horum diiudicetur, hoc est, arguatur: quemadmodum qui videt, & sua videt, & ea quæ sunt eorum qui non vident. Isti verò neque quæ sua sunt, neque quæ horum, cernunt. *Quis enim nouit mentem domini, ut erudiat ipsam?* B Spiritualem mentem, domini mentem nominat. *συμβιβάσει* Esaiæ 40 autem est pro diriget, corriget. Quia ergo suprà dixit, Spiritualis ab nemine diiudicatur: subdit nunc quòd isthuc non immeritò dixerit. Quis enim nouit mentem domini vt ducat ipsam, mentem inquam, hoc est, dirigat, corrigat, instituat? Si enim nemo potest nouisse mentem domini, spiritualis quam habet, multo minus docere illam poterit & corrigere. *Nos autem mentem domini tenemus.* Ne mireris, inquit, quòd dixi mentem domini spiritualem, & mentem ipsius. Nos enim omnes mentem domini habemus, hoc est, omnia quæcunque scimus, Christus nobis reuelauit. Et quam mentem seu intellectum habemus de diuinis rebus, Christi est, hoc est, notitiam quam habemus de rebus fidei, spiritualem & Christi habemus: itaque haud iniuria ab nemine diiudicamur. Nonnulli mentem Christi patrem, alii spiritum nominarunt.

CAPVT. III.

E *Ego fratres non potui uobis loqui ceu spiritualibus, sed tanquam carnalibus.* Ne possint, deiecto ipsorum de humana adeóque externa sapientia fastu, dicere, Nos eius sapientiæ nomine haud sanè turgemus, sed propter spiritualem: ostendit eos neque in nostra sapientia perfectos, sed imperfectos adhuc esse, inquiens: Quoniam nondum quicquã perfectiorum rerum audiistis. Pulchrè autem dixit,

Universidad de Deusto Biblioteca

D dixit nõ potui, vt ne videatur ex inuidia ipsis perfectiora co-
municare nolle. Quia eñ carnales estis nõ potui vobis verbo
facere ceu perfectis. Qui verò, quũ carnales essẽt, signa face-
Signa cur etiã p indignos exhibeantur. bant? fuerunt enim tales & tales, vt principio commenda-
tum. Licet autem & signa edere, & carnales esse, quẽadmodũ
qui dæmonia in Christi nomine eiecerunt. Signa enim ad-
liorum commoditatem edũtur: ob eam rem & per indignos
exhibentur. *Tanquam infantibus in Christo, lacte uos potaui, & non solido cibo. Nondum enim potuistis, sed neque nunc potestis, adhuc enim carnales estis.* In rebus Christi, inquit, infantes estis:
propterea lacte, hoc est simpliciore doctrina, vos potaui, non
solidum vobis cibum obtuli, hoc est, doctrinam perfectionis.
E Quare? non potuistis enim capere. adhuc enim quæ carnis
sunt affectatis. Videñ ob eam causam illos non posse capere, quòd spirituales esse nolint, sed carnales? *Cum enim inter uos sint æmulatio, contentio, dissensiones, nõnne carnales estis, & secundum hominem circumambulatis?* Quæ prædixit omnia, ad
principes sapientia generisque splendore tumidos dixit: deinceps ad subditos sermonem conuertit. Non immerito (inquit) vos carnales nomino. Potuisset quidem eos & formicationis aliorũque vitiorum nomine accusare, cęterùm quia vehementer vrgebant dissensiones & contentiones, harum mentionem fecit. Vbique autem æmulationem liti seu disceptationi coniũgit. Aemulatio enim est mater contentionis, hæc
Aemulatio, contẽtionis mater. porrò dissidium generat. Hæc quum sint inter vos, nõnne secundum hominem obambulatis? hoc est, nõnne carnalia &
F humana ac terrestria sapitis & spiratis? *Nã quum dicatis, Ego quidem sum Pauli: alius autem, Ego uerò Apollinis, nonne carnales estis?* Pauli Apollinisque nomine, celebres apud eos doctores subindicat. *Quis igitur est Paulus, quis Apollo, nisi ministri per quos credidistis?* Suo & Apollinis nomine, quod vult perficit. Cõfirmat enim q; nos nihil sumus. Quid dixerit aliquis de nostrorum temporum doctoribus? Ministri enim sumus,
nõ radix & fons bonorũ. id eñ solus Christus est. Proinde
nos non erigere cristas, non superbire conuenit. Nam mini-
strauimus vobis ea quę ab Deo accepimus. illi⁹ eñ bonorum
Euangelista Diaconus. prębitoris est totũ quod vobis cõmunicauim⁹. Nec dixit, Euãgeliste sum⁹, sed diaconi: illud enim, verbi solius est: ministrare aũt, opera etiã cõtinet. *Vnicuiq; ut dominus dedit.* Ne-
sum quidẽ exiguũ ministerii à nobis ipsis habemus, verum
isthuc

isthuc etiã ab domino accepimus, alius alia mẽsura. *Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed deus augmentum dedit.* Ego, inquit, primus verbũ Euãgelii disseminaui, Apollo aũt cõtinua sua in- A
stitutione nõ permisit semẽ exarescere æstu satanæ tentationũ: at verò deus vobis dedit incremẽtũ, vos augmẽtauit. *Itaq; neque plantans est aliquid, neque rigans, sed qui augmentat deus.* Obserua quomodo minimè inuisam seu molestã faciat Corintho prefectorũ sapientũ & opulentorũ deiectionẽ vel conteptionẽ, seu in nihilũ redactionẽ, seipsum & Apolliné, vt apparet, vilẽ reddẽs, ac docens quòd soli deo sit attendẽdũ, eiq; omnia quę contingũt bona, accepta referenda. *Plantans autẽ & rigans unum sunt.* Quatenus citra Deum nihil possunt, vnũ sunt: quomodo ergo efferimini alius erga, aliũ, quũ vnũ
sitis? *Vnusquisque aũt propriam mercedem recipiet secũdum proprium laborem.* Quia verisimile erat, eos qui in fidei reb⁹ mul- B
tũ laborauerãt, segniores futuros quum audirent omnes esse
vnum: statim isthuc corrigit, dicens: Vnum sunt, quatenus ci
tra augmentantem Deum nihil possint. Nam quatenus ad re
tributionem attinet, quisque iuxta proprium laborem merce
dem habebit. Nõ dixit autem secundum proprium opus, sed
secundum laborem. Quid enim si opus quidem non perfeciſ *Dei cooperarii apostoli.*
set, laborasset autem? *Dei enim sumus cooperatores.* Quj do-
cemus, inquit, Dei sumus cooperatores, scopum dei adiuuan-
tes, quo seruare vult æternùm credẽtes. Nos non sumus salu-
tis vel autores vel datores, nec propterea contemnendi: Dei
enim sumus cooperatores. Neque ideo nos attolli superbè o-
portet, quòd Dei simus cooperarii: nam Dei est vniuersum. C
Dei agricultura, Dei ædificatio estis. Quum suprà dixisset,
plantaui, eodem tropo perdurat, agriculturam nominans.
Quòd si igitùr agricultura estis & ædificatio, ab dominis
vocari debetis, non ab agricolis aut extructoribus, fabrisve.
Quaten⁹ eñ agricolatio estis, vna cõcordię sepi ceu muro sir
mari debetis. Quatenus verò ędificatio, vniri debetis, sed nõ
diuelli, *Per gratiam Dei quæ data est mihi, ut sapiẽs architectõ fundamẽtũ posui.* Sapiẽtẽ se ipse architectõa appellat, nõ q; seipm
extollat, sed vti cõmõstret eas esse partes sapiẽtis architecti,
tale fundamentũ iacere, nimirũ Christum. Quod verò non
vt sese attolleret, hæc dixerit, inde planum est. Dicit enim,
per gratiã Dei: non enim meum est opus, sapientẽ fuisse, sed
Dei gratia est. *Alius aũt superædificat. Vnusquisque aũt uideat.*

quomodo

D *quomodo superædificet.* Postquam de vnitate eis disseruit, in posterum de vita moribúsque disputat, superædificationem sua cuiusque opera nominans. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, hoc præter, quod positum est, Iesus Christus,* Non potest, tantisper dum manserit sapiens architecton. Nam si fuerit insipiens architecton, potest quidem fundamentum iacere, sed ex quo hæreses prodeant. At quum inter vos Corinthios fundamentum vnum sit Christus, debetis & vos ipsi superædificare, non quæ ex contentione & æmulatione sunt, sed virtutis potius opera. *Sin quisquam superstruit super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides præciosos, ligna, fœnum stipulam, cuiuslibet opus conspicuum fiet.* Vbi acceperimus fun-

E damentum fidei, superstruimus vnusquisque, alii quidem bona opera, quæ inter sese dissęparata sunt. Alia nanque sunt maiora, alia minora. Nempe virginitatem seu cœlibem vitã, ceu aurum: honestas nuptias, velut argentum: vitroneã pauper tatem, ceu lapides prociosos: eleemosynarum distributionem ex opibus, tanquam aliud quiddam ex non adeò precio sis. Alii autem praua opera superstruimus, quæ & ipsa suis sanè facilius comburuntur, vt impuritatem, idololatriã, auaritiam. Ligna verò vocantur, quæ non adeò facilè comburũtur, vt ebrietas, risus. idque genus alia. Forsan nonnulli è cõtrario ligna præmemorata, fœnum verò & stipulam hæc posteriora dicent. *Dies enim indicabit, quoniam in igne reuelatur: & cuiuslibet opus quale sit, ignis probabit.* Diem iudicii intelli-

F git. Per ignem autem opera probari dicit qualisnam sint naturæ, num aurum, vel argentum, vel diuersum sint. *Si cuius opus manserit, quod superstruxit, mercedem recipiet: sin cuius opus combustum fuerit, punietur.* Si vel aurum vel argentum habueris, permanebit omnino opus tuum, accipiésque mercedem. sin fœnum & huiusmodi, non feret ignis impetum opus tuum. hoc enim est quod ait, comburetur, hoc est, arguetur quòd malum sit. Itaque non prodest finis sine operibus bonis. Ecce enim hic fundamentum est Christus, sedenim opera quæ Christum non resipiunt, digna dicuntur quæ exurantur. *Ipse autem seruabitur, sic autem ueluti per ignem.* Non quemadmodũ opera sic & ipse peribit, ita vt in nihilũ secedat vel euanescat, sed seruabitur, hoc est, incolumis conseruabitur, ita tamen, vt igni aduratur. Etenim nobis consuetudo est sic dicere

Operũ bonorũ alia maiora, alia minora

Malorum operum gradus.

cere de ligno quod non comburitur, quodque non possit fa- A
cilè in cinerẽ redigi, quod in igne seruatur, vt validior fiat
vstio, seu acrius incẽdium. Damno enim adficitur peccator,
quandoquidem ea est operatus per quæ periit, omnes labo-
res nequicquam deiiciens in substantiæ expertes res, & eas *Peccatum*
quæ non sint. Omnis enim malitia & omne scelus, non est: *nõ esse di*
veluti si quis ingens precium & exactionem declinans, emat *citur.*
quicquam mortuum tanquàm viuũ. Seruatur quidẽ huiusmo
di peccator, videlicet æternas pœnas sustinens. *Non nouistis*
quòd templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? In sermo-
nẽ de eo qui fornicatus erat, incidet. Vide aũt quã sit verecũ- B
dè vsus oratiõe. Ab data enim nobis gratia, hoc est, ab inha-
bitatiõe spiritus, pudefacit fornicatorẽ, etiã si nõ palã perso-
nã posuerit, sed in cõmune loquatur. Si aũt tẽplũ dei sumus,
postquã spiritus habitat in nobis, igitur & spiritũ dei habe-
mus. *Si quis templum dei corrũpit, corrũpet illũ deus.* Hoc verò
nõ est execrãtis, sed quidnã futurũ sit vaticinantis. *Tẽplũ enim*
dei sanctum est, quod estis uos. Proinde fornicator non potest
esse sanctus, postquã amisit q̃ sit templũ dei, expulso sanctifi-
cante ipsum spiritu. Quis verò templũ est? Vos, inquit, si pu-
ri perseueretis. *Nemo seipsum seducat, existimans quòd aliter res*
habeat quã dixi. Si quis uidetur sapiẽs esse in hoc seculo, stultus fiat,
ut sit sapiens. Paucis de fornicatore veluti per vmbrã addu- C
ctis, rursus in eos qui externa sapientia inflantur, sermonem
flectit. Qui, inquit, videtur sapiens esse inter vos, stultus fiat,
hoc est, externã sapientiã reprobet, vt possideat diuinã. Quẽ
admodũ paupertas in deo & secundũ deũ, diuitię sunt, & in-
celebritas similiter gloria est: hũc ad modũ stultitia secũdum
deũ, sapiẽtia est. Animaduerte: hic nõ dixit, reiiciat sapiẽtiã,
sed multo magis stultus fiat, hoc est, nihil ab se ipso intelli-
gẽs, nõ propriis cogitationibus vel argumẽtis fidẽ adhibẽs,
enimuero deũ, vt iumẽta pastorẽ, sequẽs, omnibùsq; diuinis
rebus credens. *Sapientia enim mundi, est stultitia apud deũ.* Nõ
solũ enim nihil prodest aut cõducit ad verã sapientiã, verũ-
tiã magis impedit: quippe quę pręopinionibus & fastu dedi *Sapientia*
gnetur discere, atq; propterea nunq̃ nõ in ignorãtia pdurare *mũdi, stul*
essęq; faciat. Vnde & fatuorũ instar ab deo eneruãtur, ac or- *titia.*
bantur virtute cœlesti. *Scriptum est enim: Apprehendens sapien*
tes in astutia eorum. Testimonium producit qũo stultitia sit
apud deum humana sapiẽtia, quoniam ceu stultos apprehen- *Iob. 5.*

D dit sapientes deus. Etiam si enim astuti & sapientes fuerint, ceu stulti tamẽ & insipientes arguũtur. Arbitrabãtur illi mala se re indigere, sed oĩa per se posse intelligere se. At deꝰ multa strauit illis per res ipsas, quod dicendi vehemẽtia & astutia nihil illis profuerit, sed maximè diuino auxilio habeãt opus, quum tamẽ nihil indigere viderentur. Itaq; in cassidita te sua, qua putabant se omnia nouisse, nihil scire inuẽti sunt.

Psal. 93. piscatoribus & coriariis in rebus necessariis rudiores agrestioréſq;. *Et rursus: Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam uanæ sunt.* Si igitur dominus nouit quòd vanæ sunt cogitationes, quippe quę nihil necessariorũ & salutariũ contineãt, quomodo igitur vos Corinthii cõtraria deo decernitis, ac tam

E quam valde cõmodas cogitatiões vestras defenditis? *Itaque nemo glorietur in hominibus. Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas.* Hæc videtur ad subditos quidem dicere, terret autẽ principes inquiens: Non oportet vos omnino gloriari, neq; in sapientia, stultitia enim est: neq; ob spiritualia dona, dei enim sunt, ac propter subditos hæc donantur. Atq; hoc est quod ait, Omnia enim vestra sunt, hoc est, quia doctores vestri superbiunt, vos autẽ inflatis eos, & erigitis, adeóque attollitis? Neq; enim proprium aliquid habent, sed vestra sunt quę possident ac habent, ob vestram commoditatem data ipsis. Rursus autẽ suiipsius meminit & Petri, vt ne nus esset molestus, ac inuidiam subterfugeret, vtque oſtẽdat quòd si nos vestri causa acceperimus charismata, ac propter vos doctores calumniã passi sumus: quanto potius qui nulla

F sunt doctores vestri, non debẽt ceu propriis virtutib⁹ & operibus ob charismata extolli, quippe quæ aliena bona sint? *Siue mundus, siue uita, siue mors, siue instantia, siue futura.* Vita, ingressus doctorũ propter vos est, vt vobis cõmodent, dũ instituimur.

Adami mors propter nos. ab eis: mórsq; ipsorum est propter vos. propter vos enim vestrámq; salutẽ pericula subeunt. Vel secus: Adami etiã mors propter vos est, vt erudiamini ac temperati reddamini: Chri-

Christi mors propter nos. sti quoque mors, vt seruemini: ac simpliciter vniuersus mundus propter vos, vt qui per ipsum ad autorem & conditorem ducamini. Vtemini porrò corruptione mũdi, doctoris vice, quò incorruptibilium rerum amore accendamini. Præsentia sunt etiam propter vos, hoc est, bona quæ inde donat credentibus deus. futura vestri causa pariter sunt parata. *Omnia uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem dei.* Non quemadmodum

dum nos Christi sumus, sic & Christus dei. Nos enim Chri- A
sti sumus velut opus eius & figmentum: Christus autem dei, tanquàm filius ante secula genitus & æternus ac veluti causam & autorem habens patrem. Quare etiam si vna dictio, diuersa tamen est sentẽtia, postquàm neq; omnia sic sunt nostra, vt nos Christi. Nos etenim serui sumus Christi & figmẽtum: omnia autem non sunt serua nostra, neque figmentum. Quocirca non rectè facitis, hominibus vos ipsos attribuẽtes, quum sitis Christi.

CAPVT. IIII.

S *Ic nos existimet homo, ceu dispẽsatores mysteriorum dei.* B
Quia ministri sumus doctores, ecquur dimisso domino à nobis appellamini? Dispensatores autem nominans apostolos ac doctores, monstrauit quòd non citra dispensationem oporteat cunctis verbũ suppeditare, sed quibus opus est, & quãdo conuenit, & qũo opus est. Præsertim verò mysteria quæ sunt, non debẽt reuelatũ iri cunctis: hoc *Verbũ deĩ nõ temere* enim non est prudentis œconomi. *Quod reliquum est quæritur in dispensatoribus, ut fidus quispiam inueniatur.* Hoc est, vt herilia *spargẽdã, nec mysteria.* bona non sublegant, sibi non surripiant: vt non veluti dominus res tractet adoriatur ve, sed veluti aliena & herilia tamẽ dispenset, non sua dicẽs esse quæ sunt heri, sed é diuerso, quæ sua sunt, heri esse. *Mihi autẽ minimum est quod à uobis diiudicer, aut ab humano die.* Peculiaris Corinthum morbus inuase- C
rat, nempe quòd iudices nonnulli erga doctores diuisi sedebãt, dicentes: Is hoc est melior, ille hoc facũdior. Quũ ergo dixisset diuus Paulus in doctoribus inquiri fidẽ, vel vt fidus quispiã inueniatur, ac videretur accessum ipsis dare cuiusli-
bet vitã iudicãdi, quæ res maiores dissensiones excitasset: vt ne hoc patiãtur, demittit eos atq; deiicit á iudicãdo, inquiẽs. Mihi verò pro minimo est: perinde ac si dicat, Magnę mihi glorię duco iudicari à vobis. Deinde ne terreat eos quasi cõ *Dies hominis.* tẽptos, apposuit, humano die, hoc est, ab alio quopiã hoĩe ce- *Hiere. 17* lebri & ẽclaro. Diẽ enim hoĩs scriptura altitudinẽ cõsueuit noĩare. Hęc aũt nõ de seipso verè dicit, nõ enim ipsum prorsus iudicabãt: sed vt ne alios iudicẽt, in ꝓpria persona, quod vult, perficit. *Sed neque meipsum diiudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem me diiudicat, dominus est.* Ne existimetis, inquit, quòd vi-

D lipendens vos alioſve cunctos, dedigner iudicari: nam neq; meipſum ſufficere cenſeo ad huiuſmodi exactum iudicium. Nec iam conſcius ſum mihi alicuius lapſus, verūtamē in hoc non iuſtificatus ſum, hoc eſt, non ſum purus à peccato. Verūmile nāq; eſt me peccata quępiā admiſiſſe, me tamen ignora re ea. Dominus autē ſolus eſt qui infallibiliter exactéque iudicat. Hinc mihi iam reputa, quanta ſit futuri iudicii ventura exacta cognitio, indagatioq;. *Itaque ne ante tempus quàquam iudicetis, tantiſper dum uenerit dominus.* Viden' propterea hæc Paulum dixiſſe, vt ne alii ab Corinthiis iudicentur, non propter ſeipſum? Ita nanque diuus Paulus perpetuo ſolet quę alterius ſunt, in propriam tranſferre perſonā, inq; ſeipſo docere quæ alios eſt docturus. *Qui illuminabit abdita tenebrarum manifeſtabitque conſilia cordium.* Nunc quidem abſconduntur E praua opera, ſunt enim iſthæc ceu mundi abſcondita: ſępenumeroq; quiſpiam virtute eſſe præditus apparet, quum ſit prophanus & corruptus. Tum autem deus reuelabit omnia, imò & cordiū arcana in lucem proferet. Exēpli gratia. In hac terra quiſquàm præconiis quēquā vehit. an rem bonam, ſed ſententia fortaſſe iſtius aberrauit: nam non bono forté iſthuc ſopo agit. Rurſus, vituperat hic quempiam aliquis, at non in eum finem, vt corrigat, & ad virtutem reuocet, ſed vt aduerſus fratrem potius ſuperbè ſeſe gerat. Adeóque innumera ſunt cordium conſilia retegentur. *Tunc unicuique laus fiet ab deo ueniet.* Conſequens erat vel pœna vel laus: cæterùm ad præſtabilius ſermonem tranſtulit. *Hæc autem fratres mei transtuli in me & Apollinē, ut diſcatis in nobis non ſupra id quod ſcriptum eſt,* F *ſapere.* Hæc ſunt quæ ſuprà dicta ſunt de diſſentionibus, & quæ deinceps de non iudicando alios commemorata, vt in- Matt. 20 quit, per noſtrā perſonā diſcatis nō ſapere vltrà q̄ ſcriptum & 23. eſt. Dicit enim ſcriptura de humili affectu, quo ſe homo deiicit, infirmitatē ſuam agnoſcēs: Qui vult eſſe primus, ſit inter vos poſtremus. &, Qui ſe ipſe humiliat, exaltabitur, idq; genus alia innumera. De eo verò vt alios nō iudicemus, Nolite iudicare, inquit Chriſtus, vt ne iudicemini. *Vt ne alter aduerſus alterū inflemini aliqua de re.* Iſthuc ad populū dicit. Aliter eū ad principes ac doctores, aliàs verò ad diſcipulos ſermonē vertit, perinde ac iānūc. Etenim doctorū noīe inflabātur. Exēpli gratia, Qui hūc doctorē habebat, aduerſus illū doctorē valde ſuperbiebat, eūq; floccipēdebat, ob ſuū doctorē aduerſus alterius doctorē pręceptorēve inflatus. Pulchrè aūt rē A ipſam inflationē nominauit, ceu eleuationē ac tumorē, ab tralatione corporis ab malis humoribus vētiſve inflati. *Quis te diiudicat? aut quid habes quod nō accepiſti? ſi aūt accepiſti, quid gloriaris tanquā non acceperis?* Rurſus ad doctores ſeſe cōuertit, inquiēs: Quis te diiudicauit, aut dignū cēſuit vt laudarere? Homo? Atqui fallax eſt humanū iudiciū. Eſto aūt quicquā te laude dignū habere: tuum tamē iſthuc nō eſt, ſed eius qui dedit, accepiſtiq; illud, nō tuis operibus meritus. Quòd ſi acceperis, quid deinceps efferris tanquā non acceperis, ſed ex propriis laboribus per te habueris? Qui eū accepit quicq̄, cū non oportet efferri propterea q̄ acceperit. alienum enim hoc eſt. B *Iam ſaturati eſtis, iā ditati eſtis.* Adeò actutū, inquit, per verba aggrauātis, nullius indigetis? nulla planè re habetis op°? ſed ſaturati eſtis, exiguo tēporis ſpatio ad cōſummationē profecti, omnib° diuinę cognitiōis & chariſmatū opibus acceptis. Atqui finis & perfectio eſt in futuro, vos verò iānunc accipiētes ipſum vt videtur, tenetis. Gloriatio nāq; veſtra iſthuc indicat, quòd ad ipſam cōſummationē peruenerit is. Hęc aūt dicit mōſtrans eos omniū eſſe imperfectiſſimos, quū ſic ſeſe habeant. *Sine nobis regnaſtis.* Id haud ſine affectu dicit, ipſorū ingratitudinē, & mētē cōſciētię expertē indicās. Quum enim tot tātiſq; donis donati perfuſiq; ſitis, nō vultis, inqt, nos cōſortes, qui tamē laborauimus vobis, accipere. *Atq; utinā regnaſſetis, ut & nos uobiſcum cōregnaremus.* Vtinā, inquit, regnaſſetis, hoc eſt, perfectionē eſſetis nacti. Neverò ſermo iro C nicus eſſe videatur, ſubinfert, Vt & nos vobiſcū cōregnaremus, hoc eſt, eadē bona cōſequeremur. Veſtra enim gloria, *Præcepto* mea eſt: quādoquidē cuiuis pręceptori, diſcipulorū perfectio *ri, diſcipu* deſiderabilis eſt. *Exiſtimo enim quòd deus nos apoſtolos extremos li pfectio* demōſtrauit ceu morti deſtinatos. Cōtriſtati, imò verò pudefacti & anxii verba ſunt. Vt video, inquit, & quēadmodū vos *optabilis.* agitis, nos apoſtoli omniū poſtremi, ab deo demōſtrati ſum° morti obnoxii, hoc eſt cōdēnati, atq; vt occidamur prępara-tī. Quia verò vos iā regnaſtis, hinc colligo cōiectura, q̄ nos iā ſim° cōdēnati vt ſimus poſtremi, ac veluti vltimo ſupplicio addicti: nos, inquā, tot tātāq; pro Chriſto paſſi apoſtoli. *Quoniam ſpectaculum facti ſumus mundo, & angelis, & hominibus.* Hoc eſt: nō in vno quopiā angulo patimur, ſed vndiq; terrā ſpectātq; nos, & intuētur in nos, nedum hoīes, non enim

D adeò viles sunt res operationèsq; nostrę, verũetiã angeli. Ingẽtia eñ nostra dona sunt, vt & angelico spectaculo, spiritui ve cœlestiũ inspectione digna sint. Nã non aduersum boies tantúmodo luctor, cęterùm aduersus etiam prauorum angelorum vires, adeóque potentiam. *Nos stulti propter Christum, uos prudentes in Christo.* Rursus & hoc pudore quopiam, & nonnulla contumelia dictum est. Quum enim cęderentur apostoli, cõtẽnerentúrque propter Christum, isti verò in precio honoréq; essent, ac sapientes putarẽtur, atq; hęc in Christo esse iactarẽt: quo, inqt, fieri potest, vt cõtraria cõueniãt, cõtingãtq; in eadẽ sentiẽtib⁹? Proinde necesse est aut nos nõ sapere secũdũ Christũ, aut vos. Atqui indignũ est Christi apostolos nõ sapere secũdũ Christũ. vos igitur erratis. *Nos infirmi-*

E *becilles, uos aũt robustiuos celebres, nos uerò inglorii, & cõtumelię obnoxii.* Hoc est, nos agimur, pśecutionẽ patimur, vos verò ma securitate fruimini. Infirmitatẽ eñ, oĩs generis tẽtatiõe vocat. Vos, inqt, celebres q̃dẽ estis & ĩgenui, nos verò inglorij, nullíúsq; mométi. Cũcta verò hęc exacerbat⁹ loqtur. Et nãq; huiusmodi sentẽtia, Qui par est nos affligi pśecutiõibus que obnoxios esse, vos verò securitate pfrui, adeoq; lętos dies trãsigere? Quare pspicuũ est, nõ esse vos in bono statu, qppe q nũc vos planè malè & indignè apostolis geratis. Nõ debetis igitur eã ob rẽ erigere cristas. *Infirmitas.*

In hãc usq; horã & esurimus, & sitimus, & nudi incedimus. Quid, inqt, vetera recẽseo? quę in pśentia gerũtur, vide: quo vos ĩ mediis deliciis agitis nos autem omnino diuersum patimur. *Et colaphis cædimur.* Hoc est, ver-

F beramur. isthuc autem ad inflatos dicit. *Et incertis uagamur sedibus.* Hoc est, agimur, & ad fugã cõpellimur. Id verò ad opulẽtos pertinet. *Et laboramus, propriis manibus operãtes.* Hoc dicit rubore suffundẽs eos qui lucri gratia quęstusq; conãtur audẽtq; cõciõari. *Dũ cõuitiis afficimur, benedicimus: dũ pśecutionẽ patimur, sufferimus: dũ uituperamur, adhortamur.* Et q̃ maius est his oĩb⁹, nõ ęgro ferim⁹ ista aĩo. Vnde verò hoc patescit? Iõde sanè, q̃ eos q nobis malè faciũt, bonis excipiam⁹, q̃ malia bona pẽtantes. Laudam⁹ eñ eos, & bene eis pcamur, qui vnitia in nos iactãt, vel q nos execrãtur: & eos q iniqui⁹ ergã nos feruntur, nobisq; vim faciũt, vel maiore nos iniuria afficiũt (blasphemia eñ est asperior iniuria) illos inq̃ adhortamur, hoc est, mãsuetiorib⁹ & molliorib⁹ eis verbis occurrimus eosq; excipim⁹. Hęc eñ est παράκλησις, i. adhortatio mãsue-

Blasphemia.

tos reddens, cicuránsq; disertatio. Propterea Christiani vi- A
dentur stulti, quandoquidem hæc faciant. *Tanquam purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema huc usque.* Ecquid est περικάθαρμα, purgamẽtum? Quando quisquam sordes abstergerit, περικάθαρμα, hoc est, circuncirca facta mundatio, absterśio ceu spongia facta huiusmodi mundatio nominatur. Peripsema idem significat. Circunradere enim, quod græcè περιψᾶν, est veluti spongia abstergere. Hic ergo se dignos esse ait abiectione, ac veluti abominationes se esse non solis Corinthiis, verũetiam cunctis mortalibus, nec vno duntaxat tempore, sed ad hanc vsque horam. Obserua hîc qualẽ esse oporteat Christianum, quippe talem, quem adusque finem certare sit operæprecium. *Non ut uos pudefaciam, hæc scribo, cæterum ut filios meos dilectos adhortor.* Non rubore vos suffundo hæc scribens, neque praua & odiosa hæc mẽte dico, cæterùm vt filios, nec simpliciter filios, sed dilectos, non increpo, sed- B
enim adhortor. Ecquis verò non sustineat adhortantem patrem? *Etsi enim inumeros pædagogos habeatis in Christo, sed non multos patres.* Quid igitur? alij non diligunt nos? Non eam, inquit, ad rationem qua ego: illi nanque pædagogi sunt, ego verò pater. Quemadmodum igitur in pueris fieri solet, vt sit pater vnus, pædagogi verò multi fortasse, ad vnius aũt amorem, patris nimirum, si conferantur, multum distat eorũ adfectio: sic, & nobiscum fit. Animaduerte hic quomodo in Christo apposuerit pædagogis, vt ne omnino eos feriat per terrefaciátque. Verùm quod plus laboris habet, eis adiecit: id enim est pędagogum esse, multis laboribus esse occupatũ. Charitatis autem excessum sibi ipse deprompsit. *In Christo enim Iesu per Euangelium uos genui.* Confirmat quomodo pa- C
ter sit. Christi, inquit, ope, vos genui, per Euangelium. Non enim mihi ipsi, vt plerique inter vos, adscribo imputóve rem, sed Christo. Non dixit autem, docui, sed genui: naturę videlicet nomine dilectionem ostendens, quódq; proprij valde, maximéque genuini isti discipuli sui sint, vt vbique in epistola ea docet, ac planum facit. *Adhortor itaque uos, imitatores mei estote.* Imitamini, inquit, me in omnibus, nec sapientiæ vel diuitiarum nomine efferamini, neq; cum fratribus dissidea-
tis: verùm eas tantum opes, eam esse veram sapientiam noueritis, charitatem nimirum erga Christum & fratres. Obserua autẽ dilectionis adfectum. adhortatur enim, nõ imperat.

Universidad de Deusto Biblioteca

D Magnæ autem fiduciæ argumentum est, quòd sese exemplar quod imitentur, ipsus proponat. *Ob eam rem misi uobis Timotheum, qui est filius meus dilectus & fidelis.* Quandoquidé vestri curam gero, non secus ac pater liberorum, misi vobis Timotheum. Ipse quidem venire volui, vt vos denuo coagmentarem: quia verò isthuc fieri haud potuit, misi vobis illũ, qui est filius meus dilectus. Hoc autem dixit, vt partim mõstret quãta eos charitate prosequatur, siquidem ab Timotheo segregari sustinuerit propter ipsos: partim vt & veneratione dignus eis reddatur. *In domino.* Hoc est, non in tẽporariis rebus fidelis, sed in spiritualib⁹, maximè verò in fideli apud vos verbi ministerio. *Qui uobis ad memoriã reuocabit uias meas, quæ sunt in Christo, quemadmodum ubique in omni ecclesia doceo.*

E Nõ dixit, docebit, vt ne ægreferãt. iuuenis enim erat Timotheus, sed ad memoriã reuocabit: quæ iam antea nouistis, renouabit inter vos. Vias autẽ dicit, prædicationis verbi dispẽsationẽ & formulas, regulas & cõsuetudines, ac leges diuinas quanã ratione videlicet obambulem. Nõ enim sum inflatus, vt vos. neq; enim hæreses introduco & schismata. Quæ sunt in Christo dixit, hoc est, nihil hũani habẽtes, sed omnia secũdũ & per Christum efficientes, vel Christi adiutorio munitas. Submonstrabit autem vobis, quomodo in omni ecclesia doceam. Nihil enim noui dixi vobis, perinde ac nemo non mecum nouit, huiusque rei testimonium mihi perhibet. Itaque pudeat vos quòd præter cæteras ecclesias à viis meis desciuistis aberrastisve. *Tanquam non uenturus essem ad uos, sic inflati*

F *sunt quidam.* Quum dixisset, Misi vobis Timotheum, ne segniores redderentur, subdit. Etiamsi nũc non veniam, ac idcirco nõnullos absentia mea inflarit, veniam tamen. Indicat autem puerilem eorum mentem atque sententiam. Nã pueri absente præceptore solent incompositè sese gerere. At qui sese incõpositè gesserant? Fornicator ille, cùm sapiens tum diues, ac simpliciter omnes qui ob huiusmodi efferebãtur, qui, tanquam Paulus non esset qui ista argueret, erigebãt cristas, & superbiebant. *Veniam autem actutum ad uos, si dominus uelit.* Hæc deijcientis superbos, adeóque sobrios reddentis verba sunt. Pulchrè verò adiecit, si dominus velit. omnia nanq; illius voluntate aguntur. *Et agnoscam, non uerba inflatorum, sed uirtutem. Non enim in sermone regnum cælorum est, sed in uirtute.* Quia eloquentiæ confidentes nonulli, adspernabãtur Paulũ ceu

ceu idiotam & indoctum: Videbo, inquit, vbi venero, nõ eloquentiam vestram, nam ea mihi nõ est opus: sed virtute, qua signa etiã edantur, opus est. Non enim per orationis elegantiam prædicatum est cælorũ regnũ, & cõfirmatum est, cæterùm per signa quæ spiritus paracletus edidit. *Quid uultis? in uirgáne ueniam ad uos, an in dilectione spirituq; mansuetudinis?* Per virgam intelligit pœnã. In vestro, inquit, arbitratu situm est quomodo ad vos perueniam, mansuetóne vel atroci animo. Nam si desides fueritis deprehensi, veniã ad vos, & æquè puniam atq; Elyman. Sin sobrij fueritis, mansuetudinis spiritu vtar. Est enim & spiritus austeritatis & supplicij, verùm à cõsteritatis. modiore officio eum nominat: perinde ac deũ miseratorem & misericordem dicimus, non vindicẽ, scelerúmve punitorẽ ac vltorem, quum tamen etiam talis re vera sit. B

A *Eloquentiam Pauli nõ mag nificat.* *Spiritus mansuetudinis, & spiritꝰ au steritatis.* *Neem. 9* *Ionæ. 4.*

CAPVT V.

Omnino auditur inter uos fornicatio, ac talis fornicatio, qualis ne inter gentes quidem nominatur, ut uxorem patris sui quis habeat. Communem omnium accusationem facit, vt ne desides sint perinde quasi ab delicto alieni sint, sed studeant adeóq; conentur potius corrigere tanq̃ commune opprobrium. Nec dicit quòd audacter transigatur, sed auditur. Quòd si audiri prohibitum est, quanto magis ipsum audere, vel ipse peccati ausus? Præterea inter vos, qui cælestib⁹ mysteriis donati estis ac spiritualibus. Amplificans autẽ accusationem & culpam isthanc, qualis ne inter gentes quidẽ, inquit. Nec dixit admittitur, verùm ne nominatur quidem, C vt coniugem quisq̃ patris sui habeat. Non dixit nouercã, sed vxorem patris, vt eo acrius ipsum feriat, dũ patris meminit. Pudicius autẽ dixit, habeat, fornicationis nomen verecundè fugiens, abominansq;. *Et uos inflati estis.* Ob doctrinã quæ est ab illo, sapiẽs enim erat. Obserua hîc quòd diuus Paulus nullius eum momenti faciat, ceu inglorium, & indignũ qui in medium prodire debeat. Cum aliis autẽ ceu de communi delicto & culpa loquitur. *Nec luxistis potius, ut e medio uestri tolleretur qui isthuc designauit flagitii.* Debebatis, inquit, lugere, quoniam in communem ecclesiã calumnia peruenit. Cõueniebat etiam vt oraretis & ploraretis tanq̃ super morbo & peste, vt tolleretur ex vobis, hoc est, resecaretur ceu publica noxa. Neque nominis eius hîc meminit, verũ dixit, qui opus

hoc

D hoc fecit. *Ego sane tanquam absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui ceu præsens.* Non expectat suum ipsius aduentum, vt tum vinciat, cæterùm tanquam pestem vrget istum comprehendere priusquam totum ecclesiæ corpus inficiat. Præsens autem spiritu dixit, vt compellat eos ad pronunciationẽ, atque perterrefaciat, vt qui sciat quæ isthic iudicantur sint, nec ignoret per spiritum quidnam isthic agant. Quod ait, iam iudicaui tanquam præsens, non dimittit eos per hoc, aliud quicq̃ cogitare. Ego, inquit, protuli eam sententiã, neque secus hac in re quicquam statuendum. *Eum qui sic istius cõmisit sceleris, in nomine domini Iesu collectis uobis, & meo spiritu.* Vt ne videatur sibi placere, eos adsumit consortes: Collectis vobis, inquiens, in nomine Christi, hoc est, vt nõ fiat humano quopiam adfectu vel respectu conuentus, sed secundum deum, vt Christus ipse vos congreget, super quo etiam conuenitis. Adiunxit autem & exhibuit ipsis suum etiam spiritum, vt ne ipsum dignentur venia, néve condonent ei noxam, sed rectè iudicent, æquè atque ipse præstò esset. *Vna cum uirtute domini nostri Iesu Christi, tradere talem Satanæ.* Hoc est, vel quòd Christus talem vobis dare queat gratiam, qua possitis diabolo eum tradere: vel quòd & ipse vobiscum aduersus istũ ferat suffragiũ. Nec dixit publicare, sed tradere, subaperiens ei respiscentiæ ianuas. Neque nominis eius rursus meminit, sed talẽ dicit. *In pernicie carnis, ut spiritus seruetur in die domini Iesu.* Hoc est, vt à morbo ipsum liberet, soluat. Quum enim ex corpore ac deliciis cupiditates prodeunt, corpus puniri vult, vt spiritus, id est anima, seruetur. ea nanque conseruata, & corpus conseruabitur. Vel vt spiritus, id est charisma seu donum spirituale, saluũ ei seruetur, nec ab eo ceu ex impio discedat. Id porrò curam gerentis potius est, quàm punientis. Pulchrè autem diei illius meminit, vt & illi sibi metuentes, medicinã adferant, ísque hanc recipiat. Metam autem diabolo statuit, æquè atque in diuo Iobo, vt corpus tantum, non autem animam iuxtà attingat. *Non bona est gloriatio uestra.* Obscurè & clanculum subindicat quòd ipsi non permiserint eum respiscere, gloriantes eius nomine. Nam ex sapientibus quispiam erat. *Ignoratisne quod exiguum fermenti totam massam fermentat?* Et vestri, inquit, non illius tantummodo causa mœreo. Nam neglectum malum facilè reliquum ecclesiæ corpus deperdere & vastare potest. Vt enim fermentum, modo dicum quum sit, totam

Anima seruata corpus etiam seruatur.

Iob. 2.

totã massam fermentat, ac in seipsum alterat: sic & huius peccatum ad sese plerosque alios attrahet. *Expurgate itaque uetus fermentum, ut sitis noua massa, quemadmodum estis infermentati.* Hoc est, fornicatorem istum eiic ite, tollite è medio, imò & alios malos: vetus enim fermentum, omnis generis vitia nominat. Nec dixit purgate, sed expurgate, hoc est, summa diligentia purgate: vt sitis noua massa, quæ non sit mixta vitiis & malitia, quemadmodum estis, hoc est, sicuti decet vos esse, sine fermento, id est, vetere malitia, quæ acetosa est, & mordicans per pœnitentiam. *Etenim pascha nostrum pro nobis mactatus est Christus.* Quia azymorum, hoc est fermento vacantium panum meminit, atque hi paschatis tempore edebãtur, simul atq; per allegoriam quid sint azyma explicauit, nimirũ affectio vel animus vitiis non contaminatus: quid pascha sit allegoricè, in medium promit, Christus, inquiens, pascha nostrum est, pro nobis mactatus & immolatus. debemus igitur azyma, id est, omnem ab omnibus vitiis puritatem amplecti. *Ferias itaque celebremus, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ.* Ostendit quòd omni tempore feriarum sit occasio & opportunitas Christianis, propter excellentiam traditorum illis bonorum. Ob eam enim causam occisus est filius dei, vt te feriari & festos dies celebrare faceret, non in fermento veteris Adami, neque in vita vitiis plena, vel, quod peius est, nequitia. Malus enim est, quisquis male agit: nequam autem, qui & cum profunditate, ac dolosa sententia male agit. *Sed in azymis synceritatis & ueritatis.* Hoc est, in vita syncera & pura, vt opponatur malitię: & vera, hoc est, hypocrisi ac dolo vacante, vt malitiæ opponatur. Vel veritatem intelligere poteris ad diserimẽ veterum figurarum, quæ non fuerunt veritas. Vult nanque Christianum veteris testamẽti figuris superiorem esse. Vel synceritatem accipies, puritatem quæ per opera fit: veritatem autem ipsam contemplationẽ, animive de sempiternis rebus meditationẽ. *Scripsiq; uobis per epistolã, ne cõmisceremini fornicatoribꝰ.* In qua epistola hanc ipsa. Quũ enim suprà dixisset, Expurgate vetus fermẽtũ: intellexerunt fortasse sibi ab omnibus fornicatoribus qui apud Græcos essent, tẽperãdũ, seq; ab iis segregandos. Interpretatur igitur isthuc. *Et non omino fornicatoribus mũdi huius, aut auaris, aut raptoribus, aut idolorũ cultoribus, postquã debetis sane ex mũdo egredi.* Omnino, tanq̃ in re cõfessa ac manifesta posuit.

A *Fermentum uetus*

Azyma quæ sint Paulo.

B

Malus.

Nequam.

C

Synceritas.

Veritas.

Hæc

D Hæc verò huius orationis est cõstructio, Et omnino nõ prohibui ne huius mũdi fornicatoribus cõuersaremini, hoc est, Græcis: quãdoquidem alium terrarum orbem oporteret vos inquirere. Qui enim fieri potest, quum in vna eadémque vrbe plures sint Græci & peccatores, vt non commisceamini illis? *Nunc autem scripsi uobis, ne quicquam sit uobis negotij cum eo, qui quum frater nominetur, fuerit fornicator, aut auarus, aut idolorum cultor, uel conuiciator, uel temulentus, aut raptor. Cũ tali enim ne uesci quidem, aut cibum sumere debetis.* Viden' non vnicum

B solummodo scortatorem fuisse, sed plures alios, adeóque variis sceleribus deformatos? Et quomodo qui frater est, idolorum esse cultor potest? Quemadmodum in Samaritanis olim contigit, qui ex dimidia parte pij esse, Deique cultores videbantur: sic in huiusmodi accidit. Ex his enim nonnulli idolis planè detinebantur adhuc. Præstruit autem sermoni quem de iis qui idolis immolata edebãt, habiturus est, viam. Probè autem dixit, qui frater nominatur. Siquidem nomen tãtummodo fratris habet, reuera autem frater nõ est, quisquis enumeratis vitijs obnoxius fuerit. Quod inquit, ἐὰν ᾖ, fuerit fornicator, potest etiam per disiunctiuam coniunctionem intelligi, perinde ac sequẽtia, vt sit, vel fornicator. potest etiam vt verbum accipi, pro eo quod est, si quis frater nominatus, fuerit fornicator, & quæ deinceps sequũtur. Cum huiusmodi ne

C cibus quidem sumendus, vt agnoscens se abominationé nauseamque esse propter scelus, ab eo sibi tẽperet atq; abstineat. *Quid enim ad me, ut eos qui foris sunt, iudicem?* Eos qui foris sunt,

Roma. 3 Græcos nominat: qui intus, Christianos. Nulla enim facio verba de iis qui foris sunt: tantum enim est quod ait, Extra meas isti leges sunt: superuacaneum itaque fuerit legem sanccire iis qui extra Christi regiam & aulam agunt. Quæcunq; enim lex loquitur, iis qui sunt in lege loquitur. *Nonne eos qui intus sunt, uos iudicatis? eos uero qui foris sunt, deus iudicabit.* Nonnulli particulã ἔσωθεν, id est, non, puncto interstinguunt, deinde ab alio principio sine interrogatione legunt, Eos qui intus sunt, iudicatis. Quum enim suprà dixisset, Nũ mea interest, eos qui foris sunt, iudicare? subintulit, Nõ. quasi dicat, mea nihil refert illos iudicare. Quidam verò iunctim cũ interrogatione legunt, Nõne eos qui intus sunt, vos iudicatis? hoc est, Nónne Christiani vobis iudicãdi sunt? Eos verò qui foris sunt, horribilior iudex excipiet. Proinde si à vobis, qui intus

intus sunt, iudicantur, euadent atrocius dei iudicium. Et A *eximetis quod praui est, ex uobis ipsis.* Meminit scripturæ loci ex veteri testamẽto, vt cõmonstret quod veteri etiã adeóque superno legislatori placuerit vt scelerati excinderentur. Quod ait, ex vobis ipsis, indicat maiorem in commoditatem ipsis cedere praui extirpationem sublationemque. *Deute. 13 17. et. 19 Improbi e medio tol lendi.*

CAPVT. VI.

A *Audet aliquis uestrum, causam habẽs aduersus fratrem, iudicari apud iniustos, & non apud sanctos?* Plerique in ciuilibus causis dissidentes, apud Græcos iudices contendebant, tanquam legum peritos. Hoc igitur nunc corrigit, in medium promens. Postquam enim men B tionem fecit auarorum, actutum efferbuit solicitudine talia patrantium. Intuere autẽ quomodo primùm statim indigna tionem suam ostendat, audaciam appellans rem istam ac prę uaricationem. Non dixit porrò, apud infideles, sed apud iniustos. Quum enim is qui apud iudicem disceptat, iustũ adsequi laborat, ostendit eos iustum haud cõsequi. Iniusti enim sunt, inquit, sententiam proferentes Græci. quî igitur tibi iustè iudicabunt? Sanctos, fideles adpellat, ex ipsis nominibus differentiam demonstrans. alij nanque iniusti sunt, alij verò sancti. *An ignoratis quod sancti mundum adiudicabunt?* Quia infideles plerique indocti non videbantur idonei, eiúsve auctoritatis, vt dissecarent quæstionem vel causam aliquam, auctoritatem illis conciliat, primùm quidem sanctos eos appellans, deinde adseuerans quòd mundum sint iudicaturi, non C ipsi quidem sedentes, ac sententiã proferẽtes, dominus enim iudicabit: verùm condemnabunt. Quum enim ipsi in eadem classe & ordine inuẽti fuerint fideles, illi verò infideles, quippe qui Christi Euangelio non adhibuerint fidem: nónne ista hæc condemnatio est infidelium? *Quod si in uobis iudicatur mundus, digni estis iudiciis minimis.* Obserua quòd non dixerit, à vobis iudicatur, sed in vobis: hoc est, ab deo quidem iudicatur, in vobis autem condẽnatur, dum vos argumento estis quòd credideritis. Quod ait, indigni estis iudiciis minimis, talem habet sententiam. Quî enim verisimile esset ab Christianis iudicatos pudefieri, è diuersò, inquit, contumeliam retuleritis, si ab illis qui foris sunt, hoc est, ab infidelibus iudi-

Sancti fideles.

Roma. 2. 1. Cor. 5.

cemini.

D cemini. illorum enim iudicia sunt minima, non Christianorum. *Estne uobis clam, quòd angelos iudicabimus? Nonne igitur & res ad uictum pertinētes, adeoq; temporarias.* Angelos dæmones appellat, quos condemnabimus, quādo nos carne vestiti, incorporeis istis substantiis excellentiores fuerimus reperti. *Iudicia igitur de rebus temporariis si habeatis, qui in ecclesia contempti sunt, eos constituite. Ad ignominiam uestram hæc dico. Adeone inter uos nemo est, qui inter fratris sui causam discernere possit?* Ab infidelium iudiciis eos reuocare volens, ex abundāti adiicit. Forsan dixerit quispiam, quòd non sit sapiēs in ecclesia, qui diiudicare possit. Si enim secundum vestrum sermonem non est sapiens, contemptos potius iudices constituite, adeoq; in
B fideles. Isthuc autem dixi ad confusionem & verecundiā vestri, consentiens vanæ opinioni vestræ: quandoquidem tanta est raritas sapiētum apud vos, vt viles & indoctiores in rebus religionis iudicēt, ipsi nimirum infideles. Fratrem suum adiecit, indicans quòd siquando aduersus fratrem sit contentio, non sit opus magna iuris legúmque cognitione, ceu fraterna adfectione multum faciente ad disceptationis dilutionem. *Atqui frater cum fratre litigat, idque apud infideles.* Duplex malum, & quòd erga fratrem sit iudiciū, & quòd apud vel ab infidelibus. *Iam autem omnino defectus sunt in uobis, quòniam iudicia & contentiones habetis uobiscum.* Antea sustulit contentiones & iudicia apud infideles, nunc autem prorsus ipsam
F disceptationem tollit, inquiens: Omnino est defectus, id est, condemnatio & pudor. Nam omnino sunt inter vos contentiones & lites, hoc est, causas iudiciarias alius erga alium habetis, hoc enim est quod ait, vobiscum. Significanter autem hoc dixit. Nam Christianorum refert sese inter se fratres reputare. *Quur non potius iniuriam suffertis? quur non potius defraudamini? Sed ipsi iniuriam infertis, ac defraudatis, idque fratres?* Multiplex est accusatio. Prima quidem, quòd non nouerunt iniuriam qua adficiuntur, sustinere: altera, quòd ipsi potius iniuriā inferāt: tertia, quòd fratribus vim faciant. Pulchrum est autem, inquit, neque iniuriam facere, neque iniuriam sustinere, vel iniuria adfici: in summa aūt, meli⁹ est iniuriā pati. *Ne erretis.* Hīc occultè indicat fuisse nonnullos apud Corinthios, qui dicerent: Clemens est deus, nec punit nos, verùm in sempiternum regnum introducet. Ait igitur, ne erretis. Et enim reuera erroris est & impostura, hic spē rare

Angeli dæmōes.

Iniuriā pati melius est quam inferre.

rare commoda, posthac verò isthic diuersum consequi. *Neque fornicatores.* Condemnatum iam primo loco ponit. *Neque idolorum cultores, neque mœchi, neque molles.* Molles, turpia patientes nominat. Infert autē iam turpia quoque agentes. *Neque masculorum concubitores, neque auari, neque fures, neque temulenti, nec cōuitiatores, nec raptores, regnū dei hæreditabunt.* Quærunt multi, quurnam ebrios & conuitiatores, cum idolorum cultoribus & masculorum cōcubitoribus iunxerit. His obseruandum, quòd & Christus eum qui dixerit fratri suo fatue, reum faciat gehennæ: quodque Iudæi ex ebrietate ad idololatriam peruenerunt. Deinde hīc non est mentio pœnæ ac supplicij, verùm de eo quòd quisquam è regno excidit. E regno autem pariter omnes excidunt: num verò in pœnis sint discrimen habituri, non est præsentis loci indagare. *Et hæc quondam eratis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini Iesu, & spiritu dei nostri.* Intelligite à qualibus malis nos liberarit, quantaque nobis bona largitus sit deus. Habebatis enim vos hæc omnia commemorata, verùm ab iis vos mundauit deus, imò & sanctificauit. Quomodo? iustificās, inquit, vos. Abluit enim vos, deinde iustificans sanctificauit, non huius vel istius doctoris præceptoris ve nomine cæterum in Christi nomine, spiritúque sancto. id est, Trinitas adeoque sacrosanctus ternarius ista nobis donauit. Quum enim dicit quòd deus in nomine Christi & spiritu sancto nos sanctificarit, nihil aliud quàm ternarium ponit. *Omnia mihi licent, sed non omnia commodant.* Quia fornicatoris suprà meminit, deque eo rursus est verba facturus, interspergit interim sermonem de gulositate & crapula. Ex hac enim plerunque fornicationis malū prouenire solet. Ait ergo: licet mihi edere & bibere, sed nō prodest immoderatè isthuc facere. *Omnia mihi licent, at ego ab nemine subiugabor, uel sub nullius potestatem redigar.* Dominus, inquit, sum cibi potúsque, verum si me istis immoderatè dedam, seruus eorum pro domino inueniar. Quorum enim, inquit, deus venter est. Proinde à nullo horum in potestatem redigar. *Cibi uentri, & uenter cibis.* Ventrem, gastrimargiā, voracitatē & crapulā dicit, nō membrū nostrū: cibos autē, immoderatum ciborū vsum. Ait ergo, immoderatum ciborū vsum & luxum, amicitiā & proprietatē, adeoq; affinitatem

Fornicatio ex crapula fere oritur.

Philip. 3.

D tatem cum gulositate habere, hancque cum illo. Nec possunt
Crapulæ mala. nos hæc ad Christum perducere, sed ad sese transmittunt ob
temperantes sibi: nimirum immoderatio ad gastrimargiam,
gastrimargia verò ad immoderationem. *Deus autem & hanc & illos destruet.* Non ventrem, sed gulositatem: neq; cibum,
sed immoderatum eorum vsum. Destruet, nonnulli pro prædictione accipiunt eius quod in futuro seculo euēturum est.
nam isthic neque edemus neque bibemus. Quòd si isthic nō
licebit modicè cibo potúq; vti, multo minus immodicè. in-
E continētia itaque & gastrimargia omnino condemnabitur.
Theologus autem statim ventrem aboleri dicens cum cibis
destructioni obnoxiis, indicauit quòd simul postquam ia-
turatus fuerit venter, destruitur, qui adeo multa interim in-
quirat. Quidam hic adseuerant, quod adhortationē hic ora-
tione & voto signauerit, summis votis orans & expetens vti
destruatur tum incontinentia, tum gastrimargia. *Corpus au-*
tem non fornicationi sed domino, dominus autem corpori. En quòd
fornicationis causa de gastrimargia seu gulositate locutus sit
Deliciarū & crapulæ effectū scortatio. primùm, commonstrauit. Consequens enim erat dicere, Cor-
pus non cibis, neque aluo: ille verò non sic dixit, sed fornica-
tioni: ob oculos adeò ponens quisnam sit deliciarum & cra-
pulæ effectus, nempe scortatio. Quod autem ait, est huiusmo-
di. Corpus non eum in finem formatum est, vt cùm delicie-
tur, tum in fornicationem incidat: cæterùm vt Christum ceu
caput suū sequatur, ac rursus dominus ceu caput illi insideat,
& coagmentatus sit. *Deus autem & dominum excitauit, & nos*
F *excitabit per potentiam suam.* Ne, inquit angaris animo si au-
dias dominum ab deo excitatum. Tanquam autem infantes
sint, sic sese illis conformem reddit. Quoniam autem de pa-
tre omnes magna sentiebant, quippe de quo constaret ipsum
esse causam & autorem omnium rerum, eam ob rem resurre-
ctionem patri refert acceptam, nósque ab eo excitandos de-
Pater, resurrectiōis author. monstrat. Vt enim caput nostrum, Christum videlicet, excita-
uit, non dissimilem ad modum, reliquū etiam corpus Chri-
sti, nos nimirum, excitabit. Autoritatem autem & fidem fa-
ciens sermoni huic suo, adiecit, potētia sua, perinde ac dicat:
Ne dubitetis hac de re, cuius iam memini: potentia namque
dei magna & præclara transigens, isthuc etiam faciet. Quòd
verò patri ceu autori Christi excitationē adscribat, planum
est ex eo quod dominus de se ipse dicit: Soluite tēplum hoc,

& in triduo excitabo ipsum. & rursus scriptum est, Exhibuit A
seipsum viuentem. Quare quum ipse seipsum excitauerit, pa- *Iohan. 2.*
tri suo ceu autori rem isthanc attribuit. *Ignoratis quòd corpo* *Actuum. 1*
ra nostra sint membra Christi? Redit denuo ad propositam de
fornicatione quęstionem, & adhortationem. Horribilissimō
autem argumento oratione auspicatur. *Membra igitur Chri-*
sti, faciam scorti membra? haudquaquam. Non dixit, copulabo
scorto, verùm, quod est multo horribilius, faciam membra
scorti? Quis enim non exhorreat, quis non horreat si audiat
membra Christi auelli, fierique scorti membra? *An ignoratis*
quòd qui adhæreat scorto, unū cum eo corpus est? Erunt enim, inquit, *Gen. 2.*
duo in carnem unam. Confirmat quod dixit, quomodo vide-
licet scorti membra efficiantur, quæ sunt Christi. Commix-
tionis nomine quispiam vnum cum scorto efficitur: quare & B
membra eius, quæ fuerūt membra Christi, in scorti membra
permutata sunt. *Qui autem adhæret domino, unus cum eo spiritus*
est. Obserua quomodo ab ipsis nudis verbis scorti & Chri-
sti, promoueat accusationem, vehementiorem ipsam reddēs.
Qui domino, inquit, agglutinatur, spiritus cum eo vnus est,
dum nihil carnale transigit, hoc est, spiritualis efficitur.
Domino enim vniri, sanstificationem spiritus ipsi suppedi-
tat. Per hæc iuxtà commonstrauit quinam fideles sint mem-
bra Christi. *Fugite fornicationem.* Ceu persecutricem, quę *Cōcupiscē*
nunquam non corporibus nostris immineat, & insita sit, fu- *tię carna-*
gere nos eā adhortatur, vt omnibus viribus nostris ab ea ab- *lis ardor.*
stineamus consulens. Nihil enim adeò nos persequitur, vt
carnea ista concupiscentia. *Omne peccatum quod fecerit homo,* C
extra corpus est: qui uero fornicatur, in proprium corpus peccat.
Fornicatione totum corpus, inquit, coinquinatur: vnde & ad *Fornicatio*
balneas accurrere solent qui fornicati sunt, ceu corpore iam *nis immun*
polluto. In ipsum itaque corpus delinquit peccator, contami *ditia.*
nans ipsum, sordibusque conspurcans. Ac etiamsi cædes per
corpus fieri videatur, non omnino tamē corpus coinquinat.
Nam verisimile est lapide petere, vel ligno, vel alio quopiam *Homicidiū*
instrumento, & non inquinari corpus: fornicationem autem
citra corpus perficere impossibile est, vnde necessariò etiam
coinquinatur. Attollere adeoque exaggerare voluit rem de
qua instituerat adhortationem. Non enim omnino omnibus
rebus est peior fornicatio, adeoque sceleribus: alias quasdam
dilutiones ad id noui. Qui fornicatur, inquit, in propriū cor

D pus peccat. Nam non facit isthuc spe accipiũdę sobolis, nec cum legitima coniuge miscetur, sed nequicquam scortũ corrumpit sua libidine, ac debilitat & violat. Rursus aliter. Qui fornicatur, in fœminã cui miscetur, peccat, quę corpus suum est per coitum. Quatenus enim non miscetur ei legitimè, peccat in ipsam. Atqui magni Iohannis dilutio cunctis est prestantior, prima nimirum. Ambigunt autem hîc nonnulli, & quæstionem vocantes quid sit cædes. Nónne & ea liquefit corpus, adeoq; dissoluit? Verũ diluunt ad hũc rursus modum. Cædes est passiõ, non actio: de actione autem nunc sermo Apostolo. Ait ergo, quodcunque peccatum quod fecerit homo: non tamen de passione loquitur. Homicidium enim non fit à nobis, sed perficitur in nobis. *An nescitis*

Cædes est passio, non actio.

E *quòd corpora uestra sint templum spiritussancti, qui est in uobis, quem habetis ab deo?* Vehementius eos perterrefacit doni magnitudine, hoc est spiritus, tum dignitate donantis, hoc est dei. Templum, inquit, sanctum estis, nimirum sancti spiritus. Ne igitur polluatis delubrum istiusmodi sanctum, neque prophanetis dei eximium donum. à deo enim habetis & donum, & spiritum. *Et non estis uestri ipsorum, nam quidem empti estis precio.* Sub domino, inquit, estis, nihilque proprii habetis, ne ipsum quidem corpus. empti enim estis precio, nempe per sanguinem Christi. Proinde artus vestri alij domino sunt subiecti, & quò vult ille, duci oportet eos. Hæc autem dicens, non tollit propriam hominis potestatem, seu liberum arbitrium, cæterum potestatem & iustum esse monstrat, nos deo seruire, per quem & empti sumus. *Glorificate deum in corpore uestro.* Postquam

Iuris nostri non sumus.

Liberũ est se nostrũ arbitrium

F empti estis, inquit, glorificate deum in corpore vestro, bona opera per corpus perficientes, sanctumque ipsum seruantes & purũ. Glorificatur enim deus, quũ bona opera nostra homines vidẽt, ac deinceps deũ glorificãt. *Et spũ uestro.* Ostendit quòd nõ corpore tãtùm sit cuitanda fornicatio, cor terum & anima, vt mente non coinquinetur. Spiritum enim mentẽ & intellectum nominauit. In corde nanque adulterium, in Euangeliis etiam appellatum est. *Quæ sunt dei.* Continuò repetit quòd non simus nostri ipsorum, verùm sub domino deo agamus, qui & animam & corpus nostrum sanguine mercatus est.

Cordis ad ulterium.

Matth. 5.

CAP.

CAPVT VII. A

D *E quibus uero scripsistis mihi.* Sectas correxit, tum fornicationem & auaritiam: iamnũc vero de nuptiis & virginitate disserit. Scripserant enim ei, num sit abstinẽdum ab vxore, an secus. *Bonum est homini mulierem non attingere.* Bonum, inquit, & eximia res est cuiuis mortalium, nec soli sacerdoti, perinde ac nonnulli male intelligunt, mulierem non attingere, sed virginẽ permanere. Tutior autem nostramque plurimùm imbecillitatem adiuuans est matrimonij res. Subinfert igit: *Fornicationis aũt uitandæ causa, unusquisq; propriã uxorem habeat, & quælibet maritum habeat.* De vtraque parte disserit. Verissimile est enim virum continentiam amare, mulierem autem nõ item: aut è diuerso. Fornicationis autem vitandæ causa, dicens, compellit nos ad cõtinentiam. Si enim fornicationis causa nuptiæ permitt̃untur, non debent posthac matrimonio iuncti intemperanter, sed pudicè ac moderatè congredi. *Vxori maritus debitam beneuolentiam reddat, similiter & uxor marito.* Debitum (inquit) habetis, mutuam erga vos beneuolentiam. Quatenus igitur debitum, necessarium est, vt eam beneuolentiam inter vos mutuò præstetis. *Vxor proprii corporis non habet potestatem, sed maritus: similiter & maritus proprii corporis potestatem non habet, sed uxor.* Quia debitum est, & veluti necessitas mutua inter maritum & vxorem beneuolentia, nunc illudipsum demonstrat. Non enim, inquit, potestatem habent corporum, sedenim vxor & serua est & domina mariti: serua quidem, quatenus non habet proprij corporis potestatem, vt tradat ipsum quibus velit, cæterum maritus dominatur in ipsum: domina verò quatenus rursus mariti corpus ipsius est, nec habet is corporis sui potestatem, vt tradat ipsum scortis. Consimilem ad rationem maritus est cùm seruus tum dominus suæ coniugis. *Ne defraudetis uos mutuo, nisi quid ex cõsensu ad tempus.* Hoc est, inuito marito ne contineat vxor, vel maritus nolente vxore ne contineat. Alterum enim altero inuito isthuc facere, est defraudare, quemadmodum & de pecuniis dicitur: volente verò, non item, ceu quando ex consensu, id est quando duo segregauerint aliquid temporis, vt abstineant inter sese. *Vt uacetis ieiunio & orationi.*

Cõiugatorũ cõtinentia.

B

Vxor & serua & domina mariti: & contra.

C

Universidad de Deusto Biblioteca

D Interpretatur quomodo dixerit ad tempus, siue quando tempus fuerit vacare orationi, hos est, intensè orandi, Non enim dixit simpliciter, vt oretis, sed vt vacetis orationi. Si enim simpliciter ab orando conuenientes arceret, vel orare prohiberet,
1. Thes. 5 quomodo alibi diceret, Incessanter orate? Tāquam igitur oratio feruentior fieret, abstinete vobis alius ab alio, veluti cō gressus negocium, non impuritatem faciat, *Et rursus in idem conueniatis, ne tentet uos Satanas.* Ad fornicationem videlicet.
[redacted] Quia verò diabolus per sese non est autor fornicationis, sed
[redacted] incontinentia primùm nostra, subintulit: *Propter incontinentiam uestram.* Ipsa enim est in causa quur Satanas nos tentet.
Hoc autem dico secundum consilium, non secundū mandatum. Quod dixi, ne ad tempus defraudetis vos mutuo, per concessionem
E dixi, acquiescens imbecillitati vestrę, non legem sanciens vobis secundum mandatum quod transgredi non liceat. *Volo enim omnes homines esse sicut & meipsum.* Siquādo ardui quippiam demādet, solet sese in medium proferre diuus Paulus. Optarim autem vt semper omnes continerent. *Sed unusquisque*
Cœlibat⁹, *proprium donum habet, alius quidem sic, alius uerò sic.* Virgidonū dei. nem adeóque cœlibem quempiam manere, donū dei est. Ac qui & nostro studio ea res opus habet. Quomodo igitur dixit ipsum dicit? vt consoletur eos quos abunde percusserat,
Nuptiæ, quum dixit, propter incōtinentiam vestram. Obserua autem
donū dei. quòd nuptias donum faciat inquiēs: Vnusquisque proprium donum habet, alius quidem sic, hoc est, vt virgo permaneat, alius verò sic, hoc est, vt in matrimonio sit. *Dico autem innup-*
F *tis & uiduis, bonum eis, si permanserint, quemadmodum & ego. Si autem non continent, nubant: melius est enim nubere quam uri.* Vide' sapientiam Pauli, quomodo meliorem monstret esse continentiam, nec interim tamen cogat si quis non possit, vt peius flagitium committatur? Si enim multam, inquit, vim
Matth. 5. & 19. Pauli dicta diuina sunt. stines & vstionem (magna enim concupiscentiæ tyrānis est) discede ab laboribus istis & sudoribus, nequādo subuertaris. *In matrimonio uero constitutis præcipio, non ego, sed dominus.* Quia dominus legem palā sanciuit non debere fieri diuortiū deputa fornicationis causa, propterea, Nō ego, inquit, sed dominus. Antehac enim commemorata, nō fuerūt apertè à domino lege lata institutā, etiāsi quæcunque Paulus dicat, domini sunt, & non humana. Nam in progressu dicit: Arbitror autē & me spm̄ dei habere. *Mulier a uiro ne separetur. Sin separata fuerit, maneat innupta, aut uiro reconcilietur. Et maritus uxorē ne dimittat. Reliquis aūt ego dico, non dominus.* Quoniā seruādę pudicitiæ gratia vel intollerantia quadā, vel alia quauis de causa fiūt diuortia: Sati⁹, inquit, est, vt nulla prorsus fiat seiunctio. Quæ tamen si fieri cōtigerit, maneat mulier virū habens, tametsi cū eo nihil cōmisceatur, nec aliū superinducat: vel viro concilietur. *Si quis frater uxorem habeat infidelem, ipsaq; cōsentiat habitare cū illo, ne dimittat ipsam. Et uxor cui maritus est infidelis, cui placeat habitare cū illa, ne dimittat ipsum.* Quid ais? Si infidelis quispiā sit, maneat vir cū vxore: si adulter & fornicarius, prohibes, quū adulterio tamē sit deterior infidelitas? At
nostra potius vindicat Christus, quàm sua. Nam dimitte, in- Matth. 5.
quit, ibi munus tuū, & fratri tuo recōciliare. Nū qui mille ta Matt. 18
lenta sit aspernatus, in eū qui nec nūmis cētum sibi fuerit ob- B
noxius, suā iniuriā vlciscetur? Nec secus ergo hoc loco infidelitatē, qua cōstat in se delinqui, contēnit deus, & nihili ducit: ob fornicationē verò, qua in vxorē peccat, pœnas exigit.
Dicūt tamen nōnulli, per ignorantiā fidelitatē obnasci, quā Paulus inquit forsitan iri sublatū. Quid enim nosti mulier, si virū saluū sis factura? Fornicationē autē ex cōfessa quadā fiducia & indubitata malitia haud dubiū est. Fornicator præterea eò profect⁹ est sceleris, vt propria mēbra à seipso disiūxerit.
Hęc nāq; vt primū à fœmina sustulit adulterata, quę sua fuerant, meretricis effecit. Infidelis verò nil prorsus in ea disiunctione deliquit, videlicet, quia sua mēbra per copulā vxoris effecerit. Quin poti⁹ ob nexū forté eiusmodi, vel ex fide, fide li vxori iūgetur citius, q̄ huius (vt ita dixerim) vitā ob suā in fidelitatē peruertat: carpereturque haud dubiè ob id Euāge- C
liū, si credēs ab incredulo seiūgeretur. Id tamē tū quidē futurū intelligas, si vtriq; quū in infidelitate persisterēt, inissent coniugiū, mox alter ad fidē venisset. Nā si pri⁹ fuisset aut vir *Fidelis cū*
aut vxor fidelis, haudquaquā cū infideli iūgi matrimonio li- *infideli ma*
cuisset. Nec dixit quidē, si quis vult infidelē accipere: sed, si *trimoniū*
quis habet infidelē vxorē. Nec simpliciter infideli fidelē, sed *nō ineat.*
volenti coniungit, quod sanè, quū cōsenserit inquit, præferatur, hoc est, voluerit. *Sāctificatus est enim marit⁹ infidelis per uxorē, & sanctificata est uxor infidelis per maritū.* Hoc est, partis fidelioris abūdanti puritate vincitur infidelis cuiuspiā immūditia, neq; eò quòd sanctitatē adipiscatur in posterū infidelis, siquidē nō sctus est, dixit, sed sanctificāt⁹ est, hoc est, ab eius

D quæ fidelis sit, infidelis vincitur sanctimonia. Hęc autem dicit, ne vereatur fidelis aliqua mulier labe & sordibus infici, si cũ infideli rẽ habeat, & illi matrimonio sit ante fidem suę sceptã coniũcta. Quęritur aũt: Quòd si quis qui meretrici adhęserit, vnũ iã corpus cũ ea sortitus, fiat immũdior: ac si perspicuũ est, vel eã quæ cũ idololatra versetur, vnũ cũ illo corp⁹ sortiri, cur tñ ex ea re nõ immũda redditur mulier? Qm̃ id ipsum libidinãdi cõmerciũ per se impurũ est & sordidũ, coq; vel vtroq; coinquinari: verũ qđ ad fidelẽ spectat & infidelẽ, longè se aliter habet. Siquidẽ ob suã incredulitatẽ immũdus efficitur infidelis, nõ tñ secũdũ incredulitatẽ huiusmodi, si cum viro versetur & mulier, sed secundũ copulã coniugalẽ sanctificatur, quã nullã habere in se immũditiam liquet. Est enim hæc illi cõnubij vinculis nexa. Propterea nullã fidelis ex eo labẽ admiserit. *Nã alias filii uestri immũdi fũt.* Nã si infidelis cedẽtis nitore nõ vinceretur, forẽt sanè quos parerẽt liberi mundiores, vel ex parte dimidia mundi. *Nunc aũt sancti sunt.* Hoc est, nõ immũdi. demit em̃ omnẽ suspicionẽ fidelis seruę sanctimonia. *Quod si infidelis discedit, discedat.* Hoc est, si vir infidelis vxori fideli iniũgat vt secũ ẽtiat, & particeps suę at infidelitatis, dirimat poti⁹ matrimoniũ mulier, & à viro abscedat. Sati⁹ enim est cõnubiũ ipsum dissoluere, q̃ pietatẽ in dei cultũ dimittere. *Nõ est in seruitutem redactus frater aut soror in huiusmodi: in pace aũt uocauit nos deus.* Si tecũ ille eõ, inquit, iurgatur, quòd suę infidelitatis participare nil tolerẽs, cõfestim secedito. Nõ enim es huiusmodi seruituti subiecta, hoc est, nil cogeris virũ in reb⁹ huiusmodi perpeti. Meli⁹ enim secedere, q̃ alterçari. Neq; enim diuinę illud est voluntatis, quippe qui nos in pace vocarit. Itaq; si ille litiget, & iurgiũs vrgeat, prębuit ille diuortij causam. *Quid enim nosti mulier, nũ maritum serues?* Rursum ad id quod superius dixerat, redit, videlicet, nõ dimittat mulier virũ. Si em̃ tibi nihil molestus sit, inquit, maneto cum eo, & commonefacito: aliquando fortè hoc modo peregeris. Quasi rem in ambiguo statuit, ne videatur mulieri necessitatem vllam imposuisse vt virum Christi fidem excipiendam suadeat: tum vt hanc reddat ad bene sperandum intentam, & à desperatione auertat. *Aut quid nosti uir, si coniugem tuam seruas? Nisi cuique ut partitus est deus.* Nonnulli sic construunt. Quid nosti vir, si mulierem saluam facies, necne? Deinceps quasi ex alio quo-

Cõiugalis copula nullam habet immũditiã

Alteratio fugienda.

dã capite dicat, Vnicuiq; vt diuisit deus. perinde ac si dicat, A
Vnde cõpertum habes si saluam facturus hanc sis, an minimè? id quidem est prorsus incertum. Quãdiu res in ambiguo fuerit, haud quaquam est dirimendum connubium. Quòd si saluam non feceris, nil tibi officiet. Saluam autem hãc si reddideris, & aliis profuisti & tibi. Aliusverò aliter senserit, qua si abinde exorsus, Nisi vt vnicuiq; diuisit deus: qui sensus est longè potior, perinde ac si dicat Apostolus: Haud quaquam propter infidelitatem fiat diuortium, nisi alteri sic videatur ac placeat. *Vnusquisque ut uocauit eum dominus, sic obambulet.* Vxorem habens infidelem vocatus es? maneto hanc habens, & nihil tibi infidelitas oberit. *Et sic in omnibus ecclesiis dispono.* B
Hoc intulit, vt Corinthios, quãdoquidẽ & alios habeant huius disciplinæ participes, ad obsequendũ reddat paratiores. *Circumcisus aliquis uocatus est? Non adducat præputium.* Fieri poterat, vt multi quos defectæ pelliculæ puduisset, medicamento adposito & hanc niterentur iterato sarcire, & obscœnum illud concisum in pristinum statum redigere. *In præputio aliquis uocatus est? non circuncidatur. Circũcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei,* Vbique post fidem, virtutis exigitur operatio: reliqua verò aut parcius exiguntur, aut nunquam. *Vnusquisq; in uocatione qua uocatus est, in ea pmaneat. Seruus uocatus es? non sit tibi curæ: sed si possis etiã liber fieri, magis utere.* In vocatione qua vocatus es, hoc est, quocũq; in vitę genere, vel ordine, vel cõditione, Christi fidem suscepe- C
rit quispiã, in hoc perseueret. Vocationem autem dicit inductionem ad fidem. Seruus cũ esses, vocatus es? nihil sis velim *Vocatio*
ob seruitutem hanc anxius, neq; ob id obturberis. Non enim *quæ dica-*
quę à deo est, obfutura est seruitus. Quin potius si potes liber *tur.*
fieri, vtere magis, hoc est, acrius seruitute exercere, in vsumq; aliquem & vtilitatem conferto, *Qui enim in domino uocatus est seruus, liberius est domini: similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi.* Libertus dicitur, qui seruitute eximitur. Inquit *Libertus.*
igitur: Tu qui quum in seruitute maneres, credidisti in Christum, libertus effectus es Christi. liberauit enim hic te à peccato, & seruitute exteriore, tametsi seruus sis. Qui *Iohan. 8.*
enim à vitiis liberatur, & animi ingenuitate potitur, nequaquam vltrà est seruus, etsi seruitute adhuc videatur obstringi. Rursus alius quispiam liber quum esset, ad fidẽ vocatus. Christi seruus efficitur. Itaque si seruitutis nomen seruum

Dobturbat, intelligat in Christo se libertate hac vti, quod longè est humana seruitute præstantius. Porrò si libertatis hoc nomen, liberum hominem extollit & ampliat: intelligat idē esse se Christi seruituti obnoxium: comprimátq; se & frenet à vitiis, vtpote qui tanti domīni iugū subierit, & debeat illi quę grata sunt, facere. Videas quā prudēter Apostolus, quæ vtranq; deceāt partē, commonefaciat. *Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est fratres, in ea permaneat apud Deum.* Nec solùm ad seruos huiusmodi differit, sed ad liberos homines habet hæc verba: vel vniuersos instituit, vel Christianū hominem, vt nihil ad humanam gratiam factitet, neque illorum iussa qui praua iniunxerint, exequatur. Hoc enim esset hominibus seruitū iri, & per eos præsertim, qui redēpti precio sint. Neq; ideò intulit, vt à dominis desciscant mancipia. absit: neque enim id iubet: quod liquidò patet ex eo quod dixerat, Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, maneat, hoc est, vel si fuerit in seruitute vocatus, in ea hic perstet. Apud Deum autem adiecit, ne forte improbis dominis obsequendo, deficiamus à Deo. Vtrisque ita in rebus prouidit videlicet, ne sub dei prætextu discedant à dominis, quorum in potestate eorum sunt corpora: & rursum ne à Deo deficiant, cùm dominis obsequi vltrà quàm deceat, volunt. *De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à domino ut sim fidelis.* Quum de continentia abundè disseruisset, castigasseque satis Corinthios, ad virginitatem transgreditur, quæ cæteris longè est præstantior: aitque nullam dominum tulisse de virginitate legem, neque de hac sibi quidpiā iniunxisse, sed vnum illud dixisse & solum: Qui potest capere, capiat. Quocirca neque ipse ausim quicquam de illa re statuere: magnum enim hoc & periculosum: alioqui consulerem equidem, quemadmodum & ipse non indignus apud Deum sum habitus vt sim fidelis, hoc est, qui mysterii cognitionem vt habeam, sum dignatus. *Existimo ergo bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.* Vt sentio, inquit, à nuptiis abstinere conducit homini, propter rei vxoriæ difficultates atque molestias, non immunditiæ gratia, aut quia impurior debeat res illa haberi. *Alligatus es uxori? ne quære solutionem. Solutus es ab uxore? ne quære uxorem. Si uerò & duxeris, non peccasti.* Quum ait, ligatus

Hominibus seruire quid dicatur.

Matt. 19

Vxoriæ rei molestiæ.

tus es, ob oculos posuit quòd nuptiæ, veluti nexus, adflictionem adferant. Solutionem autem, non eam quæ fit ex consensu continentiam dicit, verùm disiunctionem quæ est præter rationem: veluti si ex consensu contineant, ea non est solutio. Quia verò dixit. Ne quæras vxorem, ne videatur cœlibatum velle statuere, adeóque matrimonium dissuadere, sub dit: Si autem & duxeris, non peccasti. Ac animaduerte quînam clanculum ad virginitatem ac cœlibatum perpellat, nuptias nexus appellans, virginitatem autem solutionem & libertatem. *Et si nupserit uirgo, non peccauit.* Virginem hîc dicit non eam quæ Deo consecrata sit, ea enim si nupserit, peccauit omninò, ceu ea quæ mœchum superinduxerit sponso suo Christo: sed innuptam dum puellam. Ea enim si nupserit, non peccauit: nec enim res impura est matrimonium. *Adflictionem dixit in carne habebunt eiusmodi, Ego uero uobis parco.* Solicitudines in matrimonio & mœrores obueniētes, θλῖψιν tribulationem vocat. Ego autem (inquit) vobis parco, tanquam filiis, volóque liberos vos esse, extraque mœrorem: tā quam matrimonium nexus quispiam sit, quique eo sint colligati, non sint sui iuris, vt suprá commemoratum. *Hoc autem dico fratres, tempus breue est. Reliquum est.* Quum dixisset, adflictionem habebunt in carne, ne quis adiiceret, Atqui & voluptatem habebunt: subsecat & aufert quæ sunt voluptatis, per hoc quòd tempus esse contractum & breue subinferat. Ad dissolutionem enim & interitum omnia vergunt, appropinquauitque regnum Christi, ac in posterum ad ipsum proficisci & migrare debemus. Quare etiam si nonnulla in matrimonio uoluptas est, ea tamen breuis est, exiguòque tempo ris spacio duratura: atq; hoc ipsum est tribulatio & adflictio. *Vt qui habeant uxores, tanquam non habentes sint: & qui plorant, tanquam non plorantes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.* Quòd si qui vxores habent, tanquam non habeant, esse debeāt, quid deinceps commodat matrimonio astringi, sibique ipsi onus iniicere? Quid est porrò tanq̄ non habentes? pro eo accepit quod est, non adfixi, non omne studium, omnémve vitam in matrimonium & vxorem impendentes. Consimilem ad rationem, circa aliquod tristium, quæ per plorantes adumbrauit: vel delectabilium, quæ per gaudium denunciauit: vel contractuum seu permutationum

Matrimonii nexus, cœlibatus libertas.

Matrimonii uoluptas breuis.

quas

D quas per emptionem indicauit,non debet nimia cura tangi. Ecquid ait? Hæc & hæc simpliciter recenseo. Qui vtuntur hoc mundo,non debent ipso abuti,hoc est,non sint nimia in ipsum cura intenti,sintque tanquam non vtentes;id est, non omni in eum studio & affectione incumbant. Abusus enim, est superfluus vsus,decorum & modum exuperans. *Præterit enim figura mundi huius.* παράγει , id est præterit & dissoluitur. Quid ergo amore eius tenemur,quod dissoluitur? Figuram autem appellauit , commonefaciens omneis huius mundi res esse visus quendam fumum , oculorúmque pabulum ac tinctura,esséque superficiem quandam fluxam, nihil stabile aut subsistens habentem. *Volo autem uos absque*
E *solicitudine esse.* Ecqui vacabimus solicitudine ? si cœlibes permanserimus. Infert igitur: *Cœlebs curat quæ domini sunt, quomodo placeat domino : qui uerò uxorem duxerit,curat quæ sunt mundi,quomodo placeat uxori.* Quomodo volens nos absque solicitudine esse,o diue Paule, ac propterea nos in cœlibatu asseruans,rursum dicis , Cœlebs quæ domini sunt curat? Ecce enim iterum nobis solicitudines prodeunt. Enimuero huiusmodi curæ non sunt tales quales sunt matrimonii. Domini enim curæ salutares sunt,oblectabilesque: mundi verò curæ noxiæ sunt,afflictonisq; & angustiæ plenæ. Quomodo enim non fuerit afflictio & interturbatio , studere quò
Vxorũ cura. placeas coniugi,maximè verò vxori mundi amanti & ornatus? dumque aurum & margaritas,aliámque id genus molitiem acquirere laboras ,per quæ ad iniuriam miseri mortales compelluntur,vnde & animæ nocentes rerum actiones
F emergunt? *Diuisi sunt uxor & uirgo.* Hoc est , differunt inter se mutuò,nec habent eandem solicitudinem , sed diuitiæ sunt studiis suis. hæc enim in hoc incũbit,illa verò in isthuc. Proinde diuersæ sunt vtrarumque curæ. Quare seligenda est & præstantior,& minus laboris habens. *Innupta cogitat quæ sunt domini,qũo placeat domino,ut sit sancta & corpore & spiritu. Quæ uerò nupsit,cogitat quæ sunt mũdi,qũo placeat marito.* Nõ satis est corpore virginẽ esse sanctã,verũ spiritũ etiã sanctimonia requiritur. Hęc eñ est vera virginitas,aię puritas, postq; multę corpore quidẽ castę & impollutę, anima verò cõtaminatę sunt. Atq isthuc cõsidera,q̃ nõ sit virgo,quę anxiè quę sunt mũdi cogitat. Quũ igitur cõspexeris quãpiã quę castitatem vouit adeó promisit, solicitè incumbentem rèbus mũdi,

noueris

noueris eam nihil discrepare ab coniugata. Diuus enim Paulus fines vtrisque posuit quibus dignoscantur non certè matrimonium & continentiam,sed curiositatem & socordiam, & acediam . Quare quæ variis sese immiscet rebus,non est virgo. Anxiè porrò cogitat quæ iuncta est matrimonio , quî placeat viro,partim formæ minimè negligens , partim verò dum bona materfamilias videri vult , immisericordem sese & parcam ostendens. *Hoc autem ad commoditatem uestram dico,non ut laqueum uobis iniiciam.* De cœlibatu & virginitate B sermonem moui,sciens conferre eam vobis rem , quòd mœrore solicitudineque careat,animæque sit vtilius,non vt cogam vos,si nolitis vestrapte sponte cœlibes & virgines permanere. Siquidem laqueum necessitatem nominauit. *Verum ad decorem uestrum,quò domino assideatis , ita ut ab eo auelli nequeatis.* Vt,inquit,decorè, & in puritate viuatis . Quid Virginitatis cõmendatio. enim virginitate honestius & purius ? & vt liberi à nuptiarum turbis , citra auulsionem domino seruiatis , ipsique adsideatis,curam vestram in ipsum transferentes. *Sin quis turpe esse putet super uirgine sua,si fuerit eximii floris , & sic uult fieri , quod uult faciat , non peccat , contrahant matrimonium.* Sin quis,inquit , infirmus quum sit , reuera sententiam esse deformem censeat , filiam suam virginem retinere , eamque nubilem: fiat,inquit, sic . Quomodo ? quod animo sederit faciat,hoc est,si velit eam tradere marito,tradat . non enim C peccatum admittit . Veruntamen melius est virginem seruare, quemadmodum deinceps dicit. *Qui autem stat firmus in corde suo,non habens necessitatem , potestatem autem habens propriæ uoluntatis , atque hoc iudicauit in corde suo , seruare suam uirginem,bene facit: itaque elocans uirginem suam nuptum, benefacit. qui uerò non elocat , melius facit.* Obserua quomodo ex epithetis commendet eum qui seruet suam virginem , stabilem ipsum,& pulchrè incedentem,cúmque iudicio agentem quæ agat,asseuerans. Iudicauit enim , inquit , ac decreuit in corde suo . Itaque qui virginem suam nuptui tradit, non stat firmus . Quod ait , non habens necessitatem,significat quòd potestatem habeat vt det virgini suæ maritum , neque quisquam sit qui cogat eum ne det. Honor *Bene est,* itaque eius est seruare filiã virginẽ,eamq; ob rem laudatur. *quicquid* Bene enim,inquit,facit. Porrò qui elocat nuptum virginem, *peccatum* & ipse bene facit. non enim peccatum est elocare. Omne aũt *non est.*

quòd

D quod non est peccatum, bene est. Melius verò est non eloca-
Roma. 7 re: virtus enim est. *Mulier alligata est legi quanto tempore uiuit*
Viduitatis commendatio *maritus eius: si autem dormierit maritus eius, libera est: ut cui uult nu-*
bat, modo in domino. Beatior autem est si sic manserit, iuxta meum con-
silium. Videor & ego spiritum dei habere. De secundis priore
marito defuncto nuptiis hæc tradit, permittens quidem eas,
attamen beatiorem eam iudicat, quæ alterum maritum non
acceperit, in viduo statu permanens. Perinde enim vt cœli-
batus primis nuptiis seu matrimonio est melior, sic & prius
matrimonium posteriori præstat. Alligata est igitur legi mu
lier, hoc est, cõtinetur lege de adulterio statuenti quòd adul
tera fiat si alteri viro copuletur viuẽte marito. Sin defunctus
fuerit, liberata est à primo nexu & lege, adeóque soluta est.
E Modò in domino, hoc est, cum temperantia & decoro, in li-
berorum procreatione & præsidentia, non in libidinis affe-
Consilium Pauli quale accipiendum. ctione. Secundum verò meum consilium dicit, ne rem istam,
necessitatem arbitreris, sed suasum, ac diuinam deliberatio-
nem. Existimo nanque me, inquit, spiritum dei habere. Ma-
gnæ id humiliationis argumentum est. non enim dixit ha-
beo, sed videor, hoc est, puto, autumo.

CAPVT VIII.

E iis autem quæ idolis immolata sunt, nouimus quoniam o-
D *mnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas ædificat.*
Fuerunt quidam apud Corinthios perfecti, qui scien-
F entes quòd quæ ingrediantur in hominem, ipsum non coin-
Idolothyta. quinent, quódque idola sint lapides & ligna, nec possint no-
cere: indiscriminatim introierunt idolorũ delubra, atque co-
mederunt idolis istis immolata. Hos alij imperfectiores vi-
dentes, ingressi sunt & ipsi delubra, idolísque immolatis ve-
scebantur, non eadem sententia, verùm ceu idola ista precio-
sum quiddam forent, ac digna quibus sacra ferrentur. Hoc
itaque ad zelum prouocauit diuum Paulum, quippe quod
vtrísque obesset: perfectis, tanquam iis qui dęmoniacis rebus
fruerentur, imperfectis, tanquam ij ad idolorum culturam
compellerentur. Accelerat igitur emẽdare hoc, ad perfectos
differens, imperfectioribus dimissis pro sua cõsuetudine. Ac
primùm deiicit ipsorum in scientia fastũ, inquiens: Non vos
soli scientiam habetis, sed nos omnes ex ęquo tenemus quòd
nihil

nihil sit idolum in mundo. Verum scientia adeò non solum A
non prodest, vt potius etiam obsit, inflans & intumescere fa-
ciens habentem, ac propterea abscindens à proximi cura, ni-
si charitatẽ vnà secum habuerit, quæ è diuerso ædificare po-
test. Quæcunque enim sciẽtia citra charitatem destruit, cha-
ritas excitat reædificátque, omnia in proximi gratiã faciẽs.
Si autem quisquam uidetur nosse aliquid, neque dum quicquam nouit
quemadmodum nouisse oportet. Maius quicquam hic dicit.
Etiamsi charitati scientia coniuncta fuerit, neque sic est, in-
quit, perfecta. Nihil enim dum nouit quemadmodum scire
oportet, etiamsi Petrus vel Paulus fuerit. Quid igitur vos ef
ferimini, qui scientia citra dilectionem imbuti estis? quãdo-
quidem si scientiam etiam cum dilectione haberetis, neq; sic
tamen consummatũ aliquid sciretis. *Sin quispiam diligit deum,* B
is cognitus est ab eo. Quod ait, eiusmodi est. Si quis charitate
proximum suum prosequitur, is Deum etiam prorsus dili-
git. Porrò non ait quòd diligens deum, ipsum quoque no-
uerit, sed quòd ab Deo cognitus sit: hoc est, notus ipsi & do-
mesticus, adeòque familiaris constituitur. Notus enim Deo,
scientiam ab eo accipit, neque hanc tamen perfectam habet.
Proinde ne tu fastu quopiam turgeas: neque enim perfecta
tibi scientia est, neque tuum opus tuáve virtus eam tibi con-
ciliat, sed Christi est, quicquid in te boni est, donum. Vide
igitur quantis argumentis eorum fastũ demittat, supprimat,
deiiciat. *De manducatione uero eorum quæ idolis sunt oblata, sci-* C
mus quòd idolum nihil sit in mundo, & quod nullus sit Deus præter *Idolum ni-*
unum. Idolum nihil est, id est, nullum robur habet: neq; dij *hil est.*
sunt, sed lapides ac dæmones. Quia verò apud Græcos fuere
& indocti & sapientes, indocti quidem nihil plus idola esse
quàm lapides norant, philosophi verò diuinas idolis ineſſe
inque ipsis habitare vires arbitrabãtur: ad idiotas dixit, ido
lum nihil est in mundo: ad philosophos verò, non est alius
Deus præterquam vnus. Neque diuina itaque virtus simula-
cra ista inhabitat: vnus enim Deus est, non multi. *Etenim si*
dii sunt qui ita dicuntur, siue in cælo, siue in terra, quemadmodum dii
multi sunt, & domini multi: nobis tamẽ Deus pater est, ex qno omnia,
& nos in ipsum. Quum nullum esse alium Deum asseruisset,
essentque apud Græcos dij multi: ne videretur iis repugna- *Deus un⁹*
re, vel aduersum eos certare, dicuntur quidẽ, inquit, dij mul- *est.*
ti, sed reuera non sunt dij, cæterùm ratione, siue in cælo, vt
sol &

D sol & luna, aliæque stellæ & sydera, ex quibus Deos fecerũt Græci: siue super terram, vt qui ex hominibus in Deos transferati sunt. At verò nobis est Deus pater, ex quo omnia: quod significat eum esse cõditorem & creatorem. Quod verò adiicit, & nos in ipsum: fidei & vendicationis, qua nos sibi vendicat, rationem indicat, perinde quasi dicat, & nos ad ipsum conuersi sumus, exque eo pendemus. *Et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Per filium omnia ad esse perducta sunt, id est, condita & creata, & nos per ipsum ad hoc vt essemus, perducti sumꝰ, & vt bene essemus, hoc est, vt fideles efficeremur, atque ex errore ad veritatem traduceremur. Quũ præterea audis, vnus est deus pater, & vnus dominus Iesus: ne patri soli adiudicatum censeas dei vocabulũ,

E filio verò domini. Indiscriminatim nãque & filius deus est,
Roma. 9. vt in eo loco planum fit: Ex quibus Christus secundum car-
Psal. 109 nem, qui est super omnia deus. & rursus pater est dominus, vt in eo Psalmi: Dixit dominus domino meo. Ait enim, quia ad Græcos illi sermo erat, multos deos colentes, multósque dominos. Propterea neq; filiũ deum hîc dixit, ne duos deos existimarent, vt qui multis diis assueuissent: neque patrẽ dominum appellauit, ne multos etiam dominos apud nos esse censerent. Ob eam causam neq; spiritus hîc vllam fecit mentionem, auditorum imbecillitati parcens: quemadmodũ ne-
Deut. 3. que Prophetæ filij apertè meminerunt, Iudæorum causa, ne
4. & 32. ipsi affectam adeóque carnalem natiuitatem intelligerent, seu humanis affectibus obnoxiam. Vnde & vnitatis vocem

F continuò ponit, Non est, inquiens, nisi vnicus, cũ vnus deus, tum vnus dominus. Ad oppositionem igitur vanorum deorum, non filij, dixit vnum deum patrem: atque vt opponeret sese mentitis dominis, non patri, dixit vnum esse dominum, filium nimirum. *Sed non in omnibus est scientia.* Non omnes, inquit, nouerunt vnum esse deum & non multos, nihilq; esse idola. *Nonnulli autem conscientia idoli hucusque ceu idolo immolatis uescuntur, conscientiaq; ipsorum, imbecillis quum sit, polluitur.* Nõnulli, inquit, indefinitè, nolens eos palàm proferre. Nam haud parum multi ex idolorum cultura ad Christum accesserant, qui hucusque, id est, postquam etiam crediderant in Christum, idolis oblato ceu idolis immolato vescebantur. Conscientia enim, inquit, idoli, hoc est, sententiam habentes de idolis, qua putarẽt ea adhuc esse quicquam, & metuerent sibi ab

sibi ab illis ne læderentur. Quapropter non dixit, illa, idola A nempe, polluunt, sedenim cõscientia eorum polluitur, quippe quæ imbecillior sit, quàm vt possit intelligere idolum nihil esse, quum illa ipsa tamen per sese non possint polluere quenquam. Intellige igitur tale quippiam pati eos, veluti si quis Iudaica consuetudine contaminationem existimans attingere mortuũ quicquam, deinde alios videat tangere pura conscientia, ipse quoque tangat illos veritus, interea lòci tamen eius conscientia coinquinetur, vt qui diiudicet & ambigat secum. *Esca autem nos non commendat deo.* Ne obiiciant, Ego pura conscientia vescor, ecquid mihi curę est si quis per imbecillitatem offenditur? ostendit quòd ipsum edere etiam cum cõremptu idolorum, nihil sit. Etiamsi enim frater tuus non læderetur, neque sic tamen laudabile quicquam face- B
res, Deóque gratum: cibus enim nos deo non adsociat, *Cibus nos deo non cõmẽdat.*
non adiungit. *Neque enim si edamus, abundamus: neque si non edamus, deficimus.* Hoc est, neque si edamus, idcirco melio-
res sumus, ac deo gratiores: neque si non edamus, idcirco peiores sumus, vel destituimur, vel minus quicquam habemus. *Videte autem ne potestas uestra ipsa fiat offendiculũ infirmis.* Perterrefacit eos per hoc. Nec dixit, scientia vestra, sed potestas, hoc est, petulantia & arrogantia fiat offendiculum infirmis. Atque hæc maior eorum est accusatio, quòd ne infirmis quidem voluerint parcere, quibus opus erat vel manũ porrigere etiam. *Nam si quisquam conspexerit te habentem scientiam, in idolorum loco uel delubro accumbentem, nunquid conscientia eius qui infirmus est, ædificabitur ut uescatur idolothytis?* Hoc est, si te perfe C
ctum quispiam infirmus conspexerit idolis immolata edere gustaréq;, nónne maiorem accipiet occasionem quur & ipse vescatur iisdem, magísq; irretietur? Hoc enim est ædificabitur, per antiphrasim, hoc est, suspicabitur idola quicquã esse. *Ac peribit infirmus frater ob tuã scientiam, pro quo Christus est mortuus.* i. fiet occasio interitus fratri, tua perfectio, fratri inẽ infirmo, propter quẽ Christus etiam obiit. Christus quidẽ pro ipso nõ detrectauit mori: tu verò ne à cibis quidem abstines vt ne offendatur. *Sic autem peccantes in fratres, & uerberantes languentem eorum conscientiam, in Christum delinquitis.* Non dixit offendentes, sed verberantes, vt crudelitatem indicaret, quandoquidem & languentem conscientiã feriant. In ipsum autem trãsgressionis fastigiũ peccatum retulit in Christum

delin-

D delinquitis, inquiens. Quomodo autem peccatum in Christum refertur? multis modis. Nam & quæ seruorum suorum sunt, sibi tribuit: & quoniam & corpus & mẽbra ipsius sunt, qui feriũtur: & quia, quæ ipse per sui mactationẽm aut victimam ædificauit, illi destruunt. *Quare si cibus scandalizat fratrem meum, non uescar carne in sempiternum, ne fratrem meum offendam.* Ceu optimus præceptor, per seipsum commendat quæ dicit. Nec dixit, si iustè scandalizet, sed quacunque ratione. Nec ait, nunquam manducabo idolis oblatum, sed carnem simpliciter, etiamsi permissum fuerit: nec vno alterove die, sed ne per omnem quidem ætatis meæ cursum. Isthuc enim indicat quod ait, in seculum. Nec dixit, vt ne perdã, sed ne offendam.

Infirmorũ scandala uitanda.

E

CAPVT IX.

Omne sum apostolus? Nonne sum liber? Nonne dominum nostrum Iesum Christum uidi?

N Quum dixisset, Si esca scandalizat fratrem meum, non vescar carnibus in sempiternum: ne quis existimet eum superbire, ostẽtatorémque agere, cogitur deinceps ostendere quomodo concessa abstinuerit, ne aliquos offenderet. Ipso enim Christo præcipiente vt qui euangelium prædicet, ex euangelio, hoc est, iis qui instituuntur, edat: ego malui potius fame perire, nihilq; à vobis accipere, verùm manibus meis laborabam, operans, mihique alimoniã parans. Fuerunt enim & apud ipsos nonnulli, vt videtur, diuites doctores, qui gloriæ sibi ducebant, erantque in precio, quòd citra sumptum aliorum docerent, hinćque Paulum pudefacere moliebantur: quod ipse intelligens, abstinuit (vt dixi) ab discipulis ali. Porrò quum mihi isthuc permissum esset, sic me gessi: vos verò ne ab idolis quidem oblato abstinuistis. Sententia itaq; totius orationis hæc est, quam multis versibus absoluit. Videamus autem singulas ordine dictiones. Num sum apostol⁹? Ne quis dicat, Non licet tibi, ac propterea non accipis mercedem: Quid, inquit, audio? nũquid alij apostoli non accipiunt? Næ, inquit. Quid igitur? egóne sum apostolus perinde ac illi? Nónne sum liber? hoc est, non habens quenquã qui me accipere impediat. Ne verò rursum dicerent, Alij apostoli te sunt excellẽtiores, quoniam dominum viderunt: anteuortit, inquiens: Nónne dominum

Matt. 10

Actuũ. 18 & 20.

F

1. Cor. 4.

1. Cor. 15

dominum nostrum Iesum Christum vidi? Postremo enim omnium, tanquam abortiuo, visus est & mihi. Magnum enim erat ipsum per sese Christi fuisse spectatorem. Vestri enim, inquit, beati oculi, quoniam videtis quæ non viderunt prophetæ & reges. *Nonne opus meum uos in domino?* Si liber es & apostolus, nihil autem interim apostolo dignum transegisti, quid hoc iuuat? nam & Iudas Apostolus erat, & dominũ conspexit. Eam ob rem, Opus meũ, inquit, vos estis in domino. Apostolicum itaque ministerium impleui. Quia verò rem arduam dixit, adiecit, in domino, hoc est, non mea virtute, sed Christi potẽtia. *Si aliis non sum apostolus, uobis tamen sum.* Nõ dico me totius terrarum orbis esse doctorẽ, sed vestrũ. Quomodo igitur ab vobis non accepi, quæ maximè me accipere oportuit? per concessionem autem argumentum hoc texit. *Sigillum enim apostolatus mei uos estis in domino.* Sigillũ, hoc est demõstratio. Porrò si quis scire velit num sim apostolus, vos ostendo. Vos enim estis qui consignatis & stabilitis apostolatum meum: cuncta nanque apostoli opera in vobis cõmonstrauit. *Mea defensio erga eos qui me diiudicant, hæc est.* Quærentibus discere vnde sit perspicuum me apostolum esse, hãc apologiam obiicio, vos nimirum. Ostendens nanque vos in omnibus ab me institutos ac doctos, repello à me diiudicantes reiicientéisque me. *Nunquid non habemus potestatem edendi ac bibendi?* Videlicet à discipulis ista accipiendo. Atqui habemus potestatem, verùm ea non vtimur. *Nonne potestatem habemus sororem mulierculam circunducendi, æque ac reliqui apostoli, & fratres domini, & Cephas?* Diuites fœminæ comitabãtur apostolos, vt suppeditarẽt eis necessaria, omnem illis securitatem horum causa parantes, vt soli Euangelij prædicationi vacarent. Animaduerte hic, quòd summum apostolorum vltimo loco posuit, ceu maiorem: hoc videlicet clàm indicans, Ecquid, inquit, alios dico, quũ ipse Petrus hoc faciat? Fratres autem domini appellat Iacobum Hierosolymorum episcopum, & Iosen, & Simonem, & Iudã, qui fratres domini nõminati sunt, eò quòd Ioseph deiparæ virgini Mariæ desponsus esset. *Aut solus ego & Barnabas no habemus potestatem hoc faciendi?* Hoc est, non habemus potestatem, vt otiosi viuamus, alamúrque ab iis qui à nobis instituuntur discipulis, nihil operantes? Non occultauit autem Barnabam, quem notat communicare sibi in eadem circa Euãgelium & laborem

Fratres domini.

m diligen-

C

Joseph virgo fuisse redditur. glo. vid. ad gal. 1. 2. Obiide quare dicti sunt fratres dñi & alij

D diligentia. Nam & ille ex operibus viuebat suis. *Quis militat Christiatat stipendiis suis unqnam?* Hoc est, suis alimentis? Omnes enim *norum militia.* qui militant, ex publico aluntur. Pulchrè autem quæ militiæ sunt, prius posuit. id enim apostolicæ functioni conuenit, riculorum nomine quæ in ea sunt, ac propter bellū spirituallium hostium. *Quis plantat uineam, & ex fructu eius non edit?* Hoc exemplo laborē & ingentem calamitatem atque curam indicauit. Non dixit autem, totum fructum edit, sed ex fructu. Neque dixit, quis non diteſcit ex fructu? sed non edit vndique quod vtile est, quærere admonens, non quod superfluum est. *Quis pascit gregem, & ex lacte eius non edit?* Non dixit quòd vēdat pecudes, eásve edat, aut vniuersum lac, sed ex lacte: ostendens quòd modica consolatione ac alimento E doctorem contentum esse oportet, ac necessario victu. Non *Doctores populipau ti sint.* tam autem curam indicauit per pastorē, seu opilionem, quam doctori inesse par est. *Nunquid secundum hominem hæc loquor? aut non & lex hæc dicit?* Hoc est, nónne humanis hæc probationibus & exemplis solis constant, nec habeo scripturæ testimoniū? Possum equidem demōstrare quòd deo hæc etiam placeant: siquidem & lex, quæ non est humana, sed diuina, *Deut. 25.* hæc præcipit. *In Mosis enim lege scriptum est: Non obfirmabis* *1. Tim. 5.* *boui trituranti.* Ex abundanti, quod vult, confirmat, vnde & boum exemplum profert. *Nunquid boum curam gerit deus?* Quid igitur? Nónne curæ sunt deo boues? Certè profectò atqui nō ea ratione, vt leges de iis sanciat. Aliud itaq; quiF dam per clementiam erga bruta adumbrauit, exercens nostrum Iudæos studio, eorúmque in doctores studium & amorem accendens. Hinc porrò discimus, quòd quæcunq; in veteri testamento de ratione vacantibus pecoribus scripta sunt, ad hominum institutionem conducant. *Aut propter nos hoc omnino dicit? propter nos enim scripta sunt.* Omnino, quasi de minimè dubia posuit, vt adeò nihil auditori relinquat, quod contradicere possit. *Quoniam in spe debet, qui arat, arare.* Hoc est, præceptoris est arare & laborare spe compensationis retributionisque. *Et qui triturat, ut sit particeps spei suæ, in spe.* A semine ad aream transit, multos apostolorū sudores inde oculos ponens. nam & ipsi arant, & aream frugésque terunt. Iam qui arat, sperat tantùm: qui verò triturat, iā etiá aliquam fruitur. Vnde dixit, Qui triturat, ea spe triturat, vt fructum quippiam ex labore suo auferat. Ne quis igitur dicat, Quid ergo?

ergo? tot tantorúmque sudorum hanc solam pēsationem das A Apostolis, vt alantur? adiecit, in spe, futurorum videlicet bonorum. Proinde oportet & illa sperare, & interim alimonia tamen non planè destitui. *Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus?* Rei iustitiam & æquitatem hic ostendit. Non enim paria redditis pro iis quæ accepistis. Nos enim spiritualia vobis seminauimus, vos autem carnalia nobis redditis. Magnum igitur hoc est? *Quod si alii* *Doctores uani.* *potestatis uestræ consortes sint, nonne potius nos?* Vanos quosdam hic doctores notat, qui impudenter & cum autoritate acciebant ab ipsis alimoniam. Quare neque dixit alios accipere, cæterū potestatis vestræ esse participes, hoc est, dominantur vestri, imperium in vos exercent, ceu seruis vobis abusi sunt. Non multo magis igitur nos, qui vere sumus apostoli? B *Sed non usi sumus potestate hac.* Potestatem, inquit, habentes vt à vobis aleremur, non sumus vsi ea, vt non offenderemini: & vos ne ab idolorum quidem oblationibus abstinetis, ne imbecillioribus fratribus scandalum ponatis. *Verum omnia sustinemus, ut ne incisionem quandam demus euangelio Christi.* Ne quis dicat, Quia nō egebas, ideo nihil accipiebas, inquit: In ingenti angustia constituti, omnia sufferimus, & famem, & sitim, & nuditatem, vt ne aliquod obstaculū euangelio contingat, hoc est, exigua & vulgaris reiectio & criminatio euā gelij, adeóque verbi ministerij. *Non nouistis, quod qui sacra fa-* *Deut. 18.* *ciant, ex sacro edant?* Prioribus locis contentus, alia ex lege in medium depromit: commonstrans, quod licuerit sibi à discipulis accipere. Quum enim de bubus per allegorian quædā C producta per eum essent, legē palàm tradere ait, quòd ex sacro sacra facientes edere debeant, hoc est Leuitæ, sacer- *Leuitæ.* dotibus gradu inferiores. Non dixit autem, ex adferentibus edant, sed ex sacro, vt neq; accipiētes pudefiant vt qui ab hominibus alantur, neq; dantes nimium attollantur. *Qui altari assident, altaris etiam sunt participes.* Hoc est, pontifices & sacerdotes. Continuam autē seruitutem & perseuerantiam, per assessionē indicat. Nec dixit quòd sacra accipiāt, moderationem innuēs, quódq; pecunias colligere nō oporteat. Nec dixit, vt à sacrificātib⁹ accipiāt, verū, vt altaris sint participes. Oblata n anq; nō porrò offerētiū fuerunt, sed sacri & altaris. συμμερίζονται i. simul participant, dixit, quoniā victimarum sanguinis quiddam effundebatur ad aram, & adeps crema-

D batur: carnium verò partem quandam accipiebat sacerdos, veluti pectusculum, dextrum brachium, & ventriculum. hæc autem automata quidem solius altaris erant. *Sic & dominus ordinauit, ut ii qui Euangeliũ annunciant, ex euãgelio uiuant.* Omnium fortissimum posteriore loco posuit. Quid enim, inquit, hæc atque talia dico? Dominus sic digessit, legem sanciens, quæ veteris testamenti legibus respondeat & consentiat. Quemadmodum suprà dixit edere ex sacro, simili ratione hic non ex discipulis, sed ex Euangelio edẽdum docet, vt ne efferantur alentes. Non enim dixit, alis ipsum, verùm opus eius. Et vitam Euangelium ipsum dixit, nõ negociari, neque thesauros colligere. *Ego uero nullo horum sum usus.* Hoc est, neque quopiam exemplorum quæ cõmemoraui, veteris testamenti, neque Christi mandato, vt à vobis alerer. *Non scripsi autem hæc, ut sic fiant in me.* Ne quis hîc dicat, Quid est quòd hactenus non sis vsus, quum in posterum vti in animo instituas? propterea enim hæc dicis: actutũ isthuc anteuertit per correctionem. Non scripsi hæc, vt sic fiant in me, hoc est, vt accipiã deinceps. *Melius enim mihi est mori, quàm ut gloriationem meam aliquis euacuet.* Ego perire potius optarim fame, quàm quòd euacuet quispiam, hoc est, vanam & vacuam ostendat gloriationẽ meam. Forsan enim aliquis dicere potuisset, Reuera nihil quidem accepit, atqui mœrens ac lugens, adeóque inuitus id fecit, vt alimento necessaria non acciperet. Tãtum igitur, inquit, abest vt eam ob rẽ contrister, vt & ideirco glorier. *Si enim euangelizem, non est mihi gloriatio: necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi si non prædicem Euangelium.* Quid ais? Tibíne gloriæ loco ducitur, prædicare Euangelium? ideò citra aliorum impẽsas ac sumptum prędicare tibi gloriæ est. Nunquid hoc illo maius est? Minimè, inquit, sed euãgelium annũciare, est præceptum Christi, ac debitum: ac si hoc perficiam, nulla mea virtus, neque meum opus est. Vę enim mihi, si isthuc mandati non expleam, neque transigam: cædar nanque plagis multis, quippe qui mandato domini non sum obsecutus. Citra aliorum verò sumptum Euangeliũ promulgare, voluntatis ac deliberationis est propriæ honos atq; cupiditas, ac propterea gloriatio est. Porrò quod ait, necessitas mihi adiacet, non ad liberi arbitrij sublationem libertatisve pertinet, cæterùm ad oppositionem libertatis in accipiendo dictum est, ac propter pœnæ metum si id non efficiat. *Nam si uo-*

Sacerdotum in sacrificiis portio.

Mat. 10.

Euangelii gratuita annuncia tio laudabilis.

si uoluntarius hoc agam, mercedem habeo: si inuitus, dispensatio mihi credita est. Si, inquit, prædicatio euangelij non esset mihi demandata, áque meipso isthuc facerem, haberem equidem mercedem magnam & multam. Quòd si mihi cõmissum est: perspicuum est quòd à meipso hoc non faciam, sed domini mandatum persequar. Hoc enim est quod ait, inuitus. Quocirca isthæc res non est honoris ambitionísve: dispensationẽ nanque mihi creditam administro. Animaduerte autem, quòd non dixerit, Si autem inuitus, mercedem nõ habeo: indicans quòd habeat quidem mercedem, ac in promulgando Euangelio herile mandatum impleat. Absurdum enim esset si Apostoli omnes non reciperent mercedem laborum ministeriíque sui. Veruntamen non est huiusmodi merces, qualis eius est qui gratis citráque sumptum aliorum prædicauit. *Quæ igitur est merces? ut euangelizans, Euangeliumue prædicans, sumptibus uacare ostendam Euangelium Christi, ut non abutar potestate mea in euangelio.* Hoc est, maior est merces, dignáque gloriatione, vt nõ abutar potestate, id est omnino vtar. Simplicem enim vsum καταχρησις adpellauit. Vbique autem caue sam hanc potestatem nominat, quo ostendit quòd neque accipientes peccarunt quicquam. In Euãgelio autem dixit, vti ob oculos ponat, eũ qui euãgelij ministerio fungatur, adeóque laboret, accipere debere, nõ eum qui ociosus sit, torpeátque. *Liber enim quum sim ab omnibus, meipsum in seruitutem redegi, ut quam plurimos lucrifaciam.* Quod maius & vehementius est, dicit. Non solùm, inquit, non accepi, etiamsi potestatem haberem: verũetiam liber quum essem, & nemini subiectus, vt qui non indigerem, omnibus tamen meipsum in seruitutẽ redegi, non vni aut duobus, sed vniuerso terrarum orbi: non vt veluti adulator placeam, cæterùm vt plures lucrifaciam. omnes enim impossibile. *Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrer.* Hæc dicit, quia circuncidit Timotheum. Non dixit autẽ, Iudæus, sed veluti Iudæus, vt ostendat quòd negocium esset dispensationis. *Iis uero qui sunt sub lege, tanquam sub lege essem, ut eos qui sunt sub lego, lucrer.* Proselytos intelligit, vel eos qui ex Iudæis Christi religioni accesserãt, & adhuc tamen lege detinerẽtur. Facta autẽ sunt hæc quando rasus est, quando quæ ad sanctificationem attinent, obtulit. Hæc autem faciebat pro more patris familias, ac ad demonstrationem, vt qui reuera ista facerent, corrigeret. *Iis uero*

A

B

C

Euangelii pro merce dẽ accipiat, nõ qui ocio torpet.

Actuũ. 16

D *uero qui lege uacant, tanquam lege uacans.* Lege carentes eos accipit, qui Mosæ legé non tenebant, qui ex gentibus erant, qualis erat Cornelius, quos frequentans & accedens, infirmitati eorum acquiescebat, attemperabátque se. Vel Græcos ipsos intelligit, veluti quando apud Athenienses disputaret, ab ara eorũ argumento sumpto, cum illis colloquia miscens, nec velut de deo Christo quicquam differens, sed tanquam de homine docens: non enim tale quiddam audire poterant ac veluti de quopiam qui apud eos in numerum deorum relatus esset. Huiusmodi enim esse putabant, qualis est Hercules, vel Aesculapius. Vbiq; autem particula tanquã, est præposita, vti discas quòd talia ostenderit, quum tamen reuera non sit. *Quum tamen non essent sine lege dei, sed in lege Christi.*

Actuũ. 10 Act. 17. Pauli apud Athenienses disputatio.

E *ut eos qui sine lege essent, lucrifacerem.* Vt ne existimes quòd pœnituerit eum consilij, quo ad exleges disputat: quum non essem, inquit, absq; lege dei, quasi dicat, quum non essem extra dei leges, sed in lege, nec simpliciter in lege, verùm in lege Christi, hoc est, vetere lege altiorem & præstantiorem habens, Christi nimirum. Ecquæ inde commoditas? vt lucrifaciam, inquit, eos qui sunt sine lege. *Factus sum infirmis tanquam infirmus, ut infirmos lucrifacerem.* Perinde ac nunc vobis factus sum infirmus ob imbecillem vestram scandalíque facilè obnoxiam mentem, quum nolui à vobis mihi sumptum suppeditari. Quinetiam vbi conspexeris eum non palàm vel de filij deitate, vel de spiritus diuinitate differentem, ob auditorum infirmitatem noueris ipsum tum fieri infirmis tanquam infirmum.

F *Omnibus factus sum omnia, ut omnino quosdam seruem.* Ecquid multa enumero? Omnibus me attemperauit. Atqui non omnes in vniuersum seruare, saluósve facere expecto, verùm vt paucos quosdam seruem, quod & admirabilius est. Si quis enim magno sese fructu atque emolumẽto laborare speret, non adeo admirandum. Atqui exigue rei gratia, modicique fructus causa laboribus se defatigare, est admodum. Omnino autem apposuit, consolationem prębens docentibus. Etiamsi enim non omnes quispiam conseruet, omnino tamen paucos quosdam conseruabit. Quocirca omnis torpor est eiiciendus, neque segniter in verbo laborandum.

Euangelium fideles. *Hoc autem facio euangelii causa, ut particeps eius fiam.* Euangelium dicit fideles qui per euangelium seruantur, quemadmodum & supra dixit, ex euangelio viuere, pro, ex credentibus.

Vt igi-

Vt igitur, inquit, cõsors fieri coronæ fidelium possim, propterea hæc facio: non quòd ipse mercede hęc faceret, verum vt illis persuaderet omnia pro fratribus facere spe bonorum supernorum, adeoque cœlestium. Cõsidera autem hîc humilẽ Apostoli mentem, quomõ prima adeoq; summa corona dignus, simpliciter fidelibus se ipse adæquat in cõmunione bonorum atque coniũgit. *An nescitis quòd qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brabeum?* Postquã demonstrauit operæprecium esse, vt sese omnibus fratribus attẽperent, deinceps iã horribilius cum ipsis loquitur. Quod autẽ ait, huiusmodi est. Ne existimetis quòd simul atq; credidistis & in ecclesiæ stadiũ ingressi estis, isthuc vobis ad salutẽ sufficiat: quemadmodum neque Olympicis cursoribus satis est currere, verùm necesse est ad ipsum vsq; brabeum festinare, omniaque facere vt hoc assequantur: quod periculum est ne vos nõ adipiscamini per scientiæ perfectionem. Nam ea nulla est perfectio, dum fratres cõtemnitis, idolothytisque farcimini. *Sic currite, ut comprehendatis. Omnis qui certat, ab omnibus cõtinet.* Debetis, inquit, currere, vt comprehendatis. Hoc autem citra charitatẽ non fit, quam vos nõ habetis, etiamsi perfectos vos putetis, quod minimè gentium estis. nondũ enim apprehendistis brabeum. Obscurè autẽ significãs quòd multis adhuc destituantur rebus, multaque eisdesint, ceu gastrimargia apud eos regnante, fornicatione item atque temulentia, inquit: Qui certat, ab omnibus sibi continet, non ab hoc tantũ vobis desit, discite q; modũ per quẽ coronemini, seu victoriam consequamini, adeoq; cõtineatis. *Illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos uerò incorruptibilem.* Argumentum est rubore suffundẽs Corinthios & auditores. Siquidem illi ob corruptibilem coronam abstinẽt, nos verò hoc non facimus ob incorruptibilem. *Ego igitur sic curro, tanquam non incerte.* Quid est, non incertè? Cuncta nimirum certa finis scopique consideratione faciens, cum circunciderens, tum rasus, nihilque temerè ac frustra admittens, quemadmodum vos. Quis enim scopus est esus idolis oblatorum, aliis inde pereuntibus? nullus omnino. Proinde citra rationem vos hoc facientes, curritis incertè, citraque scopum, & frustra. Optimi verò præceptoris instar seipsum in medium statuit exempli vicẽ.

A

B *Brabeum victoria.*

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Sic luctor, ceu non aera uerberans.* Habeo enim quem feriam, nempe diabolum. Vos autem ipsum non feritis neque icitis, sed frustra perfectione fidei scientiæque vsi estis. *Verum castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Indicat eos hîc gastrimargia ventrisque cura detentos, perfectionis occasionem curare debere, atq; excindere. Ego igitur, inquit, omne sustineo laborẽ, vt sobriè viuam ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, hoc est, pugno. ὑπωπια enim dicuntur subter oculos vulnera, quæ pugnandum inter fiebant. Certamen igitur magnum & ingés, quod aduersus naturam, indicat. Tyrannis enim maxima est corporis acriterque renitens ac reluctans ipsum corpus. Simul atque verò pugno dixit, & vulnerum meminit, breuiter intulit, & in seruitutem redigo: vt discas quòd non sit necesse strãgulare ipsum vel suffocare aut angere, sed veluti effrenem seruũ humiliare atq; subdere, quod domini est, non hostis. Nonnulli verbum ὑπωπιάζω magis propriè dictũ putãt pro eo quod est, fami trado corpus meum. inediaque ipsum adfligo. Verùm ea interpretatio nullius est momenti: oportere enim esse ὑπωπιάζω. *Ne quo modo aliis prædicans, ipse reprobus fiam.* Per hoc eos magis sobrios reddit. Si enim mihi, inquit, non satis est ad salutem prædicare ac docere, nisi meipsum irreprehensibilem in omnibus præbeam: quî vos ex sola fide seruabimini æternum, tot tantisque adfectionibus succumbentes?

Hypopid.

Corporis tyrannis.

B

CAPVT X.

F N *Nolo autem uos ignorare fratres, quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierũt.* Commemorat quantis donis Iudæi à deo donati sint, monstratque post tanta dona plerosque nõ placuisse deo. Hęc aũt dicit innuẽs quòd quẽadmodum illis nõ profuit tantis frui donis, quandoquidẽ sua etiam non adiecerint adhibuerintque: hanc ad rationem neque vobis fides prodesse rit, & quòd spiritualibus mysteriis donati estis, nisi & vos ipsos dignos exhibueritis dei gratia. Omnes, inquit, sub nube fuerunt. Expãdit enim nubẽ in protectionẽ ipsis, & per mare transierunt. *Et omnes in Mosem baptizati fuerunt in nube & in mari.* Hoc est, Mosæ vmbræ quæ ex nebula prouenit, communicarunt, transitúsque cum ipso maris fuere consortes. Quum enim ipsum primum trãsire vidissent, ausi sunt & ipsi aquis sese credere. Quemadmodum & nostris tẽporibus primùm Christo pro nobis mortuo & excitato, & ipsi baptizamur

Numer. 9

Exodi: 13.

zamur in mortem ipsius, per intinctionem in aquam & resurrectionem eius, dum denuo emergimus & extrahimur. In Moysen igitur baptizabantur, hoc est, ipsum ducem habuerunt Christi baptismatis figuræ. Figura itaque baptismatis erat, cum quòd sub nube esset, tum quòd mare rubrum transiret. *Omnes etiam eandem escam spiritualem ederunt, & omnes potum spiritualem biberunt.* Perinde ac nos post baptisma corpore domini vescimur, sic manna ipsi post traiectum per mare manducarunt. Et quemadmodum nos sanguinem domini bibimus, sic isti è summè cæsa petra aquam hauserunt. Spiritualia autem hæc dicit, quando sensibilia fuerint, nec naturali consecutione facta sint, sed gratia spirituali vnde & cum corpore animas aluerunt, atque ad fidẽ perduxerunt. *Bibebant enim ex spirituali sequente eos petra, petra autem erat Christus.* De alimonia seu cibo nihil opus erat vt quicquam confirmaret. planum enim erat quòd cœlitus paratus esset, áque natura via planè alienꝰ esse animaduerteretur. In potu verò, quoniam suppeditationis ratio sola nouata esset, opus erat vt nõ nihil confirmaret. Non petræ igitur natura, inquit, aquam præstabat, nam & antehac scaturire isthinc aqua debuisset, si in eius hoc natura fuit: verùm alia quæpiam petra spiritualis hoc totum efficiebat, Christus videlicet. Sequente autem dixit, vt ostendat Christum vbique illis prẽsentem fuisse, atque isthæc mirifica transegisse. *Sed plurimi eorum non placuerunt deo. prostrati sunt enim in deserto.* Etiamsi haud parum multa euidentissima dilectionis suæ argumenta illis deus commonstrauerit tantisque eos exornarit bonis, attamen non est oblectatus in plerisque ipsorum: id enim significat οὐκ ἐδοκίμασεν, id est, oblectationẽ habuit. Non enim omnes reprobati sunt, sed bona pars. Quum plurimi dicit, ostendit quòd nihil prorsum eos iuuerit multitudo, quandoquidem charitatem suam non exhiberẽt erga benefactorem. Per prostrati sunt autem, vniuersum eorum interitum, diuinitusque superinductas pœnas in apricum ponit. *Hæc aũt figurę nostri fuerunt, ne essemus & nos expetitores malorum, quemadmodum & illi concupierunt.* Perinde ad beneficia dei, typi nostri fuerunt, hanc ad rationem & pœnæ. Indicat autẽ quòd non solùm pœna adficiẽtur incredulis, verùm quòd maiore etiam pœna adfligentur quàm illi, quatenus illa quidem typus extitere, hęc verò res ipsa & veritas. Ac quemadmodum in donis est excellentia, sic & in pœnis.

Spũalia quũ fuerint mosaica.

Christus

Mosi ubique præsens.

Num. 26

D pœnis. Expetitores porrò malorum dicens, vniuersim ac generatim de quauis malitia loquitur, quandoquidem & omne vitium ex concupiscentia profluat. Deinde speciatim etiam malitias istas exprimit. Ecquid illi expetiuerũt? alliũ, carnes, proprios deos, perinde ac ipse deinceps idololatriã ipsorum patefacit. *Neque idolorum cultores sitis, ut quidam illorum, quemadmodum scriptum est: Sedit populus edere ac bibere, & surrexit ludere.* Primùm eos notat & carpit qui in idolorum delubris epulabantur, ostendens quòd quemadmodum illi ab gastrimargia ad idolorum culturã ceciderint, delapsique sint: chorros eñ statuẽres circa vitulũ ludebãt ante ipsum: sic periculũ est ne & vos ad idololatriam prouoluamini, quum ex gulæ suasu idolis immolata editis. Vbinã igitur pfectio tua, si ad
E idololatriam perduceris? *Neque fornicemur, quemadmodã quidam illorum fornicati sunt, ceciderunt que uno die uiginti tria millia.* Rursus scortationis meminit, ex cõtinuitate reprehensionis
Num. 25. perfectiorem orationem faciens. peccatum autem ipsum ab gastrimargia proficiscitur. Quando verò vigintitria millia ceciderunt? Quando iuxta consilium Balaam, Madianitides mulieres apud exercitũ copiásve Israeliticas visæ iuuenes ad
Num. 21. sese pertraxerunt, atq; per scortationẽ, vt sacrũ facerẽt. Beelhepgor, prouocarũt eos, ac cecidit popul⁹ in castris, in aciz. *Neque tentemus Christum, quemadmodum & quidam ipsorum tentauerunt: & a serpentibus interierunt.* Innuit Corinthios signa
Num. 14. 16. expetiuisse. *Neque murmuretis, ut quidam ipsorum murmurarunt, & perierũt ab exterminatore.* Hoc est, virtute quapiã pœnãinflí
F gẽte. Subindicat clãculũ quòd in tẽtationib⁹ impatiẽtes fuerint, nec eas æquo animo pertulerint, sed murmurarint potiꝰ. Quãdo veniẽt bona? & quãdiu duratura est adflictio. *Hæc aũt omnia in figura cõtingebãt illis, scripta sunt aũt ad adhortationem nostram, in quos fines seculorũ deuenerũt.* Terret eos quũ dicit isthæc scripta ad consolationẽ nostri. Vnde & nobis in posterum sunt expectãda supplicia, eóque horribiliora, quatenus maiora in nos bñficia sunt collata. Porrò quũ illis finis instiIudicium dei pro foribus. terit, ac tẽporaria supplicia fuerint, eò commonefacit, quòd nos post seculorũ cõsummationẽ immortales pœnæ excipiẽ. Iã enim iudiciũ ꝓpe fores est, quũ mũdi ętates trãsierint. *Proinde, qui uidetur stare, uideat ne cadat.* Rursum sciẽtię nomine intumescẽtes notat. Si eñ te stare existimas, metue ne cadas. Neq; ipsum sanè cõfidere, quo te stare cẽses, stare est: videris enim

enim, sed reuera minimè stas ac etiãsi maximè stes, facilis est A
per dententiã lapsus. *Tẽtatio uos nõ cepit nisi humana. Fidelis aũt deus, qui nõ sinet uos tentari supra quam potestis, sed cũ tẽtatione faciet simul prouentum, ut possitis sufferre.* Quia perterrefecit eos dicẽs, Qui cõsistit, videat ne cadat: essent verò nõ pauci qui iã tẽtatiões sustinuissent, ne dicerẽt, quid nos perterrefacis? multas enim perpessi tẽtationes, non tamẽ succubuimus: ait, Non cepit vos tentatio nisi modica & moderata, humanũ eñ vbiq; modicũ vocat. Deinde rursus cõsolatur, persua- *Humanũ, modicum.*
dens eis vt in deũ intuẽatur, qui fidelis est, hoc est, verus, nec mẽtietur vnquã. Promisit enim nobis: Venite, inquiẽs, qui la- *Matth. 11*
boratis, & ego reficiã vos, Nõ sinet igitur vos tẽtari vltra vires vestras, sed tentationẽ viribus vestris tolerabilẽ adoriri vos faciet. Imò quęuis tẽtatio vires nostras exuperat, nisi ille B
auxilietur nobis, & fœlicẽ euẽtum prębeat, hoc est, liberationem à tẽtationibus, id est, vt celeriter nobis tũ succurrat, quũ tẽtatio nos inuadit, vt celeri eius abitu nobis tolerabilis effíciatur. Faciet eñ exitũ, inquit, vt vos sufferre queatis, hoc est, vt facilis vobis videatur tẽtatio, adeòq; huiusmodi quã sustinere valeatis. *Propterea fratres fugite ab idolorum cultura.* Abũde satis eos hactenus carpsit, ideo in posterũ curã iuxta & medicinã adhibet, fratres eos vocãs. Nõ aũt porrò ob fratrũ noxam & offendiculũ ab idolothytis eos arcet, sed ipsam in sese rẽ vituperat & reprehẽdit, idolorũ culturã nominãs, ac celerẽ iuxtã ab ea secessum aut declinationẽ postulans. fugite enim inquit. *Tanquã prudentibus dico, iudicate uos quod dico.* Quia C
magnã illis culpã attribuit, notãq; inussit, idolatriã nominãs quod patrabãt, verbi isti⁹ asperitaté mitigat, ipsosq; reos iudices cõstituit, qđ cõfidẽtis est, ꝓpriis ratiocinationib⁹ ceu verę sint. Nõ op⁹ habeo, inquit, aliis iudicib⁹, vos tãq; prudẽtes iudicate. *Calix benedictionis, cui benedicim⁹, nõne cõmunio sanguinis Christi est?* Calix benedictionis, id est eucharistiæ. *Calix benedictiõis*
Manibus enim eum tenentes, benedicimus ei, & gratias agimus ei qui sanguinem suum pro nobis effudit, ineffabiliq; bona in nos contulit. Non dixit autem μετοχὴ, id est participatio, sed κοινωνία, id est communio, vt aliquid excellentius indicet, summam puta vnionem. Quod autem dicit, huiusmodi est. Hoc quod in calice est, illud est qđ ex late re effluxit Christi, sanguis nimirũ precios⁹. Ex eo accipientes, cõmunicam⁹, hoc est, vnimur Christo. Pudeat itaq; vos

Corinthij,

D Corinthii, ad idolorum calicem accurrere, ab calice hoc, qui nos ab idolis liberauit. *Panem quem frangimus, nonne communio corporis Christi est?* Quod in cruce non est passus Christus,
Iohan. 19 (os enim eius nullum est contritum) hoc iam sustinet, quum
Exod. 12. per nos frangitur. Quem enim frãgimus, inquit, communio corporis Christi est: pro eo dixit quod est, Aequè ac illud corpus Christo vnitum est, sic & nos ipsi Christo per panem hunc vnimur. *Quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus.* Quia dixerat, communio corporis est, communicans autem est aliud ab eo cui communicat: iam maius quiddam demonstrat, inquiens, Quoniam illud ipsum corpus sumus. Quid enim est panis? corpus Christi. Quid autem fiunt ad sumen-
E tes corpus Christi? non corpora multa, sed vnum corpus. Quemadmodum panis ex multis granis vnus efficitur, sic & nos, multi quum simus, vnum efficimur corpus Christi. *Omnes enim ex uno pane participamus, itaque unum sumus.* Quomodo igitur charitatem non obseruamus, & vnum secundũ hoc efficimur? Atqui deus, inquit, propterea corpus suum nobis tradit, vt vniat nos cum erga seipsum, tum nos inter nos
Carnis nostræ naturæ corruptæ. mutuò. Quia enim prior carnis nostræ natura corrupta est à peccato, vitáque destituta est, dedit nobis suam ipse impeccabilem, & omnis peccati expertem, viuacem, & vitæ plenam, similem tamen nobis carnem, vt eam assumẽtes, in ipsam permisceamur, & viuamus citra peccatum, quatenus & ipse peccati expers est, & quatenus licet. *Intuemini Israel secundum carnem. Nonne edentes uictimam, altaris sunt participes?* Ex ritu
F simili, inquit, discite q̃ dolorum communio ab vobis sit facta. Secundum carnem autem dixit Israel, quasi ipsi sint secundum spiritum, vel spirituales. Reputa verò tecum quòd non dixerit de iudæis quòd domino communicent, sed participes, inquit, altaris sunt. Etenim comburebatur quod ara suprapositum erat victimæ. In corpore autem Christi nõ sic res habet, verùm isthic est communicatio corporis Christi. non enim aræ; sed ipsius domini participes efficimur. *Quid igitur dico? Num quòd idolũ aliquid sit, aut quòd idolothytũ aliquid sit?* Metuit ne existiment hæc dicere eum, quasi robur aliquod idolis insit. Non tanquam nocere possint vel prodesse idola, ab iis vos abduco, neque enim quicquam sunt omnino verùm quòd nõ offeratur victima domino tuo. Infert igitur *Sed quod quæ gentes sacrificant, dæmoniis sacrificant, & non deo.*

Ne

Ne igitur accurrite ad hostes domini vestri. Nam si regia di A
missa mensa, condemnatorum & hostium mensam accurreres, omnino peccares, non quod noceret illa quicquam aut iuuaret, cæterum quòd iniuria isthæc videretur mensæ regiæ. *Nolo autem uos participes dæmoniorum fieri.* Si enim mysticam mensam participantes, Christo communicant, eique vniuntur: dæmonum mensam participantes, dæmonibus haud dubiè communicant. *Non potestis calicem domini bibere, ac dæmoniorum,* Quia adhortationis loco dixerat, Nolo vos participes esse dæmoniorum: vt ne admonitio ista floccipendatur, explanationis vice nunc posuit, Non potestis, inquiens, calicem domini bibere, & dæmoniorum. *Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.* Ex solis nomini- B
bus probat non esse comedenda idolis immolata. *Aut prouocamus dominum? Nunquid fortiores eo sumus?* Ad contumeliam eorum hæc dicit. Num tentamus, inquit, & lacessimus deum? An ne punire nos possit, ad hostes eius secedentes? Deinde ad absurdum perducens orationem, Nunquid fortiores, inquit, ipso sumus? Vehementi autem eorum notatione & ob- Deut. 32.
iurgatione reminiscitur verbi Mosaici: Prouocarunt me in non deo, ad iracundiam me concitauerunt in idolis suis. *Liberi arbitrii potestate nõ abutendũ*
Omnia mihi licent, sed non omnia commodant. Ne quis dicat ei cũ pura scientia edens, potestas mihi est ista facere: Omnia qui dem, inquit, ribi licent, at non omnia expediunt. Postquam tua tibi arbitrii libertas ab deo est, at non omnino tibi com- C
modat vesci. Ea enim via progrediens, propensionem nanciscris ad idola, quum ita continuò mensæ eorum es consors. *Omnia mihi licent, at non omnia ædificant.* Neque tibi prodest, inquit, perinde ac antea dixit, neque fratrem tuum ædificat. quin potius destruit ac subruit fidem eius. Quum itaque neque te neque fratrem adiuuet, quid hoc facis? *Nemo quærat quæ sua sunt, sed unusquisque, quæ sunt proximi.* Ne quæras num *Proximi utilitas quærẽda.*
tu pura conscientia vescaris, enimuero num fratrem tuum ædificet ea res. Vbique autem adhortatur vt quę proximi sunt quæramus. *Quicquid in macello uenditur, edite, nihil hæsitantes propter conscientiam.* Quum hactenus multis conuicisset ac confirmasset abstinendum planè ab idolothytis, ne plus æquo hic curiosiores, imò superstitiosiores reddantur, adeò vt abstineant etiam ab iis quæ in foro veneunt, quum metuunt ne & ea sint idolothyta: Omne, idcirco inquit, quod venditur

D tur,edite,non diiudicantes vendentes,aut interrogantes nũ
sit idolorum immolatio quã diuendant,tanq̃ conscientia ve
stra externati,quã hoc pacto purgare intendatis. Vel sic in
telligere queas,Ne feriatur cõsciẽtia tua,ne diiudica. Fortas
se nãq; si disquiras,rescisces idolis esse immolatũ quod emer
Psal. 23. cogitas,periclitaburq́; conscientia tua. *Domini enim est terra*
Immundũ & plenitudo eius. Non itaq; dęmoniorum. Quòd si terra &
natura ni fructus ipsi & arbores,vniuersaq; eius animalia domini sunt
hil est. nihil igitur natura est immundum,verũ ex cuiuslibet senten
tia immundum erit. *Sin quis infidelium uos inuitat, & uos uolue*
ire,omne quod uobis apponitur, edite,nihil diiudicantes, propter con
scientiam. Bene dixit, vultis: neque enim ipse adhortari ad
hoc neque dehortari instituit aut decreuit. Nihil aũt diiudi
E cate,vel interrogate,ne solicitiore cura,nimiáve curiositate
existemini trepidare idola,vtque puram & simplicem vestrã
retineatis conscientiam. *Si uerò quis dixerit,hoc idolothytum est,*
ne ueſcimini,propter eũ qui indicauit, & conscientiam. Domini enim
est terra, & plenitudo eius. Non veluti à rebus noxiis tibi ab
stinere mando,sed propter eum qui indicauit,vt is non lædã
tur,atq; putet idolorũ res haud reiici ab Christianis. Nã q
nõ tanquã ab immũdis,vel ab iis quæ sint à domino nostro
aliena,hæc doceam,vel inde planũ est:domini enim est ter
ra,inquit vates diuinus,& plenitudo eius,hoc est,omnia ip
sam replentia,& quæ ea continentur. Vel hunc ad modum
accipies. Abstine,inquit,ab cibo isto. vniuersa enim terra do
F mini est,ac licet tibi à supernis impleri. Nam cũcta tibi sunt
aperta *Conscientiam autem dico,non tuam,sed alterius.* Hoc est,
Græci. fortasse enim offendetur eo quod dixi, vel tanquam
gastrimargum me iudicandò, vel ceu eum qui æquè ac ipse
Libertas idola excipiat. *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab altera*
in Paulo *scientia?* Libertatem,ab obseruatione liberationem,& pote
quæ sit. statẽ qua nihil nobis ciborum vetitũ tenemus,appellat. Ego
inquit,liberè,citráque obseruationem vescor, Græcus verò
& infidelis me condemnabit,Fabula est,inquiens, Christia
norum religio,aiunt quidẽ idola sese execrari, & interim ea
quæ illis ipsis oblata sunt,vescuntur etiam auidè. *Si ego gra*
tiæ sum particeps,quid blasphemor eius rei gratia, pro qua gratias
ago? Ego,inquit,liberè participo creaturas dei,ac fruor illis
ob gratiam dei,quę finxit me cũ firmum tũ solidum,adeò ve
nihil obseruẽ. At Græcus conuitiabitur mihi, quippe qui si
mulẽ

mulẽ fugere idola,ac per gastrimargiã immolata eis edere. A
Quod adiicit,pro quo gratiasago,huiusmodi est. Ego,inqt,
gratias ago deo,q̃ adeò me excelsum fecit, adeóq; Iudaica
humilitate sublimiorẽ,vt ex nulla re lædar,Græcus aũt & in
credulus scãdalizatur,& blasphemat. i. maledicus est. *Siue*
igitur editis,siue bibitis,siue quid aliud agitis,omnia in gloriã dei fa
cite. Omnia,inquit,facite ad gloriã dei: quasi quę núc fiãt à
vobis,sint cõtumelia dei,imo potius blasphemia,Manducat *Mãduca-*
ergo qsquàm vel bibit in gloriã dei,quãdo neminẽ offendit, *re in glo-*
quãdo nõ vt gulosus Epicurus aut voluptatis sectator epula *riam dei.*
tur,sed velut is q̃ corpus cõseruare velit ad virtutis operatio
nẽ. Simpliciter autẽ quãcunq; rẽ in gloriã dei quispiã agit,
quando neq; aliũ scandalo quopiam lædit,neq; seipsum,vt si
nihil agat vt hominibus placeat,vel quod ex mentis pertur- B
bato affectu dimanet. *Sine offendiculo estote & Iudæis & Græ*
cis, & ecclesiæ dei. Hoc est,nulli vllam vituperationis occa
sionem præstate. Continget autem hoc,si neq; Iudęũ neque
Græcum offendamus,neque fratres etiam: nam illi sunt eccle
sia dei. Obserua,quod maiꝰ est,vltimo loco protulit. Etenim
alios ad fidem attrahere cõuenit,nec interim tamen fratres
negligere aut persequi. Indicat autem omnes ex hoc offen
sos,quòd idolorũ immolatis vescerentur. *Quemadmodum &*
ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi commodet,
sed quod multis,ut seruentur. Postquam magni quippiam illis
imposuerat,reos eos faciens & Iudæorum & Græcorum no- C
xæ,seipsum in medium protulit,vt ostendat rẽ haud esse dif- 1. Cor. 9.
ficilem. Quí verò suum commodum non quęsierit, liquet ex
multis,quę etiam antehac commemorauit. Omnibus,inquit, Roma. 9.
factus sum omnia. maximé verò ex eo q̃ optauit anathema
esse pro fratribus.

CAPVT XI.

I *Mitatores mei estote,quẽadmodũ & ego Christi.* Imi
tatores igitur,inqt,mei estote. Quod ait,quẽadmo
dũ & ego Christi,ne putes arrogãtẽ esse sermonẽ,
verũ adhortãtis potiꝰ ad imitationẽ. Si em̃ ego,inqt,Christũ
imitatus sum,quãto potius vos me imitabimini? Non enim
ego tanto sum melior vobis,quanto ille me, qui omnes in
comparabiliter antecellit, & exuperat. *Laudo autem uos*
fratres quòd in omnibus mę estis imitati, & quemadmodum tradi-

di

D *didi uobis traditiones, sic continetis.* Absoluto de idolothytis sermone, qui de re ardua fuit, leuius nunc quoddam peccatum corrigit. Solet enim grandioribus vitiis leuia etiam inserere. Ecquid isthuc erat? Fœminæ non velato capite orabant, ac vaticinabantur? nam & fœminæ prophetię dono claræ erãt. Viri autem comam nutriebãt quippe qui in philosophia versati essent, cum quandò orarent, tum prophetarent. Hæc verò græcæ legis erant. Quia igitur de hisce eos admonuerat, forsan quum præstò esset, atque eorum quidam obtemperauerant, nonnulli verò haud obtemperauerant: de obedientibus, inquit, Laudo vos, quòd per omnia imitatores mei facti estis, meique meministis. Atqui inter cætera isthuc vnum erat de coma non nutrienda per viros. Atta-

E men omnia, inquit, mea meministis. Semper enim sapienter mollibus verbis adeoq; laudibus consueuit cõpellare eos de quibus spes est q̃ possint in meliorem statũ redigi. Ex eo verò quod ait. Quemadmodum tradidi vobis, traditiones cõtinetis, perspicuũ fit q̃ haud pauca quę literis nõ mãdauerint,

Paulus nõ omnia literis tradidit. tradiderint & ipse & reliqui apostoli, *Volo aũt uos scire, quod cuiuslibet uiri caput Christus est.* Videtur, quãtum ex sequentibus colligitur, ad eos verba facere, qui ab se commonefacti erãt vt retinerent traditiones: re vera autem eos qui non gesserant morem, corrigit. Quum porrò cuiuslibet viri caput ei se Christum audis, de fideli isthuc intelligas. Nã fideles nos sumus corpus ipsius, non autem increduli: quare nec caput illorum Christus. *Caput uxoris maritus est, caput autem Christi*

F *deus.* Caput vxoris maritus est propterea quòd dominetur in eam: Christi verò caput deus, quòd sit eius causa, vt pater filii. Non oportet enim ea quæ de capite dicta sunt, ex æquo de Christo intelligere: verũm nostrum quidem & nostri caput est Christus, vt qui autor & conditor noster, & cuius corpus nos simus: Christi autem caput pater est, ceu autor ipsi⁹. Sin humano more accipias sic dictũ esse patrem Christi, perinde ac Christus dictus est caput nostrum, nihil impietatis admittis: quandoquidem & deus, pater Christi dicitur, humano more. Quia enim nobis assimilari sustinuit, & fratrem se nostrum appellauit & caput, nihil nouum est si humiliationis & exinanitionis etiam nomina recipiat, ac patrem deũ caput habeat secundum humanitatem suam, tanquam primcipem & deum suum. *Omnis uir orans aut prophetans, quicquã in*

capite habens, pudefacit caput suum. Non semper prohibet virum contegi caput, sed in oratione tãtum & prophetia. Nec dixit tectus caput, verùm in capite habens, vt auferat nedum velationem quę fit pallio, verumetiam eam quę fit coma. Nã qui comam nutrit, etiam in capite habet, comam videlicet. *Comæ nũtritio.* Quî verò pudefacit caput suum? Quia quum princeps sit, suique iuris, se ipse iugo subdit. Caput enim contegere, est potestatem capiti imponere. Nam capitis tegumentum, potestatem habentis seu dominatoris vice est, signumque est subiectionis. Vel hunc admodum, Pudefacit Christum caput suum, seipsum nimirum imminuens, ac libertate priuans. Vt enim exiguum corpus pudefacit caput, sic qui a deo liber est factus, suóque iuri & libertati traditus, seipsum imminuit, ac veluti in seruitutem redigit. Quum enim hac ratione se con- B tegit, ad ignominiam isthuc vergit Christi, qui est caput ipsius, tanquam corporis. Non fuerit autem abs re quærere, quur veluti culpam & peccatum isthuc apostolus posuerit. Symbola tradita erant viro & fœminæ, illi quidem vt domi naretur in coniugem suam, huic verò vt esset subiecta: multa sanè alia, inter quæ & illud erat, nempe vt hic aperto capite esset, illa vero tecto. Quomodo igitur non est reprehensioni obnoxium, naturæ leges prætergredi, ac virum quidem fœmineo more comosum esse, mulierem verò retecto capite incedere? Hoc igitur tollit, ceu proprii beneplaciti signum, adeóque bonę qua nobis placemus ipsi, opinionis argumentum, quæ non pauca sanè apud ecclesiasticos ac fideles & vastat & perdit. Inde nanque hæreses subnascuntur, quum quod sibi visum fuerit, producit quisque. *Omnis au-* C *tem mulier orans aut prophetans retecto capite, pudefacit caput suũ: eque enim isthuc est, ac si rasa esset.* Fuerunt autem & fœminæ, prophetiæ (vt diximus) donum habentes, vt Philippi filiæ, aliæque permultæ. Quomodo verò pudefacit caput suũ? Quia fugitiuæ cuiusdam & transfugæ caput ostendit, vt quę defecerit ab tradita sibi ab deo potestate. Noueris autem quòd virum in oratione & prophetia vetet esse tecto capite, mulierem verò non solis hisce illis temporibus, verum semper. Hoc eñ vult per hoc q̃ ait, pinde ac si rasa foret. Vt eñ ei semper turpe est tonso capite videri, cõsimilis deformitas est aperto capite cerni. coma nanq; tegumẽti vice est. Proinde quæ tegumentum abiicit, comam abiicere videtur. Si

Hæreses unde oriãtur.

Actuũ. 21

D *enim non contegitur mulier tondeatur etiam. Si autem turpe est mulieri tonderi uel radi, contegatur.* Immoratur eidem rei, ostendens retectionem istam non esse imparem rasuræ, ac quemadmodum turpis res sit ac deformis rasura, sic & capitis apertura. Per hæc itaque, vt dixi, innuit nunquam non turpe esse, mulierem caput suum retegere vel nudare. *Vir sane non debet contegi, ut qui sit imago & gloria dei.* Primam quidem causam dixit, quòd Christum caput habeat, nec oportet ipsum tegi: iam verò & alteram rationem reddit, quòd gloria dei sit, hoc est, sub potestate dei, & imago ipsius. Est igitur operæ sanè precium, vt princeps à summo rege & imperatore constitutus, cum signis ad principatum eius pertinentibus coram ipso appareat, aperto videlicet & retecto capite. Ea enim apertura commonefacit nulli ipsum terrenæ potestati esse subiectum, nulliúsve hominis iuri subditum, sed ipsum dominari omnium, ceu imaginem dei. *Mulier autem gloria uiri est.* Hoc est, mariti dominatui subdita est. Quare par est vt cum subiectionis suæ indiciis videatur, quę sunt, contecto capite incedere. *Non enim uir est ex fœmina, sed mulier ex uiro. Nec enim uir conditus est propter mulierẽ, sed mulier propter uirum.* Causas dicit quibus vir mulierem antecellit. Nam mulier ex viri costa est, & quia vir non est propter illam, sed illa viri causa. Faciamus enim, inquit, adiutorium ipsi. Qui igitur vir contegetur, tanto honore ab deo adfectus? fœminæ enim habitum sibi arripit, ac perinde fa-
E cit, ac si diadema suũ arreptum ex capite abiiciat, seruilemque habitum & formam recipiat. *Quapropter mulier debet potestatem habere in capite, propter angelos.* Propter hæc omnia, inquit, prædicta, mulier in capite suo signum habere debet subiectionis suæ, tegumentum videlicet, si nihil aliud, angelos tamen verita, & honore dignans, ne & ipsis tanquam impudens videatur. Vt enim obuelare caput deorsumque incuruare, nonihil facit ad verecundari, adeóque subditi formam seruare: sic reuelato capite ingredi, impudentiam declarat, quam & Christianos comitantes angeli execrantur. Clemens verò Stromatensis curiosus, per angelos, ecclesiæ iustos intellexit ac ministros. Obueletur enim, inquit, ne hos ad fornicationem illiciat, vel scandalizet. *Veruntamen neque uir sine muliere, neque mulier sine uiro, in domino.* Hæc adiicit, quia plurimum excellentiæ ac dignitatis

Capitis apturaquid indicet.

Mulier, uiri gloria.

Gene. 2.

gnitatis viro dederat, commonstrans quòd mulier ex ipso, A
& propter ipsum sit primum condita, & sub ipso sit. Ne igitur maritos plus quàm par sit efferat, neque illas planè abiiciat: re vera, inquit, ex prima creatiõe sic res habet, quòd mulier sit ex viro. Nunc autem neque vir sine muliere nascitur, veruntamen in domino, hoc est, deo vniuersum faciente, & viuificante semen, matricemque confortante. *Quemadmodum enim mulier ex uiro, sic & uir per mulierem.* Mulier qui- *Mulier ex*
dem, inquit, ex viro est: adhuc enim apud ipsum permanet: *uiro, uir p*
quæ res argumento est simpliciter mulierem ex ipso esse. *mulierem*
Vir autem est per mulierem, id est, mulier est administra generationi hominis: potior autem seminis est operatio, vt ita vir non propriè dicatur ex fœmina esse, sed ex patre suo per mulierem, vt quæ sit ministra generationis. De domi- B
no autem Paulus non sic dixit, sed natum ex muliere ait. *Galat. 4.*
Metuit enim vti præpositione per, de Christo loquens, ne locum daret hæreticis calumniandi, quòd Christus per virginem ceu siphonem aut canalem transierit: vel vt indicaret apostolus, quòd quia vir non subaccesserit virginem, fructus ventris virginis sit. *Omnia autem ex deo.* Non viri, inquit, opus est, sed dei. Quòd si omnia dei potentia fiant, ipseque ordinauit virorum & mulierum res, causam & negocium, ne contradic, sed obtempera. *Apud uos ipsos iu-*
dicate. Rursum eos iudices facit eorum quæ dicit, abun- C
de, & copiose astruens quod instituit. *Decet mulierem obuelato capite adorare deum.* Hic horribilius quicquam indicat, nempe quòd ad deum iniuria recurrat. *Aut nonne* *Coma ui-*
ipsa natura docet uos, quòd uir si comam nutriat, ignominiæ ei sit: mu- *rum dede-*
lier autem si comam curet, gloria ei est? Nam coma operimenti uice *cet.*
ei data est. Ecqui est ignominia viro, si comam curet? Quia mulieris habitum & formam assumit, quũq; sit princeps constitutus, subiectiõis signum recipit. Mulieri autem coma est gloriæ, quoniam proprium ordinem & habitũ asseruat. Cuius autem in gloriam cedit sui status obseruatio. Quid verò necessum est aliud adhuc operimentum naturali isti peplo comę apponere, si coma est velamẽtũ? Vt nõ ex sola natura, verũetiã ex cõsilio & volũtatis electiõe subiectionẽ fateat. *Si uero quisquam uidetur contentiosus esse, nos talẽ cõsuetudinẽ nõ habemus, neq; ecclesiæ dei.* Contentionis hoc est, reluctari in

D huiusmodi, sed non est rationis vel intellectus. Quum enim forsan Corinthii sapientes videri volentes, apponerent sese per suos syllogismos & argumenta, quibus rem mediam & indifferentem demonstrare nitebantur: Nos, inqt, talē cōsuetudinem non habemus, siue ita altercandi, siue quod vir iste comam nutriat: siue quòd mulier ista non obuelatum caput gerat, imò ne aliæ quidem ecclesiæ dei. Proinde non nobis solis aduersamini, sed vniuerso iuxtà orbi. Hæc porrò rubore Corinthios suffundunt, auditores compellentia, ne quicq̄ præter apostolicam consuetudinem faciant. *Hoc autem præcipiens non laudo.* Quemadmodum qui primum crediderāt, communia omnia habentes, communiter & publicè epulabantur: sic per quandam eius rei imitationem, etiam si non adeò exactam, Corinthii statis quibusdam diebus festis ex

Christianorū olim omnia cōmunia.

E æquo publicè conuiuabantur post sacramentorum assumptionem. Siquidem opulenti fercula adferebant, inopesque ad cō uiuium isthuc accersebant. At per dissensiones corruptus est admirandus mutuęque dilectionis & sapientiæ amans mos, nec ab omnibus seruabatur. Scribit igitur Paulus, vt hoc deliquii corrigat. Porrò in præcedenti delicto, quum multos obedientes haberet, Laudo vos, inquit. hîc verò secus habente re, Hoc præcipiens non laudo, ait, hoc est, non laudo vos. Nam omnino hac de re præcipio vobis, vosque adhortor. Conueniebat autem, vt per se ipsi intelligentes, neque peccarent omnino, neque mandati indigerent. *Quoniam non in melius, sed in deterius conuenitis.* Decebat vos in melius pergere

F & progredi, cōuĕtúsq; vestros facere honoratiores, vos aūt consuetudinem quæ obtinuerat apud vos, imminuistis. Ac conuenitis quidem in vna ecclesia, nec tamen vt simul cœnetis. Hoc igitur est quod deterius est & minus, in quo deficitis. *Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesia, audio schismata inter uos esse.* Non statim sermonem de mensa domini auspicatur, sed prius eos ferit ac terret. nam reuera quia dissecti erant & diuisi inter sese, idcirco priuatim edebant quisque pro sese. *Et quadantenus credo.* Vt ne dicant, Quid mentiuntur calumniatores nostri? Neque credo dixit, vt ne impudentiores faciat, neque non credo, ne videatur eos frustra obiurgare: sed parum quiddam credo, inquit. Simul tamen verisimile est neque omnes morem istum transgredi, sed ex parte quosdam. *Oportet enim & hæreses inter uos esse.* Non dogma

Oportet.

tum hic hæreses, dicit, verùm eas quæ de mensis huiusmodi A exoriebantur. Quid verò est, oportet? pro, possibile est, vel necesse est vos, quum homines sitis, non per omnia rectè ingredi. Ob eam igitur rem etiam credo: perinde ac dominus etiam dixit: Necesse est venire scandala. Quum enim praui *Matt. 18.* sint in mundo & scelerati multi, non possunt non venire scandala. *Vt qui probati sunt manifesti fiant in uobis.* Coniun- *Vt.* ctio vt, hic non est ætiologica, non reddit rationem, sed ad rei euentum & exitum pertinet, vt non in paucis locis planum redditur. Quum enim arrogantiores communem istam cœnam non acciperent, manifestabantur probati, id est pauperes, quòd patienter ferant sese negligi antea autem non apparebat perseuerantia eorum. Vel probatos dicit eos, qui B morē cœnæ adhuc custodiebant nō em̄ oēs eū dissoluerant. Dissoluentibus itaque reprobis, apparentib⁹ obseruātes manifestantur ceu probati. *Conuenientibus igitur uobis in idem, non est quod dominicam cœnam manducetis.* Conuentus, inquit, *Cœna dominica, cō uiūus.* charitatem indicat, & collectionem vel coniunctionem, qua lis est armentorum & gregis sub pastore vno: atqui opere ea hodie coniunctio non fit. Dominicam cœnam autem con- *Cœna, prā dium.* uiuium vocat quo multi simul vescuntur, veluti imitationem illius horribilis & admirandæ cœnæ, qua dominus simul cum discipulis suis manducauit. Propterea & cœnam prandium vocauit. Videte igitur, inquit, quo orbemini, nimirum imitatione mensæ dominicæ. *Vnusquisque enim propriam cœnam præsumit ad manducandum.* Dominicam hanc C cœnam priuatam feciſtis. Quandiu enim communis & publica esset, dominica cœna vocabatur: domini enim res omnibus seruis sunt communes. Postquam autem vnusquisque anteuertit propriam cœnam manducare, nec expectat pauperes, sed priuatim apud sese edit, contumelia affecistis cœnam vestram, pro dominica priuatam facientes. *Et alius quidem esurit, alius uero tumulentus est.* Pauper quidem esurit, opulentus verò ebrius redditur. Duo autem hic sunt piacula, & quod prætereuntur pauperes, & quòd vos inebriamini, soli vescentes & conuiuantes quæ & pauperibus oportebat apparata esse. Significatione autem peculiari dixit temulentos eos esse. *Nunquid enim ædes non habetis ad edendum & bibendum?* Si enim publicè non estis esuri, quur non in ædibus vestris editis? *Aut ecclesiam Dei contemnitis?* Quum enim

D dominicam cœnam priuatã feceris, manducans apud teipsum, in ecclesiam & locum es iniurius. *Et pudefacitis non habentes.* Non tantum curant pauperes, inquit, quòd non alitis eos, quantum quòd pudefiunt, redarguti & indicati quòd nihil habeant, vobis splendidè accumbentibus, ac indulgentibus temeto. *Quid uobis dicam? laudabo uos? in hoc non laudo.* Post lapsus & erroris demonstrationem mitius cum illis loquitur. Quum enim posset dicere, ista innumeris esse mortibus digna, hoc non agit, verùm quid ait? Laudabo vos? non laudo. Hoc autem facit, vt eò mansuetiores clementioréque pauperibus reddat. Si enim eos vehementius & acerbius percussisset & increpuisset, aduersus inopes exasperati, crudeliores in eos facti essent, quippe quia eorum

E causa ab Apostolo ignominia adfecti essent. *Ego enim accepi a domino, quod & tradidi uobis.* Cuius rei gratia mysteriorum illius vesperæ meminit? omnino necessariò, vt persuadeat quòd dominus tuus omnes eadem mensa excipere dignatus sit, tu verò vnigenitum Dei filium accipere dedignaris. At qui ait ab domino se accepisse? neque enim tum aderat Paulus, sed Christi persecutor erat. Vti discas, quòd ipse hodiéque mysteria illa tradat, æquè atque tum. *Quoniam dominus Iesus, in nocte qua tradebatur, accepit panem, & postquam gratias egisset, fregit, ac dixit, Accipite & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur.* Recordamini, inquit, quòd hanc vltimam vobis dederit, cœlestem thesaurum, ac spiritualem adeóque arcanam sacrosanctam institu-

F tionem, quódque ea etiam nocte qua mactandus erat, Iudam proditorem mensæ fuæ accumbentem habuerit. At tu fratrẽ tuũ reiicis, contemnis, indignũ iudicas? Edoctus es etiam gratias agere, quãdoquidẽ & ille gratias egerit, exẽplo nobis relicto: atq; tu indigna gratiarũ actiõe cõmittis, iniuriã inferẽs ecclesiæ. te nãq; epulãte ad temulẽtiã vsq;, ali⁹ esurit. At verò ille in cõmune & generatim oĩb⁹ dixit, Accipite, edite, id q; corp⁹ suũ, q̃ p̃ oĩbus ex æquo fregit, in mortẽ tradẽs: tu verò præsumis edere, neq; cõmunẽ panẽ in mediũ ponis, neq; frangis ipsum vti detur multis, verũ tibi ipse cõtines. *Hoc facite in meam recordationem.* Quid ais? si filii vel patris memoriam faceres, conscientia tua sanè externareris, quando legitima, Christique suprema voluntate decreta non repleas, neque pauperes inuites: recordationem autem, domini faciens, ne

mensam

mensam quidem tuam simpliciter illis impertis. *Similiter & calicem, postquam cœnasset, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine.* Fuerunt & in veteri testamento cyathi, quibus sanguinem brutorum post victimam oblatam libarent, quem phiala & pateris excipiebant. Pro sanguine itaq; brutorũ, qui vetus testamẽtum veluti sigillo consignabat, meum ego nunc sanguinem pono, nouum testamẽtum eo ceu sigillo muniens. Ne turberis igitur sanguinem audiens. Nam si irrationalium pecorũ sanguiné accepisti in veteri testamento, quanto potius nunc diuinum? *Hoc facite, quoties biberitis, in meam recordationem.* Per poculũ isthuc, inquit, memoriam facis dominicæ mortis. Quĩ igitur tu solus bibis & inebriaris, tremendo isto calice omnibus ex æquo tradito? *Quoties enim ederitis panem hunc, & calicem hunc biberitis, mortem domini annunciabitis, tantisper dum uenerit.* Eo, inquit, affectu debetis esse imbuti, perinde quasi in illa ipsa Christi essetis vespera, adeóque cœna, eidémque accũberetis thoro, & ab ipso Christo acciperetis sacrũ isthuc. Illa ipsa enim cœna est, & illam ipsam mortem annunciamus ad secũdum vsque eius aduentum. *Proinde qui ederit panem hunc aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini.* Ipsos obliquè perstringit indignè manducantes, quandoquidem inopes negligant. Qua verò ratione reus fit indignè assumẽs? perinde nimirum ac ipse sanguinem domini effundat. Vt enim qui tum pupugerunt Christum, non vt biberent, effuderũt, verùm vt effunderẽt: sic indignè bibens, nihílque inde commodi referens, frustra ac temerè profundit sanguinẽ. Porrò Iudæi di- C lacerarunt regis chlamydẽ: at qui indignè manducat, in cœnum & lutum istam chlamydem, hoc est, suã ipsius animam iniicit. Nónne igitur par & minimè dissimilis est ignominia? propterea & ipse huius chlamydis reus est. *Probet autem homo seipsum, & sic ex pane edat, & ex calice bibat.* In more est *Paulimos in disputando.* diuo Paulo, vbi post medium cuiusmodi argumenti alia necessaria inciderint, huc etiam digredi: quemadmodũ etiamnum alio proposito argumento de mensa, simul atque in mysteriorũ vel sacraméti corporis & sanguinis domini sermonẽ & mentionẽ incidit, hunc locum veluti maximè necessarium perficit & absoluit, ac summã bonorum monstrat, cum pura conscientia accedere mensam. Vnde inquit: Non alium tibi iudicem attribuo, verùm teipsum tibiipsi commendo. Iudica

D igitur & explora conſcientiam tuam, & ſic accede, nõ quando fuerint feriæ, ſed quando purum teipſum ac dignum inueneris. *Qui enim edit & bibit indigne, iudicium ſibi edit & bibit.* Non propter myſteriorum naturam, hęc enim ſunt viuifica, verùm propter accedentis indignitatem, quemadmodum & ſol oculis corruptis eſt noxius. *Non diiudicans corpus domini.* Hoc eſt, non explorans, non intelligens propoſitæ rei amplitudinem. Si enim diſceremus vnquam quiſnam eſſet qui proponitur iſthic nobis, nõ indigeremus altero, ſed illud ipſum nos, vt ſobrij eſſemus, pararet. *Propterea inter uos multi imbecilles & infirmi, dormiunt & multi.* Accipite demonſtrationẽ ex iis quæ apud vos cõtigerũt. Hinc enim ſunt immaturæ mortes, diuturnæque ægritudines & morbi, eò quòd multi indignè aſſumant. Quid igitur? qui non ægrotant, & ad extremam vſque ſenectam ſeruantur incolumes, nónne peccant?

Immaturæ mortes propter indigne ſũptũ Chriſti corpus.

E Peccant ſanè, ſed nõ huius temporis pœnæ ſolæ indignè accedentibus deſtinatæ ſunt, ſed in futuro quoque ſeculo illic difficiliora grauioráq; ſunt repoſita ſupplicia: neq; hîc nos puniti eſſemus, niſi deliquiſſemus, perinde ac ipſe iã infert. *Si enim nos ipſos iudicaremus, non iudicaremur.* Non dixit, nos ipſos puniremus, ſed tantum iudicaremus & cõdemnaremus nos ipſos, non iam hîc condemnaremur ab Deo, verũ & præſentia & futura ſupplicia effugeremus. *Quum autem a domino iudicamur, erudimur, ut ne cum mundo condemnemur.* Quando quod adeò leue & facile eſt, non facimus, hoc eſt, quòd nos ipſos non dignoſcimus & cõdemnamus: neque Deus nobiſcum crudeliter adeò agit, verùm hic erudit & caſtigat, vt illic miſereatur. Caſtigamur autem hic, inquit, non punimur,

F cæterum à patre admonemur, vt ne cum mũdo, id eſt infidelibus, illic condemnemur. Deo enim quum fideles vehementer curæ ſint, pro delictis ſuis ita à Deo tractantur. *Itaq; fratres, cum conuenitis ad manducandum, alter alterum excipite.* Iterũ ad pauperum rationem & ſermonem rediit, poſtquam pœnę mortiſque meminit ob indignam myſteriorũ dominicæ mẽſæ acceptionem inflictę. Nec dixit, alter alteri impartimini, ſed enim excipite: oſtendens communia eſſe quæ iſthic adſerantur, quódque communis conuentus ſit expectandus. *Si autem quis eſurit, domi edat.* Ruborem Corinthiis hic ſermo ſuffundit, cóſque pudere facit. Loquitur enim eis tanquam pueris & infantibus, qui famelici ægrè inediam patiantur, ipſo-

Caſtigat nos deus.

ipſorúmque gaſtrimargiam cõdemnat. Hinc & eos ab eccleſia adeóque delubro educens, in ſuam quenque domũ remittit, quæ non exigua eſt verecundia. *Vt ne ad iudicium conueniatis.* Id eſt, ad noxiam detrimentúmve veſtrum, & ad condemnationem. Eam enim ob cauſam ſunt conſtituti conuentus, vt alter ab altero iuuetur, dum in charitate congregamini. *Sin minus, melius eſt ut domi ſitis.* Hæc non dicit vt domi ſint, cæterùm vt eos magis attrahat quò ſicut oportet conueniant. *Reliqua, ubi uenero, ordinabo.* Vel de aliis nonnullis delinquentibus apud eos qui opus habeant emẽdatione, vel de hoc ipſo peccato loquitur. Veriſimile eſt, inquit, aliquot defenſionẽ parare aduerſus ea quæ dixi, verùm interim, quæ dixi, cuſtodiant. Sin quiſquam aliud quicquam habeat quo mihi contradicat, in meum id aduentum vſq; ſeruetur. Teret autem eos tanquam affuturus, vt interea temporis demittant criſtas, & corrigant ſi quid non bene habeat.

A

B

CAPVT XII.

D *E ſpiritualibus fratres nolo uos ignorare.* Hoc eſt, de donis ſpiritus. Argumentum autẽ eſt huiuſmodi. Qui crediderant in principio, & baptizati erant, omnino ſpiritum accipiebant. Quia verò is inuiſibilis erat, ſenſibile ſignum dabatur operationis ipſius, atque aut linguis loquebantur, aut prophetabant, aut miracula edebant. Apud Corinthios itaque chariſmatum nomine ſeditiones erant, adeò vt qui maiora dona acciperent, efferrẽtur: qui vero minora, his inuiderent. Inſuper vates aliquot & pſeudoprophetæ fuerunt, qui difficulter à diuinis prophetis iudicabantur. Cuncta igitur hæc in meliorem ſtatum reuocat, ac primum quod ad vates attinet. *Noſtis, quod quando gentes eratis, ad idola, quemadmodum ducebamini, abducti ſitis.* Signum dat vatis & prophetæ: quoniam ſi, inquit, apud idola aliquis vaticinaretur, à ſpiritu immundo detentus, ceu raptus & abductus, ſic rapiebatur à ſpiritu ligatus, nihil ſciens eorum quæ dixiſſet, ſed planè extra ſe conſtitutus & inſanus. Cum propheta autem aliter ſe res habet. Nam is mente ſobria cũcta loquitur. Itaque primum hoc ſignum & diſcrimen vatis dæmoniaci, & prophetæ diuini. *Propterea notum uobis facio, quod nemo in ſpiritu loquens dicit anathema Ieſum: & quod nemo poteſt dicere dominum*

Baptiſmi mirabilis.

Phanatici & prophetæ diſcrimen.

D *minum Iesum, nisi in spiritu sancto.* Signum tibi sit vaticinij insani isthuc, execrari, blasphemare, conuitiisque incessere Iesum: prophetæ verò signum est, haud citra præconium nominare domini nomen. Quid igitur catechumeni faciunt? quomodo isti nondum habentes spiritum sanctum, nominãt Iesum? verùm de his nunc non est sermo, cæterùm de fidelibus & infidelibus. Quid verò dæmones? non nominabant nomen domini? Nominabant quidem, sed flagris cæsi & coacti, suapte verò sponte & per sese haudquaquam. *Diuisiones autem donorum sunt, idem uero spiritus est.* Quum discrimen inter verum & vanum prophetam indicasset, déque miraculis dixisset, vt dissidentes in hisce corrigat: primum eum curat veluti adhibita medicina, qui minus donum accepit, E ac propterea mœret. Quur enim doles, inquit, quòd non tantum accepisti atque alius? Non enim debitum est, sed charisma & donum. Itaq; gratias age, quòd nihil tibi Deus quum debeat, omnino tamen aliquid dederit. Quinetiam idem est dator, qui tibi & illi largitus est. Non enim tibi angelus dedit, illi verò Deus: verùm idem est vtrisque spiritus. *Ac diuisiones ministeriorum sunt, sed idem dominus.* Meminit & filij, tanquam datoris bonorum. Dolentem porrò maiori consolatione reficiẽs, ministeriorum dixit. Qui enim charismatis vocabulum audiuerat, & minus donum accepe- rat, fortasse angi queat animo, ceu circa donum imminutus. Qui verò ministerij vocem audiuerit, non ita dolebit. laboris enim & sudoris hoc est indicium. Quid enim doles, si F alium plusquam te laborare iussit, parcens videlicet tibi? *Diuisiones etiam operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Patris hìc mentionem facit, qui operatur omnia in omnibus fidelibus opera. En hîc tibi Trias est perfecta. Donum autem, & operatio, & ministerium, eadem sunt, etsi nominibus differunt. æqualiter enim à spiritu, & filio, & patre dantur. Vide autem quomodo spiritus meminit primùm, postremò verò patris, eorum causa qui in Triadis huius ordine nimium sunt curiosi. *Cuiuis autem datur manifestatio spiritus ad commoditatem.* Ne quis dicat, Ecquid quòd idem sit dominus, & idem spiritus, & idem deus, quum ego interim minus acceperim? Hoc tibi, inquit, commodabat. Spiritus autem manifestatio, signa sunt. per hæc enim demonstrabatur libenter in baptizatis commorari.

Catechumeni.

Dæmões Christum confitentes.

Spiritꝰ demonstratio.

Quid

Quid igitur tibi dolet? Siue enim maius, siue minus habeas A donum, ostendit spiritum in te esse. Ecquid tibi propterea curæ? *Alii enim per spiritum datur sermo sapientiæ.* Qualem habebat Iohannes tonitru filius, qualem & ipse diuus Paulus. Obserua autem præpositionem διὰ spiritui hîc applicari. *Alii sermo scientiæ, secundum eundem spiritum.* Qualem *Sapientia* habebant plerique fidelium, qui ipsi quidem scientiam habentes, alios docere non poterant. Sapientia nanque docet, perspicuitas quædam existens quæ operta recludit, obscúraque clara reddit. Vbique autẽ eiusdem spiritus meminit, animum addens (vt sæpius dictum) ei qui minus acceperat. *Alii autem fides, in eodem spiritu.* Non fides dogmatum, sed *Matt. 17* miraculorum, quæ & montes transfert. *Alii autem dona sa-* B *nationum, in eodem spiritu.* Vt curet omnem ægritudinem & languorem. *Alii autem operationes uirtutum.* Qui punire etiam queat inobedientes. vt Paulus excæcauit Elyman magum, sic Petrus Ananiam sustulit: id quod dona sanationum *Actuũ. 13* accipiens non habebat. *Alii autem prophetiæ, alii uero diiu-* & 5. *dicationes spirituum.* Hoc est, vt sciat quisnam spiritualis, & quis non spiritualis: tum quis propheta, & quis impostor. *Alii autem genera linguarum.* Abundabat apud Corinthios linguarum donum. Hinc magis etiam confidebãt, quasi primum & præcipuum id apostolis esset datũ, ac propterea aliis donis excellentius sit visum. Atqui id sic nõ habet. Siquidem doctrinæ donum maius est, & interpretatio linguarum maior est, quàm simpliciter linguis loqui. Valde propriè autem C de linguis loquens, genera dixit. *Omnia autem hæc operatur unus & idem spiritus, diuidens seorsum cuilibet ut uult.* Rursus eandem cõsolationem ponit, idem spiritus operatur omnia. Magis autem obstruit ora eorum qui talem haud æquo animo dispensationẽ ferũt. Pro arbitratu, inquit, suo facit. Tu verò quis es qui istue ægrè feras? Obserua autẽ dictũ hoc esse propter eos qui cũ spiritu pugnant. Non enim quêadmodum iubetur, sed vt vult spirat: itaq; dominꝰ & deus est. Nec efficit, sed efficit æquè ac pater. Efficiẽs, inquit, omnia in omnibus. *Quemadmodum enim corpus unum est, & mẽbra habet multa, omnia autẽ mẽbra corporis multa quũ sint, unum sunt corpus: sic & Christus.* Simili à corpore sumpto, consolatur mœrentẽ ob minus charisma, ostẽdens quòd ideo nihil sit imminutus. Vt enim corpus vnũ est, & multa, propter mẽbra: sic & membra & multa

sunt, &

D sunt,& vnũ,eo quòd in vnũ corpus coagmẽtẽtur. Vbi igitur differẽtia? Vbi mai⁹? vbi minus? omnia enim vnũ sunt. Sic igitur & Christus,id est Christi ecclesia: hoc enim modo ecclesia nominauit à capite. Perinde enim vt corpus & caput, vnus sunt homo: consimilem ad rationem,ecclesiam & Christũ,veluti corp⁹ & caput,vnũ esse sciẽs, pro ecclesia Christũ posuit. Dicit igitur, quòd in ecclesia vnum quoddam omnes sumus, etiamsi ex diuersis iuncturis constet concinnatumque sit isthuc vnum. *Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus,siue Iudæi,siue Græci,siue serui,siue liberi.* Indicat iamnunc quomodo ecclesia adsimiletur vnius corporis exemplo,inquiens: Sub eodem & vno spiritu nos omnes, & ego,inquit,& tu, & alius,baptizati sumus in vnũ corpus, E hoc est,vt simus vnum corpus. Non enim in alio quidem tu, in alio verò ego,baptizati sumus spiritu, verùm in eodem. Proinde neque quiddam te excellẽtius habeo. Nam in vnum corpus baptizati sumus,pro eo quod est,vt simus vnum corpus,& Iudæi & Græci,& serui & liberi. Si ergo adeò disiunctos,tantóq; interuallo distantes,spiritus nos coniunxit atque vniuit: quanto magis postquàm vnũ facti sumus, non debemus contristari,ceu discrimen quoddam sit inter nos? *Et omnes uno spiritu potati sumus.* Videtur hìc loqui de mẽsa corporis domini,panis nẽpe & vini. Quũ enim dicit spiritu⁹ potari nos,vtraque indicauit,& sanguinem,& carnem. Verumtamẽ verius est quod hic loquatur de accessu spiritus,qui nobis post baptisma contingit,& priusquam hæc sacra mysteria adeóque sacramenta accedamus. Potati autem sumus vel F bibimus dixit per metaphoram eorum qui ex eodem fonte irrigantur. Vnus igitur spiritus potauit nos,& vnũ corpus esse fecit. *Etenim corpus non est unum membrum,sed multa.* Ne mireris,inquit,quòd tot cum simus,vnũ corpus simus. Etenim & in humano corpore à multis mẽbris vnum corpus est inuenire. *Si dixerit pes, Quia non sum manus non sum de corpore: non propterea non est de corpore. Et si dixerit auris, Quoniam non sum oculus,non sum de corpore: non propterea non est ex corpore.* Introducit membra loquentia,& murmurantia quòd sint aliis minutiora vel inferiora,vt per demonstrationem inutilis membrorum murmuris præter rationem facti, pudore suffundat murmurantes in ecclesia,propterea quòd nonnulli in ea cæteris sint maiores. Ponit autem duo extrema,pedẽ & aurem.

Christus. Christi ecclesia.

Ecclesia corpori persimilis

Spũs post baptisma datur.

Nec

Nec facit pedem oculo loqui, sed parum sibi superiori manui. Auditum autem introducit cum oculo disputare. Sẽper enim non valde excellentibus, verùm parum à nobis distantibus atque ascendentibus vel progressis inuidere solemus. Quòd si igitur dixerit pes, Quia non habeo medium locum, æquè ac manus, sed sum omnium infimus, nõ sum ergo pars corporis: nunquid propterea quia nõ est manus, non est ideo ex corpore? Minimè gẽtium. Non eñ locus est in causa quur sit pars corporis, vel non sit: verùm quia corpori quicquam vnitum est, aut non vnitũ coagmentatúmve, eam ob rem est corporis pars. Hunc ad modũ si auris dixerit, Quia non sum oculus, eam ob causam orbor omnino eo vt sim pars corporis: num propterea & ipsa non erit ex corpore? Atqui quum locum sibi principio destinatum retineat, propriámque operationem operetur, suámque virtutem exerceat, ipsa quoque erit & membrum & pars corporis. Proinde etiamsi tu videaris minus charisma accepisse, ne ea de causa murmura. Membrum enim es ecclesiæ, quod est corpus Christi, etiamsi inferiorem locum nactus es. Tum verò non es membrum, quum teipsum abscideris, atque ab vnitione abruptus auulsúsq; fueris. Conserua igitur coadunationem, si vis esse membrum. *Si totum corpus oculus esset, ubi auditus? si totum auditus ubi olfactus?* Quia oculorũ meminerat, & pedis, & auditus, & manus, eáque ad cogitationem perduxerat altioris & inferioris locorum ac verisimile erat eos rursus contristari, nisi consolationem acciperent: ostendit iamnunc ita cõmodum esse, vt sint diuersa dona. Nam si totum corpus foret vnum membrum, vbi nam reliqua manerent? Non pudet igitur te qui tot membra eiicis ac tanta, teque solum esse dignum membrum iudicas? *Iam uero deus posuit membra unumquodlibet ipsorum in corpore ut uoluit.* Vehementer eos compescit, & quũ ait quòd deus voluit ac segregauit vnicuuis membro proprium locum, idenim significat, posuit: & quòd neque pes, quia postremũ locum obtineat, algere debeat. Sic enim deus voluit, atque hoc ipsi confert, in imo loco positum esse. Neq; caput supremum locum habeus, propterea debet efferri. Dei enim hoc, nõ ipsius opus est. Consimilem ad modum in ecclesia deus constituit hunc esse inferiorem, id quod ipsi commodat: illum verò superiorem. Atque hunc oportet dilectione esse præditum erga reliquos, illum verò non attolli vel inflari. *Si autem omnia essent*

A

Quibus fere inuidia mus.

Pars corporis ut quod dicatur, nõ locus facit, sed unio.

B

C

D *sent unum membrum, ubi corpus? Nunc uero membra multa sunt, corpus uero unum est.* Animaduerte sapientiam. Hoc ipso eos obturat, oráque illis obstruit, quod videbatur illis parere puerilli animitatem, nempe quòd sint diuersa charismata, quódq; non sit idem omnium precij vel honos. Nisi enim essent diuersa membra, neque corpus vnum esset. Quòd si corpus nõ sit vnum, neque par erit honos & existimatio. Iam verò eam ob rem in omnibus est idem precium, ideóque æquè honorãtur membra, quòd omnia idem corpus perficiãt: ideóq; quia diuersa membra sunt, ideo vnum corpus constituũt. Quia verò vnum corpus, ideo cũctis idem honoris exhibetur, & precij sunt eiusdem, ex hoc ipso quòd omnia coeãt & compagnẽtur ad vnius corporis repletionẽ. Ait enim, multa quidem

B membra, corpus verò vnum. *Non potest oculus dicere manui, opera tua nõ indigeo: aut rursus caput pedibus, opera uestra nõ indigeo.* Submissioribus factis, necnon pacatis iã qui minora charismata acceperant, ad eos nunc qui maioribus præeminentes intumescebant, verba facit, qui inferiores se adspernabãtur.

Mẽbra in uicem op⁹ habent. Vt inquit, oculus non potest dicere reliquis mẽbris. Non habeo opus, vestra opera, vno nãque deficiẽte, claudicat totum corpus: sic neq; qui maiora charismata acceperunt, attollere sese possũt aduersum eos quib⁹ sunt, minora. Eorũ eñ & ipsi opa indigẽt: ipsi eñ soli nõ sufficiũt vt ecclesiã dei ædificẽt. Pulchrè autẽ dixit, Nõ potest. Etiã si nãq; multa velit, nõ sic tamen habet rei natura. *At multo magis quæ uidentur membra*

F *corporis imbecilliora esse, necessaria sunt: & quæ putamus inhonoratiora esse corporis, his honorem uberiorem exhibemus: ac deformia nostra uberiorem honorem habent.* Indicat iam quòd & commoda & necessaria sint quæ videntur esse minora. videtur enim inferiora, sed nõ sunt. Quænam sunt hæc? quæ imbecilliora videntur, & inhonoratiora quidẽ, & interim tamẽ necessaria

Genitaliũ necessitas atq; honos sunt. Nõnulli genitales hic partes accipiũt, quę adeó sunt necessarię, vt has citra, etiãsi inhonoratę sint ac deformes, ne vita quidem hominis constare queat. Insuper maiorem illis honorem exhibemus, ac circumponimus. Etsi enim quisquam

Oculi. totũ corpus nudus sit, hæc tamen mẽbra nudari non patitur.

Pedes. Nõnulli verò p imbecilliora, sed necessaria tñ, oculos intelligat, qui quũ parui sint, ac reliquis artub⁹ infirmiores, in primis tñ sunt necessarij. Per inhonoratiora verò ac deformia, pedes intelligunt. Oculos itaq; magna cura dignamur, ceu imbecilles,

becilles. Pedes rursus contegimus & obuelamus, ac solicitè illis prospicimus, quantunuis inferiore loco sint positi, ac honoris vacui esse videantur. Poterit autem quispiam hic treis ordines intelligere ex his quæ dicta sunt, vt alia quidem sint infirma & necessaria, vt Oculi: alia verò honoris vacua, vt pedes: alia deformia, vt mortalium generationi destinata. *Formosa autem nostra non habent opus.* Ne quis dicat, Ecquænam hæc est ratio, vt prospiciamus deformibus, eaque honoremus, venusta verò despiciamus? non despicimus, inquit, sed illa nulla nostra cura & honore opus habent: ab natura enim decus suum & formam nanciscuntur. *Verum deus commiscuit corpus.* Si commiscuit, ergo vnum fecit: quod enim miscetur, vnum fit. Et vbi iam deinceps in vno maius & minus? *Deficienti maiorem dans honorem, ut ne schismata sint in corpore.* B Nõ dixit, inhonorato aut deformi, sed deficiẽti vel egẽti. nihil enim natura deforme vel inhonoratũ. Exuberãtiorẽ, inquit, impertiit honorem indigenti, vel postremo viso. ne igitur doleas, quum maiori honore adficiaris. Causa est, ne sint schismata in corpore. Si enim alia quidem natura & nostra prouidentia curasset, alia vero ne nostra quidem solicitudine dignatus esset, dissedissent inter se mutuò, inque se discissa fuissent, non valentia ferre connexum & compagem. His verò discissis, neque reliqua permansissent salua, ceu corpore iam secto ac scisso. Ne igitur vos maiori-

Membrorum infe-riorum or-dinestres *Natura nihil deforme.*

b⁹ charismatib⁹ decorati insurgite in vobis inferiores, ne rectis illis vos detrimẽtũ patiamini. *Sed idem pro se mutuo cogitent, sintque solicita.* Non solùm, inquit, vt non abscindantur C membra ac dissideant, verùm vt dilectio sit multa & concordia. Et qui maior est, curam gerat, cogitètque anxiè non simpliciter. sed idem hoc est, vt eadem magna sanè prouidentia fruatur & minor. Sic itaque spina incidente, plantæque infixa, totum corpus sentit & anxiè perturbatur, caput inclinat, dorsum inflectitur, venter & femora contrahuntur, oculi multa solicitudine vident, manus infixum eximunt, atque ita cætera condolent. *Ac si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Si uero glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra.* Exacta enim vnitio & cõiun ctio, cõmunes facit glorias & calamitates. Proinde, vt iã dixi mus, plãta percussa vel icta, totũ corpus condolet. Rursum si caput coronetur, reliquis inde mẽbris & gloria & gaudium emergit,

Membrorum bona & mala communicabilia.

D emergit, oculi sunt pulchri, ac totum corpus est formosum. *Vos estis corpus Christi, & membra ex parte.* Ne dicant, ecquid ad nos corporis & membrorum similitudo & exemplum? Vos, inquit, estis corpus Christi & membra. Quare si humanum corpus nō oporteat ab se dissentire, quāto minus Christi? Quia verò non ipsi soli constituebant corpus Christi, sed omnes in vniuerso terrarum orbe fideles, apposuit, & membra. Etiamsi nanque non totum corpus fuerunt, membra certè fuerunt, idque ex parte, hoc est, nō omnia membra, sed ex parte. *Et alios quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, deinde prophetas.* Si deus posuit, quur te ipse opponis? Principe autem loco apostolos collocat, ceu omnium bonorum duces: secundo prophetas, non veteris quidem testamenti (illi enim ad Iohannē vsque de Christi aduentu vaticinati sunt) sed eos qui in nouo testamento post Christi aduētum & natiuitatem prophetabant, quales fuerunt Philippi filię, qualis Agabus, quales alii innumeri. Larga enim & abundans erat gratia spiritus in quauis ecclesia. primum autem & secūdum posuit, vt linguarū dono relinquatur postremus locus: vt ea ratione hoc dono tumidos demittat. *Tertio doctores.* Prophetā quidem omnia ex spiritu loquitur, doctor autem etiā per sese, propterea tertium locum obtinet. *Deinde uirtutes, post charismata sanationum.* Virtutes & potentia sanabant ægros, puniebántque aduersarios: dona autem sanationum curabant ac sanabant tantùm. Hinc illud huic præfert & anteponit. Vtrique horum, qui verè doctor est, antelatus est, qui nimirum vita & verbo docet. *Susceptiones, gubernationes.* Hoc est, suscipere infirmos, & gubernare adeóque dispensare ea quæ fratrum sunt. Hæc enim etiamsi nostræ quoque diligentiæ sint. Dei tamē iuxtà dona esse adfirmat, persuadens nobis vt gratiosimus, ac vt in illum defigamus oculos, nec simus superbi. *Genera linguarum.* Postremo loco posuit, vt admonat cristas illis qui hoc dono arrogantes erant. *Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes uirtutes? nunquid omnes dona habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?* Quis verisimile erat eos potius dolere, ceu manifestatis maioribus & minoribus donis per enumerationem, rursus, consolatur inferiores. Quid doles, inquit, quòd forsan non habeas prophetiam? Cogita rursum prophetæ deesse quod tibi adest? & quod alij est, alij non est. Itaque hoc commodius est vobis & vtilius, sic habere sese res ecclesię, vt quilibet proximi opera indigeat. *Æmulamini autem dona potiora.* Tacitè ipsis adūbranuit quód sibi sint ipsi in causa quur minora dona accipāt. Quum enim dicit, æmulamini, diligentiam & conatum ipsorum postulat, & maiorem ad spiritualia cupiditatem. Nec dixit, maiora, sed meliora, hoc est, commodiora. *Et adhuc per excessum uiam uobis indico.* Si omnino æmulatores sitis charismatum, monstrabo vobis viam quāpiam per hyperbolen, hoc est eximiā, quæ vos ad omnia charismata perducat. Charitatem autem intelligit.

Matth. 11 Prophetæ post Christi auentū Actu. 21. & 11.

CAPVT XIII.

S *I linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æs sonans, uel cymbalum tinniens.* Haud actutum submonstrauit eis viam, sed comparat eam prius cum dono quod videtur esse potius, linguarum videlicet: ostendēs incomparabiliter charitatem linguarum donum antecellere, imò cæteris cūctis charismatibus esse hanc præstantiorem, dignamque quæ à cūctis expetatur. Linguas autem hominum cunctorum vndiq; terrarum cōmorantiū intelligit. Nec hoc contētus aliā ponit excellentiam, Angelorum etiā linguis, inquit: nō quòd angeli linguas habeant, sed vt quiddam quod humanis linguis excellentius esset, indicaret, sic dixit. Angelis porrò lingua est spiritualis, vis nimirū illa qua sibi mutuò diuinarum rerum intellectum ac diuinas cogitationes impertiunt. Ab nostro autem organo eam nominauit, quemadmodum & illud, Flectetur omne genu cœlestium &c. Nō enim ossa & neruos habent angeli, sed summam subiectionē indicauit. Factus sum, inquit, æs sonans, hoc est vocem quidem edēs, temerè autem loquens, ac turbuléta proferens, quibus nemini prosim, quādoquidem charitate sim destitutus. *Et si habuero omnem fidem.* Ne singulatim dicens, turbulentus videatur, ad matrē & fontem omnium fidem peruenit, eamque omnem. *Vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.* Quia videbatur magnum esse rudioribus, montes trāsferre, huius gratia eius rei meminit, non quòd hoc solùm possit tota fides. Nam montes transferre, non magnificat Christus, & modicæ fidei parti adscribit: Si habeatis, inquiens, fidem

Charitatis cōmendatio.

Angelorū linguæ.

Esaiæ. 45 Philip. 2.

D vt granum sinapis. Obserua autem hîc quomodo per prophe
Matt. 17 tiam & fidem omnia charismata comprehendit. aut enim in
Miracula verbis vel operibus sunt miracula. Non dixit aût, charitatem
aut in uer non habens, modicus sum & vilis, verùm nihil sum. *Et si o-*
bis aut in mnes facultates in cibos pauperum contulero. Nô dixit, si partem
reb⁹ sunt. aliquam facultatum mearũ dedero, sed omnia: nec dixit, de-
dero, sed ψωμίσω, in cibos dedero, pauperũ videlicet, vt sum-
ptui ministeriũ cum omni diligentia necnon cura adiicia-
tur. *Et si dedero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non ha*
beam, nihil prosum. Non dixit, vt moriar, sed quod omniũ dif
ficillimum videbatur, viuum quempiam cõburere, neq; hoc
citra charitatẽ prodesse dicit. At dixerit quispiam, Quomo-
E do fieri potest vt quispiam res suas & facultates in pauperes
conuertat citra charitatem? Hic responderi potest, quòd id
quod non est, tanquam sit, posuerit: perinde ac quum ait: Si
vel angelus vel nos prædicemus vobis euangelium præter-
Galat. 1. quam quod accepistis. Atqui neque ipse, neque angeli aliud
Euangelium annũciaturi erant. Quin aliis plerisque locis di
cit huiusmodi. Vel quòd quispiã sine charitate possit etiam
in opibus largiri, non ex miserante adfectu quem in paupe-
res gerit, verum vt hominibus placeat. Cũ dilectione autem
fit, quando veluti compatiens & inflammatus charitate hoc
faciat. *Charitas longanimis est, commoda est.* Deinceps chari-
tatis indicia explicat, ac primo loco longanimitatem ponit,
Longani- radicem omnis philosophiæ. Longanimis enim est, qui lon-
mis. go & magno est animo. Quia verò nonnulli non ad philoso
F phiam longanimitate vsi sunt, sed sępenumero sibi indignã-
tes, iraque aduersum ipsos percitos riderent & subsannarent
ceu iam longanimes, ac interim efficiebãt vt maiori isti ira-
cundia concitarẽtur: propterea, commodat, inquit, charitas,
hoc est, mansueta est, candidos & innocentes mores indicat,
istos esse hulceroſos maleque moratos & maleficos commõ-
strans. Hoc autẽ dixit, morosos & contentiosos apud Corin
thios carpens. *Non æmulatur.* Hoc est, nõ inuidet. Potest ali-
quis & longanimis esse, & interim inuidiæ affectu laborare.
Verùm charitas ipsa etiam hoc effugit. Hoc autẽ dixit pro-
pter inuidos quosdam apud Corinthios. *Non agit perperam.*
Id est, non præcipitanter agit, sed prudentẽ efficit & firmum
cum cui inest. πρπερὴς enim est, qui in sublime tollitur, leuis,
stolidus. Hoc autem ad eos pertinet qui leues erãt apud eos,
nouorum

nouorũque studiosi. *Non inflatur.* Fieri enim potest vt quis- A
piam omnia iam cõmemorata habeat, ac propterea infletur:
verùm charitas isthuc non agit, cæterum cum iam cõmemo-
ratis bonis humili est mẽte spirituq; prędita. Hoc verò ad ar
rogãtes & ostẽtatores pertinet. *Nõ deformat.* Hoc est, nõ solũ
nõ inflatur, sed etiãsi turpissimas passiões & perturbationes cõ
spexerit, propter id tamen quod diligitur, nõ videt, nec repu
tat rem istam esse turpitudinem ac deformitatẽ, adeoque in-
celebritatẽ: quẽadmodum & Christus ob dilectionem quam
erga nos habet, ignominiosam crucem nõ solùm recepit, ve-
rumetiam gloriam esse propriam & peculiarem putauit. Pote
ris autẽ & non deformat intellegere pro non iniuria adficit.
nihil enim turpius est iniurio, & vim inferente. Hoc autẽ ad
immorigeros pertinet. *Non quærit quæ sua sunt, non exacerba-* B
tur. Modum explicat quomodo non deformet charitas. Pro-
prium, inquit, commodum charitas nõ quærit, sed proximi.
Deformitatem autẽ tum maximè putat esse, quum deformã-
tem proximũ non arcuerit, vel ab eo nõ discesserit. Hoc verò
concernit eos qui reliquos contemnebant. At neque exacer-
batur, postquam non deformat. Vir enim iracundus non est *Iracundi*
boni habitus, non est venustus, non decorus, non bonis mori *fœdi.*
bus præditus. Proinde non deformat charitas, quandoquidẽ
non exacerbetur, hoc est, nõ prosiliat in iram. Hoc iniuriam
perpessos cõcernit. *Non cogitat malum.* Omnia, inquit, mala
patiẽs nõ exacerbatur ad iracundiam, & non solùm reluctа-
tur malo, vt sese vlciscatur, sed ne cogitat quidẽ esse malum.
Obserua aût vndiq; quomodo nõ dicat ꝙ charitas ęmuletur,
sed excessit, inquit, charitas. Tũ nõ exacerbatur, sed obtinet C
victoriam, imò neque finit quẽpiam primũ indicare aliquam
malitiam, æquè atque hîc, Non cogitat, inquit, malũ hoc ip-
sis Corinthiis dictum est, ne iniuriis iniuriã retaliẽt. *Non læ-*
tatur super iniustitia. Hoc est, nõ exhilaratur si quisquã iniuria
adficiat, lędatur, patiaturq; malè. *Cõgaudet aût ueritati.* At qđ
multo mai⁹, inquit, cõgaudet ꝓbatis, & siqñ veritas ꝓsperũ
cursum nãciscatur atq; gloriæ sibi hoc adscribit. Ad inuidos
hoc dirigit. *Oĩa suffert.* Et iniurias, & plagas, & mortẽ. Isthuc
eĩn ei lõganimitas donat, quã adesse ei confirmauit. Ad insi-
dias tẽdẽtes hoc dicit. *Oĩa credit.* Quecũq; dixerit dilect⁹: ni-
hilq; maleficũ aut hulceroſũ neq; ipse loqtur, neq; aliũ loqui
arbitratur. *Oĩa sperat, oĩa sustinet.* Non desperat de dilecto, sed

D sperat eum semper ad melius promouere. Hoc verò ad desperãtes dixit. Sin quispiam à spe excidat, ac in malitia perseueret, fert dextrè illius deliquia. omnia enim, inquit, sustinet. Ad facilè dissidentes hæc loquitur. *Charitas nunquam excidit.* Id est, nunquam inordinatè se gerit, sed omnia corrigit, & in melius perducit: vel quod est melius, non dissoluitur, non discinditur, neque vnquam desistit, sed in futuro quoque seculo perdurat aliis omnibus abolitis, perinde ac deinceps liquet. *Siue uero prophetiæ, abolebuntur: siue linguæ, desistent.* Commemoratis dilectionis germinibus, rursus alia quadam ratione eam exaltat, quum ait prophetiam & linguas finem habituras, charitatem verò permansuram stabilem, fineque carituram. Si enim prophetiæ & linguæ in eum sunt finem datę, vt fidei inseruiant, eaque recipiatur: fide vndique expansa & explicata, meritò ceu superuacaneæ cessabunt etiam nunc: quanto magis in futuro? *Siue scientia, abolebitur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quando autem uenerit quod perfectum est, quod ex parte est, abolebitur.* Si scientia abolenda est, nunquid igitur in ignorantia viuemus? Minimè: verùm de scientia ex parte seu particulari loquitur, perinde ac ipse interpretatur hoc, Scientia ex parte abolebitur, aduenięte cognitione perfecta. Non enim adhuc tanta sciemus, sed longè plura & maiora: quęadmodum quòd vbique sit deus F nouimus quidem nunc, sed quo modo planè ignoramus. Et quòd virgo peperit, scimus: qua verò ratione, non tenemus. Tum excellentius quicquam & commodius de illis sciemus. *Quando eram infans.* Quum dixisset, veniente eo quod perfectum est, destruetur quod est partis: nunc etiam exemplum profert quo indicat quantum sit discriminis inter cognitionem temporis huius, & futuram. Hic enim infantibus & parvulis absimilamur, tum verò viri erimus. *Ceu infans loquebar.* Tanquam ad linguas referat, dicit loquebar. *Vt paruulus sapiebam.* Hoc ad prophetias referre videtur. *Vt infans ratiocinabar.* Ad scientiam isthuc pertinet. *Quando in uirum creui, aboleui quæ sunt infantis.* Hoc est, quando in futuro seculo viriliorem adeoque perfectiorem cognitionem nactus fuero, tum destruetur exigua, infantibusque adæquata scientia, quam hic habemus. Infert igitur: *Videmus enim adhuc per speculum in ænigmate.*

Charitas perpetuo durat.

Declarat

Declarat quod de infante dixit, ac demonstrat quòd obscu- A
ra quæpiam nobis sit hîc cognitio, tum verò apertior erit. Videmus enim, inquit, adhuc per speculum. Deinde quia speculum expressius repræsentat monstratæ vel intuentis vel oblatæ rei formam, adiecit, in ægnimate, ostendens hac ratione cognitionem quæ hîc nobis obuenit, prorsus exiguam esse. *Tunc autem facie ad faciem.* Non quòd deus *Facie ad* faciem habeat, cæterùm vt per hoc ostendat apertiorem & *faciem co* planiorem cognitionem, & omnino reuelatam. *Iam cogno- gnoscere.*
sco ex parte, tunc uero agnoscam quemadmodum & agnitus sum. Duplici ratione tollit inflationem ipsorum, ostendens particularem esse cognitionem, neque hanc tamen esse propriam. Non enim ego, inquit, noui ipsum, sed ipse me agnouit. Perinde igitur vt nunc ipse me nouit, & ipse mihi B
accurrit, hunc ad modum ipsi tunc accurram maiore cognitione quàm nunc: quemadmodum qui in tenebris sedet, tãtisper dum non intuetur solem, ipse non accurrit neque accedit vel peruenit ad pulchritudinem iubaris & radiorum, sed iubar ipsum sese ostendit, vbi sol splenduerit: at quando ipse radiorum fulgorem acceperit, tum & ipse sequitur lumen. Hoc igitur est quod ait, Quemadmodum cognitus sum, non quòd adeò impermutabiliter ipsum agnoscemus, verùm quòd ipse nos accurrerit nunc. Proinde sic nos tenebimus eum, veluti si quis inueniens ingenuum infantem expositum, forma blandum & conspicuum, ipse quidem infantem agnoscęs tollat, educationeque dignetur, ingenuum istum alat, ac tandem opibus splendidum reddat, C
& ad regiam introducat: ac puer quandiu infans manserit, nihil horum sentiat, neque tollentis agnoscat humanitatem simulac verò adoleuerit, benefactorem agnoscat, dignis eum beneficiis prosequatur. En hoc iam exemplo illustratum est quod adumbratum fuit, & nonnihil obscurè dictum. *Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem inter* *Fide pro-*
hæc charitas. Sunt quidem etiamnum linguæ & prophetiæ *mulgata*,
& scientiæ, verùm obscuræ. Atqui fide in omnes diffusa, vt su- *prophetię*
prà dictum, omnino cessabunt: ipsa nimirum fides, spes, & *euacuãtur*
charitas, his diuturniores sunt. Id enim significat per hoc quod ait, Nunc autem manet, trium istorum durationem ac stabilitatem denũcians. Atque inter hæc tria charitas maior est, quandoquidem & in futurum seculum extendatur.

D

CAPVT XIIII.

Æmulamini charitatem, Quia rem esse arduam charitatem demõstrauit adhortatur deinceps ad eã.

§ Nec dixit, sequimini eam, sed persequimini, vehementem conatum atque diligentiam expetẽs, effugit enim à nobis, quare multo cursu opus est, vt eam anteuertamus. *Aemulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis.* Vt ne arbitrentur quòd propterea tot tantisque præconiis euexerit charitatem, vt extinguat charismata: infert, Aemulamini spiritualia, hoc est charismata, præ cæteris autem prophetiam. Hoc autem dixit linguarum causa, quarum nomine arrogantes erant. *Qui enim linguis loquitur, hominibus non loquitur, sed deo, nemo enim audit, spiritu autẽ loquitur mysteria. Qui uero prophetat, hominibus loquitur ædificationem & consolationem.* Linguas cum prophetia confert, neque omninò eas inutiles ostẽdit, neque omnino commodas, per seipsas videlicet. Non enim hominibus loquuntur, sed deo, hoc est, non intelligibilia & aperta hominibus dicunt, cæterùm in spiritu sancto loquuntur mysteria. Quatenus itaque ex spiritu loquuntur, res profectò est ardua: quatenus autem non commodat mortalibus, inferior est prophetia. Nam illa & ex spiritu est, & commodior, eos qui non sunt stabiliti ędificãs, segniores adhortãs & excitãs, pusillanimes animans & cõsolans. Vbique ergo Paulus illud ponit maius, quod est vtilius. *Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: qui autem prophetat, ecclesiã ædificat.* Multi linguis loquẽtes, non poterant aliis interpretari quæ dicerent. Illi igitur sibiipsis loquebantur & commodabant. Qui autem prophetat, omnes auditores iuuat. Quanto autem præstantius est ecclesiam iuuare potius quàm vnum, tanto etiam linguis excellentior est prophetia. *Volo autem uos omnes linguis loqui, magis autem ut prophetetis.* Quia non pauci apud eos loquebantur linguis, ne videatur ex inuidia linguas eleuare & imminuere, Volo, inquit, omes linguis loqui, nõ vnũ aut duos, potius tamẽ volo vt prophetetis, quandoquidẽ isthuc sit longè commodius. *Maior enim est qui prophetat, quam qui linguis loquitur, nisi etiã interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat.* Maior, inquit, est propheta, verùm tum quũ is tantum loquitur, nec interpretatur etiã. Nam si nouit interpretari, æqualis est prophetæ

prophetæ is qui linguis loquitur, Aedificat enim ecclesiam, A
dum interpretatur quæ obscurè in lingua dicuntur. Donum enim erat interpretatio, & aliis quidem dabatur, qui simul linguis loquebantur, aliis verò non dabatur. *Nunc autem fratres, si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi uobis loquar in reuelatione, aut scientia, aut prophetia, aut doctrina?* Vultis scire incommodum linguarũ quę nõ exponũtur? Esto quòd ego Paulus doctor vester loquar linguis, sed inde ad auditores nihil emolumenti proueniet, nisi quid dixero in reuelatione, hoc est, quemadmodum consueuerunt dicere reuelationem ex deo nacti, quæ & ipsa est species prophetiæ, quando multis constitutis vel collectis, cuiuslibet cogitationes patefactæ fuerint. Vel in cognitione, hoc est, quem- B
admodum possunt dicere scientiam habentes, adeóque mysteria dissoluentes auditoribus. Vel in prophetia, quando *Reuelatio prophetiæ speciei.*
quispiam de præteritis, præsentibus, & futuris loquitur. Generatim autem & prophetia etiam reuelatio est. Vel in doctrina, hoc est, in sermonis forma qui instituit, quum de virtute vel institutione fuerit disputatio. Doctrina enim & institutio ad auditorum sit commodum. Nonnulli verò quod ait in reuelatione, sic intellexerunt, quòd dicant quæ facilè intelligantur, manifestáque & perspicua sint. Quod verò ait in cognitione vel scientia, intelligendum putant quòd dicant quæ sciri cognoscique possunt. *Tamen inanimata uocem dantia, siue tibia, siue cithara, si distinctionem non dederint sono, quomodo cognoscetur quod uel tibia uel cithara canitur?* Ecquid dicam, inquit, quòd in nobis inutile est quod obscurum est, C
perspicuum verò est commodo? Nam & in inanimatis instrumentis musicis si distinctionem, hoc est discretionem & perspicuitatem soni non habuerint, sed omnia fuerint confusa, non agnoscetur quod tibia concinitur, neque animus recreabitur, neque lætitia hinc consequetur. *Etenim si tuba uocem incertam dederit, quis parabitur ad prælium?* A superuacaneis ad magis necessaria venit, tubeque meminit, inquiens: Sunt in ea quidam numeri ad bellum concitantes, nonnulli à bello reuocantes. Quòd si obscuram & incertam vocẽ de- *Tubæ in bellis usus*
derit, imparati erunt milites. Ecquæ est incerti obscurique sõni commoditas? *Sic & uos per linguã nisi apertã uocem dederitis, quomodo cognoscetur quod dicitur? Eritis enim in aëra loquentes.* Ne dicant, quid ad nos tibiæ tubæque exemplum

D Quja vos, inquit, nisi per donum ipsum atque linguam perspicua verba feceritis, temere ac frustra loquimini, nemine audiente. vniuersum enim requiritur vt sit vtile charisma. Porrò si inutile fuit linguarum donum, quur dabatur? Vt ille solus iuuaretur qui accepisset. Sin aliis commodare potuit, debuit vel rogare deum, quò sibi interpretationem per vitam purgatam à vitiis daret: vel alium quempiam orare, qui interpretatiõis dono fulgeret, par erat. Diuus enim Paulus ideo hæc dicit, vt eos conuocet & coagmentet inter se mutuó, ne existiment ipsi sibiipsis sufficere, sed adsumãt eos qui interpretari possint: illorum enim donum plus commodi habet. *Tot si res ferat, genera uocum sunt in mundo, & nihil ipsorum est asonum.* Hoc est, tot esse voces in mundo contingit,

Linguarũ multiplicitas.

E nimirum Scytharum, Indorum, Thracum, aliarumque gentium, omnèsque voces dicunt & significant quicquam. neque enim sunt mutæ, vel sine voce gentes. *Si igitur ignorem uim uocis, ero loquenti barbarus, & qui loquitur, mihi barbarus.* Si ignorem, inquit, vim vocis, barbarus mihi videbitur qui loquitur, hoc est, stulta & non intelligibilia sonans: & ego illi rursus barbarus censebor, non vocum sermonisve malitia, sed nostræ ignorantiæ causa. *Sic & uos, quia æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quærite ut exuberetis.* Nonnulli hæc verba, Sic & vos, punctulo, ne sequentibus cohæreant, interstinguunt, inque hunc modum interpretantur: Sic & vos linguis loquentes incertè & obscurè, barbari vide

F mini auditoribus. deinde ab alio principio legũt, Postquam æmulatores estis. Diuus verò Iohannes coniunctim legit. Et vos igitur, inquit, æmulamini spiritualia charismata: volo & ego, adeoque recipio hoc, perinde ac dixi. Veruntamen quærite vt exuberetis ad ædificationem siue commoditatem ecclesiæ. Adeò enim, inquit, non prohibeo vobis linguis loqui, vt & abundare vos velim, modò ad publicam eas vtilitatem transferatis. *Propterea qui linguis loquitur, oret ut interpretetur.* Modum explicat quo futurum est vt charisma isthuc in publicam vtilitatem cedat. Oret, inquit, qui lingua loquitur, vt & interpretationem accipiat. Proinde ipsi sibi in causa sunt quur non recipiant interpretationem, vt qui hoc à deo non postulent. *Si enim orem lingua, spiritus meus orat, mens uero mea sine fructu est.* Nonnulli apud veteres, donum orationis in lingua accipientes, sonabant quidem per-

sarum

sarum aut Romanorum voce, mens verò eorum ignorabat A quid diceretur. Ait itaque Paulus: Spiritus meus orat, hoc est donum quod mouet linguam: mens autem mea sine fructu est, quippe quæ ignoret quid dicatur. Animaduerte hic quomodo orationis procursu demonstrauerit, sola lingua loquẽtem, sibi etiam inutilem esse. Hac ratione sanè diuus Ioannes Chrysostomus interpretatur. Quidam verò sic intelligunt: Si loquar lingua, non autem interpreter, spiritus meus siue anima mea ipsa per seipsam iuuatur, mens autem mea citra fructum est, quum & aliis non commodet. Qui verò sic accipiunt quod dictum est, metuerunt, mea quidem sententia, Montani deliramentum. Huiusmodi nanque is hæresim introduxit, quòd prophetæ non intelligerent, quę dicerent, verùm spiritu detenti dicerent quædam, nec intelligerent tamen quæ dicerent. At hoc non habet hic locum. Non em̃ de B prophetis dixit apostolus q̃ nõ intelligerent quę ab se dicerentur, cæterum de iis qui lingua loquũtur, neq; de iis oĩb⁹, sed de quibusdã. *Quid igitur est? orabo spiritu, orabo & mẽte: psallam spũ, psallã & mente.* Quid igitur, inquit, est commodi⁹? quid necessum est ab deo petere? vt oremus spiritu, id est, dono: imò etiam mente, hoc est, vt mente intelligamus quæ sit oratio. Idem & de psalmis intelligendum. *Quoniam si benedixeris spiritu locum indocti replens quomodo dicet. Amen ad tuam gratiarum actionem, postquam quod dicas, non nouerit?* Quando psalmis, inquit, si benedixeris spiritu, hoc est spirituali dono linguæ: replens idiotæ locum, id est indoctus & popularis, quo C modo dicet Amen ad tuam orationem? Te enim dicente, in secula seculorum, obscurè per linguam, non audiuit. Itaque non iuuatur, eique non commodat. *Tu quidem pulchre gratias agis, sed alius non ædificatur.* Vt ne videatur omnino donum illud vilipendere, Tu quidem, inquit, bellè gratias agis sed proximi tui commodo non accedente inutilis est gratiarum actio. *Gratias ago deo meo, quod plus uobis omnibus linguis loquar.* Ne suspicentur quòd ceu carens eo charismate, illud ipsum eleuet ac vilipendat, eam ob rẽ, plus quàm omnes vos inquit, linguis loquor. *At uerò in ecclesia malo quinque uerba mente mea loqui, ut & alios instituam, quàm innumera uerba lingua per mentem meam.* Hoc est, intelligens & sciens quæ dico, vt qui possim interpretari hæc, vt & alios adiuuem. Quàm innumera in lingua verba, quãdo nimirũ non possim ea interpretari:

Montani hæresis.

Intelligibiliter sacerdos deo sacra canat.

D pretari: tum enim ad me solum commoditas redit. Quinque autem verba dicit quisquis alios instituit, medicinam subinde cuiuis sensum nostrorum adhibens. *Fratres, ne sitis pueri mente, sed malitia infantes estote, mente uerò sitis perfecti.* Postquam commonstrauit quale sit linguarum donum, deinceps asperiore sermone vtitur, obiiciens eis qꝑ puerilia spirent & affectent. Infantium enim reuera est atque puerorum res exiguas admirari, quandoquidem forsan sint in precio & existimatione vulgò, quales sunt linguæ: magna verò contemnere & adspernari, vt quæ nihil noui ac decori contineant indicéntve, quales sunt prophetiæ. Adhortatur itaque eos, vt erga malitiam sic sint adfecti, vt pueri, hoc est, vt non efferantur, non inflentur, neque simpliciter sciant quid sit malitia, infantium instar: mente autem perfecti sint, hoc est,

E vt diiudicent quæ sint maiora & commodiora cheriſmatum.

Malitia infans. Aliàs etiam infans est malitia, nemini vim inferens, verùm infantis in morem innocens. Mente verò perfectus est, qui

Mẽte perfectus. præterquam quòd nemini damnum det, iuuet etiam alios, nedum vitium fugiens, verùm virtutem etiam insequens, seque ipsum continens, ne quenquam in rebus huius tem-

Matt. 10. poris lædat. Haud est dissimile huic illud. Estote prudentes

Esaiæ. 28 sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. *In lege scriptum est: Quoniam aliis linguis & labiis alienis loquar populo huic, neque sic audient me, dicit dominus.* Rursus prophetiam cum linguis comparat, monstrans ipsam esse excellentiorem: & quomodo hoc fiat, per sequentia planum fiet. Legem autem,

Lex. vniuersum vetus testamentum appellare consuevit. Hinc

F quæ in Esaia leguntur, in lege dicit esse scripta. Quum verò ait, Neque sic auscultabunt mihi, indicat quòd attonitos reddere atque externare potuit miraculum: at quòd non persuasi sint, neque crediderint, eorum esse culpam. Deus enim quæ sua sunt, semper facit. Prouidentiam porrò suam ostendit, sciens eos non obtemperaturos, vt iam inexcusabiles sint. *Itaque linguæ in signum sunt, non credentibus, sed incredulis.* Signum terret quidem, non docet verò prorsus, neque iuuat, quandoquidem & sæpe nocet, quemadmodum & citra interpretationem lingua, perin-

Signis fidelesqꝫ nõ habẽt. de ac posthac ait: Dicent quia insanitis. Atqui apostolis data sunt signa: fideles enim non habent opus hisce, vt qui iam fideles sint. *Prophetia autem non infidelibus, sed credentibus.*

Prophetia,

Prophetia, inquit, prodest fidelibus, eos instituens: infidelibus igitur non est signum prophetia, neque eis commodat. Ecquî deinceps dicit, Si omnes prophetauerint, ingrediatur autem quispiam infidelis? En isthic infidelibus prophetia inseruit. Poteris igitur dicere, non dixisse apostolum, inutilem esse infidelibus prophetiam, sed non esse signum illis commodi expers, vt linguas. Quocirca vt summatim dicam, lingua est in signum infidelibus, hoc est, vt terreat solùm, & admirari faciat. Prophetia verò & fidelibus & infidelibus est vtilis, ipsos arguens, etiam si non dicatur in signum eis esse.

Si igitur conuenerit ecclesia tota in idẽ, & omnes linguis loquantur, ingrediantur autem idiotæ & infideles, nõnne dicent quòd insaniatis? Tacitè indicat quòd occasio sit noxæ etiam lingua, ni interpretatio accesserit. Hoc autem dicit, factum eorum tollens. Quum enim arbitrarentur se linguarum nomine esse admirationi, contrarium potius diuus Paulus ostendit. Nam in incelebritatem potius ipsis sunt dum sint in causa quur insanire videantur. Ne existimes porrò quòd charismatis hoc opus sit, nempe qꝑ ignominia afficiat habentem, ait, insipientes dicent, Nonne insanitis? Idiotæ enim dicit, aut infideles, *Actuũ. 2.* quales erant qui apostolorum temporibus dicebant musti eos esse plenos. Nam & sapientiores ab linguis etiam nonnihil ædificationis recipiunt, vt qui post apostolorũ tẽporibus eos demirabantur, ceu magnificentiam & maiestatem dei enarrantes. *Si autem omnes prophetent, ingrediatur autem aliquis infidelis uel idiota, arguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, sicque abdita cordis eius manifestantur, ac sic in faciem procumbens adorat deum, denuncians quòd deus uerè sit in uobis.* Viden' prophetiam, quomodo sit commodior, quomodo cordis abdita reuelans, faciat infidelem agnoscere deum, vt in faciem procumbat, adorétque & confiteatur quòd deus verè sit in vobis. Quod in Nabuchodonosor etiam contigit. Per Danielem enim somnio illi patefacto, Reuera, inquit, Deus vester *Danie. 2.* ipse est qui reuelat mysteria. Hinc igitur cognosce quod *Nabucho* suprà dictum est, quid sit in reuelatione. Ecce enim reuela- *donosor.* tio est quædam prophetiæ species. Obserua autem quod spiritus sit deus: dicit enim, deus vere in vobis est. In prophetantibus autem omnino est spiritus. Sic enim & suprà dixit, quoniam prophetiæ in spiritu dantur. *Quid igitur est fratres? Quando conueneritis, quilibet uestrum psalmum habet, doctri-*

nam

D *nam habet, reuelationem habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant.* Psalmos etiam olim faciebant ex dono, doctrinæ pariter donum elargiebatur. Reuelationem autem ipsam prophetiam nominat: à specie genus vocans. Meminit autem linguæ, ne omnino res esse contemptibilis videatur, neque charismatis loco digna. Cuncta, inquit, hæc ad ædificationem fiant. Christiani nanque hoc est officium, vt ædificet, vt profit. Qui verò qui linguam tãtùm habet, ædificare potest? Si cõueniat ei cum interpretationem habente, vt ita coniuncta dona esse indicentur. *Sic; lingua quisquam loquitur, per duos id fiat, aut ad plurimum treis, & per partem, & unus interpretetur.* Non prohibeo linguis loqui, sed citra interpretem prohibeo. Ne igitur multi linguis loquantur, ne confusio & inordinatio quædam fiat. Et per partem, inquit, id est per successionem. Omnino enim interpretem adesse necessum fuerit. *Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibiipsi autem loquatur & deo.* Si non habuerit interpretem, in ecclesia non loquatur, vt ne videatur barbarus, haud intelligibilia & stulta plerisque sonans. Si autem adeo fuerit ambitiosus, vt non possit silere, sibi loquatur & deo, hoc est, citra strepitum ac tacitè apud sese, vt soli deo audiãtur quæ dicuntur, & non hominibus. Animaduerte hic, quomodo visus adhortari, dehortetur. *Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & alii diiudicent.* Fuerunt inter prophetas, vani etiam vates: eam ob rem dicit, vt eos diiudicent alij, ne alii quis vates vanus occultetur. Vt enim in superioribus cõmoratum, fuit etiam donum diiudicationis, vt agnoscerent, qui adulterini, quive vani prophetæ essent. Idcirco duos aut tres prophetare dat in mandatis, vt eò melior ordo cõsistat, neque falsi vates clanculum delitescant. *Si autem alii reuelatum fuerit sedenti, primus taceat. Potestis enim sigillatim omnes prophetare, ut omnes discant, & omnes consolationem recipiant.* Bonum hic ordinem & mentis humilitatem docet. Quum enim alij inspirarit spiritus, tu qui prior es, tace. Si enim spiritus te voluisset loqui, non illum excitasset. Deinde consolationem eis præbens, Potestis, inquit, figillatim omnes prophetare. hoc est, ne mœreas, ne perturberis. potes enim & tu & alius & omnes per partem, hoc est per successionẽ vaticinari. non enim vno solo concluditur donũ, sed omnibus datur, vt vniuersa ecclesia discat, & consolationem ad virtutem recipiat.

Christiani officiũ.

Diiudicationis donum.

Et spi-

Et spiritus prophetarum prophetis subiiciuntur. Hoc ad consolationem quoque eius qui conticescere iussus est, pertinet. Quòd verò dicit, est huiusmodi. Ne contendas, neque seditionem cieas. Ipse nanque spiritus, hoc est, donum quod in te est, & operatio spiritus qui in te est, subiicitur dono alterius, qui ad prophetandum concitatus est. Quòd si spiritus subiicitur, quanto potius tu debes, qui spiritum possides, non esse contẽtiosus? Nonnulli hunc locum hanc ad rationem intelexerunt. Vates sanè apud Græcos omnes, quando semel arrepti essent ab dæmone, etiamsi voluissent, non potuerũt tamen reticere. Apud nos verò sancti prophetæ haud sic agebant, verùm in ipsorũ est arbitratu vel loqui, vel tacere. Atq; hoc est quòd ait, Spiritus prophetarum, id est, dona, subduntur ipsis, atque in manu prophetarũ est silere, vel non tacere. Ne enim dicat qui donũ habet, Qui tacere possum, perinde ac tu mandas, quum à spiritu agitatus loquar? Atqui spiritus, inquit, qui te agitat, tibi subditur, ínque tua deinceps potestate situm est tacere. Ne igitur nequicquam prætexe spiritum. *Non enim seditionis deus est, sed pacis, quemadmodum in omnibus ecclesiis sanctorum.* Indicat quòd deo etiam placeat priorem tacere. Non enim est deus seditionis & cõfusionis, quæ ex eo quòd nõ sileant, sed omnes prophetare velint, nascitur. verùm pacis est deus. Ipsa verò pax in omnibus ecclesiis sanctorum, hoc est fidelium, versatur. Sũt enim & Græcorum & Iudæorũ ecclesiæ, Pudeat igitur vos præter & contra omnes ecclesias viuere. *Vxores uestræ in ecclesiis taceãt. non enim permissum est eis loqui, sed subiici, perinde ac lex dicit.* Quum omnia pulchrè ordinasset & quę de linguis & quæ de prophetis in quæstionem veniebant, vt ne multi prophetẽt, vt ita confusio & seditio ex eo subnascatur, absurdam nũc & indecoram mulierum in ecclesia turbationem tollit, vt in ecclesia taceant præcipiens. Deinde quod maius est, cõuenientius ait esse vt subiiciantur. Subiectio enim cum timore silentium indicat, perinde ac in famulabus fit. Legem autem Genesis librum appellat, in quo scriptum est: Ad virum tuũ conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Si igitur decretum est vt viro subdatur, quanto magis spiritualibus in ecclesia doctoribus? *Si autem quid discere uolunt, domi maritos suos interrogent.* Perinde ac si quis dicat, Nisi loquantur, quomodo discent quæ ignorant, Domi, inquit, ab suis maritis discant. Hoc autem

A

Prophetæ si uelint tacent, non item uates phanatici

B

C

Lex, Genesis liber Gene. 3.

Dtem & illas ornatas reddit, & viros attentiores facit, vt qui debeant, quæ in ecclesia audiuerũt, vxoribus eos interrogantibus recitare, ac veluti apud eas deponere. Obserua autem quòd ne de necessariis quidem rebus & animæ commodis mulieribus loqui permissum est in ecclesia. *Turpe nanque est mulieribus in ecclesia loqui.* Forsan illæ putabant sibi decori esse in ecclesia colloquia miscere, ipse verò diuersum ait, id esse dedecori atque pudori illis adseuerans. *Num à uobis uerbum dei exiuit? aut ad uos solos peruenit?* Veluti aduersus quosdam sibi contradicentes hic sermo formatus est. Quid enim, inquit, mihi aduersamini, nec putatis esse pulchrum, tacere in ecclesia fœminas? Nũquid vos estis doctores? aut à vobis exiit prædicatio verbi ad reliquos? vel apud vos solos stetit
E fides, nec oportet vos ab aliis accepta recipere? Neque igitur vos primi estis fideles, neque soli. Est igitur operæprecium, quæ vniuerso placent orbi, vos etiam amare. *Si quis uidetur propheta esse, aut spiritualis, agnoscat quæ scribo uobis, quoniam domini sunt mandata.* Quod omnium est fortissimum, postremo loco posuit. Deus, inquiens, hæc imperat per me. Atque hoc omnino sciat, qui visus fuerit apud vos esse propheta, vel aliud quoddam spirituale donum habere. *Si autem quis ignorat, ignoret.* Hoc est, ego dixi, qui vult obtemperet. Sic verò loqui, hominis est sua non commendantis, cęterùm rem tantummodo publicam spectãtis. Consueuit autem Paulus hoc facere, vbi non admodum necessarium est opponere se cuiquam. Quid enim Paulo necessarium reniti aliis, atque per-
F suadere velle, quum dei sint mandata quæ dicat, quumq; ad discipulos dicat, maximè quum adfirmet spiritualem hominem cogniturum quòd hęc diuina sint? perspicuum enim est iam antea nos omnes persuasos eũ diuina ac cælestia loqui. Vt spirituales videantur, hæc profert. *Itaq; fratres mei, æmulamini prophetare, & linguis loqui ne prohibeatis.* Vbi de charismatibus disputasset, in medium simul de mũlieribus sermonem intulit ac inseruit. Nunc rursus de charismatibus differt, primas prophetiæ tribuens, æmulamini inquiens: secũdas verò linguis. Atqui nõ dixit, permittite loqui, sed ne prohibete: quod dicere solemus in rebus nõ perinde necessariis, neque adhortantes, neque dehortantes. *Omnia decore ac secundum ordinem fiant.* Veluti in summa hîc omnia corrigit, & quæ linguis loquẽtes respiciunt, & quæ mulieres in ecclesiis loquentes

loquentes contingunt, ac simpliciter omnia quæ apud illos A haud iusto ordine fiunt. Decorè autẽ & ordine fieri queant, si linguis loquentes cum interpretatione loquantur, non veluti insaniẽtes: si prophetæ sibi mutuò cedãt, si fœminæ conticescant.

CAPVT XV.

N*Otum autem facio uobis fratres euangelium, quod prædicaui uobis.* Ad sermonem de resurrectione incidit, quæ caput est nostræ fidei. Si enim non est resurrectio, neq; Christus excitatus est. Quòd si non est excitatus, neque incarnatus est: efficitúrque hac ratione, vt vniuersa fides nostra labefactata euanescat. Quoniã igitur resurrectionis caput apud Corinthios languebat & claudicabat (sapiẽ- B tes nanque Græci mundanarum rerum iudicio clari, omnia fuscepissent præter resurrectionem) de hoc igitur contendit Paulus. Sapientissimè verò recordatur ea, ipsisque ad memoriam reuocat, quæ iam antea crediderãt, & in quibus persuasi erant. Nihil nouũ aut peregrinum dico, sed quod iam antea vobis cognitum, obliuioni verò propemodum traditum, ad memoriã vobis reuoco. Fratres porrò eos nominans, partim placauit, partim memorię suggessit vnde fratres facti simus, nimirum ab incarnati Christi aduentu, qui periculum *Rom. 6.* erat ne crederetur, qui ægrè recipiebatur: tum à baptismate, quod sepulturæ & resurrectionis domini typus est. Euangelium autem dicẽs, innumerorum bonorum meminit, quibus per incarnati Christi aduentum & resurrectionem potiti sumus, quibúsque perfusi. *Quod & accepistis.* Non dixit, quod C audiuistis, sed quod accepistis: nõ enim sermone tantùm, sed per opera & miracula euangelium acceperãt. Ac vt iuxtà eis persuadeat vt hoc ceu depositum asseruent & retineant. *In quo & statis, in quo & seruamini.* Etiamsi concussi nonnihil essent, stare tamen eos adserit in hoc, libenter simulans se ignorare, atque anteuertens eos, vt etiamsi maximè velint, negare tamen haud possint. Ecquæ commoditas est in euangelio stare? Seruari æternum. *Quemadmodum euangelium prædicaui uobis.* Quod ait, huiusmodi quiddam est. De hoc quòd resurrectio sit, nihil vobis indico, quandoquidem hac in re non sitis concussi nec labefactati. Huius autem fortasse rei cognitione opus habetis, quanam ratione futu- *Resurrectio, caput nostræ fidei.*

D ne futuram resurrectionem vobis prædicauerim, vt hoc vobis pandam, quomodo videlicet futura sit resurrectio. *Si tenetis, nisi frustra credidistis.* Quia dixerat, statis, ne segniores eos faciat, adiicit, si tenetis. Retinetis autē & nouistis omnino, nisi temerè credidistis, pro eo quod est, nisi frustra nomi-

Christianismi negocium totum in resurrectione consistit.

namini Christiani. Christianismi nanque vniuersum negocium in resurrectionis dogmate situm est. *Tradidi enim vobis in primis, quod & acceperam.* Tanquam ingens sit de resurrectione articulus, Tradidi, inquit, vobis in primis. velut enim fundamētum est vniuersæ fidei. Accepi autem & ego ipsum, ab Christo nimirum. Quemadmodū igitur ego retineo, debetis & vos illud ipsum retinere. Et quia in primis accepistis præter ius & fas iam de resurrectione ambigitis, quam tanto

E tempore credidistis. *Quoniam Christus mortuus est pro peccatis*

Esa. 53. *nostris secundum scripturas.* Christi perspicuè in Paulo loquentis hæc verba sunt. Quia enim Manichæi dicturi erant quòd Paulus mortem peccata vocet, & ab his liberationem, resurrectionem, per hæc verba eos redarguere placuit. Mortuus est enim Christus. qua morte? omnino corporea. haudquaquam enim peccatum fecit. At verò si adeò impudentes fiant, vt audeant affirmare Christū etiam in peccatis obiisse: quomodo, inquit, pro peccatis nostris mortuꝰ est? Si enim & ipse peccator est, quomodo pro peccatis nostris mortuus est? Præterea quum ait, secundum scripturas, apertè palam eos pudefacit. Vniuersæ nanque scripturæ de corporea hac Christi

Psal. 21. morte testimonium dicunt, vt: Foderunt manus meas & pe-
Zacha. 12 des meos. &, Videbunt in quem pupugerūt. &: Sauciatus est

F propter peccata nostra. &: Pro peccatis populi mei venit in

Ioan. 19. mortem. *Et quia sepultus est.* Igitur corpus etiā habuit. quod

Esa. 53. enim sepelitur, corpus est. Non apposuit autem secundū scri-

Osee. 6. pturas, vel quia omnibus sepultura Christi constaret, vel q

Ionæ. 2. secundum scripturas, ad sequentia repetendum sit. *Et quod*

Gene. 22 *excitatus sit tertio die, secundum scripturas.* At vbi scripturæ lo-

Esa. 53. quuntur quòd tertia die sit excitatus? Per Ionæ prophetæ figuram: & ante hunc, ex eo quòd Isaac tertio die matri viuus sit conseruatus, etiamsi mactatus videretur: & aliis innumeris in locis. Tum à verbis Esaiæ vatis: Dominus vult purga-

Psal. 15. re eum à plaga, vt monstret ei lumen. Postea Dauidis: Non derelinques animam meam in inferno. *Et quia visus est Cephæ.* Primum, qui cæteris omnibus autoritate præmine-

bat, ponit. Atqui euangelica historia testatur ipsum primum A
Mariæ Magdalenæ apparuisse. Rectè quidē: cæterùm quod Lucæ. 24
ad viros attinet, primum à resurrectione exhibuit se conspi- Mar. 16.
ciendum Petro, ceu inter discipulos primum obtinenti locū.
Par enim erat, vt qui primum cōfessus esset Christum, resur-
rectionē eius primum videret. Et quia eum abnegauerat, ap- Matt. 16
paret ei primum, vt ostenderet ei eum propterea non esse re- & 26.
iectum. *Deinde duodecim.* Atqui Mathias primùm post as- *Mathiæ*
sumptionem domini in cęlos, in Iudæ locum subrogatus est: *quomodo*
quomodo igitur duodecim apparuit? Dicimus igitur verisi- *apparue-*
mile esse, quòd Mathiæ quoque post ascensionem suam ap- *rit Christꝰ*
paruerit, quandoquidem & Paulo post assumptionem voca-
to visus est. Eam ob causam neque tēpus dixit, sed indefinitè B
posuit. Quidam hîc dicunt, lapsum aut errorem esse in scri-
bendo, vel quia dominus præscienti oculo sciens & videns il
lum esse vndecim istis connumerādum, visus est ei, ne hac in
re cæteris apostolis inferior videretur. Tale quiddam & di-
uus Iohannes tradit: Thomas autem vnus ex duodecim. Po- Iohā. 20.
tius autem dixerit aliquis quòd secūdum prædestinationem
Mathiam reliquis apostolis adnumerarit, quàm ipsum etiam
Iudam post proditionem & strangulationem. *Deinde uisus*
est pluribus quàm quingentis fratribus simul. Post demonstrationem ex scripturis, testes producit apostolos & reliquos fideles homines. Nonnulli aduerbium ἐφάπαξ (quod hîc per, pluribus quàm, reddidimus sentētiæ causa) pro eo quod est desursum, & ex cælis, accipiunt. Sursum enim & supra caput eis G
visus est, vt & ad cælos assumptionem suam firmaret. Quidā
verò suprà quingentos, pro pluribus quàm quingentis intel-
lexerunt. *Ex quibus plures etiamnum supersunt, nonnulli uero etiā*
dormierunt. Habeo inquit, testimonia viua. Per dictionē autem dormierunt, resurrectionis principium præstruxit. Qui
enim dormit, resurgit etiam. *Deinde uisus est Iacobo.* Fratri
domini, qui ab ipso primus Hierosolymorum episcopus con
stitutus erat. *Post apostolis omnibus.* Fuerunt enim & alij apo
stoli, vt septuaginta. *Postremo autem omnium tanquam abortiuo* Lucæ. 10
uisus est & mihi. Mentis non arroganter de se sentientis ver- Actuū. 9.
ba sunt. Sapienter autem vsus est deiectione hac, vt si, quem- 22. & 26
admodum quum magnum illud verbum profert, Abundan-
tius omnibus aliis laboraui, hîc dicat, nō adhibeatur ei fides
ceu arroganti. ἔκτρωμα, id est abortiuum, propriè dicitur fœ- ἔκτρωμα

D tus in vtero qui iustum incrementi sui & maturitatis tempus nõ expleuit, quo mulier, si abortiat, orbatur. Quia igitur ipse se indignum apostolici muneris functione dicit, ac reiectitium, sic seipsum nominauit, ceu imperfectũ & immaturum quantum ad apostoli dignitatem & autoritatẽ attinet. Nonnulli per abortiuum, postremum fœtum intellexerunt, quandoquidem & ipse postremus apostolorũ fuerit. Atenim eam ob rem nihil Pauli autoritati decedit, quòd postremus dominum conspexerit. *Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum idoneus uocari apostolus, eo quod persecutus sum ecclesiam dei.* De seipso demonstrat: nec dixit duodecim tantùm, verùm & aliorum omnium. Considera autem quomodo eorum peccatorũ meminerit, à quibus liberatus sit per baptisma, vt ostendat quid donauerit & quantum sibi deus. Quam ob causam verò seipsum testem resurrectionis Christi, quòd sibi quoq; visus sit, producit? vt proprios defectus recenseat, quò maiorem verbis suis fidẽ conciliet. Qui enim reuera suas iniurias fatetur, alij haud incassum blandietur gratificabitúrve. *Gratia autem dei sum quod sum.* Defectus suos sibi ipse imputat, virtutes autem gratiæ dei refert acceptas. *Et gratia ipsius me non uana facta est, sed abundantius omnibus ipsis laboraui.* Hæc quoque cum demissione sui dixit. Nec enim dixit, quę dignæ sunt gratia, transegi: verùm, non vana, inquit, gratia dei in me inuenta est. Quomodo? nam plus quàm omnes apostoli laboraui. Nec dixit, periculis obnoxius fui: sed remisse & humiliter loquens, laboris vocabulo & defatigationis vsus est, vt laudem suam succideret. Cæterùm vt fide dignus iudicaretur, hæc de seipso commemorat. Oportet enim doctorem fide dignum esse. *Non ego autem, sed gratia dei mecum.* Laborare ipsum, gratiæ dei, non meum opus, neque mea virtus est. *Siue igitur ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidistis.* Siue, inquit, ego laboraui, siue illi, circa prædicationem tamen omnes sumus concordes. Nec dixi, si mihi non adhibetis fidem, illis obtemperate, seipsum enim vilipendisset: nec testem hic quempiam autoritate conspicuum producit, sed ipse sese existimat sufficere, & illos per se sufficientes esse autumat. Quum ait prædicamus, veritatem concionum suarum denunciat. Non enim in abscondito loquimur, sed palàm: & non aliquando, sed nunc. Et sic credidistis. Nec dixit, nunc creditis, quoniã fide iam vacillabant cõcutiebantúrq; Cum aliis

Doctor fide dignus esto.

aliis autem, & ipsorum fidem, veritatis testem vocat. Non A enim simpliciter credidissetis sermonibus mentitis ac deceptoriis, nisi persuasi essetis vera esse quæ publicè vobis annunciabantur. *Si autem Christus prædicatur quod ex mortuis excitatus est, quomodo dicunt, quidam inter uos quod resurrectio non est?* Optimè ratiocinatur. Demonstrato enim primùm q̃ Christ⁹ resurrexit, & quòd sic prædicatur ab se & apostolis, ex illius excitatione cõmunem omnium resurrectionem confirmat, ceu reliquo corpore caput sequẽte. Nõ autẽ omnium facit accusationem, ne impudentiores faciat, sed quidam, inquit, dicunt. *Si autem resurrectio non est, neque Christus excitatus est.* Vt ne dicant, Christus excitatus est, sed non ideo vniuersalis erit resurrectio: confirmat hoc inquiens, anteuerten B do huiusmodi obiectionem: Neque Christus excitatus est, si mortuorũ resurrectio non est. Vtrunque enim vtriusque est confirmatio. Cuius enim gratia resurrexisset, nisi debuisset primitiæ nostri esse? *Si autem Christus non est excitatus, uana est prædicatio nostra, uana est etiam fides uestra.* Si enim mortu⁹ nõ potuit resurgere: neque peccatum sublatum est, neque mors sublata est, ac deinceps vana prædicauimus nos, vósque vana credidistis. *Inuenimur etiam & uani testes dei, quoniam frustra de eo testificati sumus quod excitarit Christum, quem non excitauit, si quidem mortui non excitantur.* Impij, inquit, inuenimur, quoniam calumniati sumus deum, quoniam excitauerit, quẽ non excitarit tamen. Hoc autem contingit, si mortui non excitantur. Quocirca quum absurdum inde colligatur, neque C illud est credẽdum, mortuos nẽpe nõ excitari. *Si enim mortui non excitantur, neque Christus excitatus est. Si autem Christus nõ est excitatus, uana est fides uestra.* Rursus eodem certat argumento. Eam enim ob causam resurrexit Christus, vt vniuersalem resurrectionem faceret. Sin resurrectio non est, igitur ne ipse quidem resurrexit. Hoc dato, vana est fides vestra: quod absurdum est. *Quoniam estis in peccatis uestris.* Si enim nõ est excitatus, neq; mortuus est, neque peccatũ soluit. Mors enim ipsi⁹, peccati est dilutio. Ecce enim, inquit, agnus dei, qui tollit peccata mũdi. Agnũ autẽ omnino propter mactationẽ appellauit. Quòd si peccatũ nõ sublatũ est, in eo estis prorsus. Ecqui credidistis q̃ ab eo liberati sitis? *Itaq; & qui dormierũt in Christo, perierunt.* i. qui propter Christũ mortui sunt, ac testimoniũ phibuerũt, perierũt, si nõ est resurrectio. Cũcti ꝓterea

Resurrectio nostra ex Christi resurrectione astruitur.

Ioan. 1.

D simpliciter Christiani qui in fide erga Christum,& vita angusta & afflicta dormierunt,interierũt,delectabilibus mundi orbati:neque posthac aliquo bono fruituri sumus, si resurrectio non erit. *Si in uita hac in Christo tantum sperantes fuimus, miserabiliores omnibus hominibus sumus.* Si ad hanc vsque vitã nostra sese tantum ostendunt,atque in hanc solùm vitam incumbimus in Christum sperantes,hoc est,spem in Christum habentes,nec est illic alia vita,miseriores sumus cũctis mortalibus:quippe qui neque præsentibus fruimur,vt supra com-
I.Cor.4. memoratum, nec futura bona sumus consecuturi. propterea neque resurgemus,vt quidã dicunt.Sed fortasse dixerit quis piam,quòd anima sola fruetur bonis. At quî hoc fiat, quum ipsa non sola laborauerit , sed corpus etiam eam adiuuerit?
E Vbinam igitur iustum manet, si quod plurimum laboris sustinuit corpus,in nihilum redigatur, ac nullo bono perfruatur,sola anima coronam recipiente? *Iam uero Christus ex mortuis excitatus,primitiæ dormientium factus est.* Postquã demonstrauit quàm absurda nascantur ex eo si quis non credat resurrectionem,repetit eundem sermonẽ,huiusmodi quiddam dicens: Hæc sequuntur & emergunt si non est communis resurrectio,nempe quòd Christus nõ sit excitatus. Atqui Christus excitatus est.Resurrectio igitur communis erit,atq; hęc absurda non euenięt . Continuò autem ex mortuis apponit,
Manichæ orũ error Manichęorũ ora obstruens. Quòd si eorum qui dormierunt, primitiæ est,& ipsos omnino resurgere oportet.Primitię autem ad sequentes respectum habent,veluti siquando vnus ex
F multis fecerit primus incipiẽs quod alij deinceps sint facturi. *Postquam enim per hominem mors,per hominem & resurrectio mortuorum. Quemadmodum enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur.* Causam reddit per quam creduntur ac firmãtur quæ commemorata sunt. Oportuit enim ipsam victam naturã vincere,& eum qui deiectus erat,euincere.Nam in Adam,hoc est per lapsum Adami, omnes à ipso
Quare in Christo omnes resurgeat. exciderunt . Sic igitur in Christo omnes resurgent, hoc est, quia Christus inuentus est sine peccato , nec mortis reus, & propterea quòd voluntarius mortem subierit.Resurgere verò Christũ necesse erat , quatenus impossibile erat ipsum teneri à corruptione,principem nimirum vitæ. Hæc autem omnia aduersus Manichæos. *Vnusquisque in proprio ordine.* Ne audiens cunctos viuificandos, arbitreris & peccatores æternum

num beari, subintulit , quantum ad resurrectionem attinet, A
quòd omnes viuificabuntur : veruntamen vnusquiuis resurget in suo ordine,hoc est,pro sua quisque dignitate. *Primitiæ Christus,deinde qui Christi sunt,in aduentu eius:postea finis.* Primitiæ,adeóque via resurrectionis,Christus est : post ipsum, qui ad eum pertinent,hoc est fideles, & probati in ipso, primi resurgent,illo ex cælis veniente.hoc enim est quod ait,in aduentu ipsius.Est enim par,vt iusti priuilegio quopiã gaudeant,atque in ipso excitentur. Quum enim rapiendi sint in aera,in occursum domini,prę aliis excitantur.Itaque pecca- 1.Thes.4
tores infrà expectant iudicem,ceu cõdemnati & aduersarij. Deinde omnium rerum consummatio erit,ipsiúsque adeò resurrectionis,ceu omnibus in commune vniuersim excitatis. Nec enim,vt nunc fit, Christo solo resurgente, res humanæ B
suum priorem statum locúmq; obtinent, sic tum erit: verùm omnia finem accipient. *Quando tradiderit regnum deo & patri.* Duo regna scriptura nouit,alterum quidem vendicatio- *Regna duo.*
nis & vsurpationis,alterum verò creationis. Creationis igitur nomine,in omnes Græcos,Iudæos,ipsos dæmones,ac nolentes imperium exercet. Omnium verò fideliũ dominatur, qui suapte sponte subiiciuntur Christo vendicationis ratione , hoc est , quòd eos sibi proprios & familiares reddat , & suo per verbum regno accenseat. De hoc itaque regno dicit scriptura: Postula à me & dabo tibi gentes:&,Data est mihi Psal.2.
omnis potestas. Hanc tradit patri,hoc est, transigit strenuè Matt.28
& perficit,veluti rex quispiam bellum filio suo cõmiserit adversum gẽtes quæ defectionem sint molitæ,vt eas gubernet. C
Confecto itaque bello,domitis & subactis rursum gentibus, tunc dicitur bellum tradere patri,hoc est,submõstrare quòd delegatum sibi opus perfecerit. Ait itaq; Paulus,quòd simul atque omnia subiecerit filius,tum finis sit. Tum enim perfectè Christus super nos regnat.Nec porrò diuersum erit cum deo & Cæsare imperium . Tanquam enim direptum ab tyranno regnum ipse accipiens,& eripiens, liberum commendat patri. *Quando aboleuerit omnem principatum & omnem potestatem & uirtutem.* Hoc est,quando vicerit & compescuerit prauas potentias . Hodie nanque dominantur in multis, tum verò quiescent. *Oportet enim ipsum regnare tantisper dum* Psal.110.
posuerit omnes inimicos suos subter pedes suos.postremus hostis destruetur mors. Quia dixerat Christũ destructurum defectri-

D ces potentias, ac trophęa ſtatuere, veriſimile erat quępiã dubitare; ac dicere: Fortaſſe debilitabitur ſeu deficiet vſq; dum omnia hæc perfecerit, neq; quicq̃ poterit ea cõplere: ad hoc, Haudquaq̃, inquit, deſtituetur viribus, ſed operę eſt precium ipſum regnare tanq̃ regem, & eũ qui poſſit habenas imperij moderari, donec ſubiecerit hoſtes, ac ipſam ad vltimũ mortem. Qui enim diabolum ſubegit, perſpicuũ eſt q̃ & opus ipſius mortem ſubiiciet. Quomodo autẽ apparere queat mortẽ eſſe deuictã & ſubactã, niſi corpora quæ continebat, euomuerit? Tum enim propriè victoria obtinetur, quũ & ſpolia direpta fuerint. Ne igitur quũ audias q̃ deſtruet omnem principatum & poteſtatẽ, metuas q̃ viribus deſtituatur, nec poſſit hæc præſtare: faciet, inquit, omne adminiſtrãs & gubernans

E bellum, tantiſper dũ omnes ſubegerit. Viden' q̃ dictio ἄχρις, *Donec* id eſt donec, non poſita ſit vt tollat imperiũ eius poſthac? At *particulæ* qua de cauſa dictũ eſt? Durat enim eius imperiũ, & præpotẽs *uis.* eſt, nec labefactabitur, donec omnia confecerit. Poſthac verò multo magis imperio florebit. regni enim eius non erit fi- *Regnare* nis. Gregorius autẽ theolog⁹ adſeuerat, q̃ regnare hic dicit, *Chriſti.* hoc eſt facere operarí ve ſubiectionẽ, nóſq; ſuo imperio ſubdere. Vnde poſtq̃ ſubiecti fuerimus ipſi, ceſſat huiuſmodi regnum, hoc eſt, conatus & efficacia qua in gubernatione noſtri vtitur. Perinde nanq; ac architectõ ædificat interea vſq; dum apposuerit faſtigiũ tecti, poſthac verò ædificãdi opere vacat, atq; ab ſtructura deſiſtit: hãc ad rationẽ & fili⁹ regnat, hoc eſt, operatur & exercet imperium ſuum in nos, tantiſper

F dum regno eius planè ſubiugati fuerimus. *Omnia nanque ſub* *Pſal. 8.* *iecit pedibus eius. Quando autẽ dicat quod omnia ſubiecta ſunt ei, videlicet præter eum qui ei ſubiecit omnia.* Quia dixerat de filio q̃ aboliturus ſit hoſtes, trophæáque erecturus, metuit ne aliud quoddã principiũ ingenitũ exiſtimetur filius. Ad patrẽ igit omnia refert, inquiẽs q̃ ipſe filio ſubiecerit hoſtes. Quia verò ad Græcos ſcribebat, quorũ opinio erat q̃ Iupiter inſurrexiſſet aduerſus patrẽ, cõdemnans eũ, & è regno deiiciẽs: metuit ne tale quiddã de filio ſuſpicẽtur, ceu inſurgẽte aduerſ⁹ patrẽ. Omnia, eã ob rem, inquit, filio ſunt ſubiecta, dépto patre is nanq; ſubiecit etiã cũcta alia filio. *Quũ aũt ſubiecta fuerint ipſi omnia, tũc & ipſe filius ſubiicietur ei, qui omnia poteſtati ipſius ſubdiderat.* Ne q̃s dicat, Si patri nõ eſt ſubiectus fili⁹, nihil prohibet patre filiũ fortiorẽ eſſe: hãc ſuſpicionẽ ex abundãti diluit,

diluit, inquiẽs, q̃ & filius ſubiicietur patri, filij erga patrem A cõcordiã & vnanimitatem oſtendens. Noueris itaq; patrem eſſe cauſam & fontẽ potẽtiæ huius quæ eſt in filio, neq; filiũ aliam quampiam vim patri contrapoſitã putes. Quòd ſi plus quàm par eſt humili dictione vſus eſt apoſtolus, ne mireris. Eſt enim in more diuo Paulo, vt ſiquando funditus quicquã tollere velit, multa vtatur redundantia: quemadmodum demonſtraturus fidelem mulierem non coinquinari neque lædi ſi cohabitet marito infideli, Sanctificatus eſt, inquit, mari tus infidelis in vxore fideli: non hoc dicens, quòd infidelis quum ſit vir, ſanctus reddatur, verùm dictionis iſtius excellentia oſtendens quod nihil lædatur fidelis ipſa coniunx: ſic hoc in loco ſubiectionis vocabulo funditus tollit prauam iſtam ſuſpicionem, qua ſuſpicari fors quiſquã poterat filium B patre eſſe fortiorẽ, vt qui tanta trãſigere poſſit. Atqui Theologus Gregorius adſerit quòd filius omnia noſtra ſibi propria faciẽs, noſtram etiam ſubiectionem propriam reputet. Nunc verò ſeditionem quandam ciemus aduerſus deum, infideles quidem, quum eum obnegant: fideles verò, dum affectibus ſuis inſeruiunt multi, etiamſi ſubiecti ſecũdum hoc ſimus. Quum verò alij quidem agnouerint quem nũc negant, alij verò trãſlati fuerimus ab affectibus in hac vita omnino, tunc dicetur filius eſſe ſubiectus. Humanitatis enim perſonã ſubiens, ſua facit quæ noſtra ſunt. *Vt ſit deus omnia in omnibus.* Hoc eſt, vt omnia à patre dependeant, ne duas quiſpiam poteſtates, poteſtatis expertes, vel citra imperiũ eſſe ſuſpicetur, adeoq̃ diſſectas ac diuiſas inter ſeſe: quãdoquidem hoſtes F ſunt ſub pedibus filij: filius porrò non eſt ſeditioſus, non diſſidet à patre, verùm quemadmodum par eſt, deo patri ſubditur, obedit. Omnino autẽ deus pater erit omnia in omnibus. Nonnulli malitiæ ſublationem denũciari aiũt per hoc quòd omnia ſint ſubiecta. Quum enim peccatum porrò nõ fuerit, planum eſt quod deus omnia in omnibus erit, quando non amplius motibus & affectibus ſuccubuerimus, ita vt nihil omnino dei, vel parum in nobis feramus, ſed toti dei ſimiles, totius & ſolius dei capaces erim⁹. Omnia ſanè tũ nobis deus erit, & cibus, & potus, & cogitatio, & indumentũ, & motus. *Poſtquam, quid facient qui pro mortuis baptizantur? ſi omnino mortui non excitantur, quid & baptizantur pro mortuis?* Marcioniſtę hęretici, ſi quis nõ baptizat⁹ apud eos moreretur, ſub defuncti *Marcioni ſtark error.*

D vita lecto viuentem quempiam occultantes accedũt lectum, interrogantes mortuũ, num velit baptismate tingi. Atque hic respondente eo sub grabato quòd velit, baptizant eũ pro defuncto vita. Deinde hanc ob rem in iudicium vocati, aut accusati, defendunt sese hoc apostoli loco, affirmãtes apostolũ hoc dixisse, hæc apostoli verba producẽtes stolidi homines. Id verò sic non habet, at quomodo? baptizãdi symbolum religionis seu fidei Christianæ annunciãt omnino. In eo enim symbolo, cum aliis & hoc adiectũ est, Credo resurrectionem mortuorum. Dicit igitur, quod qui crediderunt futuram esse resurrectionem mortuorum corporum, & qui baptizati sunt in talem spẽ, quid faciẽt decepti? Quid autem omnino & baptizãtur homines super resurrectione, hoc est, in expectatione resurrectionis, si mortui non excitantur? *Quid & nos periclitamur omni hora?* Si igitur recipitis ad demonstrationem resurrectionis, confessionem verborum quam faciunt qui baptizantur, accipite & vocem quæ per res ipsas loquitur. Nos enim apostoli omnes nũquam non periculis sumus obnoxij, & nisi esset resurrectio, cui⁹ rei gratia pericula sustinerem⁹? vt aliquo videlicet bono potiamur? Atenim si quis ambitione ductus pericula subeat, semel forsan atq; iterũ periculum ele gerit, verùm in omnem æquè horã atque nos, non faciet. Hęc enim demõstratio est euidẽs, nos de resurrectione certos esse. *Quotidie morior ob uestram gloriationem, quam habeo in Christo Iesu domino nostro.* Quum dixisset, in periculis versamur, F pericula hîc expressit, imò potius maius quiddam, quotidianas videlicet mortes. Quomodo autem in singulos dies moriebatur? Animi prõptitudine, & quia ad hoc instructus fuerit, & quia talia pertulerit, quæ mortẽ adferebant. Ob vestrã gloriationem, id est vestram ob promotionem & profectum, cuius gratia glorior. Gloriatio autem præceptori, discipulorum est progressus. Deinde Christo hîc adscribens, quam habeo, inquit, in Christo Iesu. illius enim opus est, non meum. Sapientissimè autem eos commonefacit. Vt, inquit, de vestro in fide progressu glorior, sic tristabor, inquit, si perpetuò deinceps adeò misere vos geratis, animi pendeatis num mortui resurgant, necne. *Si secundum hominem aduersus feras pugnaui Ephesi, quæ mihi commoditas?* Quatenus ad homines peruenni, cum feris dimicaui. Quid enim si deus è periculis me eripuit? Quid mihi prodest, si resurrectio non sit? Pugnam autem

Baptizari pro mortuis.

Paul⁹ semper mori paratus.

tem cũ bestiis appellat cõtentionem aduersus Iudæos & Demetrium argentarium. Quid enim isti à belluis distabant? A
Si mortui non resurgunt, edamus & bibamus, cras morimur Si mortui non excitantur, neque erit in futuro quædam cõmoditas, fruamur deinceps bonis nobis in hac vita obtingẽtibus, edẽdo nimirum & bibendo: hæc enim tãtum lucramur. Hoc autem verbi ex Esaia protulit, dementiam taxans eorum qui negant resurrectionem. *Ne erretis: Mores boni perduntur prauis fabulis.* Ad adhortationem sermonem vertit. Tacitè autem eos veluti insipiẽtes & leues accusat. Hoc autem indicat per hoc quod ait, ne erretis. Bonos autem mores vocat, quibus facilè imponi potest. Indicat porrò quòd & alios ad hos clám pertrahant. *Sobrii estote iuste, & ne peccetis. ignorantiam enim dei quidam habent.* Tanquam temulentię studeant, sobrij, inB quit, estote. Iustè verò, veluti vtiliter. Potest enim quispiam iniustè etiã sobrius esse, veluti ad malum. Et ne peccetis: hinc enim est quòd resurrectioni non credatis. Qui enim sibi sunt conscii malorum, non persuadentur nec credunt esse resurrectionem, metu pœnarum. Ignorantiã autem dei habẽt, qui resurrectioni non adhibent fidem. Non enim nouerunt dei potentiam. Nec dixit habetis, sed habent, faciliorem ita accusationem faciens. *Ad ruborem uobis hæc dico.* Postquàm satis eos carpsit, consolatur eos, dicens: Hęc dixi, nõ vt hostis vobis obiiciẽs, sed vt pudore suffunderemini, vt reducerem vos ad emẽdationem, pudefactos nimirum, ac decorum cogitantes spirantesque. *Sed dicet aliquis, quomodo excitantur mortui? quali autem corpore uenient?* Non dixit, vos dicitis, vt sic inuC sus reddatur sermo, tanquàm de aliis non credentibus hæc inquirat. Duo autem sunt de quibus dubitatur: ipse resurrectionis modus, & quomodo excitatur semel dissolutum corpus, & quali corpore resurgit, hoc, vel alio quodã. Per exemplum autem grani duo dissoluit. *Insipiens, tu quod seminas, non uiuificatur, nisi moriatur.* A perspicuo copiam, & ab eo quod palàm agitur, facit dilutionem. Hinc & dementes eos vocat, vt qui adeò manifesta ignorent. Tu inquit, quod seminas, qui corruptibilis es, ecqui de deo hæsitas? Nõ viuificatur, inquit, nisi moriatur, dictionibus vsus nõ seminibus sed corporibus propriis & accommodis. Non enim dixit quòd aliàs nõ germinet nisi dissoluatur, sed nõ viuificetur, nisi moriatur. Obserua quomodo in contrarium sermonem conuerterit (illis enim

Actu. 19.

Esaiæ. 22.

Resurrectio unde quibusdã nõ creditur.

D enim videbatur ambiguũ quomodo post mortẽ excitemur) quoniam morimur, perinde quasi non liceret aliter viuificari, ni mors esset. *Et quod seminas, non corpus quod nascetur seminas, sed nudum granum, uidelicet frumenti, uel cuiuspiam reliquorum.* Quum duo esse quæ controuerterentur adduxisset, quomodo nimirum excitentur mortui, & quali corpore: quomodo excitentur, dissoluit, nempe per mortem, quemadmodum & granum. Iam verò quũ interpretatur quali corpore resurgant, diluit alterum quoque de quo ambigebatur. Idem, inquiens, corpus excitatur, vel eiusdem essentiæ, splendius ta-

Corpꝰ idẽ men & elegantius. Hæretici autem contẽdunt non idem cor-
sed splẽdi pus excitari. hoc enim indicare Apostolum, quum ait. Non
dius resur quod nascetur. Atqui apostolus hoc non dicit. Quid igitur?
recturũ. Quoniam non seminas quale nascetur, splẽdidius nempe &

E elegantius, sed nudum granum, attamen spica decentior & pulchrior inde prodit ac exurgit. Neque eadem est omnino, nam spica non est seminata, cum culmis nimirum & aristis, sed nudum granum: neq; omnino aliud seu diuersum, quandoquidem non ex alio grano, verùm ex nudo illo est spica. *Deus autem dat corpus ipsi, quemadmodum uoluit.* Si ergo deus corpus dat, quid est quod curiose inquiras quali corpore excitemur? Ecquid diffidis resurrectioni, audiẽs dei potentiam & voluntatem? Deus enim dissolutum quidem corpus excitat, verum pulchrius, decentius, & spiritualius. Hoc enim & in seminibus licet inuenire. Nam speciosius & elegãtius dissoluto semine ipsi asparagi prodeunt. *Et cuilibet seminum proprium corpus.* Hoc hæretico rũ ora irrefragabiliter obstruit,

F assirmãtium idem corpus in resurrectione non excitari, sed diuersum. En, audis enim quòd suum cuique corpus datur. *Non omnis caro est eadem, sed alia quidem hominum, alia autem pecorum, alia uero caro alitum, alia piscium.* Vt ne quũ audis de frumento, arbitreris quòd quemadmodum in hoc omnes spicæ æquales prodeant, sic & in resurrectione omnes fore pares: monstrare vult quòd discrimen sit resurgentium, quod & tangentens clam attigit, quilibet, inquiens, in proprio ordine. Ait autem quòd non omnis caro sit eadem caro, hoc est, non omnes eadem existimatione resurgẽt, enimuero primam habent differentiam iusti ad peccatores, quam habent super cœlestia corpora terrestribus collata. Deinde & in ipsis iustis differentia graduum multa, vt in progressu dicet, adeoque in

ipsis

ipsis peccatoribus. Ait enim, Perinde ac discrimen est in car A
ne hominum & pecorum, & reliquorũ animalium: sic & peccatorum discrimen erit in pœnis. Omnia igitur quæcunque nunc à Paulo dicta sunt, de discrimine peccatorũ dicta sunt. De iustis enim pergens dicit, quando cœlestia recensuerit corpora. *Et corpora supercœlestia, & corpora terrestria: sed alia supercœlestium gloria alia uero terrestrium.* Hîc, quod & suprà dixi, discrimen iustorum erga peccatores ob oculos ponit, hos quidem vocans supercœlestia corpora, illos verò peccatores terrestria: & alia, inquit, iustorum gloria, alia verò peccatorum, nec est iam subaudiendum gloria, sed vita. *Alia est gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum: stella autem ab stella differt in gloria.* Perinde ac Pauloante corpo- B
rum peccatorum differentias dixit, ab hominibus exorsus, ac *Iustorũ in ter se dif-*
deinceps mentionem faciens volucrum, iumentorum & pi- *rentiæ.*
sciũ, eò quòd & homines peccatores priores fuerint exortu, *Gene. 1.*
deinde ad brutorum similitudinem descendit: non dissimi- *Psal. 135.*
lem ad modum iustorum iam differentias monstrat. Omnes enim gloriam in resurrectione consequẽtur verùm aliud est lumen solis, aliud est lunæ, ad vulgares vsque stellas procedendo. Nam & stellę ab stellis discrepant in gloria, hoc est in lumine, in splẽdore, in claritate. gloria enim stellarum, lumẽ est. Nõulli per corpora cœlestia, angelos intellexerũt, nõ appositè vt opinor. Atque isthuc inde planũ fit, quòd producat solem, & lunam, & stellas. Quare de angelis isthuc nõ loquitur. *Sic & resurrectio mortuorum.* Sic, quomodo? in multo sane discrimine, perinde ac præscripta patefecerunt exẽpla. C
Seminatur in corruptione, excitatur in incoruptione. Supra quũ loqueretur de feminibus, vtebatur verbis corpori accommodis, velut quum diceret, Non viuificatur, nisi moriatur: nunc de corporibus verba faciens, dictionibus vtitur semini conuenientibus. Seminatur, inquit, in corruptione. Semen autem hîc appellat, non quod est in matrice, verùm corporũ defunctorum in terra tumulatorũ depositionem, perinde quasi dicat, Reponitur in terra corpus mortuum in corruptione, hoc est, vt corrumpatur. Pulchrè autem dixit, excitatur, & nõ, nascitur, vt ne terræ esse opus existimes. *Seminatur in ignominia, excitatur in gloria.* Quid enim mortuo seu cadauere incelebrius, vilius? atenim in gloria & celebritate incorruptibilitatis excitatur, etiãsi non eodem omnes fruãtur honore.

Semi-

D *Seminatur in infirmitate, excitatur in fortitudine.* Ad dierum enim vsque quinque interuallum caro non potest persistere aduersus corruptionem, cæterùm excitatur in incorruptibilitatis potentia & robore, nulli porrò corruptioni obnoxia, etiam si incorruptibilitas impiis ad pœnas exuberet. *Seminatur corpus animale, excitatur corpus spirituale.* Corpus ψυχικὸν, id est animatum, vel animale (ab anima) quod animæ viribus gubernatur, & in quo anima dominatum & imperiũ habet, vocat. Spirituale verò, spiritus sancti operatione præditum est, & quod ab spiritu planè regitur. Etiamsi enim spiritus etiamnum in nobis operetur, non sic tamen operatur, neque semper: auolat enim à committentibus flagitium. Ac præsente hic spiritu, anima corpus regit: tum verò assiduè spiritus paracletus permanebit in corporibus iustorum. Vel simpliciter spirituale incorruptibile dicit, veluti iam subtiliorũ partium & leue, adeò vt & in aëre vehatur: at tamen non ita vt Origenes dicit, aëreum & æthereũ, vel ex aëris ætherisve substantia constitutum. Quod si de incorruptibilitate hæsitas, intuere cœlestia corpora, quæ hactenus nullo neque senio confecta sunt, neque labore defatigata. Qui enim ea talia condidit, & corruptibilitatem nostram incorruptibilem efficiet. *Est corpus animale.* Quod iam habemus in præsenti vita. *Estq; corpus spirituale.* Quod habituri sumus in futuro æuo, idem cum hoc quod iam circumferimus, verùm spirituale, hoc est, corruptionis expers. *Sic & scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus Adã in spiritum uiuificantem.* Prius quidem memoriæ proditum est, posterius autem non est scriptum, verùm ex rerum consecutione quod euenit, scriptum esse ait: æquè ac propheta dixit Hierusalem vocandam vrbem iustitiæ, nec tamen aperte vocata est. Ac dominum ipsum, Euangelium Emanuelem vocat, quum tamen ipse eo nõ sit nomine appellatus, sed res ipsæ hanc vocem, hocve nominis dimiserint. Primus itaque Adam animalis erat homo, id est, animæ viribus gubernabatur, secundum corpus: postremus verò Adam, ipse nimirum dominus, in spiritum viuificantem. Nec dixit spiritum viuẽtem, sed quod maius est, viuificantem. Etenim dominus quo ad essentiam secum habebat sibi conuiuentem spiritum sanctum, adeóque præsentem, per quem & propriam carnem viuificabat, nobisque per ipsum incorruptibilitatem donauit.

Corpus animale. *Spirituale* *Origenis error.* *Gene. 1.* *Zacha. 8* *Matt. 1.* *Adam primus, & postremus.*

Proinde

Proinde corruptibilis huius vitę pignora in primo Adam habuimus, futuræ autem in Christo. *Sed non primum spirituale, sed animale, deinde spirituale.* Ne quis dicat, Quur iam animale corpus habemus, adeoque deterius, spirituale verò adhuc futurum est? quoniam principia & principatus vtrorum que sic habent, & ordinata sunt. Nam adam est prior, Christus posterior: quare res nostræ semper in melius prouehuntur. Crede itaque quòd & quæ nunc in te sunt corruptibilia deterioráque, in incorruptibilia adeóque meliora transelementabuntur. *Primus homo ex terra terrenus, secundus homo, dominus ex cælis.* Ne optimum viuendi genus negligant, in posterum eos adhortaturus est ad vitam deo placentem. Adam, inquit, ex terra erat, propterea & sic appellatus est: Adam enim terreum & puluereum significat. Homo verò dominus, ex cælo erat. Ac alteri quidem à deteriori nomen indit, alteri verò à præstantiori: non quod homo, vel humana Christi natura, assumptio quępiam ex cœlis esset, vt demens Apollinarius delirabat, cęterũ quòd vna persona vnius Christi, & homo ex cœlo esse propter vnitionem dicatur, ac deus cruci affixus esse ob eandem causam feratur. *Qualis terrenus, tales & terreni.* Hoc est, sic peribunt & morientur, vel quòd peccati morte morientur, terræ adfixi. *Qualis cœlestis, tales & cœlestes.* id est, consimilem ad rationem cum Christo permanebunt, immortales & fulgentes. Et si enim secundus Adam mortuus est, ideo mortuus: vt mortem dissolueret. Vel quòd sic deo similem ac diuinam vitam ducent, vt cœlestia spirare videantur. *Et quemadmodum gestauimus imaginem terreni, gestabimus etiam imaginem supercœlestis,* Planius hîc adhortatorium sermonis habitum reuelat. Imaginem autem terreni, praua opera dicit: imaginem verò supercœlestis, bona. Vt igitur in vitiis viximus, ceu terreni hominis filii, ac quæ terræ sunt cogitantes & affectantes: sic virtute rursus cõspicuam nunc vitam viuamus, tanquam cœlestis imaginem & imitationem & mores conseruantes. Imago etiam terreni *Gene. 3.* i. ꝙ scriptura dicit: Terra es, & in terrã abibis. Imago aũt cœlestis ex mortuis excitatio vel resurrectio, & incorruptibilitas. Proinde hæc intelligenda sunt ceu de resurrectione, dicãtur, & nõ de vita moribusve. Et ꝙ ait, imaginẽ cœlestis feremus, non sunt intelligẽda quòd vel dicta vel scripta sint ceu consultorio modo, vt consulat isthuc nobis, vel ad hoc nos adhor-

A *Adã quid dicatur.* B *Apollinarii error.* C

D adhortetur, sed vt obuenturæ nobis rei sit indicium, id est, quale sumus laturi corpus. *Hoc autem dico fratres, quoniam caro & sanguis regnum dei hæreditare non possunt.* Quia dixerat imaginē terreni, quasi iā hæc interpretetur, ait, Caro & sanguis est imago terreni, hoc est, carnales operationes, corporis etiam crassitiei propriæ, quæ regni dei hæreditatem adire non possunt. *Neque corruptio incorruptibilitatem hæreditat.* hoc est, malitia animę nobilitatem corrumpens & perdens, non potest esse hæres gloriæ istius, & incorruptibilium bonorum. Poteris autē hæc omnia non velut de vita dicta sint, sed de resurrectione accipere, vt illud, Caro & sanguis: quasi dicat, Corruptibile huiusmodi corpus, ex carne & sanguine consistens, haud fruetur regno. Non est enim illic cibus & E potus, quibus omnino huiusmodi corpus nutritur. Neq; corruptio, id est corruptibile corpus, corruptione vacantium hęreditatem adibit. Necesse est igitur spirituale fore corpus, non strum, & incorruptibile. Noueris porrò quòd Chrysostomus hæc ab Apostolo per adhortationis modum dicta, qua ad optimam & Christo decentem vitam inhortetur, acceperit. *Ecce mysterium uobis dico.* Ad sermonem de resurrectio ne institutum redit, tremendum quiddam & secretum illis dicturus. Indicat autem per hoc se magno illos honore adficere, vt is qui secreta eis reuelet. *Omnes quidem non dormiemus, omnes autem mutabimur.* Non omnes quidem morientur, inquit, omnes tamen alterabuntur, etiam qui non moriun- F tur, hoc est, ad incorruptibilitatem transferentur. Ne igitur si moriaris, metuas ꝙ non resurgas. Ecce enim dico tibi, ꝙ nonnulli ne morientur quidem. Attamē hoc non satis est eis ad resurrectionem illam, nisi immutentur etiam, & sic ad immortalitatem veniant ab mortalitate illa, quam habēt, corporum. Vt igitur illos non iuuat quòd nō moriantur, sic nobis non nocebit quòd moriamur. Nam & illis mutatio mors est. Moritur eñ in ipsis corruptio permutata in incorruptibilitatē. *In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba.* Ἐν ἀτόμῳ, hoc est, in insectili, & indiuisibili, hoc est, minutissimo temporis spacio, aç veluti palpebræ ictu vel motu, tanta taliáque fient. quæ res est omnium mirabilissima. Non enim tantum quia putrefacta corpora resurgent, nec quòd quisque proprium recipiet, mirari conuenit, verùm quòd adeò celeriter, vt nullis etiam verbis exprimi possit. Nonnulli verò quod ait in nouissima

nouissima tuba, sic intellexerunt, quasi ex Apocalypsi Iohan A nis interpretantes. Septem tubæ, inquit, quum sint, primæ quidem consummationem hominum faciunt. non enim simul omnes perficiuntur, sed ex parte, vel ex successione. Atque hæc est, inquit, dispensatio & ordinatio dei, vt quum primos intereuntes, qui relinquuntur, cernunt, ipsi resipiscant. Extrema, inquit, tuba excitationem & permutationem eorum qui iam resurrexerunt, facit in minutissimo instanti, in momento, in ictu oculi. *Canet enim tuba, & mortui excitabuntur incorruptibiles.* Vt ne ambigat quispiam quomodo talia tantáque ac tam ardua in oculi ictu fieri queant, verbo suo huic authoritatem parit, fidémque conciliat ex potentia hæc facientis dei, canet, inquiens, tuba, & fiet simile ei loco, Dixit ipse, & facta sunt. Tuba enim nihil aliud quàm iussum & nutum dei significat, omnia transeuntem, & omnia B præuenientem. *Et nos mutabimur.* Non de seipso hoc dicit, sed de iis qui viui deprehendentur. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Vt ne audiens aliquis quòd caro & sanguis regni dei hæreditatem non adeant, & rursus quòd mortui resurgent incorruptibiles, existimet corpora non resurgere, quòd nunc ex carne & sanguine constent, infert: Resurgent, inquiens, quidem corpora, sed non vt caro & sanguis permaneant, vt quæ in incorruptibilitatem sint transformata. Obserua autem verba hæc aduersus eos qui dicunt quòd non eadem corpora excitentur, sed alia. Corruptibile enim hoc, & mortale hoc, non aliud, sed hoc, cum demonstratio- C ne & emphasi. Itaque corpus quidem idem manet, ipsum est quod induitur: mortalitas autem & corruptibilitas obscurabitur ac delebitur, immortalitate & incorruptibilitate ipsum continente. Est autem discrimen inter corruptionem & mortalitatem, quòd mortalitas dicatur de solis animatis, corruptio autem de inanimatis. In nobis igitur sunt quædam inanimatis similia, velut capilli & vngues: hęc igitur etiam immortalitatem induent. *Quando autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors, ad uictoriam.* Quando hæc contigerint, tunc impletur quod ab Osee scriptum. Quia enim opinionem hominum exuperantia dixisset, scripturæ eadem testimonio confirmat.

Apoca. 8.

Tuba.

Corruptio & mortalitas differunt.

Psal. 32.

Osee. 13.

Quod

D Quod ait ad victoriam, hoc est, ad consummationem, vt victa omnino & perfectè exterminetur vel deleatur, vt nulla spes ei in posterum vllius potentiæ relinquatur. *Vbi ô mors stimulus tuus? ubi ô inferne victoria tua?* Perinde ac res gestas conspexisset, impetu & spiritu diuino agitatus, victoriæ destinatam oden concinit, vociferatur & exultat, ac aduersus

Inferi, Mors. proſtratam mortem insultat & insurgit, pedibus eam proterens. Inuenire autem queas discrimen quoddam inter inferos & mortem, nimirum quòd inferi animas cõtineant, mors verò corpora, nam animæ sunt immortales. *Stimulus uerò*

Scorpius. *mortis, peccatum est.* Per illud enim potens fuit, ceu armis quibusdam & stimulo vsus. Perinde nanque vt scorpius animal-

E culum est exiguum, in aculeo autem robur habet, cõsimilem ad rationem mors per peccatum robusta fuit, aliàs inefficax bestiola. Argumento est seruator noster Christus. Quum enim mors in hoc peccatum non inueniret, nihil aduersus ipsum, quod ad corruptionem vel retentionem attinet, efficere

Lex, pcti robur. potuit. *Virtus autem peccati, lex.* Quoniam si lex non esset, per ignorantiam peccantes non sic condemnaremur. Lex autem ipsum manifestans, nos magis condemnauit, quippe qui in cognitione & scientia peccati delinquamus: fortéque peccatum fecit, non per ipsius naturam, sed ob nostram infœlicitatem, qui non rectè vsi simus dato nobis pharmaco, æquè ac in epistola ad Romanos latius & fusius dictum est. Ne igitur dubites de resurrectione, ô homo, quum videas peccatum sublatum, quod mortis scutum erat & arma, quúmque

F lex sit abolita, quæ erat ex euentu robur & potentia peccati. Nam planum est quòd exarmata mors non porrò sit valida. *Deo autem gratia, qui dedit nobis victoriam per dominũ Iesum Christum.* Domini est certamen, nobis autem victoria data est, non ex retributione, neque ex debito, verùm per gratiam & clementiam dei & patris. qui fecit nos vincere per certamen filii sui. *Itaque fratres dilecti, firmi estote, non permutabiles, exuberantes in opere domini semper.* Quia cognouistis, inquit, ꝙ resurrectio sit futura, & compensatio bonorum & malorum, firmi stabilésqae estote. Concutiebantur sermonibus de resurrectione. At quum negligerent vitæ honestatem, atq; mores Christo dignos, tanquam non esset resurrectio: inquit, Abundantes in opere domini semper, non solùm ipsum facientes, verumetiam abunde efficientes. Opus autem domini hoc est, quod diligit dominus, & quod postulat à nobis, A virtus est. *Scientes quòd labor uester non est uanus in domino.* Hoc est, futuram resurrectionem sperantes, credentésque vos non amissuros quæcunque hîc laboraueritis. Antehac quidem negligebatis virtutem, quippe qui non crederetis resurrectionem esse, neque velletis temerè adeòque frustra laborare: nunc autem nouistis quòd si quid laboraueritis, non sit futurum vanum. Quod verò ait in domino, vel labor vester in domino, hoc est à supernis auxilium habens, vt qui fiat ob opera deo grata: vel, apud dominum non vanus fiet labor vester, verùm accipietis ab illo compensationes.

CAPVT. XVI. B

D *E collecta uerò erga sanctos, quemadmodum dispositi in ecclesiis Galatiæ, sic & uos facite.* Absoluto de institutione sermone, ad summam virtutum eleemosynam venit. *Λογίαν*, autem dicit collectionem, leuem statim ab exordio rem faciés. Porrò quod à multis contribuebatur, cuilibet erat leue. Deinde ad æmulationem eos ducit commemoratione eorum quæ alii gnauiter transegerunt. Sicuti Galatæ, inquit, fecerunt. Non dixit autem hortatus sum, verùm disposui, quòd erat maioris authoritatis, vt discas ordinationem esse regiam, neque rem ipsam adsperneris. *In una sabbatorum quilibet uestrum apud se ponat, colligens quod prosperum fuerit.* Vnam sab C batorum, dominicam vocat, hoc est, primã sabbati vel hebdomadis dierum. Atque ab die ad eleemosynam eos hortatur, mysteriorum in ea mentionem faciens. Valde aũt prudẽter iubet quemlibet colligere quod successerit, hoc est, quicquid deus dederit ac miserit, & ꝙ facilè potest. Non enim dixit, statim fer, vt ne parum quis habens pudefiat, sedenim apud teipsum collige, & quando visum fuerit, tũ adfer. Vt *ne quum uenero, tum collectiones fiant.* Vt non quum opus fuerit expendere, tũ primum colligatis. Porrò quia quum venero ait, per hoc eos prõptiores facit ad collectionem, quasi cõtributio ad oculos ipsius peruentura sit. *Quando autem aduenero, quos probaueritis, per epistolas hos mittam ut auferant gratiam uestram Hierosolyma.* Pulchrè, quos probaueritis, vbique scan

Una sabbatorũ, dominica dies.

Eleemosyna, uirtutũ summa

D dala aufugiens ne ſuſpicentur ipſum velle quicquam ſubleGere à collectis. Comma igitur punctum poſt verbum probaueritis adiice: deinde lege, per epiſtolas hos mittam, vt huiuſmodi inde ſenſus concinetur, quos probaueritis, hos mittam
Gratia. per litteras meas. Gratiam autem rem ipſam vel opus colligendi vocauit, id eſt, honorem, vt oſtendat eos magni quicquam facere non ex mœrore vel neceſſitate. Tale enim quiddam eſt gratia. Nam ſi dixiſſet eleemoſynam, indignum fuiſſet ſanctis qui accepturi erant. *Si autem dignum fuerit ut ego ſimul proficiſcar, unâ mecum proficiſcentur.* Si quod collectum eſt, tantum ſit, vt meo ſit miniſterio dignum, ego ſimul abibo. Hoc eos ad liberalitatem inhortatur. Teſtes autE tem habere vult, ne ſit ſuſpicio eum quicquam accepturum: hinc dicit, mecum proficiſcentur. *Veniam autem ad vos, ubi Macedoniam tranſiero. Apud vos autem forſan permanebo, etiam hybernabo, ut vos me deducatis quò fuero profecturus. Nolo enim vos adhuc in tranſitu videre. Spero autem aliquantum temporis me permanſurum apud vos, ſi dominus permiſerit.* Non dixit, in Macedoniam proficiſcor, ne obiiciant, Nobis ergo Macedones præfers: verum tranſeo Macedoniam, hoc eſt, feſtinanter, ac veluti in tranſcurſu eos video: apud vos autem permanebo. Per hoc indicat quòd eos Macedonibus anteponat, ceu magis genuinos diſcipulos, ac digniores: nam magna erat apud Corinthios eccleſia. Terrorem autem incutit peccantibus, quum inquit, permanebo. PræpoF nit autem, forſan, quia haud ſatis certus erat. Non enim compertum habebat, permitteretur ne ei hoc à ſpiritu ſancto, an ſecus. A ſpiritu enim eò ducebatur, ſi voluiſſet. At verò quum eſſet Epheſi, tranſiturus erat Macedoniam, atque eam tranſiturus celeriter, deinde ad eos abiret. In pleriſque autem argumentis, & locis ſuam teſtatur erga eos beneuolentiam & propenſionem, quòd nolit eos in tranſcurſu & obiter videre, & quòd velit ab eis deduci. *Permanebo autem Epheſi ad Pentecoſten uſque.* Illud impenſè diligentis eſt indicium, planũ facere vbi moram nectat, & quã-
Præcepto- diu ſit iſthic permanſurus, quinetiam cauſam apponere. In-
ris gaudũ fert enim: *Ianua enim mihi aperta eſt magna & efficax, & aduer-*
diſcipulo- *ſarii multi.* Hoc eſt, multi acceſſuri ſunt ad fidẽ. Præceptori
rũ alacri- nanque anguſtia eſt, ſi non habeat promptos diſcipulos: gau-
tas. dium verò, ſi inuenerit alacres. Aduerſarii autẽ multi ob eã cauſam.

cauſam. Satanas enim videns ſeſe iam nudatum ac dereli- A
ctum, vehementius perturbatur, aduerſariosque excitat.
Si autem uenerit Timotheus, uidete ut abſque trepidatione ſit apud uos. Quia veriſimile erat Timotheum, vbi Corinthum peruenisſet, notare delinquentes, atque obiurgare, tutum iſthuc facit & munit, ne diuites ſapientes inſurgant aduerſus eum: non quòd meticuloſus & effœminatus Timo- *Timothei uirtus.*
theus à conſtantia præconem Chriſti decente caſurus erat, enimuero quia iſti lædendi carpendique erant. Nam ille admodum fortiter aduerſum pericula inſtructus erat. Pulchrè verò dixit, apud vos. Ne enim mihi dixeris Græcos, dum ea interim à vobis requiram, vt tutus ſit. *Opus enim domini operatur, quemadmodum & ego. Nemo igitur ipſum contemnat.* Hoc eſt, prædicat & docet, nec ſimpliciter, ſed perinde vt ego: B
quæ magna ſanè Timothei laus eſt. Quum igitur ſit huiuſmodi, nemo ipſum vilipendat. Iuuenis enim erat, & ſolus, ac tanti tamque ſuperbi populi cura ei commiſſa erat, probabiléque erat ipſum vilipenſum iri. *Deducite autem ipſum in pace, ut ueniat ad me: excipiam enim ipſum cum fratribus.* Potius igitur & honorate eũ. hoc enim hîc προπέμπατε, deducite, ſignificat. In pace autem, hoc eſt, ſine metu & contentione, cum omni obedientia. Excipiam porrò ipſum, terrentis eſt, vt ſciẽtes quòd omnia ei ſit denarraturus, nulla in re ipſum adfligãt. Ac iuxtà honoratiorem eum reddit. Si quidem adeò eſt illi opus opera Timothei, vt ipſum etiam excepturus ſit.
De Apolline autẽ fratre, multum adhortatus ſum ipſum ut ueniat ad uos cum fratribus, & omnino non erat uoluntas ut nunc ueniat. A- C
pollo hic grandior erat natu Timotheo, vir facundus. Ne i- *Apollo.*
gitur dicant, cur ipſum non miſerit: Multum, inquit, ipſum adhortatus ſum. Nec dicit, reſtitit mihi, cæterùm illum ab accuſatione liberans, omnino, inquit, non voluit, hoc eſt, deus noluit. Ne autem hunc fucum eſſe dicant, inanémque prætextũ, ſubdit: *Veniet autẽ quũ opportunũ fuerit.* Cũ Timotheũ defendit, tũ hũc expetẽtes videre Cor. aĩat & cõſolaẽ ſpe adueẽt⁹, *Vigilate.* Rurſus in fine eos cõſolatur, oſtẽdẽs q̃ ipſos nõ oporteat ſpẽ collocare ĩ doctores, ſed ad ſeipſos poti⁹ reſpicere. Dicit ergo, vigilate, ꝓpter deceptores, quaſi eĩs dormitarẽt ipſi, hoc dixit, *State in fide.* Nõ in externa ſapiẽtia: in ea enim nemini ſtare licet, ſed circumagi ac rotari. Hoc, quaſi vacillaſſent, ait. *Virili robore imbuimini, eſtote fortes.*

D Propter eos qui insidias struunt. Quasi effœminati & minus fortes essent, hęc dixit. *Omnia uestra in dilectione fiant.* Hoc ad dissidentes, & ecclesiam diuellentes pertinet. Siue doceat quispiam, siue discat, siue obiurgat, omnia in dilectione fiãt. Non erit inflatio inter vos, seu dissensio, charitate intercedente. *Adhortor autem uos fratres.* Hyperbaton est, adhortor vos, nimirum vt & vos talibus geratis morem. Alia verò hic sunt inspersa. *Nostis domum Stephanæ, quòd sit primitiæ Achaiæ.* Vos (inquit) tenetis, nec habetis necesse vt à me discatis. Primitias autem vocat Stephanam cum suis, vel quòd primi ipsi crediderint, vel quòd optima vita splenduerint. Primitiæ autem vndique excellentiam habere debent earum rerum, quarum sunt primitiæ. Achaiam autem Græciam vocat. *Et quòd ad ministerium sanctis seipsos ordinauerint.* Vt pauperes fideliter susciperent, ipsisque ministrarent, seipsos posuerunt atque segregarunt, non ab aliis constituti necessariò, sed suapte sponte charitatis ministerio se addicentes. *Vt & uos obediatis talibus, & omni cooperanti & laboranti,* Hoc est simul susципite eos & sumptu pecuniarũ, & ministerio corporali. Non dixit simpliciter cooperamini, cæterum vehementem obedientiam ostẽdens, obedite, inquit, vel subiecti este. Ne autem videatur soli Stephanæ gratificari, infert, & omni cooperanti & laboranti. Vbi ad sanctorum ministerium: digni enim omnes tales honore. Sic enim fit, vt laborem facilius tulerint. *Quoniam uestrum defectum illi repleuerunt.* illi sunt qui diuo Paulo annunciarunt de dissensione quæ erat apud Corinthios, déque aliis peccatis. Tum qui ex Chloës familia erant, per hos forsan hæc illi indicarunt. Quia igitur verisimile erat Corinthios aduersum hos efferari, commendat eos, inquiens: Vestrum illi defectum repleuerunt, hoc est, pro omnibus vobis venerunt, & propter vos tantam profectionem destinarunt ad me. *Recreauerunt enim uestrũ spiritum & meum.* Monstrauit ipsis, quòd ipsius recreatio, ipsorum quoque sit. Itaque quum ego recreatus sum ab ipsis, & vos inde accepistis lucrum, meam nempe refocillationem nihil inhumanum aduersus eos ostendatis, *Agnoscite igitur tales.* Hoc est, honorate eos. *Salutant uos ecclesiæ Asiæ.* Conglutinat membra Christi per salutationem, quemadmodum consueuit semper facere. *Salutant uos in domino multum Acylas & Priscilla, cum ecclesia quæ est in domo ipsorum.* Apud ipsos

Achaia, Græcia.

ipsos enim manebat ipse attegias vel tentiora faciens. Obser A
ua autem ipsorum virtutem, quoniam domum suam eccle- Aquila.
siam fecerunt, collectionem fidelium isthic facientes. Salu- Paul⁹ ma-
tant uos fratres omnes. *Salutate uos mutuò in osculo sancto.* Hanc nib⁹ ope-
appẽdicem osculi sancti sic solùm apponit, ob multas dissen ratur.
siones. Quia ergo multum eos adhortatus erat vt coadunarentur, vt in vnum coniungerentur, in vnum deinceps eos iũgit & per osculum sanctum, hoc est, dolo carens & simulatione. *Salutatio mea manu Pauli.* Sua manu salutationem facit, vt ostendat quòd plurimi fecerit epistolã. *Si quis non diligit dominum nostrum Iesum Christum, anathema sit.* Vno hoc verbo cunctos terruit fornicatores, dissidiorum excitatores, idolothyta manducantes, resurrectioni non credentes, adeòque B
omnes simpliciter qui apud eos extra suam institutionem & traditionem agebant: huiusmodi enim omnes non amant dominum. *Maranatha.* Hoc est, dominus venit. Hoc autem Marana-
dixit partim vt stabiliat dispensationis & incarnationis ver tha.
bum, ac per hoc resurrectionem, partim ut rubore eos suffundat, adeóque pudefaciat, quoniam dominus pro nobis omnia pertulit ac susceptit. Vos autem prouocatis eum, alii quidem ab hominibus vocati, alii verò male agentes. Non est autem vsus græca dialecto, sed Hebræa, imò Syrorum potiꝰ lingua, postquàm ad Corinthios dixisset, eos externa sapientia valde superbire, græcæque linguæ elegantia, indicans quòd adeò non indigeat sapientia hac, vt & de sua inscitia glorietur, adeò vt & barbara lingua loquatur. *Gratia domini nostri* C
Iesu Christi uobiscum, Doctoris est, non solùm adhortari, verũ Doctoris
etiam optare & orare, ac bifariam fulcire, tum doctrina, tũ officium.
superni auxilii per orationes suppeditatione. *Dilectio mea cũ omnibus uobis in Christo Iesu. Amen.* Quia loco distabat, ceu dexterę cuiuspiam extensione, charitatis manibus eos complectitur, inquiens: Dilectio mea vobiscum, quod est cum omnibus vobis. Non enim à vobis absum ego etiam si loco distem. Per hæc iuxtà commonstrat quòd neque indignationis, neque iracundiæ verba fuerint quæ scripta sunt, sed charitatis & curę, etiam si amarulentię nonnihil ostenderit. Ne verò arbitrentur quòd hæc adulans loquatur, adiicit, in Christo Iesu, hoc est, nihil humanum aut carnale charitas mea habet, enimuero spiritualis est, & in Christo. Precemur igitur & nos, vt dos mutuò inter nos diligentes in Christo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM.

Dnihil mundanæ charitatis in nobis circumferamus, quæ inimica est deo. Sic enim & delictis dei tabernaculis digni iudicabimur in Christo Iesu, qui dilexit nos, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Scripta est à Philippis per Stephanam & Fortunatum, & Achaicum & Timotheum.

IN SECVNDAM DIVI PAVLI APOstoli Ad Corinthios epistolam Theophylacti Argumentum.

B

A Lteram ad Corinthios epistolam diuus Paulus apponit, quia promiserat in priore, sese venturum ad eos, Neglexit autem isthuc, ceu spiritu diuino eum ad alia magis necessaria occupante, tentationibúsq; aduersus eum insurgentibus, necnon in ipsum inuadentibus. Debuit igitur Apologiam suæ diuturnæ moræ texere. Ob eam etiamnum causam, secundam hanc epistolam conscribit, rationem reddens quur hactenus aduentum suum distulerit. Simul autem ex priore epistola meliores factos debuit & ostendere & commendare. Perinde nanque vt peccantes accusabat, sic iam in meliorem viam reductos efferre laudibus decebat. Proinde non multum discrepat à priore hæc epistola, præterquam in fine parum, idque propter Iudæos ostentantes sese, apostolumque calumniantes, tanquam indoctum, ac nullo numero dignum.

F

Secundæ ad Co- A

RINTHIOS CAPVT PRIMVM.

Aulus apostolus Iesu Christi, per voluntatem dei, & Timotheus frater. Misso in prima epistola Timotheo, ac denuò recepto, non iniuria sibi ipse eum cõnectit: nam & suę virtutis experiẽtiam Corinthiis dederat Timotheus. Assumit itaque eum in hac epistola, ceu eum qui B seipsum illis manifestarit, necnon pleraq; correxerit apud eos. Obserua autem quòd nonnunq; filiũ hunc appellat. Tanq patri enim, inquit, filius, seruiuit mihi. Nonnunq autem cooperatorem, vt quum ait, Opus domini operatur, quemadmodum ego. Iãnũc verò fratrẽ, ex omni ipsum parte honore adficiẽs. *Ecclesiæ dei, quæ est Corinthi.* Rursus eos colligat & cõnectit. ecclesiam dicens. Qui enim dispersi sunt, non sunt ecclesia. *Cum omnibus sanctis qui sunt in tota Achaia.* Omniũ in vniuersa Achaia meminit, partim vt Corinthios honoret, veluti omnibus per literas hasce ad eos perscriptas salutẽ impertiẽs primùm, partim vt ad concordiã conuocet congregẽtq; vniuersam gentẽ. Præterea quia cõmuniter concutiebantur omnes, C cõmunem adhibet curam adeóq; medicinam: quod & ad Galatas & ad Hebræos scribens facit. Sãctos verò eos appellãs, ostendit q; si quis sit impurus, nõ sit dignus & salutatione & appellatione hac. *Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.* Cõsueta etiãnum salutatione vtitur, qua de in aliis etiã dictũ est. *Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu christi.* Promiserat in prima epistola ad eos vẽturũ se, deinde quia distulerat, suspicabatur eos valde mœrore cõfici, ceu alij antelati ipsis essent. Volens igitur defendere se, & commonstrare q; haud paucis tẽtationibus se inuadẽtibus fuerit occupatus, scitè facit apologiã. Gratias, inquit, ago deo, vt qui me liberauerit è periculis: per gratiarũ actionẽ clãculũ indicãsq; magna fuerint q ipsum inhibuerint, à quibus liberat gratias

Philip 2.

1.Cor.16

Impurus nemo sanctus.

D agit. Adiice autem cõma ad,deus,dictionẽ:postea incipe,& pater domini.Sin cõtinuẽ & iũctim intelligas, deus & pater domini,nihil nouum est.Etenim eiusdem est & vnius Christi secundum humanitatem quidem deus,secundum verò diuinitatem pater. *Pater miserationum,ac deus totius consolationis.* Hoc est, qui tot tantásque miserationes exhibuit,vt ex ipsis nos mortis portis reducat, dignetúrque nos omni cõsolatione in afflictionibus. Cõsuetudo autem erat sanctis, deum ex beneficiis quæ ab eo accipiebant,nominare. In victoria itaque in bello aduersum hostes obtenta,Diligam te,inquit,do
Psal. 17. mine robur meum. &,Dominus protector meus. Quum verò
Psal. 26. ab caligine & obscuratione rationis & mentis,& mœrore e-
E repti fuerint:Dominus illuminatio mea. Haud dissimili ratione diuus Paulus patrem miserationum ac deum consolationis ipsum nominat,ab eo quod contigit.Intuere hîc mini mè elatam diui Pauli mentem. Siquidem ereptus à tentationibus,quibus ob euãgelij prædicationem excipiebatur, non dicit pro dignitate vel merito suo se ereptum , cæterùm per miserationes dei. *Qui nos consolatur in omni afflictione nostra.* Non dixit, non sinens nos affligi, verùm in afflictione nos cõsolans.Sinit enim nos calamitate impeti,vt per patientiã, ac si sustineamus,mercedem habeamus.Porrò quãdo nos viderit labantes, consolatur nos, ídque semper facit . Ideóque non dixit quod semel duntaxat consoletur,verùm, consolãs semper,non in hac vel illa afflictione,sed omni. *Vt possimus nos consolari eos qui sunt in omni afflictione, per consolationem, qua*
F *consolationem accipimus ab deo.* Non quòd digni simus consolationem accipere,propterea consolatur nos deus, verùm vt ex demonstratione ipsius erga me consolationis, & aliis animum addere queam,siquando in tentationibus fuerint.Proinde & vos conspicientes me adeò cœlesti solamine animatum, ne ab spe excidite si in afflictionibus sitis.Per hoc autẽ
Apostolorũmunus. & apostolorum opus indicat,quòd sint cõstituti ipsi vt alios
Pseudapostoli. ad certamen veluti olympicum subeundum inungant & excitent,nec proinde ac psudapostoli deliciis studeant, ac domi desidentes , negligant eos qui consolatione & excitatione opus habent. *Quoniam quemadmodum exuberant affectiones Christi in nos,sic per Christum exuberat & consolatio nostra.* Ne despondeas animum quisquis audis afflictiones & mala, inquit.quanto enim exuberant hæc ipsa mala, tãto exuberant consola-

consolationes . Non simpliciter autem dixit affectiones seu A passiones,sed Christi: vt & inde animum Corinthiis addat. Christi enim, inquit, passiones sunt, quas hic nos patimur , *Christi afflictiones* nósque efficimur participes afflictionum ipsius. Maxima vẽ patimur. rò est hęc ipsa cõsolatio,quòd Christi afflictiones sustineas, imò verò non illas solas, verumetiam longè plures. Exuberant enim passiones Christi in nos,hoc est,plura perferimus tristia,quàm Christus pertulerit.Sentiens autem quale quantúmque dixerit,quámve sit arduũ,rursus remittit ipsum:Sic, inquiens,per Christum exuberat & consolatio nostra. Vniuersum autem Christo acceptum refert. Nec dicit quòd consolatio afflictiones æquiparet,verùm exuberat,& longè maior est ipsis afflictionibus. *Siue affligimur, pro uestra consolatione ac salute.* Propterea,inquit,non oportet vos turbari ob B meam afflictionẽ:nam pro vestra consolatione & salute patimur tristia mala. Potuissemus enim nos in tuto agere, si nõ prædicaremus euangelium:nunc autem prædicamus,vt omnino vos conseruemus æternum,consolemúrque animas vestras per prædicationem,& per inde nascentia bona.Tribulationibus quidem incidimus,at eas sustinemus pro vestra salute.Proinde non est quòd in posterum turbemini. *Quæ efficitur in patientia passionum eius,quas & nos patimur.* Efficitur, inquit,ipsa salus non tantum per nostram patientiam,vel φ nos solummodo sustineamus,sed etiã quia vos toleretis, hoc est,non mei solius opus est salus vestra,sed &vestri ipsorum. Vt enim ego prædicans verbum affligor,sic & vos prædicationem susciptentes,eadem mala vel tribulationes sustinetis, C quas & ego.Rursus autem virtuti eorum testimonium dicit, quoniam cum tentationibus accipiebant verbum. *Et spes nostra firma est pro uobis.* Quia dixerat suprà,propter vos affligimur,vt ne videatur graue quiddam dicere,ait iam,quoniam & propter vos consolationem accipimus, id est,nostra cõsolatio,vestra est animatio. Si enim parum nos respiraueritimus , satis hoc est ad consolationem vobis . communicatis enim nobiscum in voluptate,estísque voluptatis nostræ consortes. *Scientes quod quemadmodum estis participes afflictionum, sic & consolationis nostræ.* Quemadmodum,inquit,dum nos persecutionẽ patimur,vos doletis : sic & nos ipsi persecutioni obnoxij,hoc scimus, quòd quum consolationem accipiamus,vos sitis etiam consortes consolationis nostræ. *Non enim*

D *nim uolumus uos ignorare fratres de afflictione quæ nobis obuenit in Asia, quoniã supra modum grauati sumus, & supra uires, ut uitæ nos tædium caperet.* Quia indefinitè afflictionis meminerat, speciatim iam qualis fuerit explicat. Charitatem erga eos suam hoc modo indicat. Charitatis enim est, quæ vtrinque mutuò contingant, patefacere. Simul autem apologiã texit pro tarditate sua. In Asia enim obtigisse sibi afflictionem meminit, de qua & in prioribꝰ literis locutus est: Ianua mihi aperta est ingens, aduersariíque multi. Videtur autem idem dicere, per excessum, & supra vires, sed non est. Quod autem ait, est huiusmodi: Per excessum erat tentatio, id est magna. Deinde postquam magna possit esse tentatio, & interim fortiter etiã baiulari à quopiam, nedum magna erat, inquit, verumetiam E vires nostras excedebat, hoc est, ingens erat, & planè imbaiulabilis, ac tanta, vt vitæ nos tæderet, hoc est, non expectaremus porrò viuere. Talem autem tẽtationem Dauid portas mortis nominat, ac dolores parturientis, eámq; quæ mortem pariat, vmbrámq; mortis. *Quinetiam ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus.* Iudicium, calculum, responsionẽ quam dabant res tantum non vocem edentes, hoc est, quatenus ad cogitationẽ adstitit mihi mortis expectatio, & respõsum quod rerum natura edebat, vltrà autem non peruenit. *Vt non confidentes simus in nosipsos, sed in deum.* Quur autem hoc factum est? vt discamus confidere non in nobisipsis, sed in solo deo. Hoc aũt dicit non vt ipse Paulus isthuc primum discat nunc. quis enim eo melius & plenius norat qꝺ in solũ deũ nos con- F fidere oporteat? verùm alios etiam cõponens ad hoc, de quibus in sua persona loquitur, simul etiã vt doceat nos non alta spirare. *Qui excitat nos à mortuis, qui ex tali tantaq; morte liberauit nos & liberat.* Rursus eos cõmonefacit sermonis de resurrectione, de qua tot in præcedenti epistola dixit, stabiliés eam & à præsentibus. Hinc etiam intulit, qui ex tali nos morte liberauit. Nõ enim dixit, è periculo, sed morte. Quia enim resurrectio res futura erat, & incerta, mõstrat quòd in singulos id dies fiat. Quum enim hominẽ qui ad portas vsq; mortis peruenerit, retraxerit deus, nihil aliud q̃ resurrectio iudicatur: vnde & consueuimus de his dicere qꝺ mortuorũ resurrectionẽ viderint. *Speramus autem quod adhuc liberaturus sit.* Hinc discimus, quòd militarẽ, adeóq; semper certamini obnoxiam oporteat esse vitã nostrã. Quod enim ait, liberatur est,

Amoris indicium.

1. Cor. 16

Psal. 17.

Tentatio intolerabilis, porta mortis.

1. Cor. 15.

est, multarum tentationũ niues prænunciat. *Cooperantibus & uobis uestra pro nobis precatione.* Quia quod dixerat Paulus, vt ne cõfidẽtes simus in nobis, cõmunis quædam accusatio esse videbatur, quæ quosdã etiam illorũ reprehenderet, lenit iam dictum, & consolatur eos, animas eorũ ad magnũ præsidatũ & intercessionem inuitãs. Docemur autẽ & hinc humili esse mente prẽditi: siquidẽ Paulus Corinthiorũ precibus indigebat. Nã & orationis vim norat. Multũ enim efficit precatio ecclesiæ, si fiat vt oportet, adeò vt & Paulus opus habeat. Vt *ex multis personis donũ erga nos gratum fiat pro nobis.* Liberauit, inquit, nos deus, & liberabit per vestras precationes, vt charisma vestrũ erga me per multos, id est, facta erga nos gratia per multos, hoc est, vobis pro me orãtibꝰ, ex multis personis gratum fiat, nimirũ vestris. Salutẽ enim meam per orationes B vestras factã, omnibus vobis donauit, vt multæ personæ ipsi gratias agant pro nobis. Docemur autẽ hinc, nõ modò vt alter pro altero intercedat apud deum, verũetiam vt alter pro altero gratias agat. Obserua autẽ quomodo exorsus, per miserationes dei seruari æternùm credentes dixerit, nunc verò eorum orationibus adscribat. Est enim operæpreciũ, vt cum diuina misericordia, nostra pariter adferamus. Hic autẽ Paulus neq; vniuersam virtutem Corinthiis tribuit, aut omnem operationẽ, ne ipsos efferat superbiréve faciat, neq; omnino eos priuauit hoc, ne segniores reddat. Liberabit enim, inquit deus, vobis etiam cooperantibus & adiuuantibus per precationem vestram, hoc est, vestra etiam adferentibus. *Gloriatio enim nostra ipsa est testimonium conscientiæ nostræ.* Et hæc, in- C quit, occasio est consolationis. Conscientia enim nostra testimonium nobis dicit, quòd non tanquam prauis rebus capti agamur, & persecutionem patiamur, sed virtutis, multorumque salutis causa. Prior itaque consolatio ex deo erat, hæc verò ex conscientiæ meæ puritate, inquit. Eam ob rem & gloriationem ipsam nominat, multam ostendẽs fiduciam quam habebat in pura conscientia. *Quoniam in simplicitate & synceritate dei.* Quid testatur, inquit, nobis cõsciẽtia, & quur gloriamur? quoniã in simplicitate, hoc est, minimè praua sentẽtia: & synceritate, hoc est puritate mẽtis, & cãdore fallaciq; experte, q̃ nihil habet obscuratũ, aut vlceròsum, qualẽ deꝰ recipit. Hæc aũt dicit ob fallaces pseudapostolos. *Nõ in sapiẽtia carnali.* Hoc est, in potẽtia & virtute verborũ, ac plexu sophismatum.

Ecclesiæ precẽ efficacia.

Conscientiæ puræ & fiducia.

Carnalis.

D ſmatum vel cõtextu ratiocinationum. Hæc enim carnalis eſt ſapientia, cuius cauſa quum ipſi efferrẽtur, eãdem ipſe negat atque repellit. *Sed in gratia dei uerſati ſumus in mundo.* Hoc eſt, in ſapiẽtia quæ mihi per ipſum eſt donata, & in ſignis & pdigiis, quę gratia fuerunt dei. Maxima autẽ gratia eſt, quẽpiam ſibi conſcium eſſe quòd nõ humana virtute, ſed diuina gratia faciat, non apud Corinthios tantũ, verùm in toto iuxtà mundo. *Abundantius autem ad uos.* Quomodo? Quoniam cum ſignis, deinde citra ſumptum, Euangelium eis prædicauit. Vide hîc, quod ipſius opus officium, & virtus erat, deo adſcribit. *Non enim alia ſcribimus uobis, niſi quæ legitis, aut & agnoſcitis.* Quia de ſeipſo magna viſus eſt dicere, ne quis dicat hæc inſignem quempiam faſtũ ſpirare, adiicit, quoniam E illa ſcribimus vobis quæ legiſtis in literis hiſce, agnoſcitis autem, & vos præuenientes. Non enim aduerſatur literis meis veſtra cognitio, quã habetis de me iam antea, qua ſcripta mea etiam præuenitis. Quidam verò ſic intellexerunt: quoniam illa ſcribimus vobis, quæ legitis, hoc eſt recordamini. Lectio enim eſt recordatio, vel repetitio, vel ſuperior quædam cognitio. Quid dicam inquit? recordamini, quum agnoſcatis noſtri eſſe propria, neque opus habere recordatione, eo q̃ ſint perſpicua. *Spero autem quod ad finẽ uſque agnoſcetis, quemadmodum agnouiſtis nos.* Ex parte totum deo acceptum refert. Spero autem, in deum videlicet, quòd tales nos agnoſcetis, quales & epiſtolæ noſtræ indicant, ac præterita noſtra vita teſtatur. Ex parte nanque nos agnouiſtis, hoc eſt, F experti eſtis, quum nos ex parte vobis demonſtrauimus quæ ſint vitæ virtutibus redimitæ indicia. Mediocria autem ſpirans adeoque modeſtè hæc loquutus eſt. *Quoniam gloriatio veſtra ſumus, quẽadmodum & uos noſtra, in die domini Ieſu.* Quid legetis? quoniam gloriatio veſtra ſum, hoc eſt, talis ſum, vt dem vobis occaſionem gloriationis aduerſus me, quoniã talem habetis doctorem, qui nihil vos humanum doceat, aut vlceroſum, neque fallax quicquam. Deinde ne videatur arrogãs, ſi de ſe magna ſentiat, communem facit gloriationem, inquiens: Vos etiam mea eritis gloriatio. Gloriabor enim quòd huiuſmodi nactus ſim diſcipulos, qui neque con-
Gloriari quãdo nobis licebit cutiãtur neque decipiantur à pſeudapoſtolis. Quando vero inter nos mutuò gloriabimur? Et nũc quidem, & potiſſimum in die illa. Hodie nãq; haud pauci cõuitia & opprobria quæ ſuſtinemus

ſuſtinemus nos, vident, ac fortaſſe calumniantur nos. Tum A verò vbi cũcta reuelata fuerint, videbor & ego adeoque palàm fiet omnibus quòd non ſim talis, qualem pſeudapoſtoli calumniãtur. Vos autem gloriatio noſtra eritis, quòd non tales vos geſſeritis, vt impoſteribus accederetis. *Et hac fiducia uolui uenire ad uos iam antea.* Quali quæſo fiducia? quòd nihil ſibi mali conſcius eſſet, quòd gloriatio veſtra eſſet, quòd in carnali ſapientia non ſit cõmoratus, ſed in gratia Dei, quódque vos horum omniũ teſtes habeat. Propter hæc igitur (inquit) volui venire ad vos. *Vt ſecundam gratiam habeatis.* Hoc eſt, duplicem gratiam, eam quę eſt per priorem epiſtolam, & & eam quam accepturi eſtis per aduentum meum. *Ac per uos proficiſcar in Macedoniam.* Atqui in priore epiſtola dixit, Ve- 1. Cor. 16
niam ad vos vbi Macedoniam tranſiero: hîc verò ait. Volui B equidem antehac venire ad vos. Quid igitur? ſecum ipſe pugnat? Haudquaquã. Non enim dixit, Scripſi, per vos me abiturum in Macedoniam, ſed volui. Etiamſi enim non ſic ſcripſi, inquit, ſtudebam tamen & volebam venire ad uos priuſquam Macedoniam inuiſerem, tantum abeſt vt ex ſocordia intermiſerim quo minus ad vos venirem, ad non ſtarem promiſſione, itaque & præuenire illamipſam voluerim. *Et rurſus ex Macedonia uenire ad uos, & a uobis deduci in Iudæam.* In priore epiſtola indefinitè dixit, vt vos me deducatis quò iter meum inſtituero, veritus ne ſi dixiſſet in Iudeam, & à ſpiritu aliò coactus fuiſſet proficiſci, mendax eſſe videatur. Iamnũc verò, quia ad eos non peruenit dum, confidens dicit in poſte C rum, quoniam in Iudæam volui deinceps à vobis deduci. Audi igitur quæ ſequuntur. *De hoc igitur conſultans, nonne leuitate uſus ſum? Aut de quibus conſulto, ſecundum carnem conſulto, ut ſit apud me, næ, næ, & non, non?* Hîc clarius rationem reddit tarditatis ſuæ: inquiẽs: Quum ad vos venire decreuiſſem, cuius cauſa non veni? Nónne igitur ceu leuis & inconſtans, qui facilè excitari poſſit, quî aliàs alia ſpiret, habebor? Nulla ſanè ratione. Num igitur ſecundum carnem, id eſt, humano more delibero, & propria voluntate gubernor, vt quod conſtituero apud me, ipſum idem & repleam, ſiue ſit næ vel nõ? Haud *Paul⁹ ſpũ agitur.* ſic iſthuc habet. Spiritu enim agor, nec mihi copia eſt facta vt quò velim proficiſcar, ſed quò ille iniũxerit. Itaque ſæpenumero apud me næ, non eſt næ, id eſt, quod facturũ me inſtituero, cogor prætermittere, propterea quòd neque ſpiritui

hoc

D hoc placeat. Sic haud raro accidit, vt neque non apud me, sit non: quandoquidem id quod ego renuo, spiritus iubet. Obserua autem sapientiã apostoli, quomodo quod calũniatores occasionẽ cõuitij faciebãt, quia nõ venisset quũ promisisset tũ, hoc ipse encomij loco ponit, cõfirmans quòd non in sua fuerit situm potestate, cæterum quòd à spiritu agatur quorsum is voluerit. Quid verò? illa quæ promittebat, nónne spiritus operatione promittebat? At ignorabat quid futurũ esset: non
2. Cor. 12 enim omnia norat. Itaque & orabat vt citra moxam esset, vt
Actu. 16. quum de clauo ab se auferendo oraret. In actis etiam inueni-
Actu. 14. tur quòd voluerit aliò abire, sed à spiritu sit prohibitus. Id verò commodè faciebat, ne homines in eos ceu deos defigerent oculos, id quod Lycaones patiebãtur. Fidelis Deus, quo-
E niam sermo noster ad uos, non fuit est & non. Obiectionẽ emergentem diluit. Verisimile est enim dicturum quempiam fuisse, Si quæ dicis, non sunt firma, ac sæpe dicis næ, & inuenitur non, metuimus nequo modo & sermo tuus & prædicatio talis sit, nempe nę & non, hoc est, inconstans & instabilis. Hãc igitur dissoluens, quòd promiseram, inquit, venire ad vos, meum erat, vnde & à proposito decidit. Prædicatio autem & verbum, Dei est: propterea etiam, inquit, fidelis Deus, hoc est, verus. Proinde quia verus est, neque verbum ipsius erga vos, quod nos prædicauimus, inconstans & instabile erit, vt aliàs quidem sit est, aliàs verò non. Dei enim filius Iesus Chri-
stus, qui in uobis est per nos prædicatus, per me & Syluanum & Ti-
motheum, non fuit næ & non, sed næ in eo est. In posterum dicit
F qualis sermo fuerit næ & non. Qui in vobis prædicatus est, non fuit næ & non, hoc est, non hoc quidem nunc prædicabatur, nunc verò aliud: verùm næ fuit, hoc est, firmiter & inconcusse prędicatus est sermo. Recenset autem & multitudinem eorum qui prędicauerunt, testimonium fide dignum autoritateque prægnans faciens, ac demissam habere mentem docens, quum suos discipulos condoctores faciat. Quæcun-
que enim promissiones Dei, in ipso sunt næ, & in ipso Amen, Deo ad gloriam per nos. In prædicatione multa sunt quæ promittũtur, resurrectio mortuorum, filiorum adoptio, ac simpliciter spes futuri seculi. Ait ergo quòd non solùm verbi ministerrij adeoq; prædicatio similiter habeat, ac firmiter prędicata sit, verũetiam quæ in ipsa sunt promissiones. Dei enim sunt. Porò quæcunq; promisit Deus, in ipso sunt næ, & Amen habẽt, id est

Promissa dei rata sunt.

id est robur & stabilitatem. Non enim in homine quopiam A
complentur, sed in ipso Deo. stabiles itaque sunt. Quinetiam ad gloriam eius faciũt. Etiamsi enim ob nihil aliud prorsus, ob suam tamen ipsius gloriam Deus promissiones suas complebit. Quomodo verò cõplebit has? per nos, hoc est, per beneficia quæ in nos ille confert. Nos enim ipsi sumus occasio vt cõpleat promissa, qui promissa nobis accipimus. Quòd si promissiones Dei firmę sunt quãto, potius ipse & verbũ eius non erunt instabilia? Vel id quod ait, per nos, aliter est accipiẽdum, hoc est, ad gloriam Dei, quæ per nos ipsi est oblata, per nos enim celebrior & glorioſior redditur. Qui uerò nos
uobiscum stabilit in Christum & unxit nos, Deus est, qui & sigillo nos
muniuit uel obsignauit, Deus qui dedit etiã arrhabonẽ spiritus in cor- B
dibus nostris. Supra dixit, quòd Deus impleat promissiones, *Christiani*
iam confirmat hoc, Quòd vos, inquiẽs, & ego doctor vester, *hoïs digni*
firmiter stemus in fide erga Christũ, ipse dedit, qui & vnxit *tur.*
nos & signauit, hoc est, prophetas, sacerdotes, & reges nos fe 1. Cor. 2.
cit. Talis enim est, quisquis baptizatus est, nempe propheta, Rom. 12.
quippe qui viderit quæ oculus nõ vidit, & audiuit quæ auris nulla percepit. Sacerdos etiam, vt qui debeat seipsum offerre hostiã sanctã beneplacentẽ Deo. Tũ rex, vt Dei sũmi regis & imperatoris filius factus, futuriq; regni hæres, & qui nũc regnet domineturq; in omes absurdas cogitationes, cõstitutusque sit supra vniuersum mũdum. Perinde igitur vt apud pri- *Reges o-*
scos, reges inungebantur oleo, sic hodieque nos spiritu inun- *leo inũge-*
cti sumus, dante nobis Deo arrhabonem spiritus. Quòd si ar *bantur.*
rhabonem dedit, totum omnino etiã dabit. Arrhabonem au- Roma. 8
tem appellat huius temporis charismata spiritus. Ex parte
enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: tum verò per- G
fecta erit commutatio, quando videbitur ac manifestabitur Christ⁹ in gloria sua. Ne igitur arbitremini nos esse qui polliceamur, deinceps forsan mendaces inueniendi. Minimè enim gentium nos sumus qui fulcimus vos, verùm Deus est, qui & promittit, & firmat cùm me, tum vos. Ipsi enim curę est vt omnia repleat. Subaudire enim te oportet, quòd hęc & illa Deus faciẽs, illa etiã replet, pprias videlicet pmissiones. Ego autem Deum testem accerso ad animam meam, quòd par-
cens uobis noluerim adhuc uenire Corinthum. Atqui suprà dixit, quòd nõ venerit, quandoquidẽ nõ habuerim (inquit) meipsius potestatẽ, sed ab spũ sim prohibit⁹. Qui igitur nũc ait, vt par-

D parcerem vobis, nō veni? Vel hoc ipsum spiritus ipsius erat. Spiritus enim ei suggessit ne veniret, proponens nimirum & cōsulens, quò eis parcat. Vel quia primùm inhibuerit, pòst vrò & ipse secum reputauerit sic melius esse, ideoque māserit. venireque neglexerit. Sapientiam hîc ipsius animaduerte. Quum enim illi dicerent, Propterea non venisti, quòd, vt videtur, nos oderis: ipse diuersum adducit, Eā ob causam nō veni ad vos, vt vobis parcerem. Hoc autem refert, quia nonnulli apud eos fuerint peccātes, qui tamē in melius animi sui sententiā nō pmutarint, quos inuasisset, si inuenisset, eos nō pœnitentes. Expectauit igitur tātisper dū correxerint mores suos, ac tum veniat, nec puniendi occasionem inueniat. *Non quòd dominemur fidei uestræ, sed cooperatores sumus gratiæ uestræ.* Quia

E videbatur maioris grauitatis & autoritatis quod dixerat (illis enim quispiam parcit, in quos puniendi ius habet, vt qui sit dominus eorum) asperitatem iam orationis curat & mitigat. Non dixi, inquiens, me vobis parcere, eò quòd sit mihi ius in fidem vestram. Liberæ nanque voluntatis fides est, neque quisquām cogit nolētem credere: verùm enimuero quia vestra lætitia mea est, non veni, ne coniiciam vos in mœrorem, ac simul vobiscū perturber. Omnia enim facio pro gaudio vestro, eamque ob causam aduentum meum distuli, vt ad solas has minas vos ad meliorē statum translatos inueniens, vos mœroris expertes conseruem. *Fide nanque statis.* Demissa nunc oratione ipsis loquitur, quandoquidē non parum eos percusserit in priore epistola. Quod autem ait, est huiusmodi: In his quæ ad fidem attinent, statis. non potui igitur

F quicquam hoc nomine de vobis conqueri. In aliis verò concussi estis & vacillastis, quæ illis equidem qui non emendassent se, indicassem, vnde & ipsi meritò contristati fuissent, quandoquidem & animum meum mœstitia inuaserit.

Fides, libera est.

CAPVT II.

D *Decreui autem hoc apud meipsum, ne rursus in mœrore ueniam ad uos.* Quia rursus ait, indicat se antehac quoque perturbatum fuisse, nec tamē apertè dixit, Aliàs etiam turbastis me: sed aliter, Ea de re non veni ad vos, ne rursus vos contristem. quod eādem quidem sententiā habet. Ideo enim & eos perturbasset obiurgationibus, quando-

quandoquidem & ipsum contristauerant delictis. Attamen A non perequè ferit, vt in priori epistola. *Si enim ego uos cōtristē, ecquis est qui exhilarat, nisi qui ex me cōtristatur?* Etsi contristem vos, quum vos increpo, & aduersor, & à prauitate auerto, ex hoc tamen exhilaror, quia video me plurimi apud vos fieri, adeò vt mordeat vos siquādo vos auerser vel obiurgem. Nemo enim, inquit, me exhilarat adeò, vt is qui cōtristatur, quū conspiciat me ira percitum: indicat enim quòd non contemnat me. Vnde quum melioris vitę spē præbeat, exhilarat me. *Et scripsi uobis hoc ipsum.* Quale? quòd parcens vobis non veni. Vbi autem scripsi? In hac ipsa epistola. *Vt ne si uenero, tristitiam habeam propter quos oportebat me gaudere.* Eam, inquit, ob causam scripsi vobis, vt corrigamini in melius, ne impœ- B nitentibus, ac non emendatis assistens, mœrore adficiar, perturberque erga vos, quos oportebat lętitiæ ansam mihi præbere. *Confidens de omnibus uobis, quòd gaudium meum, omnium uestri est.* Scripsi, inquit, confidens quòd emendaturi sitis vos, atq; ita me gaudio affecturi. Meum autē gaudium, omnium vestri est. Ea de causa dixi, vt ne contrister, nō meum, sed vestrum potius commodum spectans. Noui enim quòd si conspexeritis me lętantem, lætemini & vos: sin dolentem, & vos doleatis. *Ex multa afflictione & constrictione cordis scripsi uobis per multas lachrymas.* Postquàm suprà dixerat, Qui perturbatur, exhilarat me: ne dicant. Eò niteris in mœrorem coniicere nos, ut ipse exhilareris? subdit: vehemēter & supra modum dolet mihi, plus quàm vobis peccātibus, vos delinquere. C Non enim simpliciter ex afflictione, sed ex multa, neque per lachrymas simpliciter, sed per multas, & cōstrictionē cordis mei scripsi, hoc est, suffocauit cor meū ipsa tristitia, cohibens & cōstringēs & angustū reddēs, ac propterea scripsi. Quemadmodū si quis pater medic⁹ secās aut inurēs filiū suū, dupli- Cōparatio ci nomine angitur, & quòd ægrotat filius, & q̄ adigatur ipse pulchra. admouere manū & secare: altera aūt ratione exhilaratur, spe nimirū sanitatis, recuperādęq; salutis: hūc ad modū & ego de linquētes in mœrorē cōiiciēs, ipse mœreo: alia verò ratione nonnihil exhilaror, spē propter emēdationis vestræ. *Non ut contristemini, sed ut dilectionem cognoscatis quam habeo exuberantius erga uos.* Consectarium erat dicere, non vt contristemini, verùm vt emendemini: atqui non dicit hoc. Dulcioré autem sermonem reddit, cupiens eos attrahere, indicādo quòd

D eos præ cęteris suis discipulis dilectiõe maiore cõplectatur ac si contristet eos, ex dilectione cõtristet, non ex iracundia. Maximę enim charitatis symbolum est, me ob delicta vestra perturbari, ac festinare vt vos increpem, vos verò contristari inde. Nisi enim vos diligerem, relinquerem vos absque omni solicitudine vestri. *Sin quispiam contristauit, non me contristauit, nisi ex parte, vt ne omnes uos grauem.* Per horum charitatem in fornicatorem statui ac decerni vult, de quo in prio-
1.Cor.5. re epistola scripserat. Omnes enim ipsũ ceu execrabilẽ auersati erãt, idq; apostoli iussu. Ne igĩt rursus contraria iussi nẽ-
pe vt recipiãt ipsum eiq; cõdonẽt, scãdalũ patiãtur Pauli nomine, qui veluti inuersor seu versipellis videatur, Prudentissimè argumẽtatur, cósq; participes facit permissionis, vel di-
E missionis noxę. Quemadmodum, inquiens, communiter nos turbauit, sic & cõmuniter exhilaremini in cõdonatione eius. Non enim me solũ conturbauit, sed omnes vos ex parte, hoc est, parum quiddam contristauit, vt ne dicam quòd omnino vos contristauerit, vt ne ipsum grauem: quandoquidem reuera vos perinde contristarit ac nos, attamẽ ne aggrauẽ eum qui fornicatus est, ex parte dico vos contristatos fuisse. *Sufficit tali obiurgatio ipsa, quæ a pluribus facta est.* Nõ dixit, ei qui fornicatus est, sed tali, perinde ac in priori epistola: sed illic ne nominarit ipsum quidẽ volens, hìc verò parcẽs ei, ne vlla quidem ratione peccati mentionem facit erudiens nos, vt contritis compatientiores simus. *Itaque e diuerso, potius uos ei condonetis, & consolemini.* Nedum, inquit, remoueatis increpationem, cæterùm mitius etiam cum eo agatis, & condonetis, & adhortemini ipsum, hoc est, recreetis & curetis ipsum: quemadmodum si quis flagris quempiam cędens, non solùm non dimittat, verumetiam plagas & vulnera curare adhortetur. Pulchrè autem dixit, donate. Vt enim ille non existimet sibi remissam noxã, quia satis confessus sit, & sufficienter pœnitentia ductus, ostendit quòd non tantũ ex pœnitentia sua, quantum ex illorum gratia & donatione dimissionem reci-
Pctores cõ piat. *Ne quo modo abundantiori tristitia deuoretur talis.* Ope-
solandi. ræ est, inquit, pretium, vt ipsum denuo assumatis, console-
Matt.27 mini & curetis, ne deuoretur veluti à bellua quadam, vel abhyeme vel tempestate tristitiæ, vel ad strangulationem etiam perueniat, veluti Iudas ex desperatione, vel desultu, vtputa non ferens ex immoderata obiurgatione dolorem, &

& ad maiorẽ malitiã amputetur, resecetur, truncetúrq;. Ani- A
maduerte hìc quomodo istum deiiciat ac dimittat, ne post dimissionẽ segniores fiãt. Nõ enim suscepi te quòd pfectè sordes elueris, sed ne quid grauius patiaris ob infirmitatẽ tuam. *Increpa-* Animaduerte porrò, quòd non ad naturam peccatorũ, cæte- *tionum mo* rùm ad affectionem peccantiũ, increpationes sint finiendæ. *dus.* *Propterea adhortor uos, ut dilectionẽ in ipsum decernatis.* Nõ iã veluti doctor ac præceptor imperat, sed veluti iudex patrocinans adhortatur decernere, id est, ratam facere dilectionem, nec simpliciter aut vulgariter ipsum assumere. Indicat autem eorum iuxtà virtutem. Nam qui antea sic amarant hominem, vt ei collætarentur & complauderent, vsque adeò ipsum auersabantur peccati istius causa, vt & Paulus pro eo intercederet. *Vt agnoscam probationem uestram,* B *num ad omnia obedientes sitis.* Perterrefacit eos, vt metuentes iudicium inobedientiæ, facilè condonent homini. Ea nanque de causa, inquit, scripsi, vt cognoscam probationem vestram, hoc est, obedientiæ virtutem, si quemadmodum audiuistis me vt eum increparetis, sic mihi nunc obedia tis vt eum adhortemini consoleminique. Tanti enim valet quod ait. Num ad omnia obedientes sitis. Atqui non propterea scripsit, sed ob illius salutem: attamen hìc nihil lædítur, ac simul illis amicum sese exhibet. *Cui autem* *quicquam donatis, & ego.* Mollit per hæc caput exertantem contentionem ipsorum, & instantiam, qua videbantur non esse concessuri homini. Ecce illos enim principes C gratiæ, adeoque primo loco, se verò comitem ac secundo loco ponit, Cui, inquiens, donatis vos, & ego condono. *Etenim ego, si quid donaui, donaui propter uos in persona Christi.* Vt ne existiment se esse dominos dimittẽdi, & nõ aliũ, ac propterea negligãt hominẽ absoluere, indicat is q̃ iam ipse tali donauerit, vt nõ possint sese porrò sibi opponere. Ne aũt pcu tiãtur ceu contẽpti, ꝓpter vos, inquit, remisi ei. norã enim q̃ hoc vobis gratũ sit futurũ. Deinde ne videatur propter homines cõcessisse vel dimisisse ei pœnã, adiecit, in persona Christi, hoc est, erga deũ & corã christo, illo hoc iubẽte, ac veluti ei⁹ loco existẽs, dimisi. Quòd si iã in gloriã Christi cedit dimissio, quomodo nõ esset huic ignoscẽdũ, vt glorificet Christ⁹. *Vt ne circumueniamur ab satana: haud enĩ ipsi⁹ cogitatiões ignoramꝰ.* Ne, inquit, fiat publicum dãnum, imminuatúrque gregis

D Christi numerus. Eleganter autem rem ipsam, circunuentionem nominauit. nō enim â se discrepantia satanas accipit, rerum & nostra rapit, hoc est, quæ per compendium, id est immoderatam cogitationem contingunt, quæ medium excedunt. Propterea & diaboli cogitationes vocauit malitiā eius & impostūram, & quomodo in pietatis specie perdat, nec solum ex fornicatione eneruet ac debilitet, verùm & ex immodico mœrore. Quomodo igitur non est circunuentio, quū ex nostris etiam bonis nos capiat? *Porrò quum uenissem ad Troada ad Euāgelium Christi, & porta mihi aperta, nō habui quietem spiritui meo, quia nō inuenirem Titum fratrem meum.* Supra commemorauit quòd afflictionem habuerit in Asia, monstrauitque quomodo liberatus sit ab ea: iamnunc rursus docet quòd & E aliter infortunium sustinuerit, quòd non inuenerit Titum. Quū enim nō adfuerit qui animū addit, grauior est tētatio. Quare quid me tarditatis accusatis, qui in tot tantasque calamitates inciderim, & necessitates, quæ non sinunt nos pro nostro arbitratu proficisci: Non simpliciter autem dixit, profectus sum ad Troada, verùm ad Euangelium, hoc est, vt prædi carem. Ecquî non prædicasti, maximè quum ianua patefacta fuerit? Prædicauimus quidē, sed non multum, postquàm non reperi Titum. Nō habui enim quietem, hoc est, turbatus fui, doluit mihi eum non adesse. Ideò ne igitur intermisisti opus dei? nō propterea, sed quia impediebatur op⁹ illo peregrinante. Nam ego prorsus prædicare cupiebam, enimuero Titi absentia impedimento fuit: magna enim perficiebat præsens.

F *Verum seiunctus ab illis, profectus sum in Macedoniam.* Hoc est, non multum tēporis isthic demoratus sum aut triui, afflictus nimirum atque perturbatus. Ostium enim ingens apertum erat, id est, multum operis restabat, verū propter cooperatoris absentiā impediebatur. *Deo aūt gratia, qui nunquā non triūphat nos in Christo.* Quia multos commemorauerat mœrores, multaq; tristia quæ in Asia in Troade pertulerat, quibus etiā præpeditus ad eos nō accesserat, ne videatur ista lugēs denumerare, inquit: Gratias ago deo, qui semp triūphat nos, hoc est cōspicuos facit & ostendit. Triumphus enim dicitur cum victoria & tropheis per mediam vrbem progressio atq; transitus regis vel imperatoris cuiuspiam. Et nos igitur cum de diabolo tropheis deus conspicuos reddit. Quæ enim videntur esse contumeliæ, sunt gloria nostra: tum enim corruit diabolus.

Mœror īmodicē ētiā hominē perdit.

Triūphus.

bolus. In Christo autem eadem fiunt, hoc est, propter Christum, & verbi prædicationem. Vel quòd in Christo triumphamur, hoc est glorificamur & nos. *Et odorem cognitionis ipsius manifestat per nos in omni loco.* Vnguentum, inquit, precio sum est cognitio dei, quā nos cunctis hominibus manifestamus: imò non ipsum tantummodo aroma vel vnguentum, sed fragrantiam etiam ipsius. Etenim præsens cognitio non est admodum perspicua, sed per speculum & in ænigmate. Perinde igitur vt qui fragantiam olfacit, vnguentum alicubi esse positum nouit, quātum autem sit quo ad essentiā non nouit: sic & nos quòd deus sit, nemo non nouit: quis verò sit quo ad subsātiam, non porrò. Veluti igitur acerra sumus regia, & quocunque abierimus, odorem spiritualis vnguēti circumferimus, cognitionis videlicet dei. Quum igitur paulo B ante dixisset, quòd semper triumphamur, nunc inquit, in omni loco homines bono suffitu adflamus. Omnis enim locus & tēpus nostris institutionibus repletus est. Itaq; strenuè oportet ferre, si quidem & nunc glorificemur priusquam futuris bonis potiamur. *Nam Christi bonus odor sumus deo in iis quī seruantur, & in iis qui pereunt.* Vel hoc dicit, quòd nos ipsos hostiam offerimus, moriens propter Christum, vel quòd ob Christi victimam & mactationem veluti quidam suffitus & nōs incendamur. Quod verò ait, est huiusmodi: Etiāsi seruentur quidam, aut pereant, Euangelium propriam virtutem retinere perseuerat, nósq; perseueramus illud esse quod sumus. At quemadmodum lumē etiamsi caligine perfundat qui debilioris visus sunt, lumen tamen est, ac quemadmodum mel F etiamsi febricitantibus amarum fuerit, dulce tamen est: hūc admodum Euangelium odorum est, etsi increduli quidam quum sint, pereunt. Et nos bona fragantia sumus, non simpliciter autē, sed deo. Quando verò ille iudicauerit isthuc, quis est qui contradicat? *Aliis quidem odor mortis ad mortem, aliis uero uitæ ad uitam.* Quia dixerat nos bonam esse fragrantiam pereuntibus, ne arbitreris illos quoque esse reprobos, & minimē gratos apud deum, subintulit hæc: Odorē, inquiens, hūc alij quidem expetunt vt seruentur, alij vt pereant. Perinde ac fues & cantharos pisces vnguentum suffocare, dicitur, sic & Christus, petra scādali, & in ruinam positus est. Tū ignis au 1. Per. 2. rum illuminat, clariūsq; reddit, spinas verò vrit & absumit. *Et ad hæc quis est sufficiens?* Quia magna dixerat, nimi-

Dei cognitio, unguēti precium.

Christ⁹ petra scādali

D rum, bonus odor sumus, & triumphamur, rursus ad moderatam humiliterque de se sentientem mentem redit. Ad hæc, inquiens, nostra imbecillitas non esset satis, nisi dei esset potentia, Illius enim solius totum hoc est quod agimus, nihilque nostrum est. *Non enim sumus, ut multi, cauponantes verbum dei.* Mendaces & vanos apostolos hîc notat, qui dei gratiam suum esse opus affirmabant. Propterea, inquit, dixi, quis est sufficiens? ac deo totum retuli acceptum, quòd non sum sicut pseudapostoli, cauponans ac deprauans verbum dei. Ostendit autem iuxtà clanculum, quòd Euangelij doctrinam deprauent humanæ sapientiæ rationibus, ac pecunia diuendere conentur, quod gratis impertiêdum erat. Verùm nos non sumus huiumodi. Infert igitur. *Sed tanquam* T *ex syncerítate, sed tanquam ex deo, ante conspectum dei in Christo loquimur.* Hoc est, ex pura minimeque fallaci mente, ac veluti ex deo habentes ea quæ loquimur, & non veluti per nos ipsi quicquam transigamus, tum in Christo, non per nostram sapientiam, verùm illius sapientia imbuti & instituti. Ante conspectum autem dei dixit, vt cordis sui candorem & libertatem ostendat. Adeò enim cor nostrum purum est, vt & deo indicemus.

CAPVT III.

F *Incipimus rursum nos ipsos commendare.* Quando-
I quidem de seipso locutus erat ardua, fors quispiã dicere poterat. Quid adeò ô bone Paule te effers, huiusmodi de teipso proloquens? hanc igitur obiectionem per sequentia diluit. *Nisi opus habeamus commendatitiis literis ad uos, aut ex uobis commendatitiis.* Hoc cum grauitate & autoritate loquitur, sermonem suum asperiorem reddens, Pseudapostolos autem carpit, qui cum propriis suis operibus non possent inclarescere, commendatitias fingentes epistolas, quibuscunque vellent ostendebãt, & ad quos cuperent perferebant, quibus ita commendabantur & innotescebant. Quod igitur dicit permotus, est huiusmodi: Nisi quis dicat quòd oporteat nos epistolas commendatitias adferre ad vos, vt per ipsas vobis manifestemur, aut rursum ex vobis ad alios. Deinde ex affectu appositè subdit.

Pseudapostoli.

Epistola

Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris, quæ cognoscitur, A *& legitur à cunctis mortalibus.* Quod fecissent, inquit, literæ commendantes nos, & honestos venerabilesque reddentes. hoc ipsum vos facitis, qui vidistis & audistis nos. Nam quocunque profecti fuerimus, vos circunferimus, cordique nostro inscriptos gestamus, omnibus denunciantes virtutem vestram. Proinde quum vos habeam epistolam me aliis commendantem, non indigeo aliorum epistolis ad vos, per quas innotescam ignorantibus me. Porrò quum vos in mẽte mea sitis, non opus habeo vt quidã alii me vobis prędicẽt. Ad ignotos eñ cõmẽdatitiis literis opꝰ est, nõ ad cognitos. Vos aũt ita mẽti meæ inscripti estis: vt excidere nõ possitis. Hîc aũt testimoniũ dicit non solum eorũ dilectioni, verumetiam virtute conspicuis operibus, vt qui sufficientes B fuerint cunctis mortalibus præceptoris sui dignitatem commonstrare. Discipuli nanque virtus, præceptorem ornat. *Ac manifestamini quòd estis epistola Christi.* Qua isthuc ratione? Quòd lex Christi & mandata eius, literarum instar apud vos maneant & custodiantur. *Ministrata a uobis, inscripta non atramento, sed spiritu dei uiuentis, non tabulis lapideis, sed tabulis cordis carneis.* Occasione apprehensa comparandi legem cũ euangelio, orditur hinc inquiens: Aequè ac Moses minister fuit legis, sic & nos vestræ in verbum fidei ministri extitimus. Et perinde vt is tabulas lapideas habuit, sic & nos vestra corda. Lex porrò atramento scribebatur, euangelium au- C tem in vobis per spiritum scriptum est. Quanto igitur interuallo spiritus ab atramento distat, & cor à lapide, tanto & nouum testamentum à lege discrepat. Quod ait in tabulis cordis carneis, sic lege per hyperbaton: In tabulis carneis, deinde adiice quod per medium interpositum est, hoc est, cordibus. Aut postquam corda sint etiam lapidea, induratorum nimirum, eam ob rem credentium corda carnea esse dixit, quippe quæ sint capacia verbi. *Fiduciam autem habemus talem per Christum ad deum, non quòd sufficientes simus a nobis ipsis cogitare quicquam ueluti ex nobis ipsis.* Quia commonstrauit nouum testamentum vetere esse maius, consequens autem erat ratiocinari quòd, & vos deinceps Apostoli noui testamenti ministri maiores estis Mose, qui ueteri testamento inseruiit, idque arrogans esse videbatur: Nihil, inquit, nostrũ, sed fiducia nostra, id est gloriatio

D riatio noſtra, per Chriſtũ eſt ad deũ. Chriſtꝰ enim eſt in cau
ſa nobis quur in deo gloriemur, nihilque planè noſtrum eſt,
ne minimum quidem. Hoc enim indicat quum ait, Non ſu-
mus ſufficientes cogitare aliquid veluti ex nobiſipſis. *Sed ſufficientia noſtra ex deo eſt, qui fecit nos ſufficientes miniſtros noui teſtamenti.* Potẽtia, inquit, noſtra ex deo eſt. ipſe nãque ido
neos aut ſufficientes nos reddidit, hoc eſt, roborauit, poten-
tiam nobis ſuam inſeuit, idoneos fecis miniſtros magnæ ac
Roma. 7. diuinæ illius rei, noui teſtamenti. *Non literæ ſed ſpiritus.* Lex
Lex ſpũa lis eſt. quidem ſpiritualis eſt, hoc eſt, ab ſpiritu data, nec tamen ſpi
ritum ſuppeditabat, vt nouum. Hoc igitur dicit, nobis non
ſunt creditæ literæ, perinde ac aliis, ſed ſpiritus ſuppedita-
E tio. Etenim non tantum ſpirttualia & diuina docebant apo-
ſtoli, verumetiam manum imponentes, ſpiritum dabant.
Litera enim occidit, ſpiritus autem uiuificat. Lex ſi acceperit
Num. 15. quempiam peccantem, etiamſi hoc minimum viſum fuerit,
Legis fe- ueritas. veluti ſi quis in ſabbato ligna collegiſſet, eum tollit è medio.
Spiritus autem ſanctus eos qui innumera flagitia commiſe-
runt, ſuſcipiens in lauacro baptiſmatis, iuſtificat, mortuóſq;
peccato, viuificat. *Si autem miniſterium mortis, literis impreſſum in lapidibus, factum eſt in gloria.* Quum ſuprà docuiſſet diſcri-
men noui à vetere teſtamento, quod illud quidem atramen-
to, hoc verò ſpiritu ſcribitur, & illud quidem in lapides, hoc
verò in corda ſcribatur, tum quòd iſtuc occidat, hoc verò vi
F uificet: nunc oſtendere in animum inducit, quòd & gloria
Exod. 34 Euangelii maior ſit. Quia verò lex externam gloriam ha-
buit, qnæ ex Moſis renidebat perſona & facie, nouum verò
teſtamentum ſpirituali gloria refulſit, quam nemo corporis
oculis vel ſenſibiliter uidet: à ratiocinatione igitur excellen
tiam Euangelii gloriæ oſtendit, inquiens: Lex miniſtra erat
mortis. Non dixit autem factrix mortis, vt ne det locum hæ
reticis, ſed adiutrix. Peccatum nãque mortem faciebat, lex
autem pœnam inducit ac ſtatuit. Præterea literæ tantum aut
elementa, lex fuit, non auxilium præſtans certantibus, quod
ſit in baptiſmate, atque ſupplicia indelebilia ſubindicans.
Lapidibus enim impreſſum fuit miniſterium mortis ipſum.
Si igitur lex, quum huiuſmodi ſit, in gloriam ceſſit, quanto
potius gratia quæ incomparabiliter excellit? *Adeò ut non poſſent defigere oculos filii Iſraelis in faciem Moſis, propter gloriam uultus ipſius quæ aboletur.* Clanculum Iudæos accuſat.

Adeo

Adeò nanque rudes inquit, fuerunt, vt neque ſenſibilem glo A
riam intueri poſſent. Non dixit autem quòd lex & tabulæ ha
buerint gloriam. Moſes enim celebris erat, non tabulę legis.
Quinetiam ipſum Moſis ſplendorem tollit, abolitam illam
gloriam dicens, hoc eſt, quieſcentem. Vide autem quomodo
non dixerit prauam, ſed finem accipientem & ocioſam.
Quomodo non potius miniſterium ſpiritus erit in gloria? Quum le-
gem dixiſſet miniſterium mortis, conſequens erat dicere,
Euangelium eſſe miniſterium vitæ: at quod maius eſt dixit,
nimirum ſpiritus. Nouum nãque teſtamentum ſuppeditan- *Noui te-*
di facultatem habet, non vitam modò, at quod maius eſt, ſpi *ſtamẽti ꝓ-*
ritum quoque ipſum, qui vitam ſuppeditat. Multo igitur ce- *ſtãtia præ*
lebrius erit lege. *Si enim miniſterium condemnationis eſt glo-* *lege.*
ria, multo magis miniſterium iuſtitiæ abundat in gloria. Rurſus
eandem ſententiam circumuertit, adeóque profert. Interpre B
tans autem quomodo dixerit, Litera occîdit, legem ait eſſe
miniſterium condemnationis, non punitricem peccati, nec
factricem. Miniſterium verò iuſtitiæ, Euangelium, quod nõ
ſolùm à pœna & ſupplicio liberat, verùm iuſtificat etiã pec-
catores. Quanto igitur potius Euangelium in gloria erit?
Etenim neque glorificatum eſt quod glorificatum eſt, in hac parte,
propter excellentem gloriam. Quid confero, inquit, vetus &
nouũ teſtamentũ inter ſeſe? Tanta eſt enim noui excellẽtia,
vt in hac parte, id eſt in comparatione, ne gloriam quidem
habere putetur quod glorificatum eſt, vetus nimirum teſta-
mentum, propter eximiam noui gloriam. Nam lex glorifi-
cata per ſeipſam, propter excellentiã tamen gloriæ Euãgelii C
ingloria videtur. Animaduerte aũt ꝙ & in hoc cõmendet ve
tus teſtamentum. comparationes enim fiunt inter cognata.
Si enim quod aboletur, per gloriam, multo magis quod manet in glo- *Cõparatio*
ria. Aliam rationem adiicit. Si enim abolenda abroganda *nes inter*
que lex, per gloriam data eſt, quanto magis in gloria erit ſta *cognata*
bile ac ſemper duraturum nouum teſtamentum? *Habentes i-* *fiunt.*
gitur huiuſmodi ſpẽ, multa fiducia utimur. Quia ingentem quan-
dã gloriam nouo attribuit, qui verò iſthuc audiuerant, deſi-
derabant fortaſſe externam ſenſuque comprehenſibilem glo
riam videre, vt imbecilles intellectu: Spem habemus, inquit,
qualem? quòd maioribus nempe bonis honorati ac donati ſi
mus, quàm Moſes, quorquot credimus. Hinc multa libera-
te ac fiducia vtimur erga eos quos inſtituimus, nihil abnun-

ciantes,

D ciantes, nihil etiam prætermittentes, neque metuimus ve-
strum conspectum, quemadmodum Moses Iudæorum. Non
Mosis splē dor. enim estis infirmi æquè atque illi. Moses enim quum secun-
da vice accepisset tabulas, atque à monte descenderet, faciem
Exod. 34 habebat adeò splendicantem, vt Iudæi neque accedere eum
possent, neque quicquam cum eo loqui, tantisper dum vul-
tum obuelauit, velum ei opponendo. Huius historiæ Paulus
hîc iam meminit, & ait. *Et non quemadmodum Moses po-*
nebat uelamen super faciem suam, ne filii Israel in eum intuerentur, in finem eius quod aboletur. Id est, non est opus nos con
tegi, perinde ac Moses se contegebat. Potestis enim aspi-
cere gloriam hanc quam habemus, quæ illa longè est luci-
dior atque fulgentior, hoc est, pulchrè potestis intellige-
E re Euangelii mysteria, nec opus habemus ea celare vos,
ac veluti tegumento quopiam vobis abscondere propter
obscuritatem sui. Israelitæ autem rudes non potuerunt
videre quòd finem haberet lex, quòdque abroganda foret.
Velum enim pinguem necnon crassam eorum mentem si-
gnificat, vt deinceps discès. Nonnulli sic intellexerunt,
quòd illud ipsum illorum cæcutire, quo nequiuerunt di-
rigere lumina sua in vultum Mosæ, ostenderet gloriam i-
stam finem habere. Quum enim non videretur, gloria
non erat: atque hac ratione significabatur eam non diu du-
raturam, quandoquidem ne gloria quidem appareret.
Sed excæcatæ sunt mentes illorum. Nam in hodiernum usque
diem idem uelamentum in lectione ueteris testamenti manet non
retectum, quoniam in Christo aboletur. Excæcata est, inquit,
F mens eorum: ac propterea neque qui tum ducebant vitam,
videbant, neque qui hodieque superant & vescuntur aura
(vt poetæ verbo vtar) cernunt: quippe qui excæcati sint, ip-
sumque velamentum habeant in facie Mosis, hoc est in lec-
tione quæ superficie tenus sit legis. Nam Mosen Christus
Lusæ. 16 legem nominat, vt in eo loco: Habent Mosen & prophetas.
Neque reuelatur eis, neque dignoscitur quòd Christus esset
antiquaturus vetus testamentum. Itaque mentis eorum er-
ror est, si quidem excæcatio mentis est peccatum. Ne per igi
tur mirum sit vobis si non possint intueri in gloriam Chri-
sti, & credere Iudæi: neque enim gloriam legis, quæ minor
erat, conspicere poterant. Si enim legis gloriam vidissent,
Christi etiam radians iubar conspicati essent. Gloria enim

legis

legis est, ad Christum conuerti quenquam. Vbi autem dixit A
quòd lex per Christum sit abroganda? Isthic vbi ait: Prophe Deut. 18.
tam vobis excitabit dominus deus, ipsum per omnia audie- Actuũ. 3.
tis. Itaque quum iuberentur ipsum audire, ipse verò & sab-
bata dissolueret, & circuncisionem, aliàque omnia: lex igitur
imperabat propriam sui dissipationem. Insuper per hoc q
præciperet sacra fieri in vno templo, illud ipsum autem rur- 3. Reg. 9
sus auferret, sacrificia non omnino auferebat. nam & tu es sa
cerdos, inquit, in sempiternum, secundum ordinem Melchi-
sedec. &, Victimam & oblationem noluisti. Hæc enim om- Psal. 109
nia legis sunt solutio abrogatióque. *At in hodiernum usque* Psal. 39.
diem cum legitur Moses, uelamentum super cor ipsorum est positum.
Quia supra dixerat quòd in lectione veteris legis velamen-
tum sit positum, ne quis existimet quòd velamentum legis B
obscuritatem dicat, Haudquaquam, inquit, sed cæcitatem &
ruditatem cordis eorum, hanc dico velamentum: quando
quidem in facie Mosis, non ipsius gratia situm erat, sed pro-
pter eorum crassitiem hebetudinemque visus. *Quando au-*
tem conuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamen. dominus autem
spiritus est. Modum hîc dicit quo fieri possit vt corrigantur
Israëlitæ. Quando conuerteris te ad dominũ, hoc est, quãdo
ab lege defeceris, accesserisque spirituali Euangelio, tunc
auferetur velamentum. Nam quando Moses, vt historia ha-
bet, ad dominum accedebat, retectus erat. Id verò futuræ Exod. 34.
rei indicium erat, quoniam quum conuersus quispiam fue-
rit ad spiritum (is enim dominus est) nudam videbit faciem
legislatoris, imo ipse erit Mosis loco, excellentique fruetur C
gloria, legis nimirum gloria, vt dictum est. Hanc enim do-
nabit spiritus, veluti dominus & omnipotens. *Vbi autem* Libertas
spiritus domini, isthic est libertas. In lege iugum erat & euãgelica
seruitus, in spiritus autem lege & Euangelio libertas, vt ci-
tra obstaculum & liberè videatur gloria domini.
Nos autem omnes gloriam domini retecta facie speculantes, in eam-
dem imaginem transformamur, ueluti a domini spiritu. Tanta, in-
quit, libertate & ingenuitate fruimur, vt omnes nos fideles,
non quemadmodũ vnus illic Moses, retecta facie (non enim
est apud credentes velamentum) gloriam domini speculãtes
in eandem imaginem transformemur, hoc est eandem glo-
riam recipiamus, tanquam speculũ simus, splendorẽq; reci-
pientes, rursus resplendeamus. Ac quemadmodum argen-

tum

D tum è cõtrario solis positum, remittit radios etiam ipsum ex repercussu solis: sic & nos in baptismate per spiritum purgati, illiúsque radiis illustrati, iubar quoddam spirituale, quod sola mente comprehenditur, remittimus, ac transformamur in eandem imaginem, à gloria spiritus ad gloriam nostram, eámq; talem, qualem par est habere eum qui à spiritu domini, qui nulli est subiectus, illustratus est. Nam quũ dominus sit, heriles etiam faces & flammam habet. Siquidem omnes fideles spiritu sancto replentur per baptisma, animáque ipsorum fulget: quandoquidem etiam Moses diuinam gloriam conspicatus, trãsformatus est & ipse ad hanc, hoc est, adsumpsit & ipse fulgorem, luxítq; vultus ipsius, quippe quæ figura nostri esset.

Christianorum splendor.

E

CAPVT IIII.

P *Ropterea habentes ministerium hoc, quemadmodum misericordiam sumus consecuti, non deficimus.* Quia multa eáque ardua dixerat, nimirum quòd Mose maiores sint apostoli: (nam si omnes fideles sunt maiores, quanto magis illi?) curat nunc adeóque demittit tumorẽ istum, Dei est, inquiẽs, vniuersum. nos enim ministri tantummodo sumus, neque illud etiam ministerium nostrum est, sed (perinde ac ait) misericordiã consecuti sumus. diuinæ enim & isthuc misericordiæ est. Hyperbaton autem hoc est, propterea nõ deficimus, hoc est, quia tantis sumus dignati donatíque bonis,

F non destituimur, neque deficimus ad pericula, ad afflictiones, postquam semel misericordiam cõsecuti, ordinati sumus ministrare. *Verum abdicauimus occulta dedecoris, non obambulantes in astutia* Pseudapostolos suboscurè notat & intelligit hîc, qui simulabant omnia. Accipientes enim clanculum, videbantur non accipere. sancti in speciẽm cernebantur, & immundi erant. Nos verò recusauimus talia committere, quæ manifestata dedecore afficiunt, pudoréque suffundũt agentem, nempe quæ cum hypocrisi & fuco transiguntur. Infert enim, non obambulãtes in astutia, in impostura. Proinde in idem recidunt & quæ contumeliam pariunt, & quæ in astutia seu fraude trãsigũtur. Sin de turpibus facinoribus isthuc intelligas, nihil impedit. nam huiusmodi etiam committunt pseudapostoli. *Non adulterantes uerbum dei.* Non solùm vi-

Pseudapostoli.

ta, in-

ta, inquit, nostra simplex est & pura, & expers sceleris, verũ etiam doctrina nostra & verbum, doli sunt vacua. Non enim quicquam externæ sapientiæ admiscemus ipsi, aut quicquam adulamur, aut ex verbo pecunias colligimus, aut iam quidẽ hoc, iam verò illud docemus pro temporum & personarum opportunitate, perinde ac pseudapostoli. *Sed in manifestatione ueritatis commendantes nos ipsos ad omnem conscientiam hominũ coram deo.* Pseudapostoli commendant seipsos hypocrisi, & per hoc quòd aliàs alij videantur: ego verò commendo meipsum manifestatione veritatis, hoc est, ipsis operib⁹ pro testimonio vtor: veluti quum me nihil accipere cõfirmo, testes habeo vos, aliáque id genus eandem ad rationem. Atque sic me prædico & commendo apud omneis homines tam infideles, quàm fideles, vitam meam retegens ac denudans: prædicationémq; verbi omnibus patefaciens, vt ipsum discant. Quia verò fieri potest vt homines fallantur, adiicit, coram deo, vel ante conspectum dei, quem pseudapostoli testem habere haud sustinuissent. *Sin occultatum est euangelium nostrum, in pereuntibus occultatum est.* Quum suprà dixisset Israelitis velamẽ appositum esse, fideles autem retecta & aperta facie videre: subiicit etiamnum, quòd si cõtectum est euangelium, infidelibus est contectum. Quod enim Iudeis obtingebat ex Mose, hoc non credentibus ex euangelio obuenit. Illorũ autem culpa est, non euangelij, quòd non videant gloriã Christi. nam si credidissent, etiam ipsi apertè palàm cõspexissent gloriam dei. *In quibus deus seculi huius excæcauit mentes infidelium, ut non radiet illis illustratio euangelii gloriæ Christi.* In peeũtibus, qui multi sunt & varij, sunt etiam increduli. Horum igitur mẽtes excæcauit deus seculi huius. Hic prodeũt Marcionistæ, asseuerantes per hæc conditorem omnium rerum intelligi, quem iustum quidem dicunt, sed non bonum. Manichæi verò per deum huius seculi, diabolũ accipiunt, quem & ipsi mundi huius conditorem adserunt. At verò neutrum horum firmum est, cæterùm de deo nostro hoc dictum est. Ac si seculi huius deus esse perhibeatur, nihil nouum est, quũ & deus cœli dicatur. Nec huius tantum deus est, verùm deus Abrahami, Isaac & Iacob, nec illorum tantùm, sed prorsus omnium. Quid igitur noui est si Paulus opportunè etiã ipsum nominauit deum huius seculi, vt ita magis ostendat incredulis quòd etiam ea quæ videntur, ipse condiderit, ex quibus

A

B

C

Infidelib⁹ euangelium contectũ est.

Marcionistæ.

Manichæi.

Neem. 2.

Exodi. 3.

etiamsi

D etiamsi voluptatem ipsi capiant, conditorẽ tamen ipsum reiiciunt? Hunc autem ad modum hic locus est legendus: Infidelium huius seculi mẽtes excæcauit. futurum enim seculum infideles non habet. Quid verò est excęcauit? hoc est, permisit eis cæcis esse, quemadmodum & illud, Tradidit eos deus in affectus ignominiæ. Quum enim resilierunt ab eo, dimisit eos, reliquit eos: non enim cogit ad salutem. Obserua autem quòd non dixerit excæcauit, vt referatur ad hoc vt infideles maneant, verùm ad hoc, quòd prophani oculi nõ videant lucem seu splendorem gloriæ Christi. Splendor autem & illuminatio est, credere quòd Christus crucifix⁹ sit, quòd in cœlum receptus sit, & q⁹ futura nobis bona daturus sit. Quemadmodum si quis ophthalmia laborãs, vel sanguine infectis E oculis ægrotet, quædam obstruat, ne solis radios intueatur, ne iis offendatur: hanc ad rationem & illi increduli perseuerarunt à seipsis. Porrò quum tales facti essent, excluſit deus radios gloriæ euangelij, æquè atque Israelitis Mosæ faciem obuelauit. Sic & nobis in mãdatis dedit, ne proiiciamus margaritas nostras ad porcos. Bene autẽ radiandi verbo vsus est. moderatum enim & mediocre iubar, non totam illuminationem hîc habemus vel lucem, quam & antea odorẽ & arrhabonem dixit, indicans quòd eximium & excellens in futuro æuo remaneat. *Qui est imago dei.* Monstrat hic quòd non solam Christi gloriam ignorent, verumetiam patris. Quum enim sit imago patris Christus, qui hunc non videt, neq; illum conspicit aut nouit. *Non enim nos ipsos prædicamus, sed* F *Christum Iesum dominum, nos ipsos autẽ seruos uestros, propter Christum.* Suprà dixit quòd non obambulemus in fraude, deinde adiecit de infidelibus quomodo sint cõtecti. Ait igitur nũc, Propterea fraudulẽter non agimus, quia nosipsos haud prædicamus, vanorum apostolorum instar. Illi nanq; persuadebant discipulis suis vt ab se sibi nomina inderent, vt in priore epistola indicauit, aliis dicẽtibus, Ego quidem sum Apollinis, ego verò Cephæ. Aut ne existimetis qui aduersum nos pugnatis, quòd nobiscum bellum geratis. Nõ enim nosipsos prædicamus, sed Christum Iesum. aduersus eum nanque dimicatis qui prædicatur. Nos enim adeò nõ prędicamus nosipsos, vt & non detrectemus serui vestri esse propter Christũ, hoc est, eo quòd ille sic nos dilexit, & omnia nostri causa egit. *Quoniam deus, qui dixit ex tenebris lumen splendere, qui re-*

Excæcare dei.

Roma. 1.

Matt. 7.

Sup. 1. & 2.

1. Cor. 1.

splendauit in cordibus nostris, ad illuminationẽ cognitionis gloriæ dei, A *in facie Iesu Christi.* Quare nosipsos non prædicamus? Quia deus illuxit in cordibus nostris, & perinde ac faciei Mosæ quondam, sic nobis nũc refulsit. Porrò non quemadmodum in prima creatione dixit, Et facta est lux è tenebris, sic nunc dixit, Et facta est lux: cæterùm ipse nobis est lumen. Siquidem is illuxit nobis in facie Christi, hoc est, per Christum. Per Christum enim lucet in nobis pater, dátque illustrationem cognitionis, non substantiæ suæ, sed gloriæ. Animaduerte autem Trinitatis sacrosanctæ mysterium apud Paulum etiamnunc. De spiritu nanque dicit, Gloriã domini speculamur, dominus enim spiritus est. De filio autem, Illustrationem gloriæ euangelij Christi. De patre autem nunc, Illustrationem cognitionis gloriæ ipsius. *Habemus autem thesaurum in uasis testaceis.* Postquam multa & præclara de ineffabili gloria loquutus esset, ne quis dicat, Et quomodo manemus in mortali corpore, talia, vt dicis, accipiẽtes? hoc ipsum, inquit, dei etiam virtutis est & potentiæ, quoniam vas testaceum huiusmodi thesauros capit. *Vt excellentia potentiæ sit* B *dei, & non ex nobis.* Vt magnitudo & excellentia, inquit, virtutis quæ in nobis apparet, Dei sit, néve existimem⁹ nos ista agere ex nobisipsis, verum omnes qui vident, dei dicant hoc totum esse. Notat autem pseudapostolos, quoniam sibiipsis vniuersum adscribebant. *In omnibus afflicti, sed non constricti.* Adeò, inquit, totum est potentiæ dei, vt & testacei quum simus, tot tantus támque variis tentationibus impulsi, nõ fraugamus neque perdamus thesaurum qui in nobis est. Affligi- C mur enim in omni cùm loco, tum tempore, inter amicos, inter hostes: sed non constringimur, angustiáve concludimur, deo cordibus nostris latum consolationis campũ patefaciente. *Indigentes, sed non plane destituti.* Hoc est, ad penuriam & egestatem incidentes, verũtamen recti consistentes, in desperationem non deuoluimur, neque vincimur, cæterùm in deo inuenimus opes, atque vincimus. *Persecutionem patientes, sed non derelicti.* Persequuntur quidem nos homines, verùm deus nos non deserit. Ad exercitium enim nostrũ, non ad victoriam hæc permittuntur. *Deiicimur quidem, sed non perimur.* Corpore, inquit, & externis rebus deiicimur ab aduersantibus nobis, sed nõ perimus quantũ ad alacritatẽ animęq; instantiã attinet, tũ quo ad corpus ab deo etiã conseruamur.

Semper

D *Semper mortem domini Iesu in corpore afferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corpore nostro.* Hoc est, quotidianas mortes sustinentes, imitantésque mortem domini Iesu semper, hínc que vitam ipsius commonstrantes, seu resurrectionem in corpore nostro. Si enim quispiam non credat quòd dominus resurrexit, videns nos quotidie mori & quotidie viuere, non porrò bona ratione incredulus permanebit. *Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Christum, ut & uita dei manifestetur in mortali carne nostra.* Per hæc interpretatur quomodo dixerit occisionem Iesu, quandoquidé non perinde apertum erat. Solet autem perpetuò obscurè dicta declarare, lucidiorá; reddere. Quod ait, vt vita Iesu manifestetur, iuxta priorem intellectum sic accipiendum est: Vt mortem Christi sustinemus nunc, viuentésque propter ipsum mori deligimus, sic & ipse volet mortuos viuificare tum: quod & alio in loco ait: Si Christo commorimur, simul etiam cum eo viuemus. *Mors itaque in nobis operatur, in uobis autem uita.* Morté hîc tentationes vocat, hoc dicens. Nos, inquit, in periculis sumus, vos autem ex periculis vitam decerpitis. Euangelio nempe vobis prædicato, vitam viuitis per illud sempiternam. *Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propterea & loquimur.* Tentationum suprà mentionem fecit, & mortis generum, & quòd ex his nos liberet Iesus. adiecit etiam rationé, quoniam propterea liberat, vt resurrectionis suæ fidé faciat. Subdit itaque iamnunc quòd fide hoc oporteat certum reddi, nõ tantum rationibus & verbis. Quemadmodum, inquit, Dauid tentationibus immersus, & ab deo solo ab iis ereptus, Credidi, propter quod (dixit) locutus sum: hac via & nos eundem fidei spiritum habentes, quem & ille habebat, credimus, ac eam ob causam loquimur, quòd perinde vt Iesus resurrexit, sic & nos pericula huius temporis vincemus, & rursus excitabimur. Obserua quòd idé sit spiritus veteris & noui testamentorũ, propter eos qui legé calumniantur. *Scientes, quod qui excitauit Iesum, & nos excitabit, ac simul uobiscum exhibebit.* *Omnia enim propter uos, ut gratia exuberans, per plurium gratiarum actionem exuberet ad gloriam dei.* Quid credimus, & quid nouimus? Quoniam & nunc ex periculis nos eripiet, ac in posterum excitabit, qui & Iesum excitauit, fistétq; nos vobiscum, vt perfruamur bonis. Animat autem eos, cõfidentésque

Spiritus idem uet. ac no. testamenti.

tésque facit ad fidem & bonam vitam. Notat autem pseudapostolos, qui dicebant nos esse mediatores bonorum quæ ab deo proueniũt. Propter vos igitur sunt omnia, inquit, etiam ipsa resurrectio, non propter hunc vel illum. Hoc autẽ deus facit, multísque donat, gratiámque suam exhibet, vt exuberante gratia, abundet & gratiarum actio, per multas personas adducta ad gloriam dei. Quare vani apostoli quum gratiam dei sibi adscribunt, obscurant pariter gloriam suam. *Propterea non deficimus, ac etiamsi exterior noster homo corrumpitur, interior tamen innouatur de die in diem.* Quoniam, inquit, nouimus dei potentiam atque vires, & quòd hoc tempore nos è periculis liberet, & quòd post fata nostra nos suscitabit splendidos, non deficimus, neque recusamus pati. Porrò exterior homo, id est corpus, corrumpitur. quomodo? dum flagris cæditur, dum agitur. Interior verò, id est spiritus & anima, renouatur. quanam ratione? quum bene sperat, ac liberè agit, quasi propter deum patiens & gaudens. *Quod enim statim & facile est afflictionis nostræ, per excessum ad excessum æternum pondus gloriæ operatur nobis.* Interpretatur quomodo innouetur interior homo, dum secum reputat quòd afflictio statim transit, nec diu durat, id est, temporaria est, ac facilis propter hoc ipsum quòd sit temporaria. Gloria autem æterna est, & pondus habet, hoc est, magnitudiné excellenter excellentem. hoc enim est quod ait, per hyperbolen ad hyperbolen. *Non spectantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur, temporaria sunt: quæ uero non uidentur, æterna.* Ecquî facile quippiam est afflictio? Quia omnia, inquit, quæ videntur, temporaria sunt, itaque & afflictio, imò & ipsa requies: nam & ipsa visui subiacet. Ob eam enim causam dixit, quæ videntur, vt & hanc comprehenderet. Neque igitur afflictioni succumbemus, neque ocio & quiete diffluemus vel laxabimur. vtrunque enim temporarium est. Quum itaque hæc se ita habeant, vt quæ non videntur, sint æterna, id est & regnum & pœna, isthuc ergo desiderate, hanc verò declinate.

Homo exterior & interior.

A

B

C

CAPVT

D

CAPVT V.

Scimus enim quod si terrestris nostra domus tabernaculi
N *sui dissoluatur, ædificationem ex deo habemus, domum non*
Suprà. 4. *manufactam, æternam in cœlis.* Quia dixerat suprà, quanto exterior homo corrũpitur, tanto innouatur interior, ac aliquid ita noui videretur adferre: Imò, inquit, quando perfectè corruptũ fuerit mortale corpus, tum innumera nobis bona germinabũt. Simul autem & de resurrectione ipsũ rursus disserit, etiamsi non adeò perspicuè vt in priore, vt ne videatur inemendabiles eos iudicare. Terrestrem autem domum tabernaculi nominauit. Porrò dum tabernaculum vocat, temporariam corruptibilémque eius naturam significat.
E scena enim quiddam est non perinde longo tempore durã-
Lucæ. 16 Etiamsi autem sæpenumero scenæ, id est tabernacula vocentur iustorum quies, verum isthuc cũ appendice dicitur, nempe tabernacula æterna. Animaduerte autem quomodo terrestri oppositum cœleste, ad tabernaculum, æternam referens. Exaggerãs autem encomium futuræ gloriæ corporis nostri, & nõ manufactam apposuit, non vt opponeret corpori huic, non enim est manufactum. Nonnulli per domum manufactam, vitam quam in terris degimus, acceperunt: tabernaculum autem, corpus ipsum: vt sit quod dicitur, huiusmodi. Si dissoluta fuerit in terra vita corporis nostri, quæ & manufacta dici possit, tanquam à manibus consistat (panis enim &
F nus conficitur) habebimus aliam vitam in cœlis incorruptibilem & non manufactam, hoc est, non indigentem nostrarum manuum operatione. *Etenim in hoc ingemiscimus, habitationem nostram ex cœlis superinduere desiderantes.* Qualem habitationem? corpus incorruptibile. Ex cœlo autem ipsum di-
Corporis incorruptio è cœlo. cit, non quòd descendat à supernis, cæterùm quòd inde possideat & retineat emissam incorruptibilitatis gratiam. Adeò autem non est opus vt quisquam turbetur ob tentationes corporis quasdam ex parte contingentes, vt è diuerso potius ingemiscere debeamus quòd non vniuersim corruptibile corpus exuamus, vt incorruptibile hoc superinduam⁹. Propterea non tabernaculum ipsum nominauit, sed habitationem, veluti permanentiorem. *Si modo & induentes, non nudi inueniamur.* Vt ne confidant omnes incorruptibilitati corporis, si modò,

modò, inquit, induentes incorruptibilitatem, & corpus in- A
corruptibile accipiẽtes, non nudi inueniamur à gloria & securitate, quippe qui peccati deformitatem habeamus. Resurrectio nanque communis est, honos nõ est communis omnibus. *Etenim quum simus in tabernaculo hoc, ingemiscimus, quatenus nolumus exuere, sed induere, ut absorbeatur corruptibile à uita.* Quia molestum videbatur quod dixit, Ingemiscimus desiderantes liberari à corpore, etenim ineffabilis est animæ ad corpus detẽtio: Non propterea, inquit, ingemiscimus, vt sim pliciter à corpore liberemur, verùm quia superinduere incorruptibilitatem expetimus. Proinde corpus hoc neque exuere volumus, verùm à corruptione liberari, vt impendatur insumatúrque corruptio à vita, non corpus. Nec enim simpliciter corporis nomine grauamur, sed quia est corruptibile. B
Hinc autem omnino hæreticorum obstruuntur ora. Non enim de alio atque alio corpore sermo est, sed de corruptione & incorruptibilitate. *Qui autem condidit nos ad illud, deus est.* Deus est, inquit, qui primum nos ad hoc effecit. Etenim con *Sapien. 2*
didit nos, vt simus incorruptibiles. Neque hoc nũc primum ei placuit, sed iam inde à principio creationis isthuc sic decreuit, vt omnino fieret. *Qui dedit etiam nobis arrhabonem spiritus.* Vis, inquit, & aliam tibi dabo demonstrationem? Qui nobis per baptisma spiritum dedit, pignus quoque immortalitatis, adeóque status corruptione vacantis pignus nobis impertiit. Etenim sanctificauit animam & corpus, & vtraque diuiniora reddidit, à peccato nos liberans, ex quo mors propagata erat. Quocirca quum spiritum nobis dede- C
rit, perspicuum est quòd à peccato nos liberarit. A peccato verò postquam nos liberauit, corruptionem etiam destruxit. ex peccato enim corruptio. Proinde futuræ hoc pa-
Spiritus, futuræ immortalitatis pignus. ctο immortalitatis pignus est spiritus. Aliàs autem, qui dedit nobis spiritum ex parte, pignus quoddam dedit se totum quoque traditurum. Quomodo autem subministrabit, nisi corpore & animo incorruptibiles futuri simus? Vbi igitur parum acceperis ab immortalitate, arrhabonem videlicet, confide quòd & totum, vbi fato perfunctus fueris, prorsus sis habiturus. *Confidentes igitur semper, & scientes quod in corpore agentes à domino peregrinemur (per fidem enim obambulamus, non per speciem) confidimus autem & obtestamur è corpore proficisci, & apud dominum agere.*

D Cõfirmare pergit quod suprà dixit. Non sunt mihi curæ, inquit, pericula. Siquidem pericula & mortes optabilem nobis rem prębent, incorruptibilitatem ipsam, propter quam & ingemiscimus. nam & ea celerius nos ad dominum perducunt nostrum. Confidentes igitur semper, id est, non metuentes neque insidias, neque persecutiones, neqne mortes. Reputa hîc sapientiam, quomodo occultarit nomina mortis & vitæ, alteram quidem præsentiam vel vitam apud dominum, alteram verò profectionẽ & absentiam à domino faciens, vt nemo præsente vita teneatur, eíque sese addicat, vt quæ ab domino abducat. Deinde vt ne quis dicat, Quid igitur? corpus nos alienos facit à deo? correxit hoc, inquiens: Per fidẽ enim obambulamus, non per speciem, hoc est, in terris hic agẽtes, ipsum quidem nouimus, sed modicè adeóque parum (hoc e-

Corpus an alienos à deo nos faciat.

E nim est per fidem) non quidem facie ad faciem, quod est per speciem. Quum autem hæc sic habeant, oblectamur, hoc est, valde desideramus exuere corpus hoc, atque esse cum domino. Non dixit autem, desideramus immortalitatem adsequi, verùm, quod præstantius est, cum domino esse: id enim plus est quàm immortalitas. *Propterea ambimus, siue peregrinantes, siue domi agentes, ipsi grati esse.* Quod quæritur, hoc est, vt ipsi in vita tua placeas. Ne enim audiens peregrinationem à corpore, existimes hanc tibi ad salutem satis esse, Stude, inquit, probatus migrare hinc, per vitam nimirum qua deo hic placuisti. *Oportet enim nos omneis manifestari ante tribunal Christi.* Terrorem incutit hic memoria & recordatione terribilis tribunalis, & per hoc quod ait, manifestari oportet. Non enim cogites quòd vel cortinæ vel profunditas cordis siue

F opera siue cogitationes abdere queat, verùm omnia manifestabuntur. *Vt accipiat unusquisque in corpore secundum opera sua, siue bonum, siue malum.* Hisce eos qui in virtute fidei & charitatis, adeóque vita Christianos decente incesserũt, sperare melius facit: segniores autem alacriores reddit, magisq; excitat terrore quodam. Confirmat autem rursus de resurrectione corporum sermonem. Quod enim vel bonis vel prauis operibus inseruiit atq; obsequutum est, isthuc etiam tum vel coronatur vel punitur. Obstruuntur ergo & hic hæreticorum ora. *Scientes igitur metum dei, hominibus persuademus, deo autem manifestati sumus. spero autẽ & in conscientiis nostris manifestatum esse.* Scientes, inquit, iudicium dei terrificum il-

lud,

lud, omnia agimus ne scandalum ponamus mortalibus. Hoc A enim est quod ait, hominibus persuademus, hoc est offendicula cauemus, tollimus, curamus. Etsi enim mali quiddã non operemur, & interim, vt fit, suspicioni ansam prębeamus, nec remoueamus scandala, quum possimus tamen, condẽnamur. Deo nanq; perspecti sumus, qui optimè etiam nouit qualem vitæ rationem habeamus, neque opus est vt ipsum doceamus quæ sit vita nostra, vt qui iam antea scandala nostra teneat. Vobis itẽ manifestati sumus, quippe qui omnia nostra probè teneatis. Vos igitur haudquaquam docere opus habemus ceu in nobis scandalum passos, quum nullum dederimus. *Non enim rursus nosipsos commendamus uobis, sed occasionem dantes uobis gloriationis de nobis.* Continuò deterit occasionem quæ in eo videbatur gloriandi. Ad hunc, inquiens, sermonem & B locum peruenimus, non vt nos ipsos commendemus, hoc est, attollamus, vel præconiis euehamus, cæterùm vt vobis occasionem daremus qua gloriaremini, atque decoros vos redderetis, ornaretísque aduersum pseudapostolos, qui in persona & facie iactabant sese, hoc est in externis, in iis quæ in speciem cernebantur, & quæ ex facie iudicabantur. Huiusmodi enim erant pietatis speciem præ se in vultu in externis gerẽtes, in corde verò nihil planè boni ferentes. Non semper autem gloriari iubet, cæterùm quum illi sese extulerint. *Siue enim excessimus, deo: sin temperantes sumus, uobis.* Siue arduum quiddam loquimur (extasin enim id vocat, perinde ac alio in loco stultitiã) dei, inquit, isthuc causa facimus, ne vos existimãtes nos esse viles, aspernemini nos, & pereatis. Siue mo C deratum quiddam & humile dicamus, propter vos, vti discatis humilia sapere. Vel hunc ad modum quispiam intellexerit: Si quis nos furere suspicetur, ab deo mercedẽ recipiemus, eò quòd huiusmodi suspicioni simus obnoxij. sin sobrios nos esse putet, ipse pariter commoditate ex temperanti sobriáq; mente nostra proueniente perfruetur. Vel aliam ad rationẽ: Si insanimus, dei causa ita insanimus, vt eos ad ipsum perducamus. Insaniebat itaque Paulus, amatoriam insaniam dei di cturus, ac amatoris instar illi viuens, nempe deo, extra seipsum raptus, ac totus in deum tralatus, nec suam ipsius vitam viuens, sed eius quem amat, amatoriam planè, seu (sit venia dictioni nouæ) dilectoriam. Si igitur excessimus, vel extra nos rapti sumus, deo omnino excessimus, id est, dei causa.

Scandalũ nunquam præbẽdũ.

Pseudapostoli.

1. Cor. 3.

Insania Pauli sancta.

D *Dilectio enim dei continet nos, iudicantes hoc, quod unus pro omnibus mortuus est. Itaque omnes mortui sunt, ut uiuentes, non porro sibiipsis uiuant, sed ei qui pro ipsis obiit mortem, & excitatus est.* Dilectio dei quam exhibuit erga nos, cohibet nos & compellit vt eius amore pericula subeamus, hoc probè apud nos iudicantes, quòd quia mortuus est pro omnibus, perspicuum est quòd omnes perieramus, eámque ob causam mortuus est pro iis qui perierant, obierántque diem, vt nos viuificaret. Postquam igitur nos viuificauit, non debemus porrò nobis ipsis viuere, sed illi propter quem viuimus, qui nedum mortuus est pro nobis, verumetiam excitatus, primitiæ nimirum nostræ, hoc est, corpus suum in cœlos referens, vt omnino nos etiam eò reportet ac perducat. Quid enim prorsus opus erat illud abire, atque adeò ipsum ascendere in cœlos, nisi nos simili olim consecuturi essemus? Proinde quia mortuus est pro nobis, & quia excitat⁹ est, & quia viuificauit nos, & quia arrhabones incorruptibilitatis dedit, ipsi in posterum debemus viuere, haud nostris cupiditatibus. *Itaque & nos iamnunc neminem nouimus secundum carnem.* Quia omnes occisi à peccato, reuiximus, & viuificati sumus per Christum, per baptisma, meritò neminem nouimus fidelium, inquit, secúdum carnem viuentem, hoc est, iuxta veterem & carnalem vitam. Omnes enim spiritu regenerati, nouam & spiritualem vitam auspicantur ducuntque. *Si enim secundum carnem agnouimus Christum, at nunc non nouimus.* Indicat quòd Christum ducem & principem habemus vitæ spiritualis, ne secundum carnem viuamus. Etsi, inquit, Christus olim secundum carnem erat, F nunc tamen non porrò est. Quid igitur? carnémne deposuit? *Actuũ. 1.* Minimè, verùm quemadmodum assumptus est, sic etiam veniet. Assumptus est autem in carne, & cum corpore. Quid igitur dicit? quòd nos tunc quidem secundum carnem viuere dicimur, quando in peccatis fuerimus: túmque non secundum carnem viuere, quando peccatis nos non coinquinarimus. Christus autem secũdum carnem vixisse dicitur, quando secundum naturales, inculpatos tamen motus & affectiones vixit, esuriens, sitiens, dormiens, laborans. Nũc autẽ non est secundum carnem, hoc est, ab his naturalibus & inculpatis affectionibus liberatus est, impassibile & immortale corpus habens, vt omnino & nos abunde doceat ne porrò viuamus secundũ carnem & peccabiliter, sed secundum spiritum.

Itaque

Primitiæ nostræ Christus.

Itaque si quis in Christo, noua creatura. Si quis credidit Christo, A in aliam planè creaturã peruenit, & noua creatura facta est. Non debemus igitur secundum veterem morem viuere. *Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia.* Qualianam vetera? *Esa. 43.* peccatum, & Iudaicæ ceremoniæ. Nam vetus peccatum prę- *Apoc. 21.* teriit, nouaq; nobis anima, & nouũ corpus factum est, & pro Iudaicis omnib⁹ noua nobis facta sunt omnia, pro lege Euã gelium, pro Hierosolymis cœlum, pro templo interior cor- *Mira mu-* tina, in qua sacrosancta trinitas residet, pro circunciſione ba *tatio uete* ptisma, pro manna corpus dei, pro aqua sanguis domini, pro *ris legis,* virga Mosæ vel Aaronis crux, pro agno filius dei, omniaque alia eandem ad rationem. *Omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibiipsi per Iesum Christũ.* Hęc omnia nobis data sunt ex deo, B qui recõciliauit nos sibiipsi per intercessionem filij sui. Non *1. Ioan. 4* enim nos ipsi accurrimus, sed ipse nos vocauit per morrem filij sui. *Qui dedit nobis ministerium reconciliationis.* O profunditatem clementiæ diuinæ. Quum enim misisset interces- sorem & legatum filium suum, eumque occisum conspicatus est ab iis qui reconciliatione indigerent, neque sic tamen neglexit homines, verùm ministerium recõciliationis nobis apostolis suis dedit, vt circumeuntes interpellemus deum pro iis qui defecerunt ab deo, eosque ad eum perducamus. *Sic, quia deus erat in Christo mundum reconcilians sibiipsi, non imputans eis peccata.* Quòd nos sibi ipse reconciliauerit, suprà dixit. *Pater prõ* Ne igitur quis dicat, filium tamen suum misit: nunc ait quòd *nobis ad-* filium quidem miserit, veruntamen non solus filius aduoca- *uocat.* bat, verùetiam pater, reconcilians sibiipsi mundum in Chri- C sto, hoc est per Christum, ac tantam mortalibus bonitatẽ demonstrans, vt non solum non punierit, verumetiam reconciliatus sit: nec tãtùm dimiserit, sed ne imputauerit quidẽ peccatum. Si enim rationẽ exigere voluisset, omnino periissent. *Ac ponens in nobis uerbum reconciliationis.* Nihil igitur molestum aut onerosum vobis imponere constituti sumus à deo, sed hoc nobis iniunctum est, vt reconciliemus quidem vos ipsi. Quia enim mihi, inquit, non crediderũt, perseuerate vos adhortantes, tantisper dum persuaseritis. *Pro Christo igitur legatione fundimur, tanquam deo adhortante per nos. Precamur etiam pro Christo, reconciliamini deo.* Pro Christo, id est, Christi loco intercedimus, seu legatione fungimur: quod ille facturus erat, nos suscepimus nunc, & quem-

D admodum per illum adhortabatur nos pater, sic & nunc per nos adhortatur, vt ipsi reconciliemini. Non dixit autem, reconciliate vobis ipsis deum, sed vos reconciliemini ei. vos enim hostes eius estis, ipse nūquā vester. siquidē deus & pater est. Quasi verò de⁹ aduersum eos errauerit, vel deliquerit, sic facit intercessionē, vt concedāt deo. O profunditatē miserationis & condonationis dei. *Eum enim qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso.* Ne alia, inquit, omnia commemorem, quòd benefactorem vestrum ignominia adfecistis, quòd vindictam is nō exegerit, quòd primus potius reconciliari voluerit, ac si propterea nunc fecit, nónne dignum est recōciliari vos ipsi: Ecquid? nónne res ardua & ineffabilis, quòd filium suum qui peccatum non no
E rat, hoc est, qui ipse iustitia erat, pro nobis morti subiecit, mo
riq́ue fecit ceu peccatorem ac sceleratum? Maledictus enim
Deute. 21 qui pendet ex ligno. &, Cum iniquis reputatus est. Nec dixit
Esa. 53. quòd peccatorem fecerit, cæterùm peccatū, quod maius est. Quur ist huc factum? vt nos iustificemur, non ex operibus & lege, verùm ex gratia dei. Hæc enim est dei iustitia, quum quis gratia iustificatus fuerit, vt nullus in eo nævus nullāve macula inueniatur. Propterea enim neq; dixit vt efficiamur iusti, sed iustitia dei, excellentiam gratiæ ostendens.

CAPVT VI.

F *Cooperantes autem etiam adhortamur uos, ne frustrā gratiam dei recipiatis uos.* Cooperamur, inquit,
C nos & vobis, vt seruemini: & deo, vt voluntas eius repleatur, hoc est, vt vos æternùm seruet: & adhortamur Christi loco ad secundum vsq; aduentum eius, ac tantisper dum vixerimus, vt ne in vanum suscipiatis gratiam dei. Quid enim prodest à peccatis liberari diuina gratia, deinde rursus iis per propriam socordiam impleri? Rursus enim noua inimicitia nascitur, fitq; hac ratione, vt gratia erga nos deinceps dei vana fuerit. Ne igitur existimetis quòd fides tantummodo sit reconciliatio, verùm vi-
Esaię. 49 ta etiam est necessaria. *Dicit enim: Tempore acceptabili exaudi-*
Tēpus ac- ui te, & in diebus salutis auxiliatus sum tibi. Ecce nunc tempus acce-
ceptabile. ptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem.

Qualé-

Qualénam tempus acceptabile? gratiæ, in quo est remissio A peccatorum, iustitiæque subministratio. Illud est acceptabile tempus, in quo nos deus recipit, exauditque nos & seruat. Iudicij enim tempore neque exaudiet, neque auxiliabitur nobis, neque seruabit. In hoc igitur gratiæ tempore certare debemus. facilè nanque assequemur brabea, nullam in vlla re dantes offensionem, nullumque impedimentum. *Vt ne reprehendatur ministerium nostrum.* Adhortamur, inquit, & adiuuamus. quomodo? citra offensionem viuentes. Narrationis autem loco consulit, vt & ipsi ad eum defigant oculos. Sic enim, inquit, instituo vitam meam, vt nedum non accusationi, verum ne querimoniæ quidē exiguæ, aut scandalo cuipiam locum dem, vt ne culpetur ministerium nostrum. Rursum non dixit, vt non accusetur, verum vt ne minimam qui- B dem reprehensionem accipiat opus meum & ministerium meum. Nonnulli sic interpretati sunt, ne accusatio quædam apprehendat prædicationem. hoc enim ministerium suum appellat. Me enim inhonestam & Christiano indignam, adeoque apostolo non conuenientem ducente vitam, prædicatio & verbum conculcabitur, calumniæque obnoxia erunt. Clanculum autem subindicat, quoniam si & vos male viuatis, ad Christum & fidem blasphemia redundabit ac recurret. *Sed in omni re commendantes nos ipsos, tanquam dei ministri.* Hoc maius est, non solùm se ipsum ab accusationibus & reprehesionibus purum facere, verumetiam huiusmodi vitam commonstrare, vt per ipsam videatur esse minister dei. Non dixit autem apparentes, sed commendantes, hoc est, de C monstrantes. *In patientia multa.* Modum dicit quo talis fuerit, per patientiam videlicet, nec simpliciter, sed per mul- *Patientia*
tam, inquit. Non enim satis est vnum aliquid & alterum sufferre, cæterùm opus est ad finem vsque sustinere. *In tribulationibus, in necessitatibus.* Hæc est afflictionis intensio & exaggeratio, quādo inextricabilia mala fuerint, quæ hominem suffocent. *In angustiis.* Quæ sunt à fame, & simpliciter à tentationibus. *In uerberibus & carceribus.* Quòd si verbera & carceres hic adsint, vide quātum sit mali, quum alterum horum sit grauissimum. *In sedibus haud stabilibus.* Hoc est in persecutionibus, quando non habuerit aliquis vbi pedē figat, vbi cō sistat, de loco in locum actus & cōpulsus. *In laboribus, in uigiliis, in ieiuniis.* Quum dixisset de externis, quæ sua sunt iam

hic

D hic apponit, quibus suapte sponte seſe affligebat, laboribus
Actu. 24. videlicet manuum, per quos & seipsum & alios alebat, cun-
1. Cor. 4. que his omnibus & vigilauit, & inediam passus est. *In pudicitia* Modestiam sic appellat, vel puritatem in omnibus rebus, tum quòd munerum corruptelam non admiserit, tum quòd citra sumptum aliorum prædicarit verbum. *In cognitione.* Hoc est, in dei sapientia, quæ est reuera cognitio & scientia non externa, quo pseudapostoli se ostentabant. *In longanimitate, in commoditate.* Adamantini planè animi est, si quis quum vndique exacerbetur & pungatur, non tòlum longanimis, verumetiam mitis sit & benignus. *In spiritu sancto.* Vndenam hæc peregerit indicat, in spiritu, inquit, sancto. Quia autem quæ ab se erant, aut sua, demon-
E strauit, spiritus paracleti auxilium posuit. Intelligitur etiam in spũ sancto, p donis spualibus, p hęc enim documẽtũ quoq; damus q̃ dei simus ministri, vt qui miracula exhibeam⁹. Vel in spiritu sancto nullam dedimus offensionem, hoc est in donis spiritus. Multi nanque attolluntur, vt qui linguas habent, nec vtuntur tamen eo dono commodè. Diuus verò Paulus aliter est vsus eo dono atque isti. *In dilectione non ficta.* Hæc res omnium bonorum causa est, hæc & spiritum apud eum permanere faciebat. *In uerbo ueritatis.* Hoc est, non deprauantes verbum dei. *In potentia dei.* Nihil, inquit, meum est, sed hæc omnia in virtute & potentia dei facta sunt, vel in signis etiam atque prodigiis: potentia in-
F quam, qua deus & punit, & beneficia nobis impertit.
Iustitię ar- *Per arma iustitiæ dextra & sinistra.* Arma iustitiæ siniſtra,
ma sini- tristia cuncta nominat: arma quidem, tanquàm muniens-
stra & de- tia, ac in tuto nos collocantia: siniſtra verò, quia minimè
xtra. paucos apprehendant. Siquidem & dominus nos orare iusMatth. 6 sit ne ingrediamur in tentationem. Dextra verò iucundiora. In vtrisque ergo Paulus irreprehensibilis monstrabatur, vt qui neque tristibus demitteretur vel deiiceretur animo nimium, neque lætis efferretur, arma iustitiæ hæc reuera faciens. *Per gloriam & ignominiam.* Interpretatus est nobis dextra & siniſtra, quòd sint gloria & ignominia. Quomodo verò arma iustitiæ sunt gloria? quoniam multos inducit ad pietatem, vt honorent verbi ministros suos ac doctores. Quid igitur? hæc ne Pauli virtus? hoccine decorum? profectò: quia non inflabatur, non intumescebat si celebraretur

braretur afficeretúrve gloria. Ignominia autem patientiam A
efficiens, ipsum probatum efficiebat, prædicationemque eius
fœlicem reddebat. *Per contumeliam & bonam famam.* Hoc
etiam arduum est, nominis ferre contumeliam: valde nan-
que animum commouet. Propterea dominus etiam beatos Matth. 5.
prædicat, qui opprobria ferant patienter. In tormentis enim
corpus cum anima partitur dolores, in contumelia verò bo-
nique nominis deturpatione, totum onus animæ imminet:
vnde & diuo Iobo isthuc cæteris plagis grauius erat. *Tanquã* Iob. 2.
seductores, & ueraces. Hoc est quod dixit, per ignominiam &
bonam famam. *Velut ignorati, & agniti.* Aliis nãque familiares & cogniti erant, alij verò ne nouisse quidẽ eos volebant.
Hoc autem idem est cũ eo quod dixit, per gloriã & ignominiã. *Tanquam morientes, & ecce uiuimus.* Hoc est, tanquã morti B
addicti & condemnati, ac quatenus ad mentẽ insidias struentium pertinet, morientes, per Dei autem potẽtiam ecce viuimus. *Tanquã castigati, & non occisi.* Permittit, inquit, hęc Deus, *Castiga-*
vt erudiat nos & castiget. Proinde nõ exiguum lucrũ est ca- *tionis uti-*
stigatio, pro præmiis quæ inde proueniunt. Ab Dauide au- *litas.*
tem hoc desumptum est. Castigans enim, inquit ille, casti- Psal. 117.
gauit me dominus, & morti non tardidit me. *Tanquam contristati, semper autem gaudentes.* Apud incredulos quidem
videmur mœsti esse, cæterum voluptas nobis est florida &
viuax. Non enim aliàs quidem lætamur, aliàsverò mœreremus, sed nunquam non gaudemus. *Tanquam mendici, multos*
autem ditantes. Opibus spiritualibus multos locupletes reddebat, diuitiis etiã externis nõ destituebatur. Etenim omniũ
ædes sibi apertas habens, opulẽtissimus erat, quippe qui aliis P
impertiri posset, eósque alere, perinde ac sanctos in Hierusalem. Indicat autem hoc & per sequentia. *Tanquam nihil habentes, & omnia continentes.* Qui enim nulli rerum temporalium ad victum & amictum pertinentium adfixus est, quæ
omniũ sunt habet. Si fieri posset, inquit, oculos vestros effossos mihi dedissetis. quomodo igitur huiusmodi, pecuniis
pepercisset erga Paulum? Hęc autem omnia illis recensuit, Galat. 4.
ne turbentur super quapiam re quæ tristis esse videbatur.
Os nostrum apertum fuit erga uos ô Corinthii, cor uerò nostrum explicatum est. Commemoratis certaminibus propriis atque labo
ribus, monstratóque ipsis narrationis modo, quomodo eos se
imitari oporteat, in posterum eos notaturus est, quasi nõ magna

D gna perinde dilectiõe eum prosequantur. Antea verò quàm hoc faciat, propriam suam eis charitatem ostendit. Semperquit, volo vobis loqui & disserere, ac citra intermissionem, cũque fiducia & libertate loqui. Hoc enim indicat per hoc quod ait, Os nostrum apertum est. Sic autem dicit, quia eos obiurgaturus est, indicans eam esse maximè dilectionem, ipsam videlicet loquendi libertatem. Non solum autem ore ostendo dilectionem meam, verumetiam corde, amplum illud & latum erga vos habens. Feruor enim dilectionis os etiam meum aperit, & cor meum amplum fecit, latúmque reddidit, vt omnes vos capiat. Vnde etiam infert.

Obiurgãdi fiducia, charitatis indicium.

Et non habetis angustiam in nobis: angusto autem loco constringimini in uisceribus uestris. Vos, inquit, in meo corde lato E citra angustiam locum habetis, idque quum tot tantique sitis. In vestris autem visceribus angustiam multam habetis, nec potestis latè capere me, quum tamen vnicus sim: hoc est ego quidem valde vos diligo, vos verò diligitis quidem me, & habetis me in visceribus, sed angusto loco & modo, non amplo. *Eandem autem retributionem, ceu liberis dico, dilatamini & uos.* Eandem, inquit, compensationem amicitiæ & æqualitatem vos adferte, ac latos vos quoque reddite, necnon explicate vos, perinde ac ego. Indicat autem hoc esse par: Vt si liis enim, inquit, dico. Nihil magni postulo. si quidem pater quum sim, à filiis amari cupio. interest enim puerorum hoc. *Ne ad alteram lancem acclinemini cum infidelibus.* Ne propter seipsum videatur hæc dicere, innuit se propter eorum commodum indigere amicitia vel amore illorum, per- F inde quasi dicat: Hoc est diligere me, si non commisceatis vos infidelibus, nec acclinetis vos ad partem eorum. Non dixit autem, non commisceamini, sed ne ad alteram lãcem inclinemini, hoc est, iniuria afficiatis iustum, quum acclinami ni & apponimini istis quibus non fas est vos acclinari. Verbum enim ἑτεροζυγεῖν, alteri lanci incumbere, de iniusta libra dicitur, quando nimirum altera lanx grauior extiterit. *Quæ enim est societas iustitiæ & iniquitati?* Hic non suiipsius & infidelium comparationem facit, cæterum Corinthiorum virtutis & ingenuitatis, illorumque prauitatis, quemadmodum si pater videat filium corruptum conuersatione hominum, ad eum dicat. Quæ est communicatio tuæ ingenuæ menti cũ illorum pollutiõe? Vos igitur re ipsa, inquit, iustitia estis, illi

illi verò iniquitas. quid igitur vobis cum illis commune est? A *Quæ autem communio luci ad tenebras? Quæ est concordia Christo ad Beliiaal?* Omnibus modis volens vt deficiant ab infideli bus, non dixit, quæ est societas illustratis lumine cum tenebricosis? vel, Christianis cum Belialitis? verum res ipsas pro personis posuit, lumen & tenebras, quod plus est, Christum & Beliiaal, quod significat desertorem vel defectorem. Hinc Beliiaal. autem omnino terribiliorem orationem fecit. *Aut quæ est pars fideli cum infideli?* Hic personarum meminit, vt ne videa tur vitia simpliciter accipere, vel virtutem commendare. *Quæ enim est cõuentio templi dei cum idolis? Vos enim templum dei estis uiuentis.* Qui Christo non dederunt nomen, increduli, templum idolorum sunt, vel ipsa etiam idola. Vos autem templum dei estis, non talis dei, quales vos fingitis, sed vi- B uentis. Quæ igitur conuentio, id est similitudo vel consensus vobis ad hos? *Quemadmodum dixit deus: Quoniam inhabitabo in ipsis, & inambulabo, eróque ipsorum deus, & ipsi erunt mihi in populum.* Vt ne videatur adulari, ex scriptura confirmat quomodo sint templum dei. Quod igitur deus in nobis habitet, prioris vitæ puritas sanè præbet: quòd verò ambulet conatus posthac & diligentia facit. Quum enim homo purus fuerit, inhabitat eum deus: pòst, si ad aliud quoddam opus moueatur, inambulare dicitur, quando iam Deus, eius quoque Deus sit, dum in patriarcharum ordinem peruenit. *Propterea egredimini ex medio eorum, & segregemini, & impurum nolite tangere, & ego suscipiam uos, dicit dominus.* Non dixit, ne Esaiæ. 25 agatis absurda, sed ne attingite quidem. Impuritas autẽ du- C plex est altera quidem corporis, altera verò animæ. animæ quidem, vt sordidæ cogitationes, & intueri impudicis oculis, vindictæ cupiditas, iniuriæ recordatio, doli, idque gen⁹ alia: corporis verò, vt fornicatio, adulterium, omnisque impudicitia. Vult igitur vtrinque nos esse puros. Egredimini igitur ex medio infidelium & segregemini, hoc est, soli agite, separemini, & puri estote, tum suscipiam vos. Quum enim discesseris à prauis, tum vnieris deo. *Et ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.* Viden⁹ qui prædixerit propheta, quæ iam in nos peruenit per baptisma, regenerationem, filiorumque adoptionem? Hiere. 31

CAPVT

D

CAPVT VII.

Has igitur habentes promissiones dilecti, purgemus nosipsos ab omni coinquinatione carnis & spiritus. Quales
H promissiones? Quòd templum simus dei, quòd habeamus eum inhabitantem in nobis, & inambulantem cum deũ tũ patrẽ, purgemus nosipsos ab impuris operibus (hæc enim carnis sunt coinquinatio) & à sordidis ac turbidis cogitationibus. hæc enim sunt contaminatio spiritus, id est animæ. *Perficientes sanctitatem in timore dei.* Non satis est abstinere ab impuritate, verum opus etiam quicquam boni perficere. Sanctitatem, id est puritatem ac temperantiam. In me
E tu autem dei apposuit, vel qui est idonea temperantia vt placeat hominibus, & non secundum dei metum: vel ostẽdit no-
Concupiscẽtiã, dei timor coerceat. bis quomodo hanc perficiamus, nempe in metu dei. Nã etiã si sæuiat cõcupiscentia carnis, timorem dei habe, ac tolletur insania. Non solam autem temperantiam per sanctimoniam intelliges, verum etiam quanuis in vita puritatem. *Capite nos, nemini ulm fecimus, neminẽ corrupimus, neminem fraudauimus,* Rursus sermonem de charitate mouet. Quia enim terruerat eos quum diceret quòd à deo resilirent, agglutinarenturque incredulis & impuris, nunc mitigat eos, inquiẽs: Capite
F nos, hoc est, accipite nos lato dilectionis campo, neque sit arctus nobis in vobis locus. Perstringens autem pseudapostolos, nemini, inquit, vestrum vim fecimus, in pecuniis: neminẽ corrupimus, hoc est decepimus, in doctrina impia mentem eius perdentes. neminẽ fraudauimus, hoc est, rapuim⁹ nõ quẽ stũ nostrũ fecimus verbi & prædicationis prætextu. *Non ad condemnationem hæc dico. Prædixi enim, quòd in cordibus nostris estis, ut simul moriamini, & simul uiuatis.* Non vt vos condemnem, hæc dico. Vnde perspicuũ est? ex charitate: quód in cordibus nostris sitis. Quia verò fieri potest vt quispiã diligat, nec velit tamen vnà periculis se submittere, propterea dixit, vt commoriamini. Ac quia multi lætos dies transigunt, amicis tamen non congaudent per inuidentiam, adiecit, & conuiuatis. Totum autem quod ait, est huiusmodi. In periculis nõ fugiemus vos, in secũdiore rerũ statu cõuiuemus, & non inuidebimus. *Multa mihi in loquendo libertas erga uos, multa mihi gloriatio de uobis.* Quia videbatur eos ferire cum diceret, Angusto loco constringimini, & capite me: defendit nunc

nunc sese, medicinam adeóque curam illis adhibens. Nõ vt A
condemnem vos, hęc locutus sum, sed ob multam meam, quã mihi de vobis polliceor, fiduciam ac libertatem, & quia cupio ad virtutem vos promouere. Quod enim vos non condẽnem, vel inde planum est, quòd etiam apud alios vestri nomine glorier. *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni afflictione nostra.* Quia correxistis ea propter quę vos in priore epistola condemnaui, consolatione me replestis. Nec solùm me consolati estis, quod est à tristitia discedere, verumetiam lætitia largiter me implestis. Lætitiæ nanque copiam indicat per verbũ ὑπερπερισσεύομαι, hoc est superexubero. Ac tantum, inquit, gaudium erat, vt in omni afflictione nostra sufficisset illud, extinxissetque hanc. Hæc porrò videtur pugnare cum iis quæ paulò ante de ipsis dixit, sed non B
pugnant. Et hæc enim & illa amantis sunt, illa quidẽ arguentis, hæc autem stabilientis quòd non ex inimicitia hæ sint increpationes, verum ex nimia dilectione. *Etenim quum uenissemus in Macedoniam, nullam habuit quietem caro nostra.* Enumerat calamitatem suam & afflictionem, attollitque sermone, vt ostendat ingens esse gaudium quod ex ipsis dimanet, siquidem tantum dolorem repulerit represseritque. Pulchrè autem dixit carni non fuisse quietem: anima enim diui Pauli est inuicta. *Sed undique in omni re affligebamur: foris pugnæ ab infidelibus, intus uerò terrores.* Propter imbecilliores fideles, vt ne seducantur à vanis fratribus. *Verum qui consolatur humiles, nos consolatus est deus aduentu Titi.* Quia multa eis tribuerat, producit testem Titum. Quis verò consola- C
tur humiles? Deus, inquit: ille & nos consolatus, est quando *Titus.*
Titum nobis misit. eius enim aduentus satis fuit vt dispergeret omnem afflictionem nostram. Inducit autem in animum, istum virum illis venerabilem & suspiciendum reddere. Quare magni admodum facit eius aduentum, & præsentiam. *Non solum autem aduentu eius, uerumetiam consolatione quam ipse accepit in uobis.* Non solum, inquit, ob eã causam quod mihi astiterit, afflictionis meæ tempore consolationem suum nactus, cæterum quia & huiusmodi vestram virtutem nobis denunciauit, ex qua & ipse solamen adeptus est, hoc est, gauisus est in uobis, suscipiens vos propter virtutes vestras. Attribuit autem eis hominem, quasi deprædicarit eos apud ipsum.

Annuncians

D *Annuncians nobis uestrum desiderium, uestrum luctum, uestrum zelum pro nobis.* Verisimile nanque erat eos lugere & dolere, quur ita ægro esset animo præceptor suus, quòd tanto item tempore abesset. Hinc non simpliciter dixit lachrymas, sed luctum: neque cupiditatem, sed ardens desiderium, hoc est vehementem inquisitionem: neque iram, sed æmulationem aduersus eum qui fornicatus erat. Propter me enim accensi estis & vsti, vt iussa mea capesseretis, vel aduersum pseudapostolos æmularemini pro me. Hæc autem dicit apostolus, non solum priores ictus & terrores curans, cæterum reuera etiam suscipiens eos qui sese emendarant, melioresque mores induissent. Fuerunt enim scelerati multi, & indigni his laudibus, attamen illos ipse non diducit, verum cum enco-
E mia, tum vituperia communia in medium ponit, dans ita cuilibet conscio eligere quod ad se pertinuerit. *Vt maiore ita gaudio sim perfusus, ex præsentia etiam eius exhilaratus.* Magis, inquit, gauisus sum, quia talia mihi de vobis annunciauit. *Itaque etiam si contristaui uos, me non pœnitet, quanuis pœnitebat*
1. Cor. 5. *me.* Etsi huiusmodi scripserim vobis, quibus excesserim medium obiurgationis, vt adeò me pœniteret quòd vltra modum vos increpuerim, ingens tamen commoditas quæ inde profluxit, non sinit me porrò pœnitentia duci. Hæc autem dicit, non quòd reuera immoderatè eos increpuerit, verùm vt præconia eorũ maiora faciat. *Video enim quòd epistola illa etiã si ad tẽpus, uos cõtristauerit. Gaudeo nũc, nõ quòd cõtristati estis, sed quòd contristati estis ad pœnitẽtiã.* Tristitia ad horã durat, est tẽporaria, commoditas autem perpetua. Lętor verò, non quòd
F contristati estis, quid enim lucri mihi accedit ex eo quòd vos mœreatis? sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Observa autem quomodo tristitiam epistolæ attribuat, neque dicat quòd profuerit eis quòd iuuerit eos, quod etiam verũ erat, sed illorum virtuti rem adscribit. Vos enim, inquit, perturbati estis. *Contristati autem estis secundum deum, ut in nulla re ex nobis damnum patiamini.* Obiurgati à nobis, conturbati estis secundum deum, ac in nulla porrò re à me læsi estis, damnumve passi. Omnes enim vos, & ipse qui extremè deliquerat per fornicationem, mores vestros correxistis. Præceptor enim tum discipulo damnum infert, quando delinquentem non obiurgat. si enim increpitus esset, facturus erat lucrum, emendaturusque erat sese discipulus. *Tristitia nanque*

Præceptor discipulũ peccãtem nõ obiurgãs, dãnum illi affert.

quæ est secundum Deum, pœnitentiam ad salutem, cuius te pœnitere D
non possit, efficit: mundi uero tristitia mortem operatur Philosophatur de mœrore, ostendens q̃ non semper sit noxia res mœror, sed quando secundum mundum fiat, hoc est, propter pecunias, propter gloriam, propter mortem obeuntes. Ipsa enim mundi tristitia mortem efficit, omnino animæ interitum, sæpenumero & corporis mortem. haud pauci enim ob has res perierunt. Propter peccata verò si quis volens tri- *Contrista-*
stabatur, secundum Deum contristatur. Medicina enim hæc ad *tio pecca-*
hanc ægritudinem sola commodat, haud pœnitendam salu- *ti medela*
tem efficiens (nemo enim seipsũ condẽnat peccati nomine perturbatur) eáque medela à morte animæ hominẽ eripit. *Ecce enim quod secundum Deum contristati fuistis, quantum in uobis effecerit studii ac diligentiæ.* Non ab aliis, inquit, demonstro commoditatem ex mœstitia quæ est secundum Deum, prouenientem, sed ex vobis. Non tantum enim nõ pœnituit vos q̃ perturbati fueritis, imò potius studiosiores magisque sedu E
li facti estis. *Sed defensionem.* Erga me. Defendistis enim me, quia resipuistis. *Sed indignationem.* Erga eum qui fornicatus erat. *Sed timorem.* Erga me: metus enim erat tanta adeóque festina correctio. *Sed desiderium uehemens.* Erga me. Quum dixisset metũ, ne putaretur ista ex autoritate quadam suiipsius dicere, breuiter correxit desiderium inquiens, quod charitatis, non potestatis erat iudicium. *Sed zelum.* Pro Deo. *Sed ultionem.* Legum Dei: vlti enim estis iniuriam passos. *In quauis re exhibuistis uos, ut casti essetis in opere.* Non solùm, inquit, nihil tale estis ausi quale commisit fornicator iste, sed ne consensistis quidem, neque oblectati estis. Quia enim in priore epistola dixerat, Et vos inflati estis, q̃ 1. Cor. 5.
eos socios constituebat sceleris, talem, inquit, iamnunc suspicionem de vobis detriuistis, demonstratisque vos esse puros F
ab hac reprehensione. *Igitur etiamsi scripsi uobis, non propter eum scripsi qui iniuste egerat, neque propter eum cui uis illata erat, cæterum ut manifestaretur studium nostrum pro uobis erga uos coram Deo.* Ne dicant ei, Quid igitur increpas nos, si sancti & casti in opere fuimus? ait: Adeò habeo gratiam literis illis, nec pœnitet me obiurgationis. Itaque dico quod propter hoc ipsum hæc scripserim, vt dilectio mea & studiũ meũ pro vobis manifestetur erga vos coram Deo, hoc est, inspectante Deo, quoniam verus est. Metuebam enim ne & in vos per-

t uenisset

D ueniret contagium. Quem autem dicit iniuriam intulisse, &
Fornicantes se inuicem iniuria affeciunt. iniuria adfectum? eos qui fornicati erant vtrique enim se mutuò iniuria adfecerunt. Quomodo autem dicit, quoniá non propter hos scripsi: Hoc est scripsi quidem propter hos etiá, sed non præcipuè vel sigillatim propter eos, propter vos verò potius, cauens atque operam dans ne ciuitas vniuersa lædatur, perinde ac quum dicit, Nonne Deus curam gerit bo-
1. Cor. 9 um? non hoc dicit quòd Deus nulla boum cura tangatur, qui enim aliàs perstitissent? verùm quia propter illos Deus præcipuè non sancit leges. *Propterea consolationem accepimus.* Eò quòd studium meum apparuit pro vobis, nec fraudatus sim spebus meis, propter hoc (inquit) maximam consolationem accepi, *Super consolatione autem uestra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi.* Nunc verò ad consolationem qua
E consolati estis me, vt dictum est, longè adhuc vehementius gauisus sum super gaudio Titi. Ipsa verò lætitia & consolatio ex vobis est, & propter vos. Ait ergo deinceps. *Quoniam recreatus est spiritus ipsius ab omnibus uobis. Nam si quid gloriatus sum uestri nomine, non sum pudefactus.* Eam ob rem exhilaratus sum, inquit, quòd inuenit vos Titus tales, quales ego ipse dixi vos futuros. Proinde & ipse recreatus est quū tales vos inuenerit, neque quicquā asperum aut iniucundum ipsi ab vobis occurrit. Quòd verò Paulus gloriatur discipularū nomine indicat virtutibus eos conspicuos fuisse, ipsúmque liberorum amantem. Tales igitur hodiéque conuenit discipulos esse atque præceptores. *Verum ut omnia in ueritate locuti sumus uobis, sic & gloriatio nostra super Tito uera fuit.* Vt, inquit, quæcunque prædicaui vobis, vera fuerunt, vel quiave
F risimile erat enm de Tito ipsis encomia dicturum, quemadmodum igitur hæc omnia vera, sic quæcunque de vobis gloriatus sum, vera visa sunt. *Et uiscera ipsius abundantius sunt erga uos.* Titum ideo ipsis commendat, vt & ipsi rursus eum diligant, ceu colligatum ipsis, & incensum pro ipsis amore & igni spiritus. Hinc enim dixit viscera eius, vt affectum & ignem genuinę charitatis indicet. *Quum recordatur omnium uestri obedientiam, quod cum tremore & timore recepistis ipsum.* Causas reddit propter quas Titus eos adeò diligat ostēdens principiū dilectionis ex ipsis esse, simúlque eos ad hanc adhortatur. Non enim simpliciter charitatem aut studium vestrum erga ipsum ostendistis, sed obedientiam, tanquam liberi,

liberi patrem recipientes, imò tanquam etiam principem, A
Timoris & charitatis coniunctio. tum timore, adhuc autem & cū tremore. Duplicem enim ipsis virtutem inesse testatur, dilectionem, veluti ad patrem, & metum, tanquam ad principem, vt neque charitas citra timorem deficiat, neque timor sine dilectione iniucundus sit, non placeat. *Gaudeo, quod in omnibus confido in uobis.* Non propter Titum tantum gaudeo, quòd honoratus sit à vobis verùm quia tales vos inuenio, qui non pudefaciatis me, sed potius confidentem reddatis, ac liberum loquendo propter vos & apud vos, in omni re ac tempore. Aliàs autem confido etiam ac polliceor mihi de vobis, quòd quæcunque dixero vel fecero, libenter vos suscipiatis, & ad vestram emendationē, siue vituperare siue cōmendare quenquā opus fuerit.

CAPVT VIII.

M *Anifestamus autem uobis fratres gratiam Dei quæ data* B
est ecclesiis Macedoniæ. Non frustra in superioribus, multis præconiis eos euexit, verùm antealeniit eos, quia ad paupertatis amorem eos adhortaturus erat. Pro- *Suprà. 7.*
pterea enim & suprà dixit, Confido in vobis, hoc est, quæcunque vobis dico, facitis. Non dixit autem statim, Date eleemosynam, sed quæ ab aliis acta erant, in medium promēs ad simílem zelum & hos adhortatur. Obserua autem quomodo gratiam Dei misericordem mentem appellet, partim quidem gratum inuidiaque carentem sermonem faciens, C
partim vt Corinthios prouocet, quò & ipsi idem donum arripiant. Non dixit autem huic vel illi vrbi, verum totam Macedoniam commendat, vt & ipsi omnes ex æquo ad simila respiciant. *Quoniam in multa probatione adflictionis, exuberantia lætitiæ ipsorum.* id est, multum afflicti, & sic vt probati fiant per patientiam, non succubuerunt tamen, sed magis gauisi sunt, & non simpliciter, verùm cū exuberantia. *Ac paupertas eorum ex profundo, exuberauit ad diuitias simplicitatis eorum.* Hoc est, quemadmodum ingens adflictio exuberauit in lætitiam, sic ingens & profunda eorum paupertas non solum non impediit eos ad eleemosynam, sed exuberare potius eos ad opes persuasit. Non dixit autem datorū, sed simplicitatis, hoc est, abundantis ac diuitis consilii & sententię, quæ facilè impertit. Non enim ex multitudine donorum,

D sed ex voluntate iudicatur honoratio. Hoc autē mirandum

Beneficiū nō multitudine donorū, sed charitate metitur.

q; ex tanta paupertate (direpti nanq; sunt à proprii contribuibus) tantum ostenderunt honorē, tantámque liberalitatem. *Quoniam secundum uires testificor, & supra uires, suapte sponte, cum multa adhortatione rogantes nos.* Interpretatur quod dixit, pro viribus inquiens, suis, imò & supra vires, hoc enim appellat exuberantiam simplicitatis, supra vires, inquam. Quinetiam non admoniti ab nobis, verum sua sponte. Ecquid hoc dico? illi ipsi adhortabantur nos & rogabant. Hæc autem dicit, vt & ipsos commonefaciat non tam vt multa dent, quàm vt cum alacritate dent. Hanc ob rem immoratur in eodem sermone. *Gratiam & communicationem ministerii erga sanctos.* Deest, adhortabantur nos suscipere ministerium hoc Gratiam autem dixit, vt postquam æmulatores fuerunt spiritualium charismatum Corinthii, accurrant etiam huic veluti charismati, perinde ac suprà cōmemoratum est. Communicationem autem vocauit, vt discant quòd non solùm dent, verumetiam accipiant. *Et non quemadmodum sperauimus.* Non speraſſemus, inquit, quòd quum in tanta paupertate & afflictione essent, nos rogare in animum induxissent vt susciperemus ministerium eorum. *Sed seipsos dederunt primum domino, & nobis per uoluntatem dei.* Alias eorū virtutes hic commemorat, testimoniū illis perhibens. Non enim postquam eleemosynæ curam gesserunt, excæcati alia neglexerunt, cæterum seipsos dederunt totos domino, ad omne opus deo gratum prorsus, & non cum duplici animo nutantes. Nobis autem dederunt seipsos, hoc est, in omnibus obedientes & subiecti fuerunt, charitatem ostenderunt per voluntatem deo, hoc est, vti deò placet, & non humanę rationi. *Vt nos adhortaremur Titum, ut quemadmodum iam antea cæpisset, in uobis sic perficeret gratiam hanc.* Adeò, inquit, illi sese ad eleemosynam dederunt, vt ego conspicatus rem, anxiè cogitarem pro vobis, ne ipsis inferiores essetis, ac propterea adhortarer Titum vt veniret ad vos, quod ipse iam antea exorsus erat, id est, proposuerat in animo venire ad vos priusquā eum commonefacerem. Iuri autem eorum stabilit Titum, ac planè proprium ipsis facit, ob eam nimirum rem, vt si venerit, atque de eleemosyna consultet, facilius ei credant, ceu cogitanti quæ ad eorum salutem faciant. Rursus autē gratiam vocauit rem magnum enim reuera est donum dei, vt quod

eum in quo est, adequare possit deo. Vnde & sapiens quispiā dixit: Magnum quiddam homo, & preciosum quiddam vir misericors. *Sed quemadmodū in omni abundatis fide, & uerbo, & cognitione, & omni studio, & charitate uestra in nobis, ut & in hac gratia abundetis.* Cum laudibus adhortatur, inquiens: Quēadmodum cætera omnia abunde tenetis, sic & hoc loci: non vt detis, verum vt exuberetis vel supra Macedones, vel vt largi sitis simpliciter. Fide autem charismatum indubitata, verbo verò sapientiæ, cognitione & scientia doctrinarum, & omni studio erga aliā virtutē, & charitate quæ ex vobis est in nobis. Prędixit enim, Indicastis Tito dilectionē vestram in me, æmulantes pro me. *Non secundum mandatum dico.* Hoc est, non cogo vos, neque velut in meam vos potestatem redigo. *Verum per aliorum sedulitatem, uestram genuinam charitatem explorans.* Hoc est, propterea laudo Macedones, vt per illorum diligentiam, vestram erga pauperes sanctos dilectionem probatiorem demonstrem & fulgentiorem. *Nostis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quod propter uos pauper factus est quā diues esset, ut uos illius inopia locupletes redderemini.* Hoc est, cogitate, expendite vobiscum ingens mysterium, & nulli parcite. Si enim non credis q; paupertas diuitiarum sit effectrix, reputa tecum domini tui causam, & non amplius dubitabis. Nisi enim ille pauper factus esset, hoc est infrà positam & ingloriam carnem suscepisset, aliáque cuncta contumeliæ plena sustinuisset, idque propter nos indignos inimicos suos, nos haud essemus ditati. Quales autem opes ait? pietatem, puritatem & purificationem, sanctificationem, cæteráque bona, quæ cum dedit, tum daturus est. *Et consilium in hac re do, hoc enim uobis commodat.* Animaduerte quomodo minimè molestus esse contendat. consilium enim, inquit, do, id est, consulo, non necessitatem impono. Isthuc autem consilium do & facio, quod vobis magis prosit accipientibus. *Qui non solum facere, uerumetiam uelle iam inde ab anno superiore exorsi estis, nunc autem & perficistis.* Non porrò ex aliorum studio eos commonefacit, cæterum ex sua ipsorum cupiditate. Sponte, inquiens, vestra ad hoc venistis, nec fundamentum tantum iecistis ad facere ipsum, verum & ad velle, hoc est, ad hoc vt voluntarii nullo etiam adhortante faciatis. *Nunc igitur consilium uobis do, ut & opus*

Pauptas diuitiarū effectrix.

Diuitiæ Christianorum.

D perficiatis, *ut quemadmodum promptitudo est ex uoluntate, sic & transactio rei sit ex eo quod habetis.* Vt ne ad promptitudinem vsque ad bonum consistat, verum & perfectius fiat. Perinde nanque vt promptitudinem & deliberationem vo-
Macedo- luntas facit, sic & opus ex habere nascitur. Qui igitur ha-
nes. Thes bet, impleat opus, æquè ac qui non habet, voluntate ac de-
salonicen liberatione compleuit. *Si enim promptitudo præsto est, quate-*
ses. *nus habuerit quispiam, grata erit, non quatenus non habet.* Intue re sapientiam, qua ratione Macedones, Thessalonicenses inquam commendans, quòd plura quam potuerint præstiterint, ab his nihil vltra vires poscat. Si igitur animos pronos habueritis, pro virili quæ potestis contribuite, ac suscipiet hæc Deus. *Non enim ut aliis sit remissio, uobis autem adflictio.* Non vt alii in quiete ac deliciis agant, vos verò
E supra vires elargiamini, vt ex hoc penuriam & afflictio-
Mar. 12. nem sustineatis. Atqui dominus viduam etiam laudauit quæ omnes facultates suas impertiit. Verumenimuero Paulus hoc numero non agit, partim quòd imbecilliores erant, partim quòd opulenti erant, vnde omnino si pro viribus suis dedissent, præclara & eximia contributio fuisset. Deinde venit in spem Thessalonicensium exemplo eos magis excitandos, quare illorum arbitratui & potestati rem relinquit. Præterea in sequentibus subobscurè ad eandem rem inhortatur. *Sed ex æqualitate in præsenti tempore uestra exuberantia cedat in illorum indigentiam, ut & illorum exuberantia in uestram uergat indigentiam.* Hoc est, efferimini vos opibus & pecuniis vestris, illi autem attolluntur fiducia & libertate erga Deum. Date igitur ex iis quibus exuberatis pecuniis, quibus illi distuntur, vt accipiatis a copia & fiducia qua illi quidem
F locupletes sunt, vos autē inopes. Animaduerte quomodo
Pandun clanculum confirmet ac probet vt supra vires etiam dent. Si
etiā supra enim vis abunde accipere, da etiā abunde, sin totam uis om-
uires. nino compensationē accipere. tu pariter totum exhibe, hoc est, ex abundantia, adeoque plura quam possis. verùm id clā
Exo. 16. (vt dixi) agit. Hactenus igitur, vt apparet, pro viribus dare commendat. *Vt fiat æqualitas, quemadmodum scriptum est, Quoniam multum non exuberauit, & modicū non defecit.* Quanam ratione fit parilitas? si & vos & illi exuberantia permutetis, ac defectus repleatis. Eequę est parilitas spiritualia pro carnalibus dare? Non secundū preciū quo magni quicquam æstimatur

æstimatur, nec secundum vtilitatem rerum quæ dantur, vel A
permutantur, æqualitas dicta est, verùm si ex eo quo abūdatis, detis vos, ac rursum si quo illi exuberant, vobis communicent: ac iterum si quo indigetis, ab illis accipiatis, & illi, quo opus habent, ab vobis accipiant. Secundum hoc est æqualitas. Præcipuè autem in præsenti tempore ea locum habet æqualitas: in futuro autem plurimum excellunt ea quæ ipsi donant. Proinde submittite vos opulennti, siquidem in *Mānæmy* præsenti tempore uos pauperes antecellunt. Producit autem *sterium.* quod de manna factum est, partim vt indicet quomodo fiat æqualitas: quando videlicet qui multum habet diues, dederit quod sibi superfluit, ei cui parum est, sic fit vt ipse neque abūdet, neq; alter deficiat, vt qui ab illo acceperit quo quod deerat compleret. ac rursus idem fit in fiducia erga deum. B
partim verò maius etiam aliquid perficit, ob oculos ponens opulentis, ꝙ quemadmodum in manna, qui plus collegerāt, & qui minus, omnes eandem habere mensuram inueniebantur, deo auaritiam & insatiabilitatem eorum puniēte: sic hodieque non oportet nimium expetere. *Gratia autem deo, qui dedit eandem curam pro uobis in corde Titi.* Quum de eleemosyna, quantum res poscebat, disseruisset, deinceps commendat qui eam ob rem missi erant, vt omni suspicione carentes, vehementius eos ad alacritatem & promptitudinem cōtribuēdi impellant. Quia verò inter hos primus erat Titus, laudat eum, Deique opus esse dicit quo ad ministrandum eccle-
siis sit excitatus. Eandem enim curā & solicitudinem, quam & ego habeo pro vobis, Deus menti eius imposuit. Hinc ve- C
rò hortatur eos vt dignam se faciant contributionē. Si enim Deus Titum excitauit, Deus etiam in posterum per eum petit: par est ergo vt deo dignam eleemosynam faciatis. *Quoniā adhortationē accepit: studiosior aūt quū esset, suapte sponte egressus est ad uos.* Vñ planū est ꝙ deus Titū excitauerit? Quoniā cōmonefactus à me, prōptè & alacriter adhortationē ab me suscepit, neq; quicquā murmurauit, imò & sua spōte exiuit, vt etiā si ego ipsum non essem adhortatus, propriū tamē studiū suū demōstrasset. *Misimus aūt unā cū ipso fratrē, cuius laus in Euāgelio per omnes ecclesias.* Nōnulli Lucā hīc intelligi aiūt, *Prædicx-*
propter Euangelium quod scripsit, nonnulli verò Barna- *tio etiā nō*
bam accipiunt. Nam & prædicationem non scriptam, Euā- *scripta, e-*
gelium vocat. Non immoratur autem in huius præconiis, *uāgeliū.*

D perinde ac in Titi, forsan ideo, quia Corinthiis non erat cognitus, Titus autem abunde notus erat. Attamen & sic idoneum encomium adeóque præclarã laudem texit. Non enim simpliciter dicit, Euangelion prædicat, verumetiam laudatur, nõ ab duobus vel tribus, sed ab omnibus planè ecclesiis. *Non solum autem, uerum & electus ab ecclesiis, ut simul nobiscũ proficiscatur cum gratia hac quæ a nobis administratur.* Commendat hominem ex iudicio eorum qui ipsum selegerunt. Non enim tantummodo euangelij verbum prædicans cõmendatur veluti probatus, verùm ab ecclesiis electus est etiã, vt simul nobiscum proficiscatur. proinde cum tentationum tum periculorum est socius. Hæc autem Barnabæ magis quadrant. Electus est autem ad gratiam hanc, hoc est ad pecuniarum mi-
E nisterium, vt vnà nobiscum sit administer. *Ad ipsius domini gloriam, & promptitudinem uestram.* Hoc est, vt deus glorificetur, & vos promptiores reddamini, seu pecuniarũ receptores probati sint, adeóq; spectatæ fidei, vt nemo aduersum ipsos suspicionem parere queat. *Veriti hoc, ne quis nos carpat in plenitudine hac, quæ administratur a nobis.* Decet hoc quod hîc ait, sanctam Pauli animam, ingentémq; curam & permissionem. Eam enim ob rem, inquit, tales misimus, nec vnum, sed plures. συλλάμενοι, id est suspicantes, & metuẽtes ne quis finistram de nobis opinionem concipiat, qua cogitet nos quicquam è pecuniis in vsum nostrũ sublegere. Nec dixit, ne vos, sed nequis alius: ne succenseant si intelligant se in tali apud Paulum esse suspicione, quippe qui huiusmodi de Paulo ve-
F reantur. Et plenitudo ipsa, id est copia pecuniarum, satis est efficax vt prauis suspicionem præbeat, nisi securitatẽ demon

Scandalũ fratribus ponere Paulus uetatur.

strauerimus, ac omnia esse in tuto. *Præuidentes bona nedum coram deo, uerũetiam coram hominibus.* En Pauli mentem, quàm solicitus fuerit ne scãdalum poneret fratribus. Non enim dixit, ego purus sum, lugeat qui vult: sed quemadmodum, inquit, coram deo præuideo, hoc est, curo videri inculpatus, sic & coram hominibus: ac quanto sunt imbecilliores, tanto magis illis acquiescendũ, quandoquidẽ & paruulis pueris condescẽdamus, si laturi simus eos. *Simul autẽ misimus ipsis fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe studiosum esse, nunc autem studiosiorem fiducia multa erga uos.* Alterum addit, fratrẽ eum nominãs, & cõmendans ipsum ex hoc quòd probarit ipsum iudicaueritque studiosum esse & in multis argumentis, & sæpe.

pe. Laudis autem exaggeratio est, hac ratione geminare dictionem. Nunc autem, dicit, studiosior factus est, tanquam confidens quòd vos largiorem eleemosynam facturi sitis, quã administraturus est. *Siue super Tito, socius meus, & ad uos adiutor.* Hoc est, si quid mihi dicendum, super Tito eadem dicenda sunt, quòd collega meus sit, adiuuans me in institutione vestri & commoditate. Vel, si quid Titi nomine factu ri estis, non vulgaris cuiuspiam nomine facietis, sed collegæ mei. *Siue fratres nostri.* Hoc est, siue pro aliis vultis quicquã audire, & illi multum iuris habent quur fide digni vocẽtur: etenim fratres nostri sunt. *Apostoli ecclesiarum.* Hoc est, ab ecclesiis missi & electi. *Gloria Christi.* Quod omnibus maius est, posterius posuit. In Christum, inquit, omnia referuntur, quæcunque illis obtingunt, vel eis accidunt. *Demonstrationem igitur charitatis nostræ & gloriationis nostræ pro uobis, erga ipsos ostendite in facie ecclesiarum.* Nunc ostendite, inquit, quomodo diligatis nos, quomodo etiam nos non frustra gloriemur de vobis. Monstrabitis autem, num charitatem in ipsos ostẽdatis. Etenim & in faciem ecclesiarum facietis, quod facietis ad hos, hoc est, ad gloriam ecclesiarum. Faciem nanque ecclesiarum habent illi, quæ mittunt ipsos.

CAPVT IX.

D *E ministerio erga sanctos, superfluum est mihi scribere uobis.* Quum hęc antea dixerit, póstque hac rursum dicturus sit, superuacaneum sibi tamen dicit de his C scribere. Sapienter autem hoc facit, vt magis eos attrahat. Pudefient enim si Paulus eandem de ipsis suspicionem habeat, quoniam neque opus habent consultatione vel consilio ad id vt misereantur sanctorum, deinde quia tales sint, de quibus non sit opus suspicari q̃ viscera sua indigentibus fratribus non aperiant, vt misererentur. *Noui enim promptitudinem uestram, qua de uobis apud Macedones glorior, quoniã Achaia parata est ex anno superiore.* Noui, inquit, & ipse animi vestri promptitudinem, nec hoc solum, verumetiam glorior apud alios, quòd parati sitis. Porrò tota Achaia, inquit, non sola Corinthus, parata est, neque quicquam deest, nisi vt veniant qui pecunias accipiant. Quare pudori mihi est si videar frustra & falso gloriari. *Æmulatio etiam uestra prouocauit plurimos.*

Atqui

Sup. 8. *Aemulationis ad uirtutem stimulus.*

D Atqui suprà dixit, Sponte vestra & rogantes nos: quomodo ergo nunc dicit, Aemulatio vestra incitauit plures? Non dixit omnes, sed plures. Alij nanque sua sponte et rogantes nos contribuerunt, alij autem per vestram sunt æmulationé incitati: siquidem plures stimulo habent opus. Vel quia non consuluimus, non adhortati sumus, sed tantùm laudauimus vos, idque satis fuit eis ad adhortationem. Viden' quomodo & illos per hos excitet, hósque per illos? Doctores, inquit, illis facti estis. ne igitur discipulis videamini inferiores, *Misi autem fratres, ut ne gloriatio nostra de uobis, uana fiat in parte hac, ut quemadmodum dixi, instructi sitis.* Seipsum veluti partem Corinthiorum quandam facit, certátque pro ipsis. Ait enim: Quia postquam vestri nomine gloriatus sum, metui ne pudefieremus, misi fratres, vt ne euacuetur, id est frustraria & vana arguatur gloriatio mea de vobis. Ego enim apud omE nes propter vos ornor, hinc & gloriatus sum apud illos. Itaque si deficiatis, communis est ignominia, sed non in omnibus, verùm in hac sola parte, hoc est, vt ne pudefiam in hoc solo de eleemosyna argumento & consilio, sed parati sitis, perinde ac dixi Macedonibus, ℘ proni sint in tota Achaia omnes, neque quicquam eis deest. *Ne ulla ratione, si uenerint mecum Macedones, pudefiamus nos ne dicam uos, in hac substantia gloriationis.* Rursus circa eadem versatur, intenditque certamen ab humanis rationibus ipsos permouens. Maior enim est ignominia, si quisquam apud alienas personas rubore suffundatur. Forsitan, inquit, mihi confiditis ceu ignoscenti vobis: atenim Macedonas animo voluite, qui forsan mecũ venient. verisimile est enim hoc. Et si inuenerint vos, nõ dixit
F se, aut celeriter non contribuere, pudor est, quanto magis omnino nihil contribuere, vel minus quàm par sit? Corrigit autem sermonem dicens, Quoniam nos pudefiemus, vt ne dicam ℘ vos, in materia gloriationis huius, hoc est, non alia in re pudefiemus, præterquam in sola de eleemosyna gloriatione, ℘ cætera vestra reprehensionem non admittant. Hoc autem dicit non adulans eis, verùm promptiores potius reddens, vt ne in aliis probati, in hoc non inueniantur probati, sibique ipsis inferiores. Quum ait, vt ne dicam & vos, ostendit quòd ipsi maiorem sint ignominiam relaturi: ipsorum nãque peccatũ est. Substantiam autẽ, subiectum, vel materiá vel rem

vel rem ipsam, vel gloriationis essentiam intellige. *Necessarium igitur putaui præmittere fratres, ut præparent hanc benedictionem uestram, ut sit parata, sic ut sit benedictio, & non circunuentio.* A
Vt ne videatur sibi contrarius esse (quum enim suprà dixisset, superuacaneum mihi est scribere, nunc de his rursus disserit) obseruandum est quòd hîc de largitate & liberalitate disputet, ac de alacritate quam operi adhiberi par est: horum enim gratia sese misisse fratres adserit. Duorum porrò pugnantium inter se admonens, vt dent auide cum quadam ambitione, & cum promptitudine animi sapientissimè vtraque aggreditur. Prius enim de alacritate eius qui dat, disputat, post de altero etiam capite. Ait igitur: Benedictio est quod B datur, nemo autem benedictionem dans contristatur. Ostendit autem eos statim fructu suo germinare, benedictionéque repletos eos qui præbent. Neque hoc illi satis fuit, sed adiecit, & non veluti circunuentionem. Ne igitur existimetis, inquit, quòd veluti circunuenientes vos, hæc accipimus, sed volentes benedictionem vobis præbere. Quare qui dat inuitus, veluti fraudatur. *Hoc autem, qui seminat parce, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet.* Ad aliud caput iam transit, quod est de dando largiter, inquiens: hoc etiam adiicio ad ea quæ commemoraui, ℘ nõ parcè oporteat dare. Et non dixit modicum quiddam, sed celebratius parsimoniæ vocabulum posuit. Ac semen opus ipsum vocauit, vt protinus ad permutationem respicias, ac discas quòd plura accipias, quàm des. Quum enim dixisset quòd largiter dandum sit, rursus etiam meminit quòd cum animi alacritate pronáque mente dandum sit. Quod enim C ait: seminans in benedictionibus, hoc indicat, perinde ac in superioribus dictum est. *Vnusquisque enim ut in corde statuit, non ex mœrore, aut necessitate. Hilarem nanque datorem diligit deus.* Inmoratur argumento quod de promptitudine in dando adduxit, compertum habens Macedonum exemplum sufficere ad hoc vt excitet eos quò plura dẽt, vtq; rubore suffundat ac pudefaciat eos, si inferiores illis appareant. Ipsorum autem mentẽ sanat, vt sit etiã virtus quod ab ipsis fit, si enim inuoluntariũ est quod faciũt, non est virtus. Vt igitur verus præceptor, discipulos suos omnino vult pro virtutis ratione ac formula facere quod faciunt. Simul autem vt merces ipsis

Cap. 8.

Eleemosynarũ fructus. Eccle. 35.

tota

D tota contingat, voluntarió faciunt bonum. Quocirca inuolũtariam succîdit mercedẽ. Ob eã cauſam, inquit, vnuſquiſque vt in corde ſuo prædeliberat, non ex mœrore aut neceſſitate. Teſtimonia præterea ex Solomõe producit. Atqui ſermo ſapienti de largitate dictus eſt, ipſe vero intellexit eum de prona in dando mente, aut ſi malis, ad vtraque retulit. *Potens eſt autem deus omnem gratiam exuberãtem facere erga uos.* Hiſce verbis diluit ac tollit cogitationem, quam multi debemus, Si multa (dicentes) dedero, metuo ne iam ad paupertatem redigar. Ait igitur: deus poteſt adeò vos rerum copia affluẽtes facere, vt & omnem gratiam, hoc eſt elemoſynã poſſitis cum exuberãtia facere. Date igitur largiter, vt & eleemoſyna veſtra magis magisque exuberet. *Vt in omni re omnem*

E *ſufficientiam habentes, exuberetis ad omne opus bonum.* Viden'? non opes ipſis exoptat, ſed ſufficientiam. Hoc autem dicens, indicat quòd neque adigat, neque compellat eos ex defectu dare: neque enim ſufficientiam deinceps haberent. Simul autem vbinam oporteat donis dei vti. Vt abũdetis, inquit, ad omne opus bonũ. Siquidem in carnalibus, vobis ſufficientiam adopto: in ſpiritualibus aũt (hoc enim eſt quod ait, ad omne opus bonum) abundantiam etiam vobis imprecor, vt nedum abunde miſericordes ſitis, verumetiam omne opus deo placens auidè faciatis. *Sicut ſcriptum eſt: Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſempiternum.* Vt confirmet quod dixit, Vt

Pſal. 111. exuberetis, ex propheta teſtimoniũ protulit: Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſempiternũ. Porrò dictio

F diſperſit, liberalitatem & exuberãtiam inidicat. Pecunię igi-

Iuſtitia, clemẽtia. tur & facultates non manent, iuſtitia autem, hoc eſt amictus ergo homines affectus (ſic enim clementiam vocat, ceu eam quę hominem iuſtificet, ac peccata ſoluat) ea igitur perdurat in ſempiternum, & hoc & futuro ſeculis permanet. Hîc enim miſericors ab omnibus diligitur, ac poſteris, ab illis clementibus dico, propagati, ſunt in precio. *Qui autem ſuppeditat ſemen ſeminanti, & panem in cibum, ſuppeditet & multiplicet ſemen ueſtrum, & creſcere faciat germina iuſtitiæ ueſtræ.* Exoptat hîc illis & corporalia & ſpiritualia, verboq; ſuo autoritatem cõciliat ab ſenſibili adeoque externa agricultura. Si enim terrę ſemina mandantibus deus impertit ſemen, ac ſi corpus alentibus, alimoniam præbet: quanto potius cœlum colentibus, animamque alentibus, ſuppeditabit ſumptum? Dicẽs igitur,

ſuppedi-

ſuppeditet & multiplicet ſemen veſtrũ, de ſenſibus ſubiectis A opibus intelligit, quas vult ſpirituale ſemen effici, dum paupertibus erogãtur. Hinc enim creſcit omne opus in vobis, atque adeò iuſtitiæ actus prodeunt, & aſparagos ſuos emittũt. Propterea infert, & creſcere faciat germina iuſtitiæ veſtræ. Repone autem hîc in mentem, quòd non delicias aut voluptatem, ſed alimoniam, ſed victum impertientẽ deum introducat: panem, inquit, in cibũ. Ex Eſaia hoc deſumptum eſt. *Eſaiæ. 55*

In omnibus diteſcentes ad omnem ſimplicitatem, quæ efficit per uos gratiarum actionem deo. Indicat hîc rurſus quî nos diuitiis vti *Diuitiis* oporteat, quoniam non ſunt defodiẽdæ, cæterum cum libera *quomodo* litate quadam ſunt erogandæ. Quum enim haud parum mul *ſit utẽdum* ti in ſcorta & mimos ſimplicitatem oſtẽdant, Talem, inquit, ſimplicitatem puto, quę multam gratiarum actionem adfert B deo, imò verò non ſolam gratiarum actionem, verùm multa alia quæ in progreſſu epiſtolæ deinceps ponit, vt ſi commõſtret pleraque bona ex ſimplicitate progigni, proniores eos ad hanc efficiat. *Quoniam miniſterium ſacri & oblationis huius, non ſolum replet defectus ſanctorum, uerumetiã exuberat multa gratiarum actione erga deũ per probationem miniſterii huius, glorificantes deum in obedientia confeſſionis ueſtræ in Euangelium Chriſti, in ſimplicitate conſortii in ipſos & in omnes, & ipſorum precatione pro uobis, deſiderantium uos uehementer propter excellentem gratiã dei in uobis.* Miniſterium, inquit, id eſt ſuppeditatio hæc & contributio, multa perficit. Etenim non ſolum modo replet egeſtatem & indigentiam fratribus, verumetiam exuberat, hoc eſt, plus quàm neceſſarium ſit, ipſis impertit multæq; gratia- C rum actiones fiunt per exploratum hoc & cõfeſſum propter humanitatem & clementiam largientium, miniſterium. Glorificant enim deum, quod ſic ſubiecti ſitis, obedieritisq; Euangelio, vt expleatis iuſſa eius cum liberalitate. Eleemoſynam enim Euangelium ipſum docet. Alia etiam ratione glo *Lucæ. 11.* rificant deum, quãdo ſimplicitas & bonitas veſtra non in ſolos ipſos, verùm in omnes etiam fideles pauperes effunditur. Non enim inuidiæ affectu laborant, reliquorum mẽdicorum inſtar, verũ gratias agunt & aliis etiã dederitis: quod maximę virtutis eorum argumẽtum eſt. Quare huiuſmodi largius *Bonis largiẽdum* eſt, qui adeò inuidia vacant, qui adeò virtutibus cõ *gi⁹ donã-* pti. Inſuper pro vobis etiam apud deum interpellãt, vt digni *dum.* iudicentur videre vos, non pecuniarum cauſa, verùm ob excellentem

D cellentē dei gratiā excellēter vobis datā. Rursus aūt gratiā, eleemosynæ causam vocauit, omnia ita deo accepta referēs, vt ne ipsi attollātur. Quū aūt dicit excellentē gratiā, excitat vt largiorem eleemosynam faciant, ne exuperentur aut vincantur ab aliis. *Gratia autem deo, pro inexplicabili eius dono.* Donum hīc nominat bona ipsa quæ per eleemosynam fiunt tum dantibus, tum accipientibus: vel bonorum reminiscitur, quibus donati dignatiq; sumus per incarnationem Christi, perinde acsi dicat: Ne arduū vos facere existimetis inenarrabilia enim sunt bona quæ accepim⁹ à deo. Quid igitur præclari est si pauca eaque corruptibilia demus?

E

CAPVT X.

I *Ipse autem ego Paulus adhortor uos per mansuetudinem & clementiā Christi.* Confectis de eleemosyna verbis & argumentis, austeriora nūc orditur aduersum pseudapostolos, & eos qui calumniabātur ipsum ceu popularem & indoctum, qui temerè sese ostentaret, seque ipsum cōmendaturus esset. Coactus igitur, ne verbū ab se prædicatum vilipendatur, recensēt quæ per se gesta sunt, gratiāque dei sibi datā. Nequis ergo peccet atque erret si hanc epistolam Pauli encomium dicat. Exordij itaq; huius talis quēdam est sententia, quam verba indicant, ad eos nanque loquitur, qui eum impotentem & arrogantē vocabant. Adhortor,
F inquit, vos ipse ego Paulus, terrarum orbis doctor (dignitatem enim & autoritatem indicāt verba, Ipse ego Paulus, per-
Ephe. 3. inde ac illud, Ecce ego Paulus dico vobis) precorque vos, ne
Colos. 1. me cogant conuitiantes mihi, vti potentia mea aduersum ipsos. Magna autem res est apostolum adhortari. Porrò mansuetudinem etiam Christi ad interpellationem adducit, perinde ac si dicat, vereminor clementiā Christi, per quam vos obsecro: simul ostendens quur eis parcat, nimirum vt imitetur mansuetudinem seruatoris Christi, non quia non possit quicquam aduersus eos. Ne igitur cogatis me egredi, ac deficere me ab mansuetudine hac, quam adeò cupio, vt & intercessionis loco eam obiiciā vobis. *Qui secundum personam quidem abiectus sum inter uos, absens autem confido uobis.* Vel per ironiam hæc dicit, calumniatium eum verbis vsus. Dicebant enim illi, Etiamsi præsto fuerit, nullius est momenti, nulloq; numero

numero dignus, sed vilis atque contemptibilis. sin abfuerit, A tumet & superbit, audetque aduersum vos, & interminatur. Vel verè hęc de se ipse dicit: Ego quum sum apud vos, humilis & mansuetus sum erga vos, ac etiamsi nunc magna prolo quar, non ex dementia isthuc ago, sed quia confidam vobis. *Precor autem uos, ne præsens confidam fiducia, qua cogito audax esse aduersus quosdam reputantes nos ueluti secundū carnem ambulantes.* Precor, inquit, ne me adigatis confidenter vti potentia mea (confidentiam enim potentiam suam vocat) qua cogito audere, hoc est, in animum induco, ratiocinor, aut cōiicio, cò quòd illi me compellant, aduersum calumniantes nos, quasi hypocritæ & ostentatores simus. hoc enim est secundum car B nem obambulantes. Obserua autem quomodo ausum appel- *Præceptor*
lat, quòd omnino se de quibusdam vlcisci velit, nec propter *ad suppli-*
seipsum, cæterum ob verbum à se prædicatum hoc facturus *cia tardus*
erat. Attamen magis interest præceptoris, in suppliciis con- *sit.*
tatorem agere, nec protinus ad illa adsilire. *In carne enim obambulantes, non secundum carnem militamus.* Hoc est, carne amicti, carnalibus armis haud vtimur. De verbi enim ministerio disputat, ostendens quòd non sit humanum, neque humanæ opis indigum verbum, nēpe dei. Quum dicit militamus, prælium & pugnam nos suscepisse indicat. *Arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia.* Hoc est, non opes, non gloria, non eloquentia, non adulationes, nō hypocrisis. talia enim carnalia sunt arma. *Sed potentia deo, ad demolitionem munitionum.* Non C dixit sed spiritualia, hoc em̄ omnino debuisset dicere vt carnali opponeretur, sed potentia, subindicans ita eorum res esse imbecilles & impotentes. Considera autē demissum in eo spiritum. non dixit enim, nos potentes sumus, sed arma potētia deo, hoc est, deus ipsa potentia effecit. Quia enim ageban tur, & flagris cædebātur, infirmitatis autem hæc signa videbantur, deo (inquit) potentia sunt hæc, dei nanque robur per hæc maximè apparet: ille enim est qui operatur & bellum gerit, etiāsi nos illis amiciamur. Vbi aūt sunt potētia? ad demolī tionē munitionū. Ecquas munitiones adfert? *Ratiocinationes demolientes.* Græcorū sapientū syllogismos intelligit. fastum *Syllogismi Græcorum* demolimur hisce armis, vel quia ratiocinatiōes eorū & animas deiicim⁹ ex errore quo detēti fuere, ac veritati subi- *corum.* *Actu. 17.*
cim⁹. Areopagitę enim ratio & magna mēs sublata est ab impietate, sufflexaq; est pietati. Animaduerte q̄ nō dixerit, machinas

D chinas admouemus,sed statim demolimur,tollimus,cum victoriæ facilitatem, tum armorum potentiam indicans. *Et omnem altitudinem quæ attollitur aduersus cognitionem dei.* Perseuerat in tropo,vt clarius quod vult significet. Si,inquit,altitudo fuerit,hoc est,turrita munitio, vel præsidium, vel excubiæ resistẽtes cognitioni dei,adeoque Euãgelio,eas etiam demolimur. *Et captiuantes omnem cogitationem ad obedientiam Christi.* Captiuitatis vocabulum duo significat,& ex libertate lapsum,& perfectam captionem,qua quis ita capitur,ne resistere vnquam possit. Iuxta secundam igitur significationem nunc Paulus dixit,captiuãtes. Non enim tãtum,inquit, superiores sumus , & victoriam obtinemus de omni humana cogitatione & intellectu,sed captiuos etiam ducimus,quę est
E cõsummatior victoria. Deinde quia captiuitatis vocabulum graue est,addit,ad obedientiam Christi, hoc est,ad seruitutem eos redigimus omni libertate preciosiorem , ab interitu nimirum ad salutẽ,ab morte ad vitam subiicientes eos Chri-
Actu.19. sto. Intellige autem magicos Ephesi libros combustos,& videbis quomodo Paulus captiuos duxerit. *In promptu etiam habentes vlcisci omnem inobediẽtiam,postquam impleta fuerit uestra obedientia.* Hìc illos etiam terruit. Vos,inquit,etiam expectamus,vt postquam per admonitionem nostram correxerimus vos,& ab illis defecerimus,tũ illis solis incurabilibus relictis sectionem ac diductionem adferamus. In promptu igitur habemus pœnam & vltionem,cæterum quũ vos illis,mixti sitis,prohibemur adhuc,ne & vos plaga cõtingat. Per hoc
F quod ait,quum completa fuerit obedientia vestra, tacitè indicat eos quidem obedire etiamnum,sed imperfectè. Hęc autem illis interminatur,vt & hi & illi melioré vitam induant, & vt neminem feriat aut lædat. Solent & in nobis consistere ratiocinationes & cogitationes, peiorib⁹ aduersum potiores luctantibus. Deinde fiunt exaltationes vel altitudines,victoriam videlicet obtinentium,quando contra diuinam cognitionem eriguntur in tantum , vt & intellectus locum occupent, quales sunt qui dicuntur diuini motus, furores, & impulsus,& afflatus. Est enim intellectus,simplex & ratiocinatione vacans mentis actio,impetúsve ipsa opera melius ostẽdens,vel demonstratio. Sunt autem & in iis quibus à dæmonibus imponitur,tales,vt videtur,intellect⁹,quos Paulus, & siquis alius Pauli spiritu ductus,captiuos ducit ad obedientiam

tiam Christi. *Quæ ad faciem sunt cernitis.* Non solos decep- A
tores perterrefacit,verumetiã deceptos increpat. Propterea dicit,ex iis quæ apparent iudicatis,si quis superbit,si quis locuples est,si quis virtutis imagine vestitus est. *Si quis confidit se esse Christi,hoc rursum apud sese cogitet,quòd perìde ac ipse Christi est,sic & nos.* Pseudapostoli gloriabãtur & superbiebant quòd Christi essent , & quòd Christum ipsi viderint forsan. Apud seipsum autem dixit,pro,non expectet nostram aduersus ipsum obiurgationem:sed intelligat quòd secundum hoc ipsum quòd Christi est,nihil nobis sit superior: non enim ille quidem Christi,ego verò alterius cuiuspiam sum. Verùm hoc obiter dixit,quandoquidem deinceps in sequentibus ostendat quantum ipse excellat. *Si enim abundantius quadantenus gloriatus fuero de potestate quam dedit mihi dominus ad ædifica* B
tionem,& non ad destructionem,haud pudefiam. Non dixit,est mihi potestas puniendi & occidendi,quę illis nõ est,sed longè submissius,abundãtius quadãtenus. Nec dixit si glorier, verùm si gloriatus fuero,hoc est,si gloriari voluero de potestate quam dedit mihi dominus . Rursus deo totum id quicquid est adscribit. Accepimus autem eam potestatem à deo, vt ad fidem ædificemus,beneficia impertientes,non punientes. Ecquî igitur dixisti cogitationes demolientes ? quoniam hoc ipsum maximè est ædificatio,marcida demoliri,obstacula quę deiicere. Quomodo igitur ipsis interminaris, si non in destructionem accepisti potestatẽ? In primis,inquit,& præcipuè ad ædificationem accepi: sin quisquam fuerit incurabilis,demolitione vtemur. Si igitur voluero , inquit , gloriari, C
quòd deus plus dederit mihi quiddam , vt potestatẽ habeam benefaciendi in primis,& quando cogar,etiam puniendi:nõ pudefiam,non monstrabor esse mendax aut arrogans. *Vt ne uidear uelut i terrere uos per epistolas. Quoniam epistolæ,inquiunt, graues sunt & fortes,præsentia autem corporis infirma,& sermo cõtemptus. Hoc autem existimet huiusmodi, quòd quales sumus in sermone per epistolas absentes , tales etiam sumus præsentes opere.* Quod ait, est eiusmodi, Potuissem equidem gloriari , sed ne videar terrere vos per literas , quemadmodum dicũt calumniantes me : Quoniam in epistolis grandis est , & horrenda scribit: vbi autẽ aduenerit,despicabilis & contemptibilis est, arguiturque non esse talis , qualis est in scriptis suis. Verum agnoscat quisquis est qui talia dicit, quòd nedum gãrdia in-

D terminamur, verumetiam possumus presentes ad opus mina perducere & effectum. *Non enim audemus nos conferre aut adæquare quibusdam qui seipsos commendant.* Hîc arrogantes esse ostendit illos, ac multa adeoque magna de seipsis iactantes. Dicit igitur: Nos nō audemus cōparare nosipsos, hoc est, cōnumerare, vel conferre, vel opponere adæquādo quibusdam eorum qui se ipsi prædicant. *Sed ipsi in seipsis seipsos mensurantes, & comparantes seipsos sibiipsis, non intelligunt.* Illi, inquit, non dignantur neque volunt ad quempiam aliorum conferri, sed ipsi sibiipsis conferuntur, secumque ipsi certant erga se mutuo, nec sentiunt quàm sint ridiculi ita sese ostētantes.

Nemini se cōparātiū fastus. Vnusquisque enim seipsum meliorem iudicans, alterum deiicit: sicque omnes per se mutuò probati videntur: quod quàm ridiculum sit, ipsi non intelligunt *Nos autem non in immensum*

E *gloriabimur.* Illi enim fortasse gloriantes dicebant ac superbientes, Ad fines terrę accessimus, orbémque terrarū ad Christum perduximus. At nos non sic, inquit. *Sed iuxta mensuram regulæ quā nobis deus partitus est mensuram, peruenire usque ad uos.* Quemadmodum colonis vineam deus diuidit, hūc ad modum nobis apostolis suis terrarum orbem segregauit. Secundum igitur mensuram regulæ quam partitus est nobis deus gloriabimur. Qualis est autem mensura? vt perueniam aduſque vos. Postquā igitur hęc nostra pars est, ad vos etiam vsque gloriamur. *Non enim tanquam ad uos non peruenientes, superextendimus nosipsos: ad uos enim usque peruenimus in euangelio Christi.* Verisimile est pseudapostolos vel sine prædica-

F tione aliquò profectos, ex exiguatamē profectione elatos esse, ac totum sibi imputare. Ait ergo apostolus: Non tanquam ad vos non peruenerimus, nosipsos extendimus: peruenimus enim, non simpliciter, sed in euangelio Christi, hoc est, non parū peregrinantes vt illi, verùm cū euāgelij iuxtà prędicatione. *Non in immensum gloriamur in alienis laboribus, spem autem habentes crescente fide uestra in uobis, magnificri secundum regulam nostram, ad abundantiā, ut etiam ultra uos euangelium prædicemus, non in aliena regula, ut prompte gloriemur.* Indicat illos apostolorum laboribus exornatos, supra modum & mēsuram gloriari, hoc est, ad veri vsque excessum, idque in alienis laboribus. At nos nō sic, sed ad vos vsq; peruenientes, ad vos vsque & fiducia & libertate nostra vtimur. Speramus autem, in deum videlicet (non solet enim certò demōstrare Paulus) quòd

quòd abundè vos docentes & augentes fidem vestram inue- A
niamur, vt adeò magnifiā ego in vobis. Tunc enim magnifit
præceptor, quum res discipulorū creuerint, ac regula eius in
medium processerit, hoc est, mensuram quam accepit, abūdè
promouerit. Quid igitur speramus? quòd & vltra vos euange
lium prædicabimus, ac forsan etiam gloriabimur propterea:
siquidem commodabimus ipsis. Canonē autem vbique men-
suram vocat, æquè ac ædium extructor vel architecton struc-
turæ mēsuram, regulam seu amussim vocat. Et vt indicet q;
dei sit vniuersum hoc, qui canonem dedit & mensuram, pro-
pterea infert: *Qui autem gloriatur, in domino glorietur.* Ha- *Hiere. 9.*
bentes, inquit, talia tantaque opera, non superbimus, neq; no
bisipsis quicquā imputamus. enimuero deo vniuersum, etiam
ipsam ad quam peruenimus mēsuram, tribuimus. Oportebat B
igitur & illos in hoc gloriari. *Non enim qui seipsum commendat, is probatus est, sed quem deus commendat.* Non dixit, nos
sumus probati, sed quem deus commendat, hoc est, quem ve-
ritas laboris & operis cum dei gratia probatum ostendit.

CAPVT XI.

Vtinam sustineretis parum insipientiam meam, sed & sustinetis me. Ad proprias laudes descēsurus, multis
V vsus est pręcorrectionibus præmunitionibusq;, defugiens id quod onerosum & molestum videtur in suiipsius cōmendatione. Huc autem eum C
necessitas pertulit, quum metueret ne in discipulorum dam- *Paul⁹ cur*
num vergeret, si ipse vilipenderetur, pseudapostoli verò in *seipsū laud*
precio haberentur. Quòd enim ex multa necessitate ob disci *dauerit.*
pulorum suorum commodum huc peruenerit, vel insipienti
bus adeoque vacantibus mente planum esse queat. Qui enim
priorum peccatorum meminit, à quibus per baptisma libera-
tus erat, qui etiam indignum sese apostolatus nomine cēsēt,
qui citra necessitatem (quæso) de se ipse magna prædicaret? *1. Cor. 15.*
Ait ergo, Vtinam sustineretis me in paucis quibusdam in-
sipientem ac stultū futurū: imò verò sustinetis. *Confido enim quòd diligatis me, & oīa sustineatis. æmulor enim uos dei æmulatiōe.* Non dixit diligo, sed quod multo vehemētius erat, æmulor. Zelotypia enim inter ardenter amātes eandē rem nascitur.

D Deinde ne existiment quòd humani quęstus veluti pecuniarum aut gloriæ causa eos æmuletur, infert, de Zelo. Nam & deus æmulari dicitur, quòd nimia nos dilectione, prosequatur, non quòd aliquid inde commodi lucretur, sed vt nos seruet, ad se ipse nos colligit, ac sibi ipse agglutinat. Huiusmodi igitur & meus erga vos zelus est, non vt inde quid mihi lucri accedat, verùm vt vos non perdamini corrumpaminive. *Aptaui enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo.* Despondi vos, inquit, Christo, pro illo igitur æmulor, nò pro meipso. Nō eñ ego spōsus aut maritꝰ, sed spōsę ductor & paranymphus. Obserua autem quomodo nō dixerit, Præceptor vester sum, Propterea debetis me sustinere: verùm illos sponsæ loco posuit, seipsum autem pronubi vice
E collocat, honore ipsos afficiēs. Nouum autem hîc quiddā in ecclesia contingit. In mūdo enim post nuptias non porrò virgines manent, hîc autem qui antehac virgines non fuerunt, post nuptias hasce virgines efficiūtur. Hac ratione vniuersa ecclesia virgo est, ad omnes enim Paulus hæc loquitur, &
Gene. 24 maritos & vxores. Qualem autem dotem adferens aptauit? regnum cœlorum. Huius figura erāt quę cū Abrahamo contigerunt, quando seruū misit vt ethnicam puellam matrimonio quæreret filio. Hîc etiam deus misit seruos suos prophetas desponsaturos filio suo Christo ecclesiam, veluti regium
Psal. 44. vatem Dauidem, quū dicit: Audi filia & vide, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui. Tum apostolos, vt Paulū, vbi
2. Cor. 5. ait: Christi nomine legatione fungor. Præsens itaq; tempus
F desponsationis est, futurum autem nuptiarum erit, quum clamor auditus fuerit, Ecce sponsus.
Gene. 3. *Metuo autem, ne quemadmodum serpens decepit Heuam astutia sua, sic & mentes uestræ corrumpantur a simplicitate quæ est in Christum.* Etsi enim interitus vester est, metus tamen meus est. Non certò autē apparet quòd corrupti sitis. Atqui corrupti fuerūt, verū ābigue hoc posuit. Nequo modo vt serpens Heuam decepit Nam & ille maiora quanuis promitteret, decepit tamen. Hanc ad rationem pseudapostoli superbientes, magnaque vobis quædam denarrantes, calliditate fraudeq; sua vobis imponūt. At perinde vt neque astutia serpentis, neq; simplicitas Heuæ satis fuit ipsi ad veniam, sic neque vobis hæc proderunt. Non dixit autem
Decipere mulierē. quòd Adam deceptus sit, vt ostendat deceptionem mulieri esse rem, vel ad mulierem pertinere. Non dixit tutem,

Ne

Ne decipiamini, verùm ne corrumpantur, mentes intelle- A
ctúsve vester, in cœpto tropo seu metaphora perseuerans. corruptio enim de virginibus dicitur. Nequo modo corrumpātur à simplicitate vestra, quam habetis in Christo, hoc est, ne decepti à simplicitate vestra, ab Christo auellamini. Quidem autem sic: Ne transferamini ab simplicitate fidei ad infidelium vehementiam, & in dicendo potestatem. hæc enim est maxima corruptio. *Si enim ueniens quispiam alium Iesum prædicauerit, quem non prędicauimus, aut spiritū aliū accipitis, quem non accepistis, aut euangelium aliud quod non accepistis, recte sustinetis.* Quid ais diue Paule, Galatis scribens? Si quis euange Galat. 1.
lizauerit præterquam quod accepistis, anathema sit: nunc verò dicis, Si alium Iesum prædicarent illi, rectè sustineretis. B
Audi igitur. Pseudapostoli fastu inturgescebant, quasi plus Pseudapo
quàm alij & maius quiddam quàm veri apostoli adferrent. stoli.
Quia igit pleraq; stulta nugabātur, externa sapiētia vtētes: si, inquit, alium prædicarent Christum prætermissum à nobis, quem prędicari conueniebat, rectè sustinuissetis. propter hoc enim adiecit, quem non prædicauimus. Sin eadem fidei capita sunt vtrinq;, in quo nobis illi superiores sunt? Obserua porrò, non dixit, si veniens plus quiddam maiúsve prędicat, etenim plus quiddam dixerunt magna quapiam autoritate, multaque verborum elegantia: sed alium Iesum prædicat, quem non prędicauimus, ad quod non est necessaria sermonis elegantia. Aut spiritum aliū accipitis, hoc est, si opulentiores vos faceret in spiritualibus donis, quod neq; ipsum
orationis venere opus habet. Vel euangelium aliud: neq; ad F
hoc opus habebat orationis cultu. Vbiq; aūt indicat quòd nō simpliciter si quid excellentius dicant, attēdere oporteat, sed si quid dicant quod accipiendum sit, & à nobis prętermissum sit. Obserua enim: aliū, inquit, Iesum, quē nō prædicauimus: spiritū alium, que non accepistis: euāgelium aliud, quod nō accepistis. Quum itaque eadem dicant, quid in eos inhiatis? Postquàm ergo eadem prædicāt ô Paule, quid eos prohibes? quia hypocritæ quadam vtentes, alia introducunt dogmata.
Opinor autem me nihil esse inferiorem iis qui ualde admodum sunt Apostoli. Deinceps Petro sese confert, hoc indicare in animo habens. Si me, inquit, plura norunt, & illo cæterisque maioribus apostolis plura norunt, ad absurdū argumentum perduceens. Cōtemplare hic Pauli demissam, adeoque non alta spi-

 rantem

D rãtem mentem. Opinor, inquit, id est puto, arbitror, & nihil
Gal. 2. est ambigui hîc. Non simpliciter autem dicit, reliquis apostolis, sed iis qui sunt plus quàm valde apostoli, Petrũ, Iacobũ,
1.Cor.15 Ioannem intelligens. Atque hoc nũc de se dicit, quum necessitas ita postulet, quum aliàs se indignioré esse quàm vt apostolus vocari debeat, adserat. *Ac etiamsi indoctus sim oratione, sed non scientia.* Quia hoc decorabantur pseudapostoli, quòd non essent indocti, ostendit quòd nõ inficietur sese imperitũ esse, atque hoc sibi gloriæ ducit. Nec dicit, etiamsi indoctus ac rudis sim commune hoc mihi cum cętetis est apostolis, ne videatur vnà criminari omneis, enimuero exterioris sapientiæ causam tollit, æquè atq; in priori epistola mõstrauit eam
1.Cor.1. non solùm esse inutilẽ, verùm gloriam potius crucis subruere ac deuastare. Sermone igitur & orationis cultu indoctus sum, scientia & cognitione haudquaquam. Per hoc autem clàm innuit, quòd quanto eloquentia gloriantur, tanto cognitione Dei eos esse orbatos, & quatenus ad ipsam attinet, eos esse idiotas & indoctos. *Sed in quauis re manifestati in omnibus erga uos.* Non quemadmodum pseudapostoli, aliud sumus, & aliud apparemus, verùm in omnibus quę facimus & dicimus, manifesti sumus erga vos, neque vlla est in nobis duplicitas vel hypocrisis, vt in illis qui sola pietatis personа sunt amicti, deterrima quæque patrantes. *Aut peccatum commisi, meipsum humilians ut uos exaltemini, quoniam gratis Euangelium Dei prædicaui uobis?* In hoc, inquit, peccaui, & propterea est cur me ad iudicem vocetis, attollaminique aduersum me, quoniam deieci meipsum, mendicans & famem patiens, vt vos exaltemini, hoc est, ad fidem ædificeminí? Non enim offendebantur deinceps, quæ maxima est eorum accusatio, neque aliter ædificabantur, nisi ipse fame premeretur, calamitatęque concuteretur. Quia verò calumniabantur eum quòd præsens abiectus esset, absens verò grandiloquentia tumeat atque grauis sit, ceu super hac re apologiam texens, ferit eos. Vilis quidem sum & abiectus, cæterùm vos inde exaltamini. *Alias ecclesias prædatus sim accepto stipendio ad ministerium uestrum.* Atqui potuisset dicere, Ex manuum mearum labore vixi & manducaui. atqui asperiorem orationem faciens, Ab aliis (inquit) accepi, idque quum in vestri essem ministerio. Prædatus sum pro nudaui dixit, & pauperes eos feci. Macedones intelligit, qui tametsi pauperrimi essent,

mi essent, me tamen habebant secum commoranté. Atqui su- A
perfluis non indigebã, verùm necessariis duntaxat sumptibus: stipendium enim accepi, at vos ne necessarias quidé impensas communicastis, quæ maxima est accusatio, Peius est porrò quòd ad ministerium quo vobis inseruii, nihil dederí tis. prædicans enim ac laborans quæ facerent ad salutem vestram, ab aliis alebar. *Atque quum præsens essem apud uos, destitutus non grauaui quenquam.* Triplex est accusatio & culpa prior, quòd apud vos præsens fuerim: altera, quòd vobis inser uiens: tertia, quòd rebus necessariis destitutus, non fui in ali quo habitus numero. Non solùm enim ex alio locomihi non misistis quicquam, quod Macedones faciebant, sed ne præsẽtem quidem alebatis. Quod ait, non grauaui quéquã, est pro non fui oneri cuiquam. Indicat autẽ eos segniter adeòque cũ B
grauamine ac torpore contribuere. Nonnulliverbum βαρεῖν *Paulus nõ*
κεφαλὴν pro nõ posthabui, vel segnior ad prędicationem fui, *mini one-*
accipiunt. A me verò, quæcunque ad salutem vestram ne- *rosus.*
cessaria erant, perficiebantur. Quum enim rerum essem indigus necessariarum apud vos demorans, non petii tamen quicquam, neque patientiam meam dissolui torpentior redditus, siquidem torporem nihilominus excussi abegique. *Defectum meum repleuerunt fratres qui uenerunt à Macedonia.* Ad æmulationem eos inuitat, vt magis ad eleemosynam excitet, vt ne vincantur ab Macedonibus in eleemosyna, victi ab iis iã antea in subministratione alimoniæ qua ipse alendus erat. Quum dicit, defeci vel destitutus sum, indicat sese nihil accepisse vltra necessarium vsum. Philippen- C
ses autem fuerunt qui aluerunt ipsum. *Et in quauis re citra* Philip. 4.
grauamen meipsum seruaui & seruabo. Indicat autem quòd onus adeóque grauamen arbitrabantur, alimenta ei suppeditare. Pulchrè autẽ dixit seruabo. Ne enim existimetis, inquit quòd hęc dixerim vt in posterũ accipiã à vobis, seruaui enim me, ac seruabo deinceps citra grauamẽ. Quod ingens eorũq; illis hic ab apostolo infligitur, vulnꝰ est: quãdo quidẽ porrò eis nõ cõfidat, sed desperauerit semel quicquã ab eis accipere. *Est ueritas Christi in me, quoniam gloriatio hæc non obstruetur erga me in finibus Achaiæ.* Vt ne existimẽt quòd, ppterea dixerit seruabo meipsũ, vt magis eos ad imperiẽdũ attraheret ait, Secũdũ veritatẽ quę est in Xpo Iesu dico qꝺ nõ simquicquã ac ceptuꝰ. Ne autẽ quispiã arbitretur eũ ex dolore vel iracun-

D diahæc dicere, gloriationem rem ipsã appellat. Gratis enim
Matt. 10 citráque sumptum aliorum prædicare Euangelium, gloria-
tio ei magna erat, ceu vltra Christi terminos per Christum
prosilienti. Quod ait, non obstruetur, metaphora est ab am-
nibus desupta. Tanquã enim hæc ei fama per omnes terrarũ
fines dimanet, dicit: Non obturabitur, Non obstruetur bonũ
isthuc verbũ & celebre, q̃ nihil accipiat ab Corinthiis promi
nisterio suo. Quod ait in climatibus Achaiæ, ferientis est. Si
enim hæc est gloria, hæc vbiq; custodiẽda erat. sin in ipsis so
lis conseruat, perspicuum est quòd non sint sana mente præ-
diti, reliquorum instar. *Quamobrem? quia non diligo uos. Deus*
nouit. Prolaturus causam quur non acceperit ab ipsis, pro-
pter pseudapostolos nimirum, prius tollit quod suspicaban-
E tur Corinthii, quia, vt videtur, quòd nos non diligis, non ac
cipis. Imò potius, inquit, quia vos diligo, non accipio, quip-
pe qui nolim vos lædere, quum facilè scandalum patiamini.
Verùm adeò perspicuè nõ dicit, vt ne imbecillitatem eorum
arguat. Ad aliã autem rationẽ sermonem conuertit. *Quod*
autem facio, & faciam, ut abscindam occasionem uolentium occasio-
nem, ut in quo gloriantur, inueniantur perinde ac nos. Hic ma-
F nifestissimè omnium causam explicat, quur non acce-
acceperit. Postquam enim conspexit Satanas, quòd seculi hu
ius studiosi homines maximè curantur per hoc quòd do-
ctores nihil accipiant, docuit etiam vanos ac mendaces
istos apostolos eam rem simulare. Neque tamen hoc reuera
faciebant, etiamsi diuites essent, verùm etiamsi viderentur ni
hil accipere, accipiebant tamen. Propterea non dixit, vt in
quo gnauiter agunt, sed in quo gloriantur, quod & arrogan
tiæ est indicium. Quocirca apostolus hisce conspectis decre
uit apud sese ne quicquam acciperet à quoquam, idque quum
paupertate grauaretur, vt resecet quampiam occasionem il-
lorum, nec locum habeant carpendi eum. Quanquam hæc
Cur Pau- non erat reprehensio, siquidem lex Christi erat, vt qui altari
lus etiã e- inseruiret, ab altari etiam viueret. Attamen quia veluti imbe
gés à Co- cilles Corinthii facilè scandalo succũbebant, seipsũ custodi-
rinthiis ni uit. Ac deinceps in aliis etiã inferiores inuẽti pseudapostoli,
hil accepe- neque in hoc excellebãt. Nisi quis dicat quòd in hoc etiã in
rit. feriores sint iudicati, quòd quũ opulenti essent, nihil accipe-
rent quũ diuus Paulus ne in multa quidẽ egestate quicquã
acce-

acceperit, & quòd neque hoc verè transigebant, sed fuco quo A
dam simulabant. Apostolus autem reuera transigebat. *Ta-*
les enim pseudapostoli operatores dolosi, transformantur in apostо-
los Christi. Ecquid ais? Christum annunciantes, nec aliud
Euangelium introducentes, vt supra cõmemorasti, pseudapo
stoli nunc sunt? Næ, inquit, propter hoc ipsũ sunt pseudapo-
stoli. simulant enim hæc, clanculũ impias traditiones subin-
ferentes. Operatores dolosi, quatenus operari quidẽ viden-
tur, conuellunt autem & dissipant plantata, ac figuram tan-
tùm habent apostolorum, & pellem ouium, lupi autẽ sunt re
ipsa. *Nec illud mirum ipse nanque Satanas transformatur in an-*
gelum lucis. Quandò doctor eorũ Satanas omnia audet, ni-
hil mirũ hos imitari ipsum. Angelũ autẽ lucis dicit, fiduciã *Angelus*
habentẽ, atque adeò vero lumini astantẽ angelũ (quoniã & *lucis.*
Deus lumen est) per hoc q̃ & ipse lumen sit. Transforma-
tur autem in talem Satanas verùm huiusmodi non est. Hunc B
ad modum illi figurã tantũ apostolorum gerunt, non ipsam
rem. Discimus hinc, quòd in speciẽ aliquid facere, maximè
sit diabolicum. *Non magnum igitur, si & ministri eius transfor*
mantur tanquam ministri iustitiæ quorum finis erit secundum opera
ipsorum. Hoc est, ceu ministri euangelii iustitiã habẽtis, vel
quòd iustorum virorum gloriam sibiipsis circũponunt. Sed
non effugient tandem, secundũ enim opera eorũ, erit etiam
finis eorũ, id est, prauus. Itaq; ab operibus ipsorum agnosce-
mus ipsos, sinẽ enim inter sese cũ operibus habebunt. *Rur-*
sus dico, ne quis putet me insipientem esse. Sin minus, tanquam insi-
pientem accipite me, ut & ego parum quiddam glorier. Etiamsi
hisce ad correctionem vsus est, non contẽtus tamen sum, in-
quit, commemoratis, verùm iterũ dico, ne quis me existimet C
insipientem esse. Gloriari enim simpliciter, insipientia est,
ego autem non tãquam insipiens hoc facio, sed coactus. At-
tamen si mihi non ignoscitis, sed omnino insipientẽ me iu-
dicatis, etiamsi necessitate adactus glorier, nõ detrecto hoc.
Proinde tanquam insipientẽ sustinete me loquentẽ, vt & ego
hoc est perinde ac illi, glorier, idque parum quiddã. *Quæ*
loquor non loquor secundum dominum, cæterum ueluti in insipientia,
in hac substantia glorietionis. Quæ loquor, inquit, non loquor
secundum dominũ, hoc est iuxta verba domini, scopus verò
verborum est admodũ secundũ dominũ. Non dixit autem, in
insipiẽtia, sed velut in insipiẽtia: videtur enim insipiẽtia glo
riationis.

D rationis meæ, non est autem reuera. Vt autem nõ existimes quòd vbique in insipientia loquatur, & non secundum dominum, ait, in hac parte gloriationis, non in aliis quibuslã. *Quia multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.* Hoc est, ab externis, ab generis splendore, a circuncisione, à maioribus Hebræis. Hoc enim est quod non secundum dominũ E loquitur, quum ob huiusmodi gloriatur. quæ enim commoditas Hebræum esse? Non igitur tanquam virtutem hæc pono, verumenimuero quia illi in huiusmodi se iactant, & indeo ego comparationem facere cogor. *Libenter enim sustinetis insipientes quum sitis ipsi prudentes.* Vos inquit, cogitis me talia dicere. nisi enim & vos suscepissetis illos, & ex hoc videtem vos læsos, huc ego sanè non essem progressus. Insipientes autem vocat, qui propter carnalia gloriantur. Si enim de spiritualibus gloriari, stultitiæ signũ, quanto dementius erit gloriari de his quæ planè nihil sũt? Quod ait, prudentes quũ sitis videtur iucundum & plausibile, verũ multo magis accusationis habet vehementiam & exaggerationem, quoniã in cognitione, inquit, peccatis. Nam si insipientes delinqueretis, venia eratis digni. *Sustinetis enim si quis uos in seruitutem* F *redigit.* Obserua quantam seruitutem Corinthiorum in iudicium vocet, qui supra modũ pseudapostolis subiecti erant. *Si quis deuorat, si quis accipit.* Viden' quòd indicet eos accipere etiam cũ hyperbole? deuorare enim hoc significat. Itaque & quod suprà dixit vt in quo gloriantur, bene dixit. Gloriationẽ enim solã, non veritatẽ habebant, simulantes se non accipere. *Si quis attollitur.* Hoc est si quis in potestatẽ suã vos redigit, & contra vos attollitur. Neque enim mites domini sunt, sed onerosi & molesti. *Si quis uos in faciem cædit, secundum ignominiam dico.* Vidisti intensam & vehementem iniuriã atque dementiã, tanquam enim mancipiis vtebantur Corinthiis. Hæc autẽ dicit non q̃ in faciẽ verberarentur, 'verũ q̃ nõ minora paterẽtur iis qui in faciẽ ferirentur. Ad cõtumeliam enim vestram hoc dixi. Etenim quid hoc turpius esse queat quando & pecunias rẽsque vestras, & libertatẽ & honorem auferẽtes, tanquã seruis vobis vsi sunt? *Tanquam nos infirmi fuerimus.* Cuius rei gratia, inquit, ipsos sustinetis? Nũ quia nos infirmi sumus, nec possumus hac ratione vobiscum agere? quod minimè gentiũ est. Et nos, inquit, possum⁹ adeò contu-

cõtumelioſe in vos inuadere, ſed nolumus omnino. Vniuersã igitur causã dementiæ eorũ, illorum seruituti adscribit. Vos enim seruili admodũ more ipsis sufflexi & subiecti estis, iliusque iniuriæ autores estis, nobisque præsentium sermonũ estis occasio. *In quo enim aliquis audet (per insipientiam dico) liter audeo & ego.* Vide rursum quòd audaciam & insipientiam rem ipsam appellat, ac quòd tantum non dicat, Vi quadam huc peruenio & pertrahor. Quantas autẽ & alias præcorrectiones præstruxit ante hasce? Hæc autem facit erudiẽs nos citra necessitatem sese ad huiusmodi sermones nõ descendere, neque nobis perueniendum eò iactantię. Ait ergo, In qua re cunque audet quispiam gloriari, audeo & ego, hæc enim subaudienda sunt. Deinde recenset propter quæ glorientur. *Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt, & ego. Semen Abrahami sunt, &* E *ego.* Quia non omnes Hebræi Israelitæ fuerunt, & Moabitæ & Ammonitæ seipsos Hebræos faciebant propterea generis splendorem tollens, intulit, Semen Abrahami sunt, & ego Isaac ipsũ innuẽs. *Ministri Christi sunt (desipiens loquor) plus ego* Adseuerant quidã quòd nõ per comparationẽ debuerit efferre sermonẽ, sed simpliciter negare eos esse ministros Christi. Illis respondemus, quòd vna hoc dictione significauerit, quum dixit eos esse pseudapostolos. Iamnunc verò per cõparationem verba facere exorsus, per res demonstrationem adducit, datque intelligere auditori, se quidem esse Christi ministrum, illos verò minimè. Ait ergo quòd Christi ministri sunt, ea tamen ratione, vt ego in hoc ministerio eos antecellam. Ac rursus insipientiam appellat rem ipsam, ob insignẽ F suam demissionem, adeóque humilitatis pelagus. *In laboribus abundantius, in uerberibus excellenter, in carceribus exuberanter.* Connumerat quænã apostolos indicent, indiciaque eo *Apostolorũ indicia* rum edens à tentationibus principiũ ducit. Labores (inquit) plures ego recipio, locũ ex loco permutans, ac docens noctu & interdiu, præterea manibus laborans, imò quod maius est verbera sustinẽs, eáque supra modũ: tũ quodhęc exuperat, cũ verberibus etiã carceribus mancipatus. Quòd excellẽter ait & abundanter, ad cõparationẽ pertinẽt, qua pseudapostolis adæquatur, verũtamẽ per argumẽtũ & subiectionẽ huiusmodi, Esto q̃ laborẽt illi, at ego excelleti? laboro. Nõnulli autẽ hęc nõ per cõparationẽ dicta esse existimãt sed simpliciter significare abũdãtiã, copiã, & intẽsionẽ. *In mortibus sæpe.* Nõ solum

D solum ex proposito ac prædestinatione moriens, verùm ad mortifera planè pericula traditus. *Ab Iudæis quinquies quadraginta, una dempta, accepi.* Quamobrem? lex erat, eum qui plu-
Deut. 25. res quàm quadraginta plagas vel ictus verberãdo accepisset, ignominiosum esse. Decreuerant itaque dempta vna quadraginta dare, hoc est, trigintanouẽ verbera, vt etiam si in ipso verberandi impetu verberans excederet, quadraginta, non plura det, nec fiat ita ignominiosus vel infamis qui cæditur, quippe qui in decreto numero cæsus sit. *Ter uirgis cæsus sum, semel lapidibus petitus sum.* Non omnia quæ passus est diuus Paulus, nobis conscripsit Lucas. Quum enim videret multa in epistola hac cõmemorata, prętermisit ea ille. Non enim
E ipse ad ambitionem suam conscripsit historiam. *Ter naufragium passus sum, nocte & die in profundo feci profectiones crebro.*
Act. 16. Ecquid ad Euãgelium, quòd naufragium sit passus? propter
Actu. 24. Euangelium enim longas & profundas vias missus, naufragium feci. Noctu autem & interdiu in profundo natauit. Nonnulli adserunt, quòd in quodam puteo post periculum apud Lystrios, cui nomen bytho (quæ vox latinis profundi tatem significat) abditus fuerit. Iam verò hoc ait. *Periculis fluuiorum.* Nam & amnes traiicere adigebatur. *Periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in urbe, periculis in solitudine, periculis in mari.* Vbique Satanas bellum gerebat aduersus apostolum, & deus certaminis præmia proponebat. Etenim latrones excitabantur & ab incredulis & genere mihi iunctis, vel cognatis Iudæis, qui & acrius impu-
F gnabant me, in bestias planè seuitiæ ac veneni nomine permutati, ducti zelotypia erga Paulum. Proinde in vrbe periculorum expers erat? haudquaquam. Reliquum est ergo vt in solitudine securus esset, verùm neque isthic tutus fuit, ac si terram fugisset, maris eum pericula exceperunt. *Periculis in uanis fratribus.* Hæc rursum alia species est tentationis, omnium maximè dolorem incutiens & gignens, de sinistris, minéque candidis, fucatis fratribus, hypocritis, qui ei insidias machinabantur: quod & Dauid lugebat: Quoniã si inimicus conuitiaretur mihi, sustinui planè, tu verò homo pa-
Psal. 54. ris mecum animæ. Et iterum: Homo pacis meæ. *In defati-*
Psal. 40. *gatione & labore, in uigiliis crebro.* Non satis fuerunt externi angores, verum ipse etiam se propriis laboribus ac defatigationibus aeque excubiis attriuit. *In ieiuniis sæpe, in frigore & nuditate,*

nuditate, præter ea quæ foris sunt. Hæc patiẽs, ne necessaria qui A dem alimonia abundabat, neque amictu, orbis terrarum tamen doctor, verùm nudus certabat, ac fame laborans pugilatũ exercebat. Atqui plura prætermisit. hoc enim est quod ait, demptis iis quæ foris sunt, imò ne ea quidem quorũ meminit, speciatim expressit, sed quorum numerus facilè potuit comprehendi, denumerauit. Quinquies aut ter dicens, eorum quæ non facilè sub numerum cadunt, indefinitè meminit. Abundanter enim, inquit, & excellẽter, & sæpe. Vide autem quomodo tot tantaque denumerans pericula, non dixerit quotnam ad Christum conuertit, simul quidem moderata spirans, simul verò docens, quòd etiamsi nihil hîc excellens obueniat laboribus defesso, in futura tamen patria mercES plena ac certa supererit. *Et inuasio mea quotidiana.* Hoc B est, aditus & furibunda inuasio, qua quotidie plerique omnes vel publico consilio me adoriuntur. *Solicitudo omnium ecclesiarum.* Hæc est summa omnium. Si enim qui vnius tantũ modo curam domus gerit, famulos tamẽ & œconomos quũ habeat, ne respirare quidem possit, quid sustinere ac pati veri simile est animam vnam, quæ tot tantisque periculis pro vnĩ uerso orbe est solicita, próque fideliũ mentibus angitur? *Quis infirmus est, ita ut ego non langueam?* Vt ne quis dicat, Anxius quidem erat, verùm sic simpliciter: speciem etiam solicitudinis indicat. Nec dixit, particeps sum calamitatis vel mœroris, cæterùm velut ipse infirmus sum, perinde affectus sum vt æger. Intelliges autem hîc languorem etiam corporalẽ, seu C quo corpus corripitur, potissimum verò quo animus etiã languet. Quod ait, quis, accipiẽdum est quasi siue magnus, vel potens, vel paruus, vel imæ sortis sit, respondeat. *Quis scandalo succumbit, & ego non accendor urorque igni?* Animaduerte qui doloris magnitudinem expresserit. Incendor inquit, ardeo, & vror. Alia quidem patiens lætaretur, quippe qui sciret sese D domino suo talia ferre, hîc verò sauciabatur anima. Proinde quempiam scandalizari, quantumcunque etiam abiectũ, maiori mœrore eum afficit. Dauid porrò vates ille diuinus dicet quomodo intelligendum sit πυροῦμαι, id est, ignesco vel incendor, nempe pro scandalizor. Vt enim dixit, Quis infirmus est, & ego non sum infirmus? hunc admodum etiãnum ait, Et si offenditur aliquis, ego quoque scandalizari videor, dóque operam, vt languorem & affectionem istam curem,

D rem, eíque medear, haud secus atque meum foret isthuc malum. Vbi verò Dauid ait: Dum superbit impius, incenditur pauper, hoc est, scandalizatur pauper, mente sua repetens indignè diteſcentes, adeóque se super cæteros tollentes. *Si gloriari oportet, in iis quæ sunt infirmitatis meæ, gloriabor.* Infirmitatem persecutiones vocat. in tolerantia enim inediæ, verberum, naufragij, aliorúmque malorum patientia, humana imbecillitas demonstratur. Signorum autem hîc non meminit, siquidem ea fuerunt donum dei. Hæc autem quæ hîc commemorat, vnà eum dei potentia ipsius etiam patientiam cõmonstrabant.

CAPVT XII.

E D *Eus & pater domini nostri Iesu christi nouit, qui est benedictus in secula, quod non mentiar.* Quum in priori bus nullam fecerit confirmationem eorum quæ diceret, hîc confirmat, stabilit, ac robur & fidem cõciliat suis verbis, forsan quia vetustius erat & obscurius quod dicturus erat, cætera verò ipsis erant cognita, vt anxietas. idque genus alia. *In Damasco præfectus Aretæ regis excubias agebat in Damascenorum urbe, premere me volens.* Obserua quantum fuerit bellum, si ipsius Pauli nomine princeps præsidio firmabat vrbem, excubiasq; agebat. Haudquaquam autem se
Actuũ. 9. ita gessisset præfectus, ni diui Pauli zelus omnia incẽdisset. Fuit autem socer Herodis regis Aretes. *Ac per fenestram in Aretes so sporta demissus sum per murum, & effugi manus eius.* Effugit, he cer Hero- rilem legem complens, nam & dominus migrauit de loco in dis, locum. Nec enim nos ipsos obiicere debemus tentationibus, neque est operæ sanè precium, vt nos ipsos in eas inFiiciamus. Vbi verò huiusmodi sunt mala, è quibus euadere
Matt. 10 non possis, solo deo indiges, & ab illo duntaxat cùm inquiVt in pe- renda, tum expectanda est redemptio ac liberatio. Sin tolera riculis nos bilis ac moderata fuerit tentatio, à nobis quicquam etiam cõ gerere de gitandum quidem est, verùm & hoc totum deo tribuendum beamus. venit, quemadmodum & ille in sporta effugit. Etiamsi enim
Philip. 1. cum Christo esse expeteret, salutem tamẽ mortaliũ amabat, seq; ipsum verbi ministerio seruabat. *Gloriari autem non prodest mihi. Veniã enim ad uisiones & reuelationes domini.* Quia ad aliam gloriationis formam transit, quæ ipsum splendidum faciebat reuelationem nimirũ, nõ conducit, inquit, mihi hoc vt ne me ad dementiã attollat. Quid verò? Num si nõ dicas, & apud

& apud te retineas, tu ea nosti, pérq; tuã huiusmodi scientiã A nihilominus inflaris? Sed non eadem vel sublatio vel superbia, nosipsos nouisse quicq̃, & ad alios id efferre necnõ propalare. Hæc autem non dixit ceu ipse sit passurus aliquid huiusmodi, sed vt erudiat nos q̃ huiusmodi apud nos ipsi cõtineamus. Aliàs autem non conducit, ne quis me maiorem arbitretur q̃ videat. quod & in progressu dicit. Pseudapostoli autem etiãsi nihil haberent, loquebantur tamen de huiusmodi. Hic verò noster, etiamsi minimè paucas visiones domini & reuelationes haberet, vnius tamen solummodo meminit, eiusque inuit⁹. Noueris porrò q̃ reuelatio sit maius quippiã quã visio: hæc enim tantũmodo videre dat, reuelatio verò al B tius quiddã q̃ videtur, denudat. *Noui hominẽ in Christo ante annos quatuordecim.* Neque omnium reuelationum meminit, o- *Reuelatio maius* nerosus enim fuisset si multas enumerasset, neque omneis re *quàmuisita* ticet. At quum non de omnibus verba faciat, de vna sola loquitur, vt indicet q̃ & huius inuoluntarius mentionem fecerit. In Christo autem adiecit, vt ne dicant pseudapostoli q̃ ab dęmone sit perinde raptus atque Simon. Neque præter rationem tẽpus est adiunctũ, vt discas q̃ quũ quatuordecim annos cõticuisset, ne nunc protulisset quidem, ni necessitate compulsus fuisset. Ac ſi talibus ante quatuordecim annos di C gnatus est, quantus nunc est post tot tantaq̃ rerum pericula? *Siue in corpore, non noui, siue extra corpus, non noui, Deus nouit: raptum huiusmodi tertium adusque cœlum.* Vide insignẽ animi modestiam, qui fateatur se ignorare, in corporé ne fuerit, an extra corpus, quando raptus est. Tertium autem cœlum *Tertiũ cœ* sic intelligas licet. Scriptura aerem vocat cœlũ, vt volucres *lum.* cœli, & ros cœli. En illud vnum cœlũ. Nouit eadẽ cœlũ es- *Gene. 1.* se firmamentũ, en cœlũ isthuc secundũ: vocauit enim firma- *Psal. 49.* mentũ cœlũ. Perspectũ etiã habet principio creatum cũ ter- *Gene. 27* ra cœlũ, ecce tertiũ tibi cœlũ. *Acnoui talem hominẽ (siue in corpore, siue extra corpus, ignoro, Deus nouit) quod raptus sit in paradisum, & audiuerit haud dicenda uerba, quæ non fas est homini proloqui.* A tertio cœlo rursum raptus est in paradisum. Raptus *Paradisus* est ergo, vt ne in hoc quidem reliquis apostolis qui Christo *Verba ta* conuixerunt, sit inferior. In paradisum autẽ, quoniã celebre *cenda, &* loci huius nomẽ p̃dicabatur, vnde & eundẽ dominus latroni *arcana.* ꝓmisit. Verba porrò tacẽda aut ineffabilia dicit, quæ huma na tãtũ spirãtib⁹, & in quib⁹ nihil est spũale, nõ licet eloqui.

Hinc

D Hinc liquidò apparet, Pauli reuelationem, quæ ita nominatur & circunfertur, diuo Paulo mendaciter & falsò esse inscriptam. Quomodo enim non esset falsò inscripta, si secreta haud dicenda illa fuerunt? Vt igitur dictum est, tertium cœlum, alius locus est, secundum verò mentis ad superna reductus, partim idem est, partim non idem. Quum enim multi sint cœli anagogicè dicendi, paucos sanè numerabimus, & eos qui sunt faciliores captu. Est enim primum cœlum, finis ac terminus ethicæ, atque adeò morum scientiæ, quando mores suos quisquam rectè formauerit. Deinde naturalis philosophia est cœlum alterum, quum scientiam aliquis de vniuersi

E cognitione ceu comprehensibilem circunscripserit. Deinde tertium cœlum Theologica est scientia, quādo quispiam comprehensibilem mensuram, quatenus ad ipsum attinet, rerum diuinarum humanam cognitionem excedētium, captus & perceptionis præuenerit per contemplationem. Paulus igitur in hoc locorum ternario fuit: raptus omnino, hoc est, omnes creaturas exuperans: neque in corpore constitutus, non enim operabatur per corporeos sensus: neque extra corpus, torpuisset enim ei intellectus etiā. In diuinis enim rebus torpet & otiosus est omnis intellectus humanus rapto homine & ab deo comprehēso, vt ab illo agatur, & opus accipiat. Quia verò & in Theologiæ locis ascensiones sunt, propterea rursus rapitur in paradisum, arcaniorib⁹ diuinitatis sacra mentis immorans, quæ incognita quum sint, nec vllis verbis

F exprimi possint, nisi humanam quisquam vilitatem transcenderit, nunquā intellexerit. *De tali gloriabor.* Ipsius vide summam demissionem & humilitatem, quomodo tanquam de alio hæc recenseat: de hoc enim (inquit) gloriabor. Atenim cuius gratia, si alius raptus est, gloriaris? itaq; hæc de seipso dicit. *De meipso autem non gloriabor.* Vel quia quum necessitas non sit, nihil tale simpliciter ac temerè dicam: vel opacā reddens orationem, vt fieri potest, hæc dicit. *Nisi in infirmitatibus meis.* Hoc est, in afflictionibus & persecutionibus. *Si enim uolo gloriari, non ero insipiens, ueritatem enim dicam.* Quomodo, quum antea dixisset insipientiam esse gloriari, nunc ait, Nō ero insipiens si gloriabor? non gloriationis causā se non insipientem fore dixit, cæterùm quia non mentiretur. intulit enim, Veritatem dicam. Vt veriloquus ergo, non ero insipiens. *Parco autem, ne quo modo imputet mihi plus quam uidet me, uel*

Cœlorum descriptio moralis.

Pauli raptus.

uel audit aliquid ex me. Hæc est certissima causa, ne homines A ex ipso deum faciant. ob eam rem semper tacuit, ac si quando coactus sit dicere quicquam, opacabat tamen, ac veluti vmbra quadam contegebat, vt ne maiorem de ipso homines suspicionem sumant. Non enim dixit, ne quis dicat de me, verùm ne quiddam maius quàm par sit, de me cogitet, mentéve concipiat. Nam si tauros ei mactare, iisque sacrum ei fa Act. 14. cere voluerunt propter prodigia, quid non feciissent si reuelationes manifestassent? *Et ne excellentia reuelationum extollar, datus est mihi palus carnis, angelus satā, ut me colaphizet, ut ne extollar.* Angelum Satan & palum, nonnulli cephalalgian, hoc est capitis dolorem, intellexerūt, ab diabolo factum. At abfit hoc: non enim Pauli corpus diabolo traditum est, quandoquidem Paulus ipsi potius præcipiebat, finesque certos præscribebat, quando fornicantem tradebat ei ad interitum 1. Cor. 5. carnis, nec eam sibi metam ille prætergrediebatur. Quid B igitur est Satan? Contrapositus vel aduersarius dicitur hebræa voce. Angeli igitur Satanæ, sunt omnes aduersarij, Alexander ærarius, Hymenæus & Philetus, omnésque tribulan 2. Tim. 4 tes ipsum & affligentes, ceu Satanæ opera perficiētes. Dicit & 2. igitur, quòd non permiserit deus prædicationem meam absque periculis procedere, vt ne extollar multis reuelationibus donatus. Quur autem non dixit, angeli Satan dati sunt mihi, sed angelus? Quia in eo loco vnusquispiam inueniebatur renitens fortasse, populúmque concitans, quo præcedente ducentéque principium, reliqui sequebantur. Vel quod melius ipsam rem adeóque renisum aduersus verbi prædicationem, periculorúmque oblationem, angelum Satan nominauit. A quo autem datus est? Ab Deo (inquit) permissum est ei. hoc enim est quod ait, Datum est: & non vt semel mi- C hi colaphos infligat, sed semper. Quòd verò ait, vt ne extollar, quidam intellexerunt pro eo quod est, vt ne ab hominibus glorificer. Sed id Paulus hic non dicit, etiamsi suprà adseruerit, sed illud ipsum, vt ne vanè glorioſus sim: homo enim & ipse erat. *Pro hoc ter dominum rogaui, ut desisteret à me, & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea.* Ter, pro sæpe, imploraui diuinam opem. Atque hoc etiam humilitatis est, fateri quòd non tulerit insidias ac afflictiones. quarum causa dominum etiam precatus sit. Dixit igitur, Satis est quòd talem tibi gratiam meam dederim, vt mortuos excites, vt virtutes adeóq;

D potentias omnes perficias. Ne quæras igitur vt citra periculum prædicatio tibi progrediatur, superuacaneum enim hoc est. Quod autem satis est tibi, accepisti. *Virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Hoc est, fortasse doles ô Paule, ne videatur imbecillitatis esse meæ, ꝙ multi verbo meo insidias machinétur: confide. Tum enim perfectius potius videtur potentia mea, quando persecutionem passi, persecutiones viceritis. Vide autem quomodo dixerit obnoxium sese ac traditum tentationibus, vt ne extollatur. Deus autem aliam rationem reddidit huius, nimirum quòd potentia ipsius tum videatur cõsummationem habere, quando in infirmitate, hoc est, in per
E secutionibus & periculis ipsi fuerint. *Libentissimè igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut tentoria figat super me potentia Christi.* Quia (inquit) hæc audiui, quòd potentia dei in infirmitate perficitur, deinceps gloriabor in infirmitatibus meis. Hæ enim quo plures fuerint, hoc vberiorem dei potentiam mihi largiuntur. Ne igitur arbitremini quòd veluti contristatus de palo verba fecerim, sed lætitiæ potius ac gloriationis causa, tanquam dei potentiam maiorem attrahens ad meipsum per adflictionum intensionem ac vehementiam: *Propterea oblector in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo.* Expetebã, inquit, hominis instar liberari à periculis: postq̃ audiui q̃ audiui, glorior hinc & oblector: hoc est, exhilaror gratias agens, oblectationem capio
Infirmitates Pauli. in infirmitatibus. Deinde ne existimes febrim, aut id genus morbos alios, interpretatur ipse tibi hanc ægritudinem, in
F dicans quòd sint contumeliæ, & alia quædam, infirmitates istæ. Hæc porrò pseudapostolos etiam pudefaciunt in diuersis rebus gloriantes, vt qui deo reluctentur. Discipulos iuxtà consolatur, ne doctoris sui nomine erubescant, sed potius decori hoc sibi adscribant: ceu deo hoc volẽte, pro Christi gloria instantibus periculis. *Quando enim infirmor, tum potens sum.*
Act. 14. Quid miraris ꝙ dei potentia tum demonstretur? nam & ego
Actu. 28. potens sum, largiore dei gratia mihi præsente & assistente:
Act. 25. veluti quum carceri inclusus est, carceris custodẽ in Christi
& 26. fide instituit: quãdo naufragiũ passus est, insulares barbaros attonitos reddidit: quando ad iudicẽ astitit vinctus, accusatoribus superior factus est. Quando igitur imbecillis erat, hoc est, in periculis constitutus, tum potens, fortis & splendidus erat. *Factus sum insipiens, dum glorior: uos coegistis.* Rursus defensionem parat gloriationi suæ. Et suprà quidem, ceu

insipientem, dixit, suscipite me, ac velut in insipientia: nunc A
aũt (ceu) aduerbio sublato, insipientẽ seipsum vocat. Quum
enim cõfirmauit quæ voluit, confidẽter posthac talẽ defectũ
iactantiæ suæ condẽnat, erudiens nos abũdè, ne vnq̃ nos nõ
præsente necessitate gloriemur, quandoquidẽ quũ ita necessitas postularet, insipientem sese Paulus appellet. Vos enim,
inquit me coegistis, hoc est, vestræ salutis rationem habens
hæc dixi, quum viderem ꝙ pseudapostoli per iactãtiã suã &
inanes glorias quas efflabant, corrũperent vos, quũ ipsis adtuertitis animũ. Hãc ob rẽ volui & ipse dicere quiddã de meipso, vestri in gratiã. *Ego enim debebãa uobis cõmẽdari.* Par erat,
inquit, vt vos mea recenseretis deprædicaretisq̃. Quia verò
id nõ feci stis, sed illis adhibuistis mentẽ ad corruptionẽ vsq̃ B
vestri, cõmemoraui hæc salutis vestræ causa. *Nihil enim inferior sui iis qui supra modũ sunt apostoli, etsi nihil sim.* Suprà cũ ambiguitate nonnulla dixit, existimo enim me nulla in re infe- *Sup. 11.*
riorẽ fuisse: nũc autẽ maiori potentia dixit, Nihil inferior
sum, hoc est, non sum postferẽdus magnis illis apostolis, Pe- *Paul⁹ etiã*
tro & reliquis. Verũtamẽ haud hìc est oblitus propriæ cõsue- *maiorib⁹*
tudinis, vnde subintulit, etsi nihil sum. Animaduerte aũt hìc *apostolis*
intelligẽtiam Pauli. Nõ enim porrò pseudapostolis seipsum *par.*
cõfert, sed illos ne verbo quidẽ dignatus, apostolis se maioribus etiam parem statuit: quippe quia omniũ facultates teneat atq; bona. Simul autẽ innuit, ꝙ apostolos contumelia
afficiant Corinthij, quando apostolis parẽ, pseudapostolis
postponant. *Signa quidem apostolatus effecta sunt in uobis.* Ego
quidem, inquit, nihil sum, verum tu nihil isthuc contuearis!, C
sed eò defigas oculos, quòd nihil defecerim à veris adeóque magnis apostolis indicia quædam & signa apostolatus
sui edentibus. Vos enim mihi testimonium dicetis, quòd
omnia perfecerim. *In omni patientia.* Primus character aposto
li, est patientia, omnia dextrè ac strenuè ferre. Contemplare
hic non alta spirantẽ vel de sese cogitantẽ Pauli mentẽ, quãta pericula, quantáq; bella, tam interna quàm externa, vna
hac dictione indicãs clàm, accurrerit. Quod enim erat eius
officij, patiẽtia nimirũ, vnica dictione expressit & absoluit:
quod verò ad signa attinet, quæ ipsi⁹ nõ erãt, sed gratię dei,
pluribus enarrauit. Audi igitur. *In signis & prodigiis, & uirtutibus.* Quid differat signũ à prodigio, alio in loco dictũ est. Ne
igit existimet aliq̃s, hęc de solis beneficiis q̃ in eos cõtulit, di-

D Cta esse, in virtutibus appositum est. Siquidem virtus seu potentia, apertius quiddã ac pœnã inferens significat. Reputa autem hîc, quot vita defunctos, leprosos, cæcos, dæmonibus occupatos, omneis ab se beneficiis affectos, simpliciter com-
Actu. 13. prehenderit, ac iuxta castigatos: qualis Elymas magnus. *Quid enim est in quo uincimini ab reliquis ecclesiis?* Ne quis dicat Magnus quidẽ es Paule, verũ nõ tanta tamẽ operatus es, quã ta reliqui apostoli in aliis ecclesiis: ait, Quid victi estis? hoc est, quid minus habetis? num minus donũ nacti estis: q̃ cæteri? *Nisi quod ipse ego non grauarim uos, donate mihi hanc iniuriã.* Magna grauitate & asperitate obiurgat eos, inquiens: Si hoc culpatis in me, ꝙ vos nõ grauarim, verũ gratis, ac citra impẽsas vestras euãgeliũ p̃dicaui, donate mihi peccatũ hoc. Simul aũt encomiõ illorũ cõtinet sermo, q̃ iniuria sese adfici putãt, ꝙ nihil ab se dignatus sit accipere. *Ecce iam tertia uice paratus*
E *sum uenire ad uos, & non grauabo uos: non enim quæro uestra, sed uos.* Ne videatur hoc continuò proferre ipsis, quasi in præsentia iãnunc quicq̃ accipere cupiat: Quia, inquit, non accipio, eam ob causam ad vos non venio. Quinetiã altera vice destinarã venire, ac tertiò iam paratus sum ad vos proficisci, nec aggrauabo vos. Quamobrẽ? Nõ quia terremini, vel quia nõ possitis, enimuero, quia non vestra, sed vos ipsos quæro, hoc est, vestram salutem, & animas, non pecunias. *Non enim debẽt liberi parentibus thesauros coaceruare, sed parentes liberis.* Quia verisimile erat eos dicere. Quia non licet vos nostra habere, ideò ægro erga nos animo affectus es, ideò videris nobis non bene velle, propter hanc ratiocinationem infert, Parentum est liberis dare, pro præceptoribus ac discipulis parentes ac liberos adsumens, innuens ita debitum sese explere, rémque se quam prætermittere non possit, tran-
F sigere. *Ego autem lubentissime impendam & impendar pro animabus uestris.* Ego, inquit, non solùm non accipiam à vobis, sed potius addam. id enim est quod ait, impendam. Ipse etiã impendar, hoc est, si oporteat me carnem corpúsque meum pro salute vestra impendere, non parcam. *Et si abunde uos diligens, minus diligar.* Hoc accusationem pariter habet ac dilectionem. Hæc, inquit, facio sanè pro dilectis ab me, nõ pariter tamen diligentibus me. Expende tecum, quotnam gradus hæc causa admittat. Quum debuisset accipere, non accepit: secundò, destitutus: tertiò, ipsis verbum prædicans: quartum,

tum, quod addit etiam: quintum, quòd non simpliciter, verũ A
cum alacritate & cupiditate (ex indigẽtia enim) addat: sextum, quòd seipsum impendat: septimum, pro iis qui non perinde ipsum redamẽt: octauum, quòd pro impense amatis sese impendat. *Esto autem quod non grauarim uos, sed quum astutus essem, dolo uos cepi. Nunquid aliquo eorum quem misi ad uos, per ipsum circũueni uos?* Quod ait, est huiusmodi. Ego quidem vos non circũueni, potest tamen aliquis fortasse suspicari, ꝙ ipse nõ accipiẽs subornarim vafer alios à me missos, qui sua p̃sona quicq̃ à vobis peterent, vt hoc compendio accipiens, non videar tamen accipere. Ne igitur hoc verũ sit, videte & con- B
templamini. Circũuentionem autem rursus vocat rem, carpens eos & contumelia afficiens, ostendens ꝙ inuiti daturi erant, ac veluti circũuenti. hæc enim est circũuẽtio, ab inuito quopiam accipere. Quod maximum in pudorem eis cedit, si circũueniri se arbitrarentur, quum alerent præceptorem ac doctorem suum. *Adhortatus sum autem Titum, ac simul misi fratrẽ nequa in re fraudarit uos Titus.* Hoc etiam nõnihil obiectionis & opprobrii habet. Non misi, inquit, sed adhortatus sum, innuens quòd etiamsi accepisset, iure accepisset, ex adhortatione nanque mea venit: attamen vel sic purus mansit. Misit autem vnã & alium fratrem quempiam. *Nõne eodem spiritu obambulauimus?* Hoc est, nõne eodẽ dono spirituali. charisma enim vocat, quòd quum in angustia esset, nihil acciperet. Atqui C
opus ipsius erat, deo tamen acceptum refert. *Non iisdem uestigiis?* Ne in minima quidem re tramitem meum excesserunt, sed eandem exactam rationem à nobis præmonstratam ostẽderunt. Expende autem quomodo nedum seipsum erudierit Paulus, verumetiam suos commilitones, ne pollluerentur omnino vel iusta etiam acceptione. *Rursum existimatis, quod defensionem apud uos paremus? coram deo in Christo loquimur.* Metuo, inquit, ne adulationis opinionem hîc incurram. Nõ ad gratiam, inquit, vestram hæc dicimus, neque vt vobis nos defendamus, sed tanquam cernẽte deo, in Christo, hoc est, per Christũ loquimur. Itaque dicimus, quæ facta sunt, & à deo decreta, & non vt commendem meipsum vobis. quod & in exordio huius rei dixit. *Hæc autem omnia dilecti pro uestra ædificatione.* Non dixit, propterea hæc omnia feci, & nihil accepi, quia vos infirmi eratis, hoc enim asperum fuisset ac durum, sed propter vestram ædificationem. Vt enim, inquit,

Ab inuito *quicquam accipere, dolus est.*

D non offendamini in me, eapropter non accepi, ob vestram nempe commoditatem. *Metuo enim nequo modo ueniens, non quales uolo uos inueniam, & ego inueniar in uobis non qualem uos uultis.* Viden' paternam curam? Alij peccarunt, & Paulus metuit, neque certò quicquam adserit, sed dubitat adhuc. Ne si venero, non quales velim vos inueniam, hoc est, corruptos: & inueniar ego necessariò qualem non vultis, hoc est, vltor & punitor. *Nequo modo lis, æmulationes, iræ, contentiones, obtrectationes, murmurationes, inflationes, inordinationes.* Primùm positurus erat inflationes, aduersus ipsum enim arrogantes erant: attamen ne videatur quæ sua sunt quærere, quod publicum est primũ dicit. Ab æmulatione enim & inuidia omnia alia nascebantur, ac rursum ab illis æmulatio accendebatur. Contentio autem dicitur, quando quisquam per litem provocat alterum super quapiam re. Murmurationẽ autem calũniam vocat. Inflationes: quæ ad ostentationem & arrogantiam spirant, tumidósque mores, vel quando ceu in alteram naturam tumor tralatus fuerit. Aduersus ipsum enim elati, pseudapostolos honorabãt. *Ne rursus si uenero ad uos, humiliet me deus meus.* Hoc est, sufficiunt priora. Metuo autẽ, ne iam veniens cogar austerius vobiscum agere. Humiliationem enim vocat, quòd omnino sit puniturus aliquot, licet multi isthuc opinionem esse censeant, quæ in hoc loco non sit admittenda in Pauli verbis. Non dixit autem, ne humilier, ne deprimar, verũ ne humiliet me deus, indicans ꝙ dei causa isthuc facturus sit. Nisi enim in medio esset deus, ipsiúsque mendatum esset, ab seipso non ita austerus visus esset. Quod ait, deus meus, ardẽtem eius charitatem erga deum indicat. *Et lugeam multos, qui iam antea peccarint, nec resipuerint super impuritate, & fornicatione, & libidine quam patrarunt.* Apostoli hic viscera & miserationem animo voluta: nam pro aliorum delictis ipse luget. Non dixit autẽ omnes, sed multos, nec simpliciter qui peccarunt, sed quos non pœnituit suorum scelerum, hi enim digni sunt luctu, qui in vulnere, nullam adhibentes medicinam, permanent. Neque illos dum retegit, dãs eis facilem ad pœnitẽtiam aditum. Eam enim ob rem & pœnitentiæ meminit, vt eam accipiant, ne si venerit, puniat eos, ac propterea lugeat, hoc est, summo mœrore conficiatur. Ob Nouatiani serua quod dixit de pœnitentia, propter Nouatianos. Per impuritatem quoduis peccatum accipies: quoduis enim peccatum impurum facit. Vel speciatim nefariam corporum mixturam, qua nefanda committuntur. Non enim vnus erat qui fornicatus erat, sed multi, idque in plerisq; lasciuiarum speciebus.

A

CAPVT XIII.

T *Ertium hoc uenio ad uos: in ore duorũ testiũ aut trium* Deut. 17
stabuetur omne uerbũ. Perinde ac deus multa in- Matt. 18
terminatur, semper aũt cunctatorem agit in inferendo supplicio: hunc ad modũ imitator eius Paulus haud pauca prætestificatur ante aduentum suum. Vt scriptum est, inquiens, coram duobus aut tribus testibus omnẽ controuersiam sisti: hanc ad rationẽ tribus meis aduentibus, omne verbum quo interminatus sum vobis, stabuetur aduersum vos, &

B

planè cũ autoritate perficietur, nisi resipueritis, mente vestra sanctiorib⁹ cogitationib⁹ imbuta. Testimoniorũ enim loco aduentus suos ponit. *Prædixi & prædico, quòd præsens secundum, & absens nunc, scribo iis qui antehac peccauerũt. Quòd si uenero rursus, non parcam.* Prædixi, inquit, & rursus prædico, quẽadmodum secundò aduenies vobis dixi, sic etiamnum hisce literis pronuncio iis qui flagitia commiserunt, ceu indigentibus correctione, reliquis autem ceu testibus, si rursus venero. nec dixit puniam, sed paterno verbo parsimoniq; vsus est. Quòd si enim incorrectos, inquit, inuenero non porrò reuocabor ab instituto meo. *Quoniam probationem eius qui in me loquitur, Christi, quæritis.* Cum magna indignatione ad cõtemnentes ipsum veluti imbecillẽ & contẽptum, hæc dicit. Post-

C

quã enim vultis explorare nũ Christus in me cõmoretur, ac propterea me ridetis ceu infirmum, & Christi inanem, agno scetis omnino, ni vitã morésq; vestros correxeritis. Cõmonstrat autẽ spiritualia esse quę loquatur verba, deincépsq; metuendas esse minas suas, ceu loquentis sint Christi. Non ideò autem puniebat eos velut probationem aut experientiam daturus: verùm quia irremediabiliter delinquitis, si cogar, inquit, pœnam sumere de vobis, adeoque punire vos, sentietis per opera ipsa explorationem quam anquiritis. *Qui erga uos non est imbecillis sed potens est in uobis.* Quur appositum erga vos, quum vbique potẽs sit? quia verisimile erat eos iam antea expertos esse potentiam. Ait igitur: Quia iam antea experimẽtum accepistis, omnino nouistis quòd in vos nõ sit

D infirmus, sed fortis potésque. Vel quia iánunc potentiá suam in vobis demonstrat, qua efficit vt vos possitis emendari, percutiens vos nunc, vt in futuro iudicio dimittat. Erga infideles autem ostendit potentiam in die iudicij. Simul autem indicat quòd etiamsi puniturus sit, se tamen non puniturum, sed Christum. *Etenim si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex potentia dei.* Plerique offenduntur ex dictione hac: atqui disce quòd dicatur infirmitas tum corporis, tum circa fidē macies, & marcor, & putredo, vt eo loci: Infirmum in fide susci-
Rom. 14 pite. Dicitur rursus imbecillitas, & insidiæ ipsæ, & pericula,
Supra. 12 & ignominiæ, vt quum dicit: Oblector in infirmitatibus, & similia. Secundum hanc igitur significationem Christus cru-
E cifixus est, insidias sufferens, & periculum, & iniuriam. hæc enim videntur ex imbecillitate fieri. Perinde igitur vt stulti-
1. Cor. 1. tiam vocat Paulus prędicationem, non quòd sit, sed quòd ita reputetur infidelibus: sic ex imbecillitate dicit crucifigi dominum, quæ ita ab incredulis existimabatur, quū tamen non esset. Viuit quidem ex potentia dei, hoc est, patris, siue sua ipsius. Nam quæcunque patris sunt, etiam ipsius sunt: & quæ
Ioan. 2. ipsius sunt, patris sunt. Proinde ipse etiam seipsum excitauit, æquè ac prædixit: Soluite tēplum hoc, & excitabo illud. Hęc autem omnia dicit Paulus, quia contemnebant ipsum, vt qui persecutionibus & insidiis esset obnoxius, atque ex infirmita te hæc eum pati existimabant. Ob oculos itaque ponit quòd Christus ex hac infirmitate nihil damni acceperit. *Ete-*
F *nim nos infirmamur in ipso, uerum uiuemus cum ipso ex potentia dei erga uos.* Hoc est, persecutionem patimur & agitamur. Hæc enim est infirmitas in ipso, hoc est, propter ipsum, ipsiúsque verbum, & euangelij præconium. At perinde ac ille non est læsus insidiis petitus, sic neque nos, sed viuemus cum ipso, id est, inuincibiles inueniemur erga vos, hoc est, ad vestram cōmoditatem. Fortasse autem adhuc terret eos. Nam si putatis & nos esse infirmos, scitote nos esse viuentes erga vos, quippe qui vos, nisi vitam vestram & mores aliter instituetis, punire queamus. *Vos ipsos tentate num sitis in fide, vosipsos probate.* Quid dicam, inquit, de meipso, quòd Christus in me loquatur, & quòd potens sim? illum tamen crucifixum imitatus, nō dominor in vos. Porrò si velitis vos ipsos explorare, videbitis in vobis ipsis Christū. siquidem omnes habetis fidem (credentes enim tū miracula edebant) vel fidē simpliciter,

pliciter, vel signorum, quæ specialior est. Proinde si in vobis A discipulis Christus est, multo potiꝰ in me præceptore vestro est. *Aut non agnoscitis quòd Iesus Christus est in uobis, nisi quid reprobi sitis?* Hoc est, nisi quid excideritis è gratia signorum quam accepistis. Innuit autem clanculum eos vita corruptos esse. Quia enim plerique fidem habētes, miraculorum fuerūt destituti exhibitione & operatione, vt videtur, inquit, nō agnoscitis vos ipsos, quòd Christus Iesus est in vobis? Nō est autem in vobis, eò ꝙ moribus sitis reprobi. Nō certò autem hoc expressit, sed ambiguè posuit, ne acerbius eos feriret ac incesseret. *Spero autem quòd cognoscetis nos non esse reprobos.* Magnæ hinc minæ prodeunt. Quia em̄ vultis accipere probationem, per pœnam quā vobis infligemus, venio in spem, nobis non defuturam demonstrationē quòd nō simus repro- B bi, neq; exciderimus ab gratia signorū & virtutis, neque vita sumus ita corrupta, vt è nobis, eque domo nostra extrudatur Christus, verùm est in nobis per probatam vitam, vosque im morigeros puniet. *Precor autem deum, ne faciat uobis quicquā mali, non ut nos probati simus, sed ut uos bonum faciatis, nos autem reprobi simus.* Reputa hic apostoli clementiam & miserationem. Vilipēdebatur, proscindebatur vt qui nihil posset, sed solum in literis turgeat. Ipse verò nō solū differt ac reiicit pœnam, verumetiam rogat ne vnquàm ipsi peccatum committant, & ne ipse eos punire cogatur necessitate hoc postulāte, eorúmque demeritis. Nō enim in hoc elaboro, inquit, vt videar probatus, ceu potentiā puniēdi habens, cæterùm vt vos bonū fa- C ciatis semper: & si vnquàm contingat vos delinquere, vt pœniteat vos scelerum, & ego sim reprobus, hoc est, vt ego non paucis videar infirmus, ac potentia vacàs, quippe qui nō inueniam locū puniēdi vos. Nō enim reuera reprobus esse cupiebat. Probatus enim potius inueniebatur, quòd sic erudiat discipulos, vt nihil peccent, sed multorū opinione dixit se veluti reprobum. *Non enim possumus quicquā aduersus ueritatē, sed pro ueritate.* Ne uideatur blādiri eis, ait: Ex mente omnino vanæ gloriæ experte hæc facio. Si inuenerimus vos firmos ac minimè nutantes in fide, non poterimus vos punire. Deus enim nobis non cooperabitur. Potentiā enim nobis dedit, vt verū feramus calculū, qui haud sit veritati aduersus. Verè autem suffragatur ac decernit, qui dignū punit: aduersus autem veritatē fert suffragiū, qui non peccantē etiā punire tentat.

Gaude-

D *Gaudemus enim si quando nos infirmi simus, uos autem potentes sitis.* Rursus ostendit seipsum admodũ totũ eorum esse. Ait enim: Ne existimetis quòd quia nõ possim (quãdoquidem vos non impingatis, careatisque errore) potentiam meam demonstrare erga vos, propterea doleam: lætor enim maximè, quando ipse quidem ego langueã & infirmer, hoc est, infirmus reputer, quòd non possim potentiam meam puniẽdo vos commonstrare: vos autem potentes sitis, hoc est, virtute conspicui, lapsuque vacantes. *Hoc autem & precamur, uestram perfectionem.* Non solùm, inquit, hoc volo, sed cupio etiam esse vos irreprehẽsibiles & cõpactos, hoc est, perfectos, nullam exhibentes noxam. *Propterea hæc absens scribo ut præsens, ne severiter utar secundum potestatem quam tradidit mihi dominus ad ædificationem, &* E *non ad destructionem.* Postquam acriter eos terruerat, & interminatus erat, nũc defensionẽ parat, Eam inquiẽs, ob causam sic scripsi, quòd voluerim minas meas ad literas vsque esse, & severitatẽ, neque re ipsa & operibus demonstrari. Non correctos enim, & eos qui sese non emẽdauerint, duriter puniam ac seuerè, postquam potestatem dedit mihi dominus. Hinc indicat quòd dominus etiam per ipsum, vt medium, punit. Cõmonstrans porrò quòd nõ desideret potestate sua vti ad illorum supplicium, appposuit, nõ ad destructionem, sed ad ædificationem, hoc est, in primis & ante omnia deus nõ vult destruere, siue punire, sed ædificare, hoc est, benefacere. Atqui demoliri ea ac destruere quę sunt inædificabilia, ædificare etiam est. *Quod reliquum est, fratres, gaudete.* F Ego, inquit, quod meum est feci, reliquum est vt vos vestra etiam simul adferatis. Si enim vitam vestrã correxeritis, immarcessibile possidebitis conscientię gaudium, etiamsi tristia vobis locutus sim. *Consummamini.* Hoc est, perfecti estote & in doctrina, & in moribus, ac replete quæ desunt vobis. *Consolationem accipite.* Quia multæ fuerunt tentationes & pericula, Consolationem, inquit, accipite & à vobis ipsis, & alter ab altero, & à permutatione vestri in meli⁹. Magna enim consolatio est conscientia bona. *Idem sapite, pacem habete.* Hoc & in priore epistola ab iis petiit, ceu dissidentibus. Est autem idem sapere, in vnanimitate doctrinę: pacem verò agitare & exercere, in mutua conuersatione. Vtraq; ergo ab ipsis Apostolus expetit ac postulat. *Ac deus pacis & charitatis erit uobiscũ.* Non solum adhortatur, verumetiam exoptationem

nem adiicit: vel ne hæc quidem est exoptatio, sed eius quod A posthac euenturum est, prædictio & prolatio. Nam si pacem inter vos alueritis, Deus erit vobiscum. Charitatis autẽ deus dicitur, vel quòd veluti fons sit huius, vel quòd eã erga vos eximiam ostẽdat, vel quòd hîc sit charitas, isthic autẽ is qui huius dominus sit, appareat. Similiter & pacis, siue fons sit huius, siue quòd pacata faciat tam quę in cœlo, quàm quæ su per terram, vel quòd sit dominus tanti boni. *Salutate uos mutuo in osculo sancto.* Non fucato ac doloso, Iudæ instar. Propter hoc enim osculamur, vt magis accendamus charitatem. nã os præ cæteris maximè membris cõnectit animas. etenim reuersi, vnionem significãtes osculum figimus. Vel quia tem plum sumus dei, huius autem templi vestibulum vel atrium B est os, atria osculamur: per has enim periores ianuas ingreditur Christus. *Salutant uos sancti omnes.* Præsentes quidem per osculum connectit, absentes autẽ per salutationem. Imò & hosce cõnectit os, nam ab ore salutatio proficiscitur. *Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio dei, & communicatio sancti spiritus cum omnibus uobis. Amen.* Quia connexuit omnes, imprecatur eis consueto sibi more gratiam filij, per quam seruauit nos, nõ ex operibus nostris, sed ex gratia, mactatus ipse pro nobis: ac dilectionem patris, qua dilexit nos, dans vnigenitum pro nobis. Tãquam autem interrogatus, vndénam filij gratia adueniat, ex patris, inquit, dilectione. Quid verò effecit? communionẽ sancti spiritus, hoc est, participationem & assumptionem, qua sanctificamur aductu spiritus paracleti super nos, socij ipsius facti, imò & ipsi in spiritum permu- F tamur, non essentia, sed societate. Vbi ergo sunt qui spiritum sanctum reiiciũt, quia in principio epistolarum hoc non ponit? En, iam posuit, atque ternarius tibi consummatus ab diuo Paulo connumeratus est, per quem conseruemur, vt veritatis adeò dogmata firmiter retineamus, ac vitam incorrupti bilem demonstremus, vt reuera perfecti simus, vtrinque bene habentes, serui perfecti, perfecti in Triade dei commonstrati, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Scripta est à Philippis Macedoniæ vrbe, per Titũ & Lucam.

IN DIVI PAVLI AD GALATAS EPISTOlam Theophylacti Bulgariæ Archiepiscopi enarratio.

Præfa-

Universidad de Deusto Biblioteca

D

PRAEFATIO.

Vlta indignatione refertũ est exordium, vt vniuersa propemodum epistola, perpetuò enim mitem & mansuetum esse discipulis, qui asperitate & increpatione opus habent, non est boni præceptoris. Idem etiam dominus agit. Quum enim Petrum beatum prædicasset, postea itidem obiurgat, ac discipulos indoctos & carentes intellectu appellat. Diuus Paulus igitur ad alios scribens, austeritate vsus est, quemadmodum ad Corinthios, potissimum autem ad Galatas. Causa verò est huiusmodi. Qui ex Iudæis ad Christi fidem accesserant, partim quidem lege detenti, partim verò doctores esse desiderantes, docebant Galatas circuncisionem esse retinendam, sabbata & neomenias seruanda: Petrum nanque hæc non vetare, eiusque collegas. Ac reuera quidem non vetabant illi, non quòd ita docerent, verũ quòd infirmitati eorum qui ex Iudæis crediderant, condescenderent, quibus & verbum Euangelii prædicabant. Paulus verò Christum gentibus annuncians, non habuit opus condescensione & permissu hoc. Nam siquando opus esset, ipse etiam acquiescebat. hinc est quòd circunciderit Timotheum, quòdque ipse sanctificatus sit secundum legem. At qui impostores non reddentes causas quur Petrus & qui cũ ipso erant, circunciderent, decipiebant simpliciores. Atque hoc ipsum sanè in Pauli calumniam proferebant, aliàs quidẽ circuncisionem stabilire, aliàs verò circuncisionem tollere, & aliàs alia prædicare. Ante omnia verò Paulo haud obtemperandum clamabant, quippe quia neque Christum vidisset, neque eius esset discipulus, sed apostolorum. Petrum autem cum cæteris apostolis ceu κυριακας, hoc est, eos qui ipsi Christũ vidissent, suscipiendos. Has ob causas animo accensus apostolus, epistolã hanc conscribit. Ac primũ quidẽ eò sermonẽ dirigit, quod illi dicebant, perfodientes ita & eleuantes eius autoritatẽ, nimirũ quòd alii quidẽ essẽt Christi, ipse verò apostolorum discipulus. Propterea & sic orditur.

Matt. 16
Lucæ. 24

1. Cor. 5.

E

Actuũ. 16

Actuũ. 21

F

CAPVT.

CAPVT I.

A

Paulus apostolus, non ab hominibus, neque per hominem.

P Illico hominum esse discipulus renuit, ac tollit. Non ab hominibus enim, sed è supernis adeòq; cœlitus vocatus sum, & nõ per hominẽ sed per ipsũ Christũ. Baptizauit quidem ipsum Ananias, sed ad fidem non vocauit, verum è cœlis Christus. At quur non dixit, Paulus vocatus, sed Apostolus? Quia hac de re tota erat quæstio atque sermo. dicebant enim quòd ab hominibus apostolus electus esset. A duersum isthuc ergo consistens, ostendit rem sese habere aliter. *Sed per Iesum Christum, & deum patrem, qui excitauit ipsum a mortuis.* Ipsæ res gestæ & opera ab spiritu sancto profecta indicant eum segregatum esse ad apostolicam fũctionem. Perspicuum igitur quòd sit vna potestas & patris & filij & spiritus. Obserua hic præpositionem (per) patri esse adpositam, ac filium primũ esse nominatum, propter hæreticos qui in hisce rebus curiosi sunt. Oportunè autẽ meminit mortis & resurrectionis, vt persuadeat eos non porrò legi aduertere animum, quæ eis conferre non possit, neque quicquam etiam quod in salutem eorum cedat, afferre, sed Christo potius, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Tum quòd magnæ sit dementiæ, à tali tantoque benefactore deficere. Dicitur autem ipsum excitare etiam pater, propter auditorum imbecillitatem, & quòd ad patrem etiam referantur quæcunque filius facit. Neque enim non potuit seipsũ excitare Christus, qui in ipsum credentibus dedit suscitare mortuos sola umbra corporum suorum. *Et qui mecum sunt omnes fratres.* Quia calumniabantur eum, quòd solus hæc prædicarit, indicat iamnunc plerosque sibi alios esse eiusdem consilii & sententiæ participes atque consortes. *Ecclesiis Galatiæ.* Reputa hic indignationem Pauli atque dolorem. Non enim dixit dilectis, sanctificatis, neque ecclesiis dei, sed sic simpliciter, ecclesiis Galatiæ. Quia verò dissidebant inter sese, non iniuria multas has vocat ecclesias, simul eos pudefaciens, in vnum colligit per hoc nominis. Qui enim in multa sunt diuisi, non possunt hac nomenclatura appellari, quæ concordiam denunciat. *Gratia vobis & pax.* Quia periculũ erat ne gratia exciderent, propterea quòd animum ad legem applicarent, imprecatur hanc & exoptat ipsis. Quoniam verò se ipsi hostes dei fecerunt, statuentes legalia quę ille aboleuerat,

Actuũ. 9.

B

Actus. 13.

C

Roma. 1.
2. Cor. 1
Phil. 1.

Drat, ad pacem illos reuocat ac reducit. *A deo patre.* deus pater vester factus est. Vnde? ex lege ad quam inhiatis, vel ex baptismate Christi? Quomodo igitur auersamini benefactorem? Obserua autem quòd ait à deo patre, sine articulo positum. *Et domino nostro Iesu Christo.* Non lex nostra dominus noster est, verumenimuero Christus Iesus. Hæc ipsa porrò nomina beneficii sunt indicia demonstrationéque. Iesus enim, veluti a peccatis seruans populum dicitur, &
Matth. 1. Iesus. Christus. Christus a spiritus vnctione, qua pro nobis vnctus est, sanctificans naturam nostram per assumptionem, dans nobis vt eo ipsũ nomine appellemus. *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.* En seipsum dedit: non igitur vt seruus herili iussu operatus est. Quum igitur audis ipsum a patre datum esse, be
Roma. 8. neuolentiam patris & voluntatem intellige. Dedit autem seipsum, vt liberet nos à peccatis, à quibus lex liberare non valuit. Quomodo igitur liberatore vestro dimisso, in legem defigitis oculos, mentem ei appellentes, quũ nihil prodesse possit aut iuuare? *Vt eximat nos à præsenti seculo scelerato,* Manichæi aduersus hunc locum hîc insurgunt, adserentes, Eum nichæi. prauum appellauit seculum præsens, siue vitam nostram, verum id sic non habet. Non enim dies prauę ipsæ sunt per se, quę enim est prauitas solaris cursus, vel dierum interualli? Neque vita nostra per sese praua est. quomodo enim, in qua
Seculum prauum. deum agnoscimus, ac de futuris philosophamur? Sed seculum prauum, operationes prauas dicit, vel corruptam voluntatẽ ac prædeliberationem, quemadmodum nos consueuimus dicere, Malum habuerunt diem, non tempus, sed circumstantiã & opus accusãtes. Non enim vt nos occidat & eiiciat
F è præsenti vita, propterea mortuus est Christus, verum vt à prauis operibus deinceps nos liberet. Quum enim suprà dixisset, Dedit seipsum pro peccatis nostris, hoc est, liberauit nos à præteritis sceleribus, posthac ait quòd & in futurũ dedit nobis securitatem, vt eximat nos à praua vita & moribus peruersis. Lex autem neque præterita peccata deleuit, nec ad futura quicquam valuit. *Iuxta uoluntatem dei & patris nostri.* Quia putabant illi quòd deo non obtemperarent dimittentes legem, suspicionem eorum corrigit, ostendens voluntatẽ patris esse, quòd per filium liberaremur. Vides autem quòd non dixerit iuxta mandatum patris, sed secundum voluntatem

tem, hoc est, beneuolentiam, oblectationem. Dicens autẽ A patrem nostrum deum, rursus benefactoris meminit Christi, qui patrem suum, nostrum etiam benefactorem fecit. Qui igitur ab hoc deficitis? *Cui gloria in secula seculorum. Amen.* Quum nusquam alibi in exordiis Amen posuerit, hîc ponit, indicans quòd sermo consummatus sit ipsi, ac sufficere quæ dicta sint, ad accusationem Galatarum. Et enim mentione facta inenarrabilium dei beneficiorum, ex quibus condemnabantur illi dimittentes benefactorem Christum, deinde admiratus ea, nec quicquam valens de illis porrò exprimere verbis, gloriam dei continentibus verbis finit sermonem. *Demiror quod adeo cito transferimini ab eo qui uocauit uos per gratiam Christi.* Indicat quòd magnam de ipsis habuerit opinionem. Admiror, inquit, si vos qui adeò in fide laborastis, B adeò cito transferimini. Duæ culpæ sunt, & quòd transferimini, & quòd citò adeò, vt ne tempore quidem opus habeãt impostores, quod leuitatem excipientium impostura reprehẽdit. Nec dixit trãslati estis, sed transferimini, hoc est, necdum credo, nec arbitror consummatam esse deceptionẽ. Considera hîc sapientiam, Quia lege detenti putabantur curare patrem, A patre, inquit, transponuntur legi adhibentes animum. Ab eo, inquit, qui vocauit vos, hoc est, patre. In gratia Christi, id est, vt iustificemini per Christum, non ex operibus, sed gratia. Filius enim exhibet remissionem in gratia pater autem ad hanc vocat. *Ad aliud euangelium, quod non est aliud, nisi quidam turbantes uos, ac uolentes peruertere euangelium Christi.* Quia suam ipsorum impostura seductores C euangelium vocabant, ipse ad nomen illud pugnans, Non est, inquit, aliud euangelium, præterquam quod accepistis. Vnum enim est, rectam & synceram opinionem & cultum dei continens, quod prædicaui ego, nisi iam sint qui turbent oculos animarum vestrarum, & faciant alia pro aliis cernere, volentes subuertere euangelium Christi. At non totum euangelium subuertebant, verùm de sabbato & circuncisione solum mandatum subintroduxerunt: attamen indicat quòd exiguum quippiam perperam factum, vniuersum euangelium inuertat, perinde ac qui regij nomismatis quicquã deprauauit, totũ nomisma adulterinum reddidit. Obserua id propter eos qui dicunt, hoc esse

D se modicum, essèque concedendum. Apprehendunt autè hoc
Marcioni stæ. Marcionistæ, asseuerantes vnicum duntaxat huc recipiendũ euangeliũ, non quatuor. Ecquid hoc? Nã & nos quatuor vnũ dicimus secũdũ quidẽ cõcẽtũ atq; cõcordiã. Neq; enim Paulus de numero nunc dicit, verũ de dissonãtia. Quia enim dissonat impostorum prædicatio, nec est cum nostra concors, ideo non est euãgelium, quemadmodum si consonaret, esset euangelium, hoc est, prædicatio apostolica. Proinde manifestissimæ nugæ sunt quæ Marcion hic profert de vno euangelio. *Sed etiamsi nos, aut angelus ex cœlo euangelium uobis prædicet præter id quod prædicauimus, anathema sit.* Ne quis dicat
ἐγκρατῶ quòd ambitione gloriæve cupiditate ductus, sua dogmata turbet, * séque ipsum execratur. Quia verò ad authoritatem
E & dignitatem personarum confugiebant, ac Petrum cum
Sacerdotes angeli dicti. suis, & Iacobum præferebant, eam ob causam angelorũ etiã meminit. Adiecit autem ex cœlo, quandoquidem & sacerdotes angeli vocabantur. Ne igitur de sacerdotibus hæc dici putes, cœli appositione superas virtutes adeóque potentias indicauit. Nec dixit pugnantia prędicent, cæterum si parum quiddam annuncient præter id quod annunciauimus. Quũ enim angelos anathemate ferit, adeóque detestatur, omnem autoritatem ac dignitatem reiicit. Quia verò seipsum execratur, omnem coapostolorum coniunctionem tollit. Ne enim dicas, En coapostoli tui diuersum prædicant. Ecce nam que ne mihi ipsi quidẽ parco, alia ab his prędcanti. Nec quia apostolos condẽnet, hæc loquitur, sed volẽs obstruere ora se
F ductorũ, atq; mõstrare q̃ autoritas vel persona neq; expecta tur neq; aspiciatur, siquãdo sit de dogmatibus sermo. *Quemadmodum prædiximus, sic rursum dico: Si quis uobis euangelium præ dicet præter id quod accepistis, anathema sit.* Ne arbitrentur ex indignatione vel commotione hæc ipsum dicere, rursus eadem ponit, indicans quòd non citra iudicium, sed firmiter & solidè stabilieus ac decernẽs hæc apud sese, sic protulerit. *Iam enim homines persuadeo, aut deum, aut quæro hominibus placere?* Defensurus est ea quorũ causa accusatur. Ne igitur ipsi attolantur & insurgant, veluti cum præceptore disceptantes, ne cogitetis inquit, quòd vobis defensionem parem, aut vobis quæram persuadere, cæterùm ad deum omnis mihi oratio dirigitur. Vnde neque hæc scribo àvobis expetens gloriam, neque vt discipulos habeam, sed deo rationem

nem reddens pro dogmatibus mihi concreditis, non vt ho- A
minibus placeam. Vel sic intelligas licebit. Calumniabãtur eum ceu alia apud alios prædicantem, quique pro hominum conditione sese permutaret. Ait igitur: Num homines persuadere studeo, illisque placere, aut deo? Nam si hominibus placere voluissem, facerem omnino quod dicitis. *Si enim adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Confirmat q̃ non studeat hominibus placere, neque in animum induxerit ipsis adulari, neq; alia apud alios prædicare. Si enim hic meus scopus, hócque studium meum esset, non defecissem à ritibus Iudaicis, & accessissem Christo, nec contempta tanta amicorum & cognatorum gloria, persecutiones, pericula, & contumeliam elegissem. *Notum autem uobis facio fratres euan* E
gelium quod prædicatum est a me, quod non est secundum hominem. Demonstraturus est eis num verè ab lege destiterit, translatúsque sit, ideo & prioris vitæ meminit, ac totius permutationis suæ. Quoniam non defecissem prorsus ab Iudaismo, ni diuinorẽ quampiam certitudinem habuissem. Hinc etiam, Nõ est, inquit, secundum hominem euangelium meum, hoc est, non hominẽ habui præceptorem, cæterùm ipsius dei sum discipulus. *Neque enim ego ab homine accepi, sed per reuelationem Iesu Christi.* Hoc enim obiiciebant calumniatores, quoniam nõ vt apostoli reliqui ipse audiuisset Christum, sed ab hominibus accepisset omnia. Ait igitur: Ille ipse reuelauit mihi euangelium, qui & Petrum instituit, & cæteros. *Audiuistis e-* F
nim meam conuersationem quondam in Iudaismo. Vnde planũ est quòd per diuinam reuelationem acceperim euangelium? Ex priori, inquit, cõuersatione. Quum enim talis tantúsq; essem persecutor religionis Christi, quomodo quæso prorsus permutat⁹ essem, ni diuina quępiã reuelatio traxisset me? Quòd eñ uehemẽs erã persecutor, inde perspicuũ est, q̃ & vos Galatæ audiatis eos qui tãtum ab Iudæis destiterint. *Quoniam* Actuũ. 9.
supra modum persequebar ecclésiam dei, ac depopulabar eam. Animaduerte quomodo vnumquoduis cum epitasi ponat & exaggeratione. Non eñ dixit persequebar, verũ cũ omni excessu persequebar, nec hoc solũ, verũetiam depopulabar, hoc est suffodere ac diruere tentabã, ac excindere: hoc enim depopulantis opus est. *Et promouebã in Iudaismo super multos coætaneos in genere meo, abunde æmulator existens paternarũ mearũ traditionũ.* Prę omnibus aliis illis tẽporibus multum feruoris ●stẽ-

y debam,

D debam,ac promouebam bellum aduersus ecclesiam:vel quia
Pauli zelus. celebris eram & in precio apud Iudæos.Ne existimes autem quòd vanæ gloriæ isthæc res fuerit,vel indignationis,sed æmulationis.Quòd si igitur aduersus ecclesiam pro nulla humana re vel ex nullo humano affectu pugnabam, sed ex zelo dei etiamsi per errorē,quà ratione iam nunc simul atq; veritatem agnoui,humanæ gloriæ amore prædicarem alia & alia,& non quæ veritas postulat, & Christus me docuit? *Quando autem placuit deo,qui me segregauit ex utero matris meæ.* Si ex vtero matris segregatus erat ad euangelium,& electus ab deo,per omnino diuinam quampiam prouidentiam relictus est interea temporis in Iudaismo, vt nimirum vniuersa
E ita eius permutatio,multos in fide firmaret & attraheret.
Actuū.9. Segregauit autem eum deus,non per sortem,sed præscientiā vt dignus esset. *Et uocauit per gratiam suam.* Deus ob virtutem suam vocauit eum.Vas enim electionis,inquit, mihi est.Ipse autem insigni modestia præditus, per gratiam inquit vocatum se,& non ob dignitatem, sed propter misericordiam. *Vt reuelaret filium suum in me.* Non dixit mihi, sed in me,indicans quòd non verbo tantum didicerit, veritetiam multo spiritu corde repleto, in interiorem hominem cognitione intincta,& Christo in eo loquente. *Vt prædicem ipsum in gentibus.* Reuelauit mihi filium, non vt ipsum videam solùm & agnoscam,cęterùm vt aliis etiam depromam.
F Non enim credere tantummodo,verùm & eligi,à deo fuit: quomodo igitur dicitis me ab hominibus doctum esse?Non simpliciter autem vt euangelizem vel prædicem ipsum, dixit,sed in gentibus, quomodo igitur gentibus circuncisionem prædicauerim? *Protinus non contuli cum carne & sanguine.* Hoc est,non solum colloquutus apostolis : hos enim carnem & sanguinem vocat,à natura eos nominans . Vel simpliciter de omnibus id mortalibus dicit,quoniam à nullo moralium didici quicquàm. *Nec ascendi Hierosolyma ad eos qui fuerunt ante me,apostolos.* Quî hæc apostolus dicit?Nō ne adeò intumuerat,vt seipsum sufficere sibi putaret, nec opus habere consultore?ecqui nō audiuit dicentē:Ne sis pru-
Prou.3. dens apud temetipsum?& , Væ illis qui apud se ipsi sunt in-
Isaiæ. 5. telligentes?Haudquaquàm.Sed quia calumniatores eius dicebant,quoniam apostolos nos sequi oportet,non ipsum: & quia

quia apostoli ante ipsum fuerunt,coactus est hæc dicere, vt A
seductorum cristas deprimat. Nam irrationabile erat & indignum,vt qui ab deo didicisset,hominibus primum rationem redderet institutionis suæ . Non igitur demens & mente captus hæc dicit,verùm vt ostendat propriæ prædicationis suæ autoritatem.At qui profectus est quidem Hierosolyma,sed non vt ipse disceret,cæterùm vt aliis persuaderet quòd hæc etiam Hierosolymis agentibus apostolis placeant.Deinde statim non ascendit,hoc est : in primordiis suis ,sed longè post, tumque ideo fecit , vt aliis persua- *Infra.2.*
deret. *Sed abii in Arabiam, & rursus reuersus sum Damascum.* Inculta loca circumibat & agrestia . Si enim cum apostolis permansissent,impedita fuisset eius prædicatio , nec adeò B
celeriter distributa . Hinc ad agrestiores gentes curre-
bat.Expende hîc mentem eius minimè iactabundam aut fastuosam . Vrbes nanque & regiones commemorans , nusquàm commemorauit quot quantósve ad Christum conuerterit.Quinetiam Damasci adeò turbabat Iudæos,vt insidiæ *Actuū. 9.*
ei struerentur à præside.Proinde quæ magna de sese narrare videtur,profectò non ambitionis gratia dicit , sed ne lædatur prædicatio,si ipse ceu vilis ac discipulorum discipulus habeatur. *Deinde post triennium ascendi Hierosolyma,ut uiderem Petrum.* Et hoc insignis humilitatis animi signum , si qui tanta transegerat,ad Petrum abiit,non commoditatis gratia,sed solo visendi studio , honorans eum ceu maiorem se.
Propterea neq; dixit ἱστορῆσαι, id est videre Petrum,sed ἱσορησαι, C
id est cum admiratione & obseruatione intueri , quod magnas & præclaras vrbes addiscentes dicunt , perinde ac nos abimus ad sanctos viros,nostræ potius vtilitatis causa : at istius honoris gratia. *Et permansi apud ipsum dies quindecim.* Intueri & agnoscere , honoris signum est: permanere autem,amicitiæ charitatisque vehementis est argumentum.
Non dixit autem quòd illic doctus sit,sed mansi apud eum, vide glo. or
vel cū ipso. *Reliquorū apostolorū nō uidi quēquā nisi Iacobū fratrē* Dina. gir ut
domini. Propter Petrū qdē ascēdit,adeò ipsum honorabat ac intelligab.
desiderabat.Erat aūt & Iacobus,cuius& cū honore meminit fratrē domini appellās,adeò ab omni inuidētia alienus erat.
Atqui si voluisset significare,potuisset dicere Cleopę filium: neque enim secundum carnem frater erat domini , sed putabatur.Quomodo autem erat gnatus Cleopę?Audi. Cleopas

D & Ioseph fratres fuerunt. Porrò quum Cleopas absque libe-
Cleopas & Ioseph fratres fuerunt.
ris decederet, Ioseph excitauit ipsi semen, ac sustulit hunc Iacobum, aliòsque fratres eius, & Mariam, quam Cleopæ filiam, sororem matris Iesu euangelium dixit, vt ita Ioseph patris potius curam erga virginem, quam mariti affectum ter uarit. *Quæ autem scribo uobis, coram deo non mentior.* Tanquam in foro iudiciario apud iudicem pœnam sustinere debeat, sic acriter pugnat sermone, vt fide dignus videatur. *Deinde ueni in fines Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ quæ sunt in Christo. solummodo audiuerant, quoniam qui persequebatur nos olim, nunc prædicat fidem, quam olim depopulabatur.* Vt Petrum solùmodo videret, in Iudæa demorans, rursus ex ea discedit quòd gentibus duntaxat esset mis-
E sus præco, ne super alienũ fundamentũ sustinerẽ ædificare. Propterea & ignotus, inquit, eram in Iudæa Christianis secũdũ faciem. Quomodo igitur prædicassem ipsis circũcisionẽ, qui facie eram illis incognitus? In hoc enim calumniabantur eum, quòd in Iudæa prædicasset circuncisionem. Tantummodo enim de me audiuerant quòd ad Christum conuersus essem, & quòd prædicarem Christum. *Et glorificabant in me deum.* Hoc etiam est modestiæ, in omnibusque Christi gloriam quærentis mentis. Non enim dixit, ipsi demirabantur me, consternabantur mei nomine, sed totum gratię ostendit esse. Deum enim glosicabant in me, vt qui totum quicquid esset, perficeret.

F

CAPVT. II.

Deinde post quatuordecim annos rursum ascendi Hierosolyma cum Barnaba, simul assumpto Tito. Ascendi autem
D *secundum reuelationem.* Prioris ascensionis Petrus erat causa, alterius reuelatio. Titũ aũt & Barnabã adduxit testes suę prędicatiõis, ꝙ apostolis placuisset. *Et contuli cũ ipsis euangelium quod prædico inter gentes.* Hoc est, quod circũcisionis expers est. Cuius aũt rei gratia post tot annos cũ illis cõtulit, quũ debuisset principio isthuc agere, ac nouisse nũ recte vel secus curreret? Stolidũ em̃ erat, eũ qui tã diu cucurrisset, atq; tãta perfecisset, op⁹ habere tãdẽ discere. Si igitur nõ frustra cucurrit, ac si ascẽdit vt ipse aliquid disceret de apprio cursu, ratione vacabat reuera res isthæc. At verò quia nõ pau

cos videbat offendi Petro recipiẽte circũcisionẽ, ipso verò cir A
cũcisionẽ reiiciente, ac propterea in suspicionẽ veniẽte, tanq̃
transgrederetur legem: ascendit per reuelationẽ spiritus hoc
ei suggerẽtis, vt discãt & persuadeãtur scandalũ passi, ꝙ nulla sit dissonãtia in prędicatiõe verbi, sed cõsilio quodã cõcedẽtes circũcisionẽ cõcedũt, quippe qui in circũcisiõe agẽtib⁹
adeóq; circũcisis euangeliũ annunciẽt. Qũo igitur iniquum *Actu. 15.*
est ꝙ cõtigit? Spiritus em̃, vt alii corrigerẽtur, cõmouit ipsum
ascẽdere, vnde nõ immeritò morẽ gessit. *Seorsum aũt iis qui*
uisi sunt aliquid esse. Quia nõ pauci erãt qui scandalũ erãt pas
si, peculiariter diuo Petro cõuersatur Paul⁹, ne dissensio fiat,
& maius oriatur scãdalũ. Innumeri em̃ erãt scãdalizati, quos
quũ palã audirẽt Paulũ abolere circũcisionẽ, verisimile erat
tumultũ ciere, oiaq; turbare. Propterea seorsum Petro cõuer- B
satur, Titũ & Barnabã habẽs testes, qui cũctis mortalibus de
nũciarẽt ꝙ neq; apostolis visum sit diuersũ à Pauli dogmate
quippiã prędicare. Quũ porrò dicit viros, nõ tollit eorũ esse, *1. Cor. 7.*
vel ꝙ sint, verùm cũ suo ipsius communẽ omniũ calculũ ponit: quemadmodũ & de se ipse dixit, Quoniã videor & ego
spiritum dei habere, non tollens habere ipsum, cæterũ communẽ opinionẽ adducens. Visis igitur, hoc est magnis & celebribus. *Ne quo modo in uanum curram, aut cucurrissem.* Hoc
est, vt doceã eos qui in me offensi sunt, quòd non in vanum
curram, non vt ego discam. Quomodo enim discerẽ, quum à
patre mihi sit reuelatus filius, eiusq; euangelium? *Sed neq; Ti*
tus qui mecum erat, quũ esset Græcus, coactus est circuncidi. Quũ C
præputiũ haberet Titus, non adactus est circũcidi, quæ res
maximo argumento est ꝙ apostoli non ex propositõ, sed per
indulgentiam quandã propter eos qui ex circũcisione credi
derant, circunsionem admiserint, ne possent de Pauli prędi- *Circunci-*
catione conqueri, cuius discipulus esset incircũncisus. *Pro-* *sio cur ab*
pter subintroductos autem falsos fratres, qui subingressi erant ut con- *apostolis*
templarentur libertatẽ nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos *quibusdã*
in seruitutem redigant. Constructio sermonis est huiusmodi: *permissa.*
Neque propter vanos fratres coactus est Titus circuncidi,
hoc est etiamsi adessent qui aduersarentur mihi, apostoli tamen non adegerunt nos Titum circuncidere. Quomodo autem falsos fratres appellat, circuncisionem introducentes,
quandoquidem & Apostoli hanc recipiebant, ceu Iudæis annunciantes Christum? Vani autem fratres, veluti legem san-

 ciẽtes

D cientes ex proposito, ceu præcipuum quiddam circumcisio-
nem prædicabant, ceu legis vindices & assertores. Nam apo-
stoli acquiescentes qui ex Iudæis ad Christũ accesserant, ac-
cipiebant hanc. Eam ob rem vanos fratres ipsos appellat.
Præterea quum dicit subintroierunt, clandestinas eorum
insidias indicat: & quia, vt contemplarentur, addit, indicat
eos hostes esse. Speculatores enim & exploratores ob nul-
lam aliam causam subingrediuntur clanculum, quàm vt o-
mnia colluſtrent, cuncta rimentur, vniuersa perdiscant, vt si-
bi ipsis facultatem parent istiusmodi, ac in seruitutem redi-
gendi, quod & isti faciebant. Explorabant enim, qui
E essent præputio amicti, habentes libertatem in Christo,
hoc est, non subiecti legi, vt apprehendant, atque cogant
circuncidi, ac rursum vos subiiciant seruituti legis, à qua
nos liberauit Christus. Hinc igitur planum, quòd Apo-
stoli quidem permittebant quæ sunt legis, vt paulatim ab
iis eximerent: isti verò confirmabant legem, vt seruitu-
tem retinerent roborarẽntque.

*Quibus neque ad horam cessimus vt obediremus, vt veritas euã-
gelii permaneat apud vos.* Non dixit, cessimus sermoni
vel rationi, sed subiectioni: non enim vt docerent nos ali-
quid, hæc faciebant, verùm vt nos subiicerent, & in seruí-
tutem redigerent. Hanc ob rem apostolis cessimus, illis
verò haudquaquam, vt firma, inquit, perseuerent & stabi-
1. Cor. 5. lia quæ vobis prædicauimus. Qualia? quòd vetera tran-
Galat. 5. sierunt, quòd lex sit abolita, & quòd circuncisos Christus
F non expetat, neque sit vllum operæprecium circuncidi.
Resistentes igitur illis, euicimus quòd vera vobis de le-
gis euacuatione, & antiquatione prædicarimus. Ne i-
gitur deficiatis ab veritate hac.

*Ab illis autem qui visi sunt esse aliquid, quales olim fuerunt, ni-
hil mihi est differentiæ. Personam hominis deus non accipit.* Quia
verisimile erat quempiam sese opponere ipsi ac dicere,
Quo igitur apostoli præcipiebant circuncisionem? diluit
hanc obiectionem, ac veram quidem causam non dicit, quod
ex consilio, prouidentia, indulgentia adeóque permissu quo
dam hoc faciant: ne ii qui ex Iudæis Christo accesserant, au
dietes quòd apostoli non reuera, sed indulgentia quadã per-
mittant circũcisionẽ, ab ipsis deficiãt, ceu legis dissipatorib⁹.
eatenus enim illis adhibebant animum, quatenus legẽ obser

uabant. Hanc igitur causam occultat diuus Paulus. Valde au A
tem grauiter incessit apostolos, quum inquit, Nihil mi-
hi differt, hoc est, nihil mihi curæ sunt qui sunt in precio,
qui videntur esse aliquid, magni videlicet apostoli, siue cir-
cũcisionẽ p dicẽt, siue minus: nã ipsi deo rationẽ sunt redditu
ri. Nec qa magni sunt & principes, idcirco psonã eorũ deus *Personam*
intuebitur: nõ enim personarũ acceptor est deus. Animaduer *deus non*
te: n õ dixit quales sunt, sed quales olim fuerũt, ostendens q̃ *accipit.*
& illi in posterum ita prædicare desiterint, perinde quasi
verbi prædicatio vndique luceat. Hęc autem dicit Paulus nõ
vt vilipendat sanctos, verùm vt audire volentibus cõmodet.
Mihi enim qui visi sunt, nihil contulerunt. Illi, inquit, quales fue-
rint, deus iudicabit, ipsique curæ erit. Hoc autem noui, q̃ mi
hi nihil aduersati sint, neque quicquam apposuerint prædi-
cationi meæ, neque correxerint. *Sed diuersum, uidentes quod mi
hi sit cõcreditum euangelium præputii, quemadmodum* Petro circũ-
cisionis (*qui enim operatus est* Petro *ut fungeretur apostolatu ad cir-* B
cuncisionẽ, mihi etiã operatus est ad gentes) *agnoscentes porro gra
tiã dei quæ data esset mihi,* Iacobus, Cephas, & Iohannes, *visi colum
næ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ communicationis, ut nos
ad gentes, ipsi uero ad circuncisionem.* Nonnulli sic interpretati
sunt hunc locum: Non solùm nihil correxerunt mea, sed vi-
ce potius versa correcti sunt. Verùm id ita esse non potest.
quid enim isti ab eo emendandi erant? nam quilibet eorum
cõsummatus erat. Hoc igitur dicit: Sed è diuerso dextras de
derunt mihi societatis, deinde quæ interiacent, videntes
quòd mihi creditũ sit Euangeliũ pręputij, & quæ sequũtur.
Adeò enim ne nõ correxerunt, vt & commendauerint, cõsen
serintque vt ego & Barnabas ad præputium siue ad gentes, C
ipsi verò ad circuncisionem, id est, apud Iudæos euangelium
annunciarent. Circuncisionem enim & præputiũ non iuxta
res accipit, sed præputiatos & circuncisos intelligit. Hìc
autem iuxtà in propatulum collocat, se eiusdemesse cum Pe
tro precii & honoris. Qui enim ei dedit Euangelij apud He
bræos effectum & efficaciam, dedit & mihi hanc ad gentes.
Obserua autẽ quomodo indicarit quòd nedũ apostolis præ-
dicatio sua placuerit, verùm ipsi iuxtà deo fuerit proba-
ta. Quum enim agnouissent apostoli gratiam dei, non di
cit audiuissent, verùm quum ex ipsis cognouissent rebus.
Qui enim gratiam mihi dedisset, nisi prædicatio ista bene ei

D complacuisset? Rursus autem non sine ingenti encomio tri illorum meminit. Qui videbantur esse columnæ, hoc est magni, quos omnes vbique cùm circunferunt, tũ glorificant. Hi mihi testimonium dicunt, quòd ministerium & prædicatio mea Christo cordi sit: quandoquidem dextras dederũt, hoc est consenserunt, & consortes nos fecerunt, ostenderúntque quòd voluptatem capiant ex ministerio verbi meo, quippe qui nihil dissideam à verbo eorum. *Tantummodo, ut pauperes recordaremur, quod ipsum dedi operam ut sedulo facerem.* Ministerium, inquit, & prædicationem diuidebamus, pauperes antè indiuisos habebamus. Hierosolymis enim non pauci fuerũt facultatibus suis exuti & spoliati per incredulos & impios Iudæos, qui necessario etiã alimẽto destituebãtur. Nõ enim adeò Græci dimicabant aduersum eos qui ex se crediderãt, quantum Iudæi Hebræis Christianis repugnabant. Magnã hinc Paulus curam adhibet, vt ne tradantur obliuioni pau-
E peres illi, perinde ac de se testatur ipse, Studui hoc ipsum, inquiens, facere. Etenim vndiq; ab fidelibus quos instituerat, colligens, ipse per sese eis afferebat. *Quando autem Petrus venit in Antiochiam, in faciem ei restiti.* Plerique existimant Petrũ hic à Paulo insimulari hypocriseos, at verò aliter habere rẽ constat. Quæcunque enim videtur dicere aduersus Petrum, consilio quodam acta sunt ac dicta. Petrus nanque quũ Hierosolymis esset, permittebat circuncisionem. haud enim licebat funditus ab lege dìuellere. Verùm in Antiochiam profectus, conuescebat gentibus. Quum venissent igitur in Antiochiam Hierosolymitæ aliquot, subducebat sese à gen-
F tibus, ne Hierosolymitanos offenderet, ac simul vt daret
Paul⁹ qũo Petro in faciẽ resti terit. Paulo conuenientem increpationis occasionem. Propterea & Paulus obiurgat, atque Petrus sustinet. Sic enim facilius discipuli transferri ab eo instituto potuerunt, accusato præceptore, danteque silentium. In faciem proinde resistere, figura erat tanquam si pugnã reuera fuisset, non coram discipulis se mutuò increpuissent, vehementer enim eos offendisset. Iã verò in publico formata pugna, ac veluti studio parata, correctio discipulorũ erat. Neq; enim quicq̃ Petrus cõtra dicit: vnde planum est quòd correptionem Pauli æquo animo tulerit atque susceperit. *Quoniam deprehensus erat.* Non à me, dixit, sed simpliciter ab aliis ignorantibus id quod agebatur studio & consilio, ac putantibus simulationem

tionem esse, absentibus quidem Hierosolymitanis conuescì A gentibus, præsentibus autem illis ab gentibus se subducere. Nonnulli autem sic intellexerunt, ꝙ iam antea deprehensus erat & condẽnatus ꝙ cum cornelio ederit, propterea etiam- *Actuũ.10* num subtraxit sese, veritus ne rursus eius deprehensio ac reprehensio patefiat vel oriatur. Quia verò subtraxit se, restiti ei. *Priusquam enim uenirent quidam ab Iacobo, cum gẽtibus edebat. Quando autem uenerunt, subducebat se, & segregabat se, metuens eos qui ex circuncisione erant.* Rationem reddit reprehensionis. Iacobus ille erat frater domini, qui & Hierosolymis tãq̃ episcopus eorum docebat. Ab hoc igitur nonnulli emandati sunt qui ex Iudæis crediderant, lege tamen adhuc detenti, quos, quum in Antiochiam venissent, intuitus Petrus, metuens non ꝙ ipse pericula subire idcirco cogeretur, verũ ne B ipsi offensi à fide retrosilirent, subtrahebat sese, ne cum gentibus conuersaretur. Ignorantes igitur quidam causam, reprehendebant eũ. *Simul autem cum eo & reliqui Iudæi simulatores egerũt, adeo ut & Barnabas abductus sit ad simulationẽ eorũ.* Hypocrisin rem ipsam appellat, non enim vult detegere mentem Petri. Simul autem propter eos qui vehementer legem tuebãtur, hypocrisin aut simulationem hoc appellauit, vt funditus tollat eorum affectum & propẽsionem. Reliquos autem Iudæos appellat, qui in Antiochia crediderant, qui & ipsi subducebãt sese à præputio dum vestitis. *Sed quando uidi quod non recte incederent ad ueritatem Euangelii, dixi Petro coram om-* C *nibus.* Neque hæc dictio te perturbet. non enim vt condemnet Petrũ, hæc dicit, sed propter eos qui hinc fructum aliquẽ accepturi erant, si audirent ꝙ Petrus increpitus esset ceu lege detentus. Et vos quid in posterum facitis? Hinc & coram omnibus ipsum obiurgat, vt audientes illi perterrefiant, tali tãtaque columna reprehensa, nec habẽte quod contradicat. Eusebius autem non dicit magnum Petrum à Paulo increpatum, sed alium quempiam Cepham, vnum ex septuaginta. *Eusebius.* Atque hoc se confirmare putat, indignum esse dicens, eũ qui principio defendisset sese quando cum Cornelio manducãs offendisset quosdam, rursus opus habere huiusmodi increpa *Actu. 11.* tione. At ô sapientissime, neque nos dicimus Petrum ignorãtem quid decorum esset, á Paulo increpatum esse, sed voluntariò sustinuisse obiurgationem, vt alij emendentur. *Si tu Iudæus quum sis, gentiliter uiuis, & non Iudaice, quid gentes cogis*

Iudaiza-

D *iudaizare?* Tantum non omnibus clamat Paulus, Imitamini præceptorem vestrum. Ecce enim & ipse Iudæus quum sit, manducauit tamen cum gentibus. Expende autē quomodo non accuset ipsum, quia malè agis, legem non seruans: verū ob proprios discipulos qui ex gentibus crediderant, eum increpat, quippe qui cogat eos circuncidi & iudaizare. Hoc enim pacto sermo acceptabilior erit. *Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.* Natura, hoc est, non proselyti, cæterū ex parentibus Iudęis nati, & educati in lege, dimisimus consuetam, qua nutriti sumus, vitam, atq; adhæsimus fidei Christi. *Scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christum Iesum credidimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, eo quod nō iustificabitur ex operibus legis uniuersa caro.* Viden' vt omnia cū munitione loquatur & securitate? Non enim ceu prauam legem, sed infirmam, vt quæ non potuerit nos iustificare, reliquimus.

E Nemo enim opera eius perficere potuit grauia & operosa, transactu nimirum difficilia, non ob magnitudinem eorum, verum quia exiguæ commoditatis essent, & precij, vel quia animam non sanctificabant, sed corporeas sordes purgabāt tantum. Superuacanea igitur circuncisio erat. In procuria autem dicet etiam q̄p sit periculosa, ab Christo alienans. *Siquæritem quærētes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores, Christus itaque peccati minister.* Quæsiuimus, inquit, iustificari in Christo, dimissa lege. Vt dicitis autem vos, peccatum est dimittere legem. Reliquum est igitur, quòd ad hoc peccarū Christus nos compulerit. Propter illum dimisimus cunctas legis ceremonias & statuta. Itaque nō solum nō iustificauit nos, vt dicitis, Christus, verumetiam maioris condemnationis causa autorque nobis est, quum persuadet nobis vt dimittamus legem. *Absit.* Ad absurdum perducto sermone, neq; pus quidem habuit deinceps confirmatione, verum contentus fuit inficiatione, quod semper facere consueuit in omnino negatis. *Si enim quæ destruxi, rursus ædifico, transgressorem meipsum constituo.* Reputa sapientiam. Dicebāt illi, Qui legē dissoluit, transgressor est. hic verò diuersum indicans, qui legem seruat, est transgressor, inquit, non solùm fidem transgrediens, verū & ipsam legem. Ipsa enim me perduxit ad fidem, ac persuasit mihi dimittere eā. In progressu igitur monstrabit hoc. Interea tēporis nunc ait q̄p cessarit lex & hoc cō

fessi

fessi sumus, quia dissipauimus eam, deficiētes ab ea. Si igitur A
contenderimus statuere illā, transgressores efficimur, quę ab
deo soluta sunt, statuētes. Ego *enim per legem legi mortuus sum.*
Confirmat quomodo legem dissoluerit inquiens: Per legem
gratiæ & Euāgelij, mortuus sum legi Mosaicæ. vel mortuus
sum legi per legē, hoc est, ipsa lex me induxit vt non porrò
illi auscultem, perducens me ad Christū per sermones Mo- Deut. 28
saicos & ꝓpheticos. Si igitur rursus illi aduertā animū, trās- Hiere. 21
grediar etiā. Vel sic: Lex iussit eū qui nō fecerit quæ scripta Esaiæ. 2
sunt, puniri & interimi. Proinde quia fieri non potuit vt per Miche. 4
ficeretur, quatenus in ipsa est, occisus sum. Ne igitur impe- Deut. 17
ret mihi, qui per eā mortuus sum & morte animæ, eò q̄p pec- Heb. 10.
carim, quia non possem præstare quæ lex præcipit: & morte
corporis, per condēnationē legis. Quomodo igitur attēdā B
occidenti legi? *Vt deo uiuam cum Christo simul crucifixus sum.* Ne
quis dicat: Quomodo igitur viuis, postquam es mortuus?
Lex, inquit, viuentem occîdit, Christus autem mortuum ac-
cipiens, viuificauit me, qui mente cū eo crucifixus eram, atq;
cū eo mortuus per baptisma. Duplex porrò hic est miraculū,
& q̄p mortuum vitæ restituit, & q̄p per mortē. *Viuo autem, non*
porro ego, uiuit autem in me Christus. Quum dixit, Christo con-
crucifixus sum, baptisma indicauit tectè: per hoc verò quod
ait, Viuo autem, non porrò ego, vitam post fata nostra futu
ram, per quam occiduntur nostra membra. Viuit autē Chri-
stus in nobis, hoc est nihil in nobis fit quod nolit Christus,
sed ille est qui omnia facit in nobis, & regnans, & domina- C
tum in nos exercens: ac nostra quidem voluntas mortua est,
illius autē viuit, & gubernat vitā nostrā. Si igitur viuo deo
aliam vitam q̄ quæ est in lege, ac mortuus sum legi, nihil le-
gis obseruare possum. *Quod autem nūc uiuo in carne, in fide uiuo*
filii dei. Quæ quidem dixit, de vita spirituali dixit. Quinetiā
vitam sensibilem & externam inuenies mihi esse ab Christo.
Nam quia legem transgredimur omnes, omnes etiam pecca
to & pœnæ subdidit, ac nihil prohibuit omneis perdere, per
inde ac tempore cataclysmi, ceu præuaricatores. Quum ve Gene. 7.
nisset autem Christus, eripuit & extraxit nos à condemna-
tione, iustificans nos sua morte. Proinde & hoc ipsum sensi-
biliter & in carne viuere, per fidē in Christū habemus, quæ
nos cū iustificat tū ex cōdēnatiōe eripit. *Qui dilexit me, ac tra-*
didit semetipsum pro me. Atqui pro omnibus dedit seipsum

& omnes

D & omnes dilexit. Enimuero Paulus secum cogitans á quibus nos liberarit Christus, quid donarit, charitate inflammatus,
Psal. 17. quod publicum est, proprium facit, æquè ac prophetæ, Deus
62. 117. Deus meus, inquiunt: pariter ostẽdens, quòd tantã oporteat
142. quemuis gratiam reddere Christo, quantam si pro ipso solo mortuus esset, exhiberet. Qui aũt eius beneficiis donati sunt & vsi, in ipsum credentes soli sunt. Quocirca qui legi adhuc intendit, indicat Christum pro se non esse mortuum. Ecquid hoc non horres, & ad legem rursus accurris, inutilem mor-
Arrianı. tem domini tui denuncians? Obserua quod ait, tradidit seipsum, propter Arrianos. *Non reiicio gratiam Dei.* Quia iam ratiocinationes posuit, deinceps demonstrat sese non decu-
tere neque reiicere Christi donum, quod mihi donauit, iusti-
E ficans me sine operibus per mortem suam, neque legi adsentior. *Si enim per legem iustitia, Christus frustra mortuus esset.* Si enim lex, inquit, seruare & iustificare potest, Christus frustra deinceps mortuus est, vt ipse seruet nos per morte, quod lex efficere nequit. Quare si seruat lex æternum, superflua est Christi mors. Viden' quantum blasphemiæ hinc emersurum sit?

CAPVT III.

Supra. 1. O *Stulti Galatæ, quis uos effascinauit non obedire ueritati?* Quum in prioribus indicasset quòd non ab hominibus esset apostolus, neque per homines, ac fide dignum seipsum constituens, cum maiori autoritate
F disputat. Comparaturus porrò fidem & legem, prius stultos
Matth. 5. eos appellat, non veluti transgrediens legem Christi, sed ve-
Nõ oĩs qui hementer eandem seruans. Non enim simpliciter fratrem
stultũ fuit suum stultum appellãs, reus est, sed qui timerè. Isti autem o-
proximum mnes iustissimè stulti vocati sunt, qui tot, tãta, tamque varia
uocat, pec bona non sentientes, inutilem Christi mortem faciunt. Ob-
cat. serua autem quòd post bonorum demonstrationes eos obiurgat, ac statim remittat. Nõ enim dixit, quis vos decepit, sed enim, quis vos ἐβάσκανεν, hoc est, inuidit vobis: indicãs dignas inuidia res cõmittere. Preterea indicat quòd qui eis persuasit rint, hoc nõ fecerint q̃ curã eorũ gererent, neq; vt in posterũ quę eis deesset replerẽt, verùm vt ea etiam quę haberent, trũ carent, mutilaque redderent. Huiusmodi enim est inuidia.

Non

Non quia inuidia tantum roboris per sese habeat, hoc dixit, B verùm quia doctores per inuidiam eò perueniant. *Quorum ob oculos Christus Iesus præscriptus est, crucifixus in uobis.* At-
qui Hierosolymis crucifixus est: quomodo ergo dicit quòd ante oculos, & in vobis? Quoniam fidei oculis viderunt crucem exactius, quàm qui tum coram astiterunt conspexerunt-
que. Nam plerisque eorũ qui corporaliter viderant, nihil cõmodauit: hi autem, etiamsi oculis non vidissent, per fidem tamen exactius contẽplati sunt. Præscriptus est igitur exactè, hoc est, viua veluti imagine expressa depictus est per prædicationem: vos verò credentes prædicationi, ceu præsentem ipsum conspexistis. Hæc sanè & in laudem eorum cedunt, & in vituperium: in laudem, quia cum tanta certitudine hæc susceperunt. in vituperium, quia viderũt nudatum, crucifixum, B mortuum, eoq; dimisso ad legem accurrerunt. Expende quomodo relictis omnibus crucem in medium promit. *Hoc solum uolo scire a uobis: Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?* Quia prolixiores sermones non assequimini, neque dispensationis ac diuinæ prouidentiæ magnitudinẽ con templari vultis, exiguũ quiddã dicã vobis. Ad hoc enim exiguum respõdete mihi, vndénam acceperitis spiritũ sanctum, *Fidei uir-* tantasq; virtutes ac signa ediderit is: ex legis ne operibus, vel *tus.* ex fide? perspicuum est quòd ex fide. Nunquid enim quando lege tenebamini, spiritum habebatis, virtutesque perficiebatis? minimè gentium. Qui igitur dimissa fide, rursus legi succumbitis? *A deone stolidi estis, ut quum spiritu cœperitis, carne consummemini?* Rursus opportunè contumeliam qua se Chri C stũque adficiũt, protulit. Quũ debuissetis incrementũ sumere fidei tẽporis procursu, non solùm nõ promouistis quicquam, verumetiam ad deterius retrorsum abducti estis. Nam signa facere, spirituale est, quod vobis inerat in principio: circũcidi verò, carnale est, quod nunc tandem elegistis. Nec dixit perficitis, sed perficimini, innuẽs quòd brutorũ pecorum instar hos apprehensos, circuncisionem docentes præpediebant. *Tanta passi estis frustra, si modo frustra?* Multis tentationibus colluctati erant propter Christum. Tot igitur, tantaque frustra passi estis? Si enim circũcidimini, ista omnia sunt superuacanea, vobisque damnum dederunt, orbaruntque tantis co ronis impostores. Deinde spẽ eis reditus proponit, inquiens, Si modo temerè, hoc est, si velitis sobrij esse, nõ frustra neque

teme-

D temerè à vobis laboratum est, Pudefiant hinc qui pœniten-
Pœnitẽtia asseritur. tiam tollunt. Ecce enim signa operati sunt, & confessores & martyres fuerunt illi, qui quum excidissent à gratia, non statim reiicit eos Paulus, sed suauiter ac blandè inuitat, & aduocat denuo. *Qui igitur suppeditat uobis spiritum, & uirtutes operatur in uobis, ex operibus legis, uel exauditu fidei?* Deus (inquit) qui suppeditat vobis spiritũ vt prophetetis, & linguis loquamini, qui operatur in vobis virtutes signorum & prodigiorum, per legis ne opera hæc faciebat, vt quæ per vos hęc trãsigentes curaretur, vel per fidem, quam in Christum suscepistis? planum est quòd per fidem. Quî igitur hac dimissa, per quam glorificabamini, ad abolitam abrogatasque legem curritis? *Quemadmodum & Abraham credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.* Maximè vos fidei vim nosse oportebat ex signis quæ perfeciſtis. Quinetiã ad progenitorem ve-
Gene. 15. strum Abraham defigite oculos, de quo plurimus semper vobis sermo est, & inuenietis ipsum quoque ex fide iustificatũ. Si autem qui ante gratiã vixit, ex fide iustificatur, multo potius gratia donati, fide teneri debent. *Agnoscitis igitur, quod qui ex fide, illi sunt filii Abraham.* Metuerant ne si legem dimitterent, è principum patrum excciderent cognatione: multum enim ob hanc sibi tribuebant, clarosque existimabãt. Ostendit igitur quòd fides potius habentes eam filios Abrahami efficit. *Præuidens autem scriptura quod ex fide iustificet gentes Deus, prænunciauit Abrahamo, Quoniam in te benedicentur omnes*
Gene. 22 *gentes.* Demonstrat quomodo credentes sint filij Abrahami, vnde & ex scriptura testimonium profert: In te benedico tur gentibus, pro eo quod est, per imitationem fidei tuæ. Ostendit etiam quòd lege sit antiquior fides, siquidẽ Abraha-
Fides lege antiquior. mum ante legis sanctionem ea iustificauit: & quoniam secundum prophetiam, quæ nunc fiunt, contingunt. Præuidens enim scriptura, hoc est, ipse qui legem tulit Deus, præfiniuit atque statuit, non ex lege, sed ex fide iustificari. Et non dixit reuelauit, sed euangelizauit, hoc est annunciauit: vt discas quòd & Abrahã hac iustificationis formula lætatus sit, eamque desiderarit. *Itaque qui ex fide sunt, benedicuntur cum fideli Abraham.* Quia turbabantur nequando sint maledicti
Deut. 27 & execrati, ceu illi qui in lege perseuerẽt (scriptum est enim, Maledictus qui non perseuerat in iis quæ scripta sunt in lege) diuersum nunc potius ostendit iis nempe benedicendum qui

qui legẽ reliquerint, ac fidẽ accesserint, pinde ac fideli Abra- A
hamo benedictũ est. *Quicunq; enim ex operibus legis sunt, maledicti sunt. Scriptũ est enim: Maledictus est oĩs qui nõ perseuerat in iis quæ scripta sũt in libro legis, ut faciat ea.* Ne quis opponat, Haud iniuria Abrahamus in fide cum benedictus est, tum iustificatus, quia lex nondũ sancita erat. Tu verò mõstra mihi quòd postquam data est lex, fides iustificet, & benedictos faciat: ostendit Apostolus nunc non solum quòd & iustificet fides & benedicat, cæterum quòd lex peccati & maledictionis causa
Lex, malæ dictionis causa. sit. Nemo enim potest facere quę scripta sunt in lege: qui verò nõ facit, execratus est. Proinde fidei est benedicere, & frustra vos metuitis nequando vos execrati reddamini deficientes à lege. Nã si ea vtamini, potius sub execratione estis, quip
B pe qui non possitis explere ipsam. *Quòd uerò in lege nemo iustificetur apud Deum, planũ est, quia iustus ex fide uiuet. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea homo, uiuet in ipsis.* Demonstra Habbac. 2
to quòd lex maledictos faciat, fides autem benedicat, ostendit iamnunc quòd & fides sola iustificat, & non lex. Citat au- Leuit. 18.
tem Habbacuk dicentem quòd ex fide iustus sit victurus, & non ex lege. Lex enim non solùm fidem postulat, verumetiã opera. Pulchrè autẽ dixit, apud Deum: apud homines enim iusti forsan videri queant lege detenti, vt Pharisæi iustificantes seipsos corã hominibus. Quia igitur lex ob difficultatem
C operum nõ iustificabat, sed maledictioni potius subiugabat, venit gratia facilem viam ostẽdens, fidẽ videlicet, per quam iustificati benedicimur. En demonstratum est igitur quòd nedum ante legẽ benedicebat & iustificabat fides, sed post le gem etiã potius. *Christus nos mercatus est ab execratione legis, factus pro nobis maledictio. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui*
Deute. 21 *pendet ex ligno.* Ne quis hic occurrat, Verè, inquiés, qui non facit legem, maledictus est, & verè fides iustificat. Vnde au- Maledictio quã a nobis abla ta.
tem perspicuum quod maledictio illa sublata sit? Metuimus enim nequo modo veluti legi subiugati, ipsi etiam sub execratione simus. Indicat igitur solutam esse per Christum execrationem. Dato enim precio, per hoc quòd ipse factus est maledictio, redemit nos ab maledictiõe legis, quam ipse quidem euasit, ceu legem replens: nos autem obnoxij legi sumus, ciúsq; rei, quippe qui nequeamus eam perficere: æquè ac si cõdemnatum quempiam adiudicatũque morti, alius quispiam innoxius eximat à morte, pro illo mortẽ subire volens

D volens & eligens. Suscepit igitur maledictionem ex eo quòd pendéret, dissoluitque maledictionem, quæ nobis, quòd legem non impleremus, erat imposita, ipse tamen non subiectus huic. Legem enim impleuit, & peccatum non fecit. Vt *ad gentes benedictio Abrahami perueniat.* Eam ob rem ille factus maledictio, vt ad gẽtes, hoc est, eos qui lege non vtebantur, neque ea tenebantur, benedictio Abrahami: hoc est, quæ est ex fide, fiat vel perueniat in Christo Iesu, hoc est, in semine Abrahami: sicut & scriptum est: Quoniam in semine tuo benedicentur, hoc est, in Christo ex te nato secundum carnem, credentes videlicet in ipsum. Vt *promissionem accipiamus per fidem.* Propterea (inquit) benedictum est gentibus, vt & spiritum accipiant per fidem. Quia enim nõ licebat accipere spiritũ eos qui adhuc sub maledictione erant, benedicuntur soluta maledictione à Christo, tumque per fidem iustificati, accipiunt promissionem spiritus. Quæ enim promisit Deus Abrahamo, spiritualia esse intelligit Paul⁹, quæ nimirum videlicet nobis data sunt, ipsa benedictio, idque genus alia.

Gen.22.

E

Fratres, secundum hominem dico. Suprà stolidos vocauit, nunc fratres nominat, illo quidem eos obturans, hoc animum addens. Humanum, inquit, exemplum vobis adducturus sum.

Gen.22.

Hominis tamen ratum testamentum nemo reprobat, uel superordinat. *Abrahamo autem dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquã in uno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico,* Testamentum antea firmatum a Deo in

F

Fides, testamẽtum lege antiquius.

Christum, post trecẽtos ac triginta annos lata lex non irritum facit, ut aboleat promissionem. Hoc indicare vult, quòd fides sit testamẽtum antiquius lege, & quòd iniquũ est ei præferri legem. Hinc & exemplum posuit. Si homo (inquit) testamentum secerit, nunquid audet aliquis post eum veniens inuertere, vel superordinare, hoc est, apponere, aliquid? Nónne igitur de Deo idem sentiendum est? Nam & Deus testamentum fecit cum Abrahamo, vt in semine ipsius misericordiam consequantur gẽtes. Semen autem ipsius, Christus est. Non enim dixit seminibus, vt intelligeres ab eo propagatos Iudæos & Israëlitas, sed semini, de vno quopiam vnicè & sigillatim loquẽs, quod (vti dictum est) Christus est. Quomodo igitur testamentum hoc, & consensum, & promissionem, lex irrita facere potest, vt ne in Christo benedicantur gentes, sed in legalibus mandatis? Hoc enim nihil aliud est, quàm destruere &

& abolere promissionẽ, quod absurdum est. *Si enim ex lege hæreditas nõ, porro est ex promissione. Abrahamo autem per promissionem donauit Deus.* Si lex (inquit) donat benedictiones, & vitæ & iustitiæ hæredes facit, restat igitur vt promissio illa Abrahamo facta sit irrita, reiectaque: verùm id non habet rationẽ. Posterior enim lex quum sit, quomodo cassabit prius testamentum? Ne festines autem totum exemplum ad institutum trahere. Nam ob eam rem etiam ipse dixit, Secũdum hominem loquor, hoc est, humanum exemplum profero. Quare si non possit diuinis adæquari, nihil nouum. *Quid igitur lex? transgressionum causa lata est.* Quia fidem, vt digna erat, extulit & euexit in altum, natuque grandiorem demonstrauit qui sit lex, obiectionem protulit quam conspexit, cuius nempe rei gratia lex data sit, si fides antiquior erat, & benedictiones dabat? Ait igitur haud temerè esse latam, enimuero transgressionum gratia, vt pro freno sit Iudæis, prohibens præuaricari quosdam mandata quædam, etiamsi non possit efficere vt omnia mandata Iudei illæsa retineant. Scitè autem addidit, lata est, vel apposita est, vt indicet legem non esse præcellenter ac primo consilio datam, quẽadmodum promissiones, sed veluti subimpositam ac sancitam, vt aliquot saltem prævaricationes prohibeat. *Tantisper dum uenerit semen cui facta est promissio.* Non, inquit ad infinitum vsque tempus data est lex, cæterũ tandiu donec Christ⁹ venerit, cui promissũ est vt in eo benedicatur gẽtib⁹. Si igitur ad Christi vsq; aduentũ data est, quid porrò eã tibi attrahis? *Ordinata per angelos in manu mediatoris.* Lata est, inquit, lex p medios angelos administrata, vel sacerdotes, vel reuera angelos. Etenim ad tubas illas & tonitrua ac terriculamẽta, angeli administri erãt. In manu mediatoris, id est Christi, indicãs adeò q; & legẽ tulerit Christus, vt ita in arbitrio eius sit eã rursus tollere, quippe qui dominus eius sit. *Mediator autem unius non est, deus uero unus est.* Christus itaque duorum mediator est, dei videlicet ac hominum. Mediatorem autem egit, vtrisq; pacem faciens, ac bellum dirimens quod homines cum deo gesserunt. Quatenus enim adiunxit sibi ipse atq; vniuit humanam naturam, pacem fecit, inimicam diuinæ naturæ carnem mirandum ad modum commiscens, atque cum ea tẽperans. Quocirca quia mediator & reconciliator ipse est, perspicuũ est quòd ipse seruet, & non lex. *Lex igitur aduersus promissiones dei? absit.*

B

Legis ferẽdæ causa.

Exod.20.

C

Exod.19.

Christ⁹ legis lator.

D *fit.* Si promissiones benedictionem dabant, lex autem maledictionem introducit, perspicuũ est quòd si receperimus ipsam tanquam autoritatem habentem, tollit promissiones dei benedictionem dantes. Sed absit. Audi autem quæ sequuntur. *Si enim data est lex quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia.* Lex, inquit, fortior esset fide, & benediceret, & iustificaret hominem, & viuificare potuisset ac seruare. Iam verò occidit potius, quatenus non potest à peccatis liberare. Quomodo igitur dominabitur in fidem, quæ potest viuificare per baptisma, & benedicere & iustificare? *Sed concluſit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi*
E *detur credentibus.* Non potuit, inquit, lex à peccatis liberare, verùm ad hoc cooperata est, vt cõcluderet omnes sub peccato, hoc est, vt ostendat eos peccatores, & compellat vt remissionem concupiscant, & accelerent ad eum qui hanc præstare elargiriq́ possit, Deum. Postquam enim Iudæi nouo sentiebãt peccata, neq; remissionẽ desiderabant, dedit legem cõcludentem eos & affligentem, habentemq; increpationes, monstrantemq́ue peccata, ac compellentem inquirere rationẽ per quam possint condonari. Hæc autem ratio est, ipsa in
F Christum fides, per quam benedicimur iustificati. *Priusquam autem ueniret fides sub lege custodiebamur, cõclusi in eam quæ reuelanda erat, fidem.* Lex, inquit, magnã præbebat securitatem iis qui sub ea erant ac tenebantur custodiebanturque, à pluribus peccatis cohibens, ac veluti murus quispiam existẽs concludens homines, colligensq́ue ad fidem. Qua isthuc ratione? Quum enim arguat peccata, nec possit ab his liberare, necessariò fidem ostendebat iustificantem, quæ erat sanè occultata, rursusq́ue postea reuelata est, quando deus manifestatus est in carne. *Itaque lex pædagogus noster fuit in Christum, ut ex fide iustificemur.* Vt enim pædagogus ab omni malitia liberat adolescentem, ac disciplinas à præceptore suscipere cum omni cura atque attentione parat: hunc ad modum lex in virtute moderata alumnos suos, a-

Lex, pædagogus noster.

deoq́ue eos qui sub se erant, instituebat, & ad Christum doctorem atque præceptorem abducebat, per reprehensionem & ostensionem peccatorum promptiores faciens & alacriores, vt quærerent eum qui noxæ condemnationem impertiretur, ac ex fide iustificaret. Abeant ergo legis calumniatores: neque enim pædagogus aduersatur præceptori, nec lex repu

repugnat nouo testamento. *At ubi fides uenit, non sumus porro sub pædagogo. Omnes enim filii dei estis per fidem in Christo Iesu.* Per fidem consummati, infantiam supergressi, non sumus sub pædagogo. Quòd perfecti enim viri sumus ex fide, planum est, quia filij dei sumus per fidem in Christum nam hæc est constructio. Porrò qui omnino accitus est, deiq́ue gratia donatus vt filius dei fiat, non est imperfectus, neque infans. Quocirca ridiculum fuerit, eos qui in viros creuerint, pædagogo legi subiici. Perinde enim esset, ac si quum dies illuxerit, non solem quis videre velit, sed lucernam. Obserua autem qui supra ostenderit fidem filios Abrahami facere, nunc autẽ filios dei adeò magna posse. *Quicunque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Quomodo filij dei sumus, confirmando ostendit, per baptisma nempe. Non dixit autem. Quotquot baptizati estis, filij dei facti estis, quẽadmodum consectarium erat, & consecutio postulabat: sed quòd multo magis est tremendum, Christum induistis. Si enim Christum filium dei induimus, ipsiq́ue assimilati sumus: ad vnam cum eo cognationem vnamq́ue ideam perducti sumus, gratia facti, quod ille est natura. *Non est iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus & fœmina. Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu.* Vnusquisque, inquit, baptismate ablutorum reiecit natiuas formas & proprietates, vnam autem figuram & formam omnes assumpserunt, non angeli, sed ipsius domini, in seipsis ostendentes Christum, perinde ac vnum sumus omnes in Christo Iesu, hoc est, quatenus vnam Christi formam impositam nobis habemus, vel quatenus etiam vnum corpus sumus, vnum caput, ipsum videlicet, habentes. *Si autem uos Christi, itaque semen Abrahamini estis, ac secundum promissionem hæredes.* Quia antea dixerat semen esse Abrahami in quo benedicerentur omnes gentes, ipsum Christum, cui etiam datæ sunt promissiones, ac demonstrauit uos etiam Christi formam circunferre, concludit nunc isthuc. Quia igitur & vos semẽ estis Abrahami, ac hæredes deinde promissæ benedictionis, quomodo ergo legi animum appellitis, quum sitis benedicti, quippe qui Christum indueritis, adæquatiq́ue ipsi, indeq́ue, facti semen Abrahami?

CAPVT IIII.

Ico autem. Quanto tempore hæres infans est, nihil differt a seruo, quum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & curatoribus est ad præstitutũ usque a patre terminum. Hoc est, statuit pater eum nihil debere administrare, tantisper dum ad legitimam ætatem peruenerit. Tali & nos affectu imbutos esse conuenit. *Quando eramus paruuli, sub elementis mundi seruiebamus.* Infantes non ætate, sed dei cognitione. Elementa verò mundi, neomenias ac sabbata dicit. hæ nanque dies à cursu solis lunæq; fiunt. Nos itaque, qui sub lege agunt, eamque docẽt, infantes faciunt, elementisque mundi subdunt, quum tamen simus veri perfecti, & filij dei, patrésque familię, & domini. Discimus præterea quòd deus quidem filiorum adoptionem, quæ est ipsa hæreditas, à principio dare voluerit, sed infantia nostra, quo minus hoc fieret, obstitit, remorataq; est. Volens autem prorsus tollere legem, non dixit quòd diebus inseruierimus, verum elementis mundi fuerimus subditi, vt pudefaciat magis eos qui legi incombẽdum suadent. Ne turberis autem si ex consequenti tutores & curatores elemẽta intelligantur. Primùm enim legem debes accipere tutorem, perinde ac pædagogum etiam, non ista. Deinde numenias & sabbata, elementa dixit. præsertim vt abunde eos ab lege deficere faciat, atque rubore suffundat, hoc dixit, qnẽadmodum in progressu, deinceps vberius indicabit. Nonnulli per elementa, elemẽtalem & introductoriam vel institutoriam legem intellexerunt. *Quando autem uenit plenitudo temporis, emandauit deus filium suum, natum ex muliere, legi subditum, ut legi subditos redimeret, ut filiorum adoptionem recipiamus.* Quandiu, inquit, infantes eramus, subiecti fuimus numeniis & sabbatis: at simul atque aduenit præstitutũ tẽpus Christi incarnationis, quum omne scelerum genus pergressa humana natura, opus haberet curatione, emandauit filium suum deus, hoc est, placuit ei vt veniret ac nasceretur. Nõ dixit autem per mulierem, vt ne additum & ansam inueniant qui adserunt dominum per virginem ceu canalem trãsiisse inani prorsus apparentia: sed ex muliere, hoc est, ex essentia virginis corpus accipientem, quippe quia sit fructus vteri ipsius. Subiectus autem fuit legi, circunciſus, omniaque legis perficiẽs, vt ab ea exemptus, ab

Elementa mundi.

ab execratione nos redimeret. Duo autem Christi incarnationis officia nobis exponit, alterum vt nos redimeret ab execratione legis, alterũ, vt subministraret nobis adoptionem filiorum. Recipiamus porrò dixit, indicãs quòd iam antea ex promissione ad nos pertinuerit, etiãsi ob infantiam nostram nobis non fuerit data. Nam & promissa Abrahamo hęreditas, adoptatio erat: filius enim hæreditatem adit. *Quia uerò estis filii, emandauit deus spiritum filii sui in corda nostra, clamantem abba pater. Proinde non es porro seruus, sed filius. si autem filius, & hæres, *hæres quidem dei, cohæres autem Christi.* Vnde, inquit, planum quòd filiorum adoptione donati sumus? patefecit isthuc & antehac, quando indicauit nos Christum induisse, qui est filius. Ostendit autem etiamnum, ex eo quòd spiritum acceperimus, qui instituit nos vt patrẽ inuocemꝰ deum, qui spiritus corda nostra statim mouet ac innouat: quod certè non fieret, ni filiorum adoptio nobis data esset. Quocirca quum filij simus, hæredes etiam sumus, non vulgarium certè rerum, cæterùm bonorum diuinorum, participes vnigeniti. Quur igitur rursus serui efficimur, repellentes in filios nos adoptantem fidem, legique attendentes? *Sed tum quidem ignorantes deum, seruiistis iis qui non sunt dii natura.* Hîc ad eos qui ex gentibus crediderant, sermonem conuertit, commonstrans idololatriam esse dierum obseruationem, quodque hodie plus peccent, quàm olim. Quondam enim, inquit, ignorabatis deum, ceu tenebris septi atque seducti, ac propterea seruiebatis soli & lunæ, quæ non natura sunt dii. Iam verò si post veritatis agnitionem dies obseruetis, nihil aliud quàm elementis seruitis, eaq; ceu deos colitis, ac ad peiorem quàm olim impietatem relabimini. *Nunc autem postquam cognouisti deum, imo cogniti sitis ab deo, quomodo reuertimini rursus ad imbecillia & misera elementa, quibus rursus priore modo seruire uultis?* Agnouistis, inquit, deum, imò vos non proptio labore inuenistis & agnouistis deũ: neq; enim quæsiistis omnino, sed ipse vos in profundis tenebris agẽtes, inquisiuit & assũpsit. Cognitos enim pro assũptis dixit. Quomodo igitur reuertimini rursus ad misera & imbecillia elementa, hoc est, quæ nullũ robur habeant ad proposita nobis bona, neque possint spiritualiter nos iuuare? Simul autẽ ceu orbata intellectu & sensu, adeoque vita, misera hæc vocat & infirma, etiãsi hoc Gręcis displiceat quod de elementis dico.

A cõi lectiõe nõ nihil uariat Theoph.

Dierũ obseruatio, idololatria.

D Pseudapostoli itaque, ceu legis cultores, dierũ obseruationes introduxerunt. Ipse autem sapientissimè idololatriã rẽ ipsam vocat, quã & ipsa lex reiicit. Quare ista docentes, legi etiam aduersantur. *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.* Ex his planum est quòd nedum circũcisionem prædicabant pseudapostoli, cæterùm ferias etiam & numenias. *Metuo autem, ne quo modo frustra laborauerim apud uos.* Contemplare clementiam & miserationem Pauli. illi concutiuntur, & Paulus terretur. Quod ait nequo modo, indicat eos adhuc fluctuare, nedum prorius naufragium passos. Facit autem eis spẽ, si modò velint vigiles & sobrij esse, non frustra se apud eos laborasse, perinde quasi dicat eis, Mementote meorũ erga vos sudorum, neque vanos facite labores meos. *Estote sicut ego, nam ego sum ut uos.* Ad eos qui ex Iudæis crediderant, hæc dicit.

F Imitamini, inquit, me. Nam & ego apprimè lege accẽdebar, non secus quàm vos, attamen relicta illa, pro Christo nũc & fide dimico. Tales & vos estote. Pulchrè autẽ hoc deinceps posuit: homines eñ potius similibus exẽplis trahũtur, quàm rationibus. *Fratres rogo uos, nullã mihi iniuriam intulistis.* Quia asperè eos ac seueriter obiurgarat, vult rursus mitigare sermonem, neque enim vehemens nimium obiurgatio prodest, neque nimia indulgẽtia & lenitas. Propterea fratres eos nominat, gratiæ baptismatis mentionem pariter faciens, ex qua omnes fratres veluti ex vno patre deo facti sumus. Defendit autẽ ea quę dixit, quòd non sint prolata ex odio vel inuidia. Nihil me lęsistis, nihil iniuriæ mihi intulistis, vt hostiliter erga vos rapiar & commouear, sed innumera potius honoris & dilectionis opera mihi exhibuistis. Quomodo igitur, quia in sensus vobis sim, hæc dixissem? cæterùm curam potius vestri gerens, ac rursus gratus esse vobis contendens. *Nouistis quòd per imbecillitatem carnis prædicarim uobis prius, ac tentationẽ quæ est in carne mea, non contempsistis neque respuistis.* Nouistis, inquit, quòd cum imbecillitate carnali, hoc est, cum persecutionibus & periculis prædicarim euangeliũ apud vos, neque sic tamen auersati estis me. Neque tentatio mea hæc, id est, persecutiones & verba & huiusmodi, offenderunt vos, compleruntque vos contemnere me atque conspuere. Simul autem latenter pudefacit eos, quum quanta sit passus ab aduersariis eorum nomine, commonstrat. *Sed ueluti angelum suscepistis me, tanquam Christum Iesum.* Adeò, inquit,

Baptisma fecit fratres facti sumꝰ

quit, honorastis me, quasi maior essem homine. Quomodo A igitur non absurdum est, tum quidem quum persecutionem paterer, & agerer variis malis, me à vobis suscipi tanquam angelum & veluti Christum, & non offendi: iam verò quum cõsulam vobis quæ decora sunt & opportuna, veluti hostem iudicari me à vobis, & minimè suscipi? *Vbi igitur beatificatio uestra?* Ambigit, & admiratur, & increpat. Quæ, inquiens, fuit beatitudo & fœlicitas vestra? hoc est, quónam abierũt illa omnia propter quæ fœlices prædicabamini ab omnibus, ceu doctoris vestri amantes? Quæ nunc est ista vestra prædicatio? quam in rem permutata est? haud enim iam temporis eã intueor, video, cerno, perinde quasi aduersante in me affectu imbuti sitis. *Testimonium namque dico uobis, quòd si fieri potuisset, oculos uestros effossos dedissetis mihi.* Olim, inquit, propter verbi prædicationem, chariorem me oculis vestris habuistis. Quid igitur contigit ꝙ hostis instar me censeatis nunc, ac suspicemini? Absurdum enim est, eum qui tanto ab vobis honore sit affectus, infensa & inimica hæc vobis mente dicere. *Itaque hostis uester factus sum, ueritatem uobis dicens.* Aliam, inquit, non video inimicitiæ causam, q̃ ꝙ veritatem vobis dixerim, reprehenderimq; vos in institutione Euangelii corruptos. Atqui par erat, vt eo nomine maiori me honore prosequeremini, vt qui curatoris vestri officio functus sim opusq; perfecerim. *Aemulantur autem uos non recte, cæterum ex Aemulatio bona.* *cludere uos uolunt, ut ipsos æmulemini.* Aemulatio res bona est, *tio bona.* siquando virtutem cuiuspiam aliquis imitetur: at verò zelus F haudquaquã bonus est, si quis contẽdat à virtute eiicere retẽ operantẽ. Isti igitur nitũtur vos excludere, hoc est, eiicere à perfectissima in Christo cõstitutiõe & cognitiõe, ac ad imperfectiorẽ, q est in lege, statũ iniicere, vt ipsos ceu docto res ac præceptores vestros deueneremini, æmuleminiq; ac imitemini tanq̃ discipuli. Ego aũt è diuerso volui ipsis & omnib⁹ præceptores esse ad perfectiora, ꝙ & factũ est quũ apud vos agerẽ. Indicat aũt hęc clãculũ & deinceps. *Pulchrũ est aũt æmulari in bono semp, & nõ solũ quũ præsens sum apud uos.* Viden' hoc idicare eũ, ꝙ æmulatores fuerit oib⁹ ad pfectionẽ, quãdo apud ipsos præsto fuerit apostol⁹? ac iuxta denũciat ꝙ absentia ipsius horũ malorũ causa fuerit. Beatã ergo rem esse dicit, quum discipuli non modò præsentem præceptorem, verum etiam absentem præ oculis habeant, adeóque curent.

D *Filioli mei, quos rursus parturio, tantisper dum formetur Christus in uobis.* Matrem imitatur, quæ puerorum suorum nomine cõ tremiscit. Corrupistis, inquit, formam Christi, quam habeba tis in vobis ipsis ex baptismate, estque vobis opus alia regeneratione reformationéque, vt rursus forma Christi in vobis nascatur, vt ex ipso figuremini vos. Denuo enim vos parturio, per institutionem iterum regenero. non enim desperro. Propterea & vos filiolos appello, ne & vos despondeatis animum. Isthuc etiam aduersum Nouatianos est. Galatas enim Paulus rursus parturit & reformat, isti autem non recipiunt ex pœnitentia correctionem. *Volui autem adesse iam etiam apud uos, & mutare uocem meam, quoniam dubito in*

Nouatiani.

E *uobis.* Non contentus sum literis, inquit, sed volui ipse adesse, permutaréque vocem meam, hoc est, ad luctus atque threnos hanc vertere. Nam ambigo quid dicere me de vobis oporteat, quomodo qui adeò exaltati eratis, vt discrimina sub iretis propter fidem, ac per eam signa ederetis, nunc ad legalem vilitatem abstrahamini. Hanc ob causam volui præsens apud vos plangere. Quando enim imbelles erimus, calamitáque succubuerimus, solemus ad lachrymas deferri. *Dicite mihi, qui sub lege uultis esse, legem non auditis?* Postquam abii de eos emolliit & attraxit, rursus ad certamina descendit, ostendens quòd ipsa lex non vult seipsam custodiri. Respon

F dete, inquiens, mihi. Pulchrè autem dixit, qui vultis. Non enim rerum consequentiæ, sed importunæ contentionis causa eorum erat. Legem autem appellat Geneseos librum. Est

Lex, uniuersum uetus testamentum.

eũ illi in more, vniuersum vetus testamentũ legẽ appellare. *Scriptum est enim, quod Abrahã duos filios habuit, alterũ ex ancilla, alterũ ex libera.* In superioribus dixit, Filii estis Abrahami. Quoniam verò non eiusdem fuerunt dignitatis fili patriarchæ, sed alter quidem ex serua, alter verò ex libera, ostendit quòd non solum filii, verumetiam tales estis, qualis est liber & ingenuus: adeò vos fides ingenuos reddidit. *Sed alter quidem ex ancilla secundum carnem genitus est, alter uero ex libera per promissionem.* Quia quum affirmaret eos filios ipsius esse Abrahami, impersuasibilia videbatur dicere, si qui non secundum carnem ex Abrahamo nati sunt, filii eius sunt: adserit quòd & Isaac genuinus filius Abrahami, ne ipse quidem secundum carnem natus est (quomodo enim, natura occisa, & matrice effœta & mutilata?) sed dei verbum & promissio

promissio ipsum effinxit, Ismael autem naturæ consecutione A natus est, hoc enim est quod ait, secundum carnem. Attamen qui secundum carnem natus est, seruus & alienus est ab hæreditate. qui verò non est secundum carnem dominus & hæres est. Quid igitur obstat quo minus & vos qui non secundum carnem nati estis ex Abrahamo, filii eius sitis? Nam & vos per verba quę in baptismate recitantur, formati estis. *Quæ sunt allegorice dicta.* Hoc est, historia quidem ipsa hæc est, non hoc autem solum indicat, verùm & alia quędam nunciat: vnde & allegoria vocata est, figura enim fuerunt illa præsentium. *Illa quidem duo sunt testamenta, unum quidem ab monte Sina, ad seruitutem generans, quæ est Agar. Agar enim Sina mons est in Arabia, contiguus est autem ei quæ nunc est Hierusalem, seruit autem cum filiis suis.* Illa, qualia? duæ nimirum B mulieres referuntur per allegoriam ad nouum & vetus testamenta. Quomodo? Agar enim ad vetus. Etenim lex ab Sina monte data est. Sina verò Arabia quidem est, Agar au *Agar.* tem appellatur Arabum lingua. Est autem contiguus Hierosolymis, id est, vicinus est, contingit, vel quia adsimilatur in seriori Hierusalem, vel eius speciem præ se fert, & ad illam transsumitur, tanquam similitudo sit inter utraque. Perinde igitur vt Agar serua erat, & ad seruitutem generabat, hunc ad modum lex ex monte Sina, qui appellatur Agar, præsentibus Hierosolymis assimilato, & contiguo illis, adeóque pari, ad seruitutem generabat eos qui sibi appellerent animum. Nam & in lege pleraque sunt libertati aduersa, illibe- C ralia, atque seruilia. Virtus nanque pro corruptibili mercede statuebatur, terræ nempe bonis: vitii aũt fuga per pœnas ac terrores inducebatur. *Superior autem Hierusalem libera est, quæ est mater omnium nostri.* Nam figura quidem Agar, in Sina est. Expende autem & Sarrhæ cum filium, tum figuram. Siquidem supernam illa Hierusalem adæquabat præfigurabatque: nam illa ciuitas est fidelium, vnde & lex nobis lata est ex cœlo nanque Euangelium. Libera autem est ex legis obseruationibus, cunctáque liberè ordinat, imperatque ingenuè. Nihil enim nobis pro visibili mercede transigitur: neque corporalia nobis supplicia imminent, verùm promissiones diuiniores, ac pœnæ ingenuis conuenientes, nempe à mystica mensa excludi, atque increpari. *Scriptum est enim. Lætare sterilis, quæ non paris: rumpe & clama* *Esaiæ. 54*

quæ

D *quæ non parturis. Nam plures sunt liberi desertæ, quam habentis maritum.* Figuris haud contentus, Esaiam in testem citat, qui sterilem ac desertam appellat ecclesiam ex gentibus coagmentatam. Etenim erat deserta, adeóque vacua diuinæ cognitionis, & absque liberis, quippe quæ neminem prophetarum protulerit, vel doctorem. Habentem autem virum, Iudæorum synagogam, vel quia legem habebat administrantem res suas, vel quia deum ipsum. Rumpe igitur, hoc est, vocem lætitiæ eloquere, quia nunc completi sunt tibi filii, & prophetæ, & doctores, & filii dei exte, ac vniuersum terrarum orbem tu genuisti, non vnicam

Gene. 21. gentem, vt ipsa videlicet Iudæorum synagoga. *Nos autem fratres secundum Isaac, filii sumus promissionis. Sed quemE admodum tum secundum carnem natus persequebatur eum qui secundum spiritum, sic & nunc.* Ecclesia, inquit, quum sterilis sit instar Sarrhæ, non solùm liberorum multitudine aucta est, vt illa, quinetiam eundem ad modum genuit vt illa.

Gene. 18 Vt enim illam non natura matrem fecit, sed promissio (qui enim dixit, Secundum illud tempus veniam, is & in veterum ingressum infantem effinxit) sic & nobiscum, vt & suprà commemoratum, diuina verba reformationem faciunt, ea quæ in baptismate dicuntur. Præterea ne quis dicat, qualis sit illa libertas, quando Iudæi flagellent credentes, visi autem liberi esse, persecutionibus sunt expositi: respondet, Tum itidem sese res habebat. Etenim Ismael persequebatur Isaac, tamen nihil impediebat quo minus esset genuinus

F filius Abrahami, ac dominus persequentis. Ex ipsa igitur Iudæorum persecutione ostenditur nostra ad Isaacum similitu-

Gene. 21. do, & ad Abraham necessitudo. *Sed quid dicit scriptura? Eiice filium ancillæ: non enim erit hæres filius ancillæ, cum filio liberæ.* Ne quis dicat, Quæ igitur iam consolatio est fidelibus, qui ab Iudæis persecutionem sustinent, quandoquidem & Isaac tum fuerit persecutioni obnoxius? audi, inquit, quid dicat scriptura. hinc enim consolationem accipies. Pro temporaria enim afflictione, qua persequebatur Isaacum Ismael, penitus eiicitur. Nec satis est ei ad pœnam quòd eiiciatur, exterùm adimitur etiam ei ne possit esse particeps bonorum filio paratorum, quod maius multo est tormentum, ab dei iudicio atque sententia ducens principium, & non à persecutione. Obserua autem quî non Abrahami, sed ancillæ filium nominauit,

minauit, qui non possit hæreditatem adire, à viliore ipsum A genere vocans. Contemplare igitur quòd indicarit legem *Lex sui ipsius dissipatrix.* ipsam suiipsius dissipationem induxisse. Siquidem omnia quæ dicta sunt in lege, figuram esse omnium quæ hodie facta sunt, etiam veteris testamenti libris traditum est. *Itaque fratres, non sumus ancillæ filii sed liberæ.* Hæc omnia mouet, vt ostendat quod factum sit nobiscum hodie, ante multa tempora adumbratum prænonstratúmque esse. Quî igitur non absurdum libertate donatos ante tot annos, rursus voluntarios ac sponte seruos effici?

CAPVT. V.

B

IN libertate igitur qua Christus nos liberauit, state.

1 Num, inquit, vos ipsos liberastis? Alius est qui precium redemptionis dedit pro nobis. Quomodo igitur vosipsos legis dominatui subiugatis præter consilium eius qui vos liberauit, Christi? Quũ dixit autem state, monstrauit eos esse concussos motósque. *Neque rursus iugo seruitutis obnoxii reddamini.* Per iugũ, grauc onus seruitutis quæ in lege erat, denunciat. Quod verò (rursus) dicit, ruditatem eorum accusat. Siquidem quum experimento didicerint seruitutis onus, rursus ad eam suapte sponte prouolant & accedunt. *Ecce, ego Paulus dico uobis, quoC niam si circuncidamini, Christus uobis nihil proderit.* Propriæ persone autoritatem, omnis demonstrationis vice ponit. Non prodest, inquit, Christus circunciso, eo q̃ huiusmodi gratiã repellat, ac ad legem ceu benefactorem accurrat, Christo ve rò omnino diffidit, vt qui nullo eum beneficio affecerit. Qui autem diffidit & incredulus est, nihil adipiscitur ab eo cui fidem non adhibet. *Testimonium autem dico omni homini circunciso, quod debitor est totam adimplere legem.* Vt ne existimes per inimicitiam aut odium hæc quoddam dici, Non vobis solis, inquit, hæc loquor, verumetiam omni circunciso, quòd onus adeóque grauamen ingens vobis imponitis. Legalia *Legalia inter se connexa sunt.* nanque inter sese mutuò sunt connexa. Vnde si parum quid dam legis susceperis, eius que tibi iugum adduxeris, totũ ei⁹ dominatum super te attraxisti. Circunciso enim & sacrificium exigit, diésque obseruat: victima verò & sacrum & locum postulat, & modum & purgationes: immundus enim

non

D non facit sacrum. Purgationes rursus alias habent obser-
uationes. Animaduertis quomodo qui defecit ab Christo,
non solùm ex ea defectione non iuuatur, cæterùm innume-
ris se grauaminibus oneribúsque subiecit. Si enim lex est do
minus tuus, totam illam adimple: si autem dominus tuus nō
est, ne partem etiam eius vllam recipias. *Aboliti estis à Chri-*
sto, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Hoc est, nullam so
cietatem habetis cum Christo, nihilque cum eo commercij,
qui (veluti opinamini) in lege iustificamini, à gratia excidi-
stis verè iustificante. Magnum igitur naufragium est, quan
do neque quę lex promittit acceperis, ac ea quæ sunt gratiæ,
abieceris. *Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus.* Nos
fideles, inquit, non lege, sed spiritu sancto speramus iustifica
ri. Quomodo? ex fide: operæ nanque est precium fidem præ-
E cedere, deinde accessione spiritus peccatorum dimissionem
accipere, ac iustificari in baptismate. *In Christo Iesu neque*
circumcisio aliquid ualet, neque præputium. sed fides per dilectionem
operans. Antea tamē dixi noxiam rem esse circumcisionem,
quî ergo rem indifferentem nunc eandem efficit? Dicimus
igitur, quòd circūcisionem intelligit quæ est ante fidem: ve
luti si diceret quòd nouo testamento accensi, neque si circun
cidantur, adiuuentur quicquam: neque si præputium reti-
neant, lædantur. Fides enim est, quæ totum per charitatem
operatur, hoc est, quæ debeat semper efficax & viuax com-
monstrari per dilectionem erga Christum. Notat autē eos
qui crediderant quidem, sed radices nondum egerant in di-
F lectione erga Christum, ac propterea ad legem sponte acces-
serant, vel ad proximi etiam dilectionem eos transfert. Mon
strat autem simul, quòd seductores eorum, si charitatem ha-
berent erga eos, non talia ausi fuissent committere. Disce igi
tur quòd fides operatur per charitatem, hoc est, viuere demō
stratur: sin charitatis expers sit, inefficax est. Simile est Iaco-
Iaco. 2. bi loco, Fides sine operibus mortua. *Currebatis bene, quis uos*
impedit ueritati non obtemperare? Non interrogantis est hoc,
sed lugentis, ac dicentis, Ad consummationem peruenera-
tis, quid contigit? quis tantum potuit, vt impediret vos ne ve
ritati Euangelij morem gereretis, sed abrogatæ vmbrosæq;
legi? *Persuasio non est ex uocante uos.* Quod persuasi sitis vt
credatis impostoribus, non est ex Christo. Non enim voca-
uit vos ille vt credatis consulentibus vobis vt ad Iudaismum
acce-

accedatis. *Modicum fermentum totam massam fermentat.* Vt ne A
dicant, Quid adeò nos notasti & increpuisti? vnicum tātum
legis mandatum subiimus, qui adeò culpam nostram attol-
lis & exaggeras? Quod exiguum visum est, valde nocet &
obest. Vt enim fermentum per seipsum fermentat, totamque
mixturam inficit, haud secus circuncisio, quum mandatum
fit vnicum, prorsus vos ad Iudaismum traiiciet. *Confido ad*
uos in domino, quod nihil aliud sapietis. Confido, inquit, ad vos:
noui enim meos discipulos, noui facilem apud vos esse emē-
dationem. Confido igitur vobis, ac in spem venio vos corri-
gi posse. Confido etiam domino, qui non vult ne minimum
seu qualemcunque quidem perire. Inhortatur itaque eos,
vti & sua afferant, & in dominum spem suam collocent. Non B
enim aliter licet beneficia dei consequi, quàm si & vestrum
etiam conatum conferatis. *Qui autem turbat uos, portabit iudi-*
cium, quisquis fuerit. Vos quidē ad rectiorē statū p respiscen-
tiam transferemini: enimuero qui imposuerunt vobis, non
perinde liberabuntur à pœna, sed pœnam luent, etiamsi ma-
gni videantur, & autoritate grandes. hoc enim indicat quod
ait, quisquis fuerit. Hoc autem dicit, ne alij quidā prodeant,
ac pari ratione adoriantur Galatas, insidiasque struant. *Ego*
autem fratres, si circumcisionem prædico, quid adhuc persecutioni sum C
obnoxius? Quia calūniatores eius dicebāt, Hypocrita est Pau-
lus, quippe quia aliàs circuncisionem prædicat, aliàs nō itē:
Vos, inquit, mihi testimonium dicetis, quòd persecutionem
patiar ab Iudæis. Si igitur circuncisionem prędico, pro qua-
nam alia re persecutionem sustineo? planum enim est quòd
quia patrios eorum ritus dissipem ac tollam, persequantur
me. Sin circuncisionem prædico, commendo adeóque cōfir-
mo patrias eorum leges: ecquid igitur me persequuntur? *Paul⁹ cur*
At verò num circūcidit Timotheum Paulus? Næ, verùm per *Timotheū*
quandam indulgentiam. Aliud autem est circuncidere, aliud *circūcidē*
circuncisionem prædicare. Non enim dixit, si circūcidi, sed *rit.*
si circuncisionem prædico. Qui enim prædicat, docet eā sem
per debere fieri, ceu rem simpliciter bonam: qui verò per cō
cessionem ac dispensationem quiddam facit, non veluti sim
pliciter bonum hoc facit, verùm tanquam ad tempus vtile.
Abolitum est igitur scandalum Christi. Si circuncisionem, inquit,
prædicem, desiit scandalum, quo scandalizabantur propter
crucem Iudæi. Ob nihil enim aliud offendūtur Iudæi in cru

cis

D cis prædicatione, neque possunt recipere, nisi quòd dissoluat circuncisionem, atq; per hoc legem. Proinde circuncisio ne prædicata à me, pugna Iudæorum aduersus crucẽ, & scãdalum quo scandalizantur propter ipsam, abolitũ est ac de-
Supr. 3. siit. *Vtinam abscindantur inquietos facientes uos.* Deceptos, stolidos, vocauit primum, nihil aliud agens, q̃ q̃ veluti pueros eos increpet. Impostores autem tanquam incurabili ægritudine langueant atque decumbant, execratur, ac dicit: Vtinã non solum circunciderentur, sed & funditus resecarent sua membra. Contemplare autem qui ἀνασκοῦντες, id est turbãtes, cõcitantes, dixerit, quod de captiuos ducẽtibus dicimus. Nam & illi libertatem eorum auferebant, à supernis Hierosolymis eos transferentes, ceu exules & profugos, ad legem Iudaicámque vilitatem transmittentes. Obserua autem de abscindentibus seipsos, q̃ Apostoli execrationem ad sese attrahant. *Vos enim in libertate uocati estis fratres, modo non libertatem in occasionem carni.* Non, inquit, vt seruiamus legi vocati sumus ab Christo. cæterùm vt liberi simus ab iugo legalis seruitutis. Deinde ne suspicetur quispiam, quia postquam liberi sumus, licet nobis in posterum agere quæ voluerimus, corrigit hoc, inquiens: Ne habeamus, inquit, libertatem in occasionem carni, hoc est, carnalibus cupiditatibus.
Libertas christiana
Non enim propterea soluti sumus ab iugo legis: vt precipitemur, verùm vt & sine iugo apposite incedamus, veluti iã probè instituti. Non enim vt transgrediamur legem, propterea liberi sumus, verùm vt superemus etiam legem. *Sed per charitatem alter alteri seruite.* Sublato legis iugo, aliud charitatis nimirum iugũ imponit, quod & leuius & fortius est illo. Indicat autem iuxtà latenter, q̃ dominatus cupiditate accensi, ad eos irrepserint peruenerintq; deceptores. ea enim mater est cunctarũ hæreseum. Si igitur dominatus cupiditas & ambitio vos discidit, per charitatẽ alter alteri seruite, intensam & vehementem charitatem significans per (seruite) verbum. Ad moralem autem rationem conuersus, indicat modum & rationem qua corrigi queant, ne carnalibus cupiditatibus in-
Leui. 19. seruiant. *Vniuersa lex in uno uerbo completur, nempe, Diliges proximum tuum ut teipsum.* Si omnino, inquit, implere vultis legẽ, non per circuncisionem, sed per dilectionem adimplete. nã ipsa legis impletio. Animaduerte autem quomodo ad morale verbum egressus non obliuiscitur institutionis, adeò vehe

menter dolebat ei quòd seducti essent. *Si autem uos mutuo mordetis & deuoratis, uidete ne mutuo inter uos consumamini.* Quod nouit reuera contigisse, tanqnam ambigat recenset, & quod sequitur similiter, Ne alter ab altero abiumamini. metuentis enim hoc est, & nutantis non condemnantis. Non dixit autem mordetis solum, quod est indignationis, sed deuoratis etiam, quod est extremæ ferocitatis, ac beluinæ sæuitiæ. Hęc autem & de corruptis dogmatibus ac perdita doctrina dicit. Intelligitur etiam de mutuis insidiis, rapinis, & circũuentionibus. Quia verò vim facientes ac dolum meditantes, videntur alios capere: Videte, inquit, ne in vos res ista conuertatur. *Dico autem, spiritu obambulate, & cupiditates carnis haudquaquam perficiatis.* Quia mordere ac deuorare adfirmarat ad abiumptionem vergere, remediũ iamnũc huius affert, quod & charitatem conseruat, & conseruatur ab ipsa, quod est, vt spirituales sint. Si enim spirituales sumus, diligemus nos mutuò potius: & si diligemus, spirituales efficimur, ac deinceps carnalẽ cõcupiscẽtiã haud perficimus. *Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spititus uero aduersus carnem. Hæc aũt inter se mutuo sibi aduersantur, ut non quæ uelitis, ea faciatis.* Hìc insurgẽtes Manichæi & huiusmodi omnes hæretici, adseuerãt hominẽ ex duabus contrariis essentiis esse compositum: apostolum enim testari isthuc per ea quæ nunc dicit. Atqui ea persistere haudquaquam possunt. Nõ enim de essentia disputat, sed carnem dicit terrestrem cogitationẽ & ratiocinationẽ, cãq; cocordem & neglectam, non corpus: & spiritũ spiritualẽ cogitationẽ, non animam. Terrestris igitur cogitatio opponitur spũali, & spiritualis cogitatio terrestri. Cogitationũ itaq; bonarũ & prauarum pugnam inducit, sed non corporis & animi. Velle enim & non velle, animæ est cogitantis ac ratiocinãtis. Infert ergo, Vt nõ q̃ velitis, ea faciatis: quãdoquidẽ corpus animã adiuuat, non aduersatur ei: animaq; corpus cõ tinet & sustinet, omniáque agit vt ne ipsum derelinquat, ac ab eo diuulsa doleat. Quomodo igitur contraria sunt, quæ tantã inter se mutuò habitudinẽ & cõcordiã fouẽt? *Si aũt spiritu agimini, nõ estis sub lege.* Qui spiritũ habet extinguit prauas cupiditates: q verò ab his liberatus est, nõ eget cõsilio legis, neq; ei subiect⁹ est. Qui enim nõ succẽtet, ægè q̃so, quî opus habet denũciãte ac p̃cipiẽte ei, Ne occidas? Et q nõ cõcupiscit, quî opus habet consulente, Ne forniceris? quod & alio

Corp⁹ aĩ
mã iuuat.

in loco

D in loco dixit: Iusto non est lex posita. Videtur autem & en-
1. Tim. 1. comion legis canere: siquidem spiritualis fuit secundũ potentiam suam, instituẽs ad definitum vsque tempus. Qua via igitur rursus legi subdimini pædagogo, relicto spiritu vos perfectos faciente? Quod perinde est, ac si quis philosophus quum sit, opus habeat pædagogo. *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, adulterium.* Corruptæ, inquit, & carnalis deliberationis, & voluntatis opera sunt hæc, inter quæ agnoscitur etiam fornicatio & adulterium. Planum est autẽ quonam modo fornicatio ab adulterio discrepet. *Impuritas, petulantia.* Turpes modos hîc notat, quos ne sustinuit quidẽ hîc nominare. *Idololatriæ, incantationes, inimicitiæ, lis, æmula-*
E *tio, iræ, contentiones, dissensiones, hæreses, inuidia, cædes, temulentiæ, comessationes, horumque similia: quæ prædico uobis, quemadmodum prædixi, quoniam talia agentes regni dei hæreditatem non adibunt.* Dicant nobis hîc carnem criminantes: Esto quòd fornicatio & libido, corporis sint peccata, inimicitiæ autem & hæreses & huiusmodi qui poterunt esse carnis? Est autẽ perspicuum quòd omnia hæc sint corruptæ voluntatis. Sin ex carne sunt illa, naturaliter nobis adnata, quomodo nos è regno dei eduxerunt? Non enim naturæ, sed consilii & voluntatis tum pœnę sunt, tũ coronæ. Maximè verò si naturæ fuissent affectiones, non dixisset agentes, sed patientes. agere nanque deliberationem & voluntatem indicat certò. Inimicitias porrò intellige iniustas. Sunt enim & iustæ inimicitię,
F quæ fidei religionisque nomine exercenter, ergáque omnes ex recto Christianismi tramite deuiantes ostenduntur. Aemulationes autem dicit zelotypias, quibus non potest fauere aliis, quod solus obtinere ardeat. Est nanque & bonus zelus, vt si quis bene agentem rectéque operantem imitetur. Pulchrè autem post dissensiones & cõtentiones, hæreses posuit. Omnis enim hæresis ex disceptatione cõtẽtiosi propriã voluntatem & opinionem statuere nitentis, nascitur, ac propterea hæresin commendantis. Cædes deinde ex inuidia, comessatio verò ex temulentia prouenit. κῶμοι enim sunt temulentorum ebriorumve contumelioſæ cantilenæ. Hinc priori loco posuit generantia, posteriore verò ab iis nata. *Fructus autem spiritus est dilectio, gaudium, pax.* Praua opera ex nobis solis fiunt, ea de causa & opera carnis nominauit, quæ simul laborem ac difficultatem habeant. Bona verò, non nostra

Zelꝰ bonus.

Comessatio.

stra tantùm cura indigent, enimuerò cœleste iuxtà auxiliũ A
requirunt: eapropter spiritus fructum ea dixit, tanquam ab nobis detur semen, siue propositum: vt verò fructus crescat & nascatur, isthuc in deo situm esse. Atqui radicem omnium bonorum primam charitatem ponit, deinde gaudium. Qui enim diligit, semper gaudet, etiam quando adfligitur. eum enim à quo sibi iniuria infertur, ceu benefactorem intuetur. Lætatur autem in deo, cuius causa nihil non agit & patitur. eam ob rẽ bona iuxtà conscientia exhilaratur. Ex charitate autẽ & lætitia in animo etiam suo pacem habet, nõ turbatus cogitationibus, erga omnes quoque homines pacẽ exhibet. Ac etiamsi odisse quosdam videtur, non eos tamen odit, sed vitia eorum, ipsos ceu fratres charitate complectens, ad cõmoditatem odium hoc ostendens, vt ad virtutem & sanctio B
rem vitam redeant. *Longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia.* Longanimitas à mansuetudinẽ in hoc differre videtur in scriptura, quòd longanimis multum diuque cogitet, nec celeriter, sed cunctatione conuenientem impingeas pœnam imponat, mansuetus autem omnino noxam & supplicium remittat, perinde ac Moses quia Marię & Aaroni remisit noxam, præ omnibus terram incolentibus mãsuetus vocatus est. Benignitas autem, communius quiddam est q̃ bonitas. Benignus enim dominus est omnibus, bonitas solis dignis benefacit, secundum illud: Bonus esto, vel benefac domine bonis. Fidem autem dicit, non simplicem, verumetiam montes transferentem, credentem possibilia esse deo, quæ apud homines sunt impossibilia, idque indubitanter. Ad omnia autem continentia est admouenda: non enim ci- C
borum tantũ est, verũ omne opus prauũ iuxtà respicit. *Aduersus huiusmodi non est lex.* Anima enim hęc à spiritu perficiens, nõ eget legis adhortatiõe, quippe quæ sit lege altior, quẽadmodum qui natura sunt celeres equi, nõ opus habent flagro. Non tamen ceu rem malam legem reiicit hîc, sed minorem eam communicata à spiritu sapientia & scientia ostendit. *Qui uero Christi sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus & cupiditatibus suis.* Perinde ac si quis dicat: Ecquis est qui hæc q̃ dixisti, persequatur? Qui Christi sunt, inquit, id est, qui sunt pars Christi, carnem crucifixerunt, id est carnalem affectum occiderunt, non enim seipsos interemerunt: vt carnem intelligas non substãtiam carnis, sed terrestrem cogitationem & ratio-

Longanimitas & mãsuetudo differunt. Num. 21. Sapiẽ. 12 Psal. 124

Dnem, adeò vt neque iræ motus in ipsis porrò viuant, nec cupiditates, sed cum hi tum illæ interempta sint. Vel affectus simpliciter turbatas operationes intelligit, siue ab ira sint, siue à concupiscentia. Non solum igitur opera fideles interfecisse adserit, sed ipsa etiam horum principia, fontesque, siue cõcupiscentias.

CAPVT VI.

Si spiritu uiuimus, spiritu etiam incedamus. Quia tantũ spiritus robur est, illi viuam⁹, illi etiã sufficiamus: hoc enim στοιχῶμεν, pro eo quod est satis simus vel sufficientes, nec inquiramus ab lege appẽdicẽ. *Ne simus uanæ gloriæ cupidi, alter alterum prouocantes, alter alteri inuidentes.* Innuit hîc ꝙ qui eos seduxerint, ex ambitione eò peruenerint. *Ambitio, malorum omnium causa.* hæc enim omniũ malorũ causa est. Alter alterũ ꝓuocãtes, ad cõtẽtiões & lites, quẽadmodũ si aduersario suo, qui potẽtior est dicat, Agẽ, veni, experiamur quicquã vter nostrum, & id genus alia. Quandoquidẽ verò & à vana gloria sit inuidia, hanc etiã prohibet. *Fratres, si & præoccupatus fuerit homo in delicto, uos spirituales reficite talem in spiritu mansuetudinis.* Plerique apud ipsos visi increpare delinquẽtes, suos vlciscebãtur & effundebãt affectus, ex dñatus cupiditate eò gruentes. Ait ergo: Si anteuersus fuerit aliquis, hoc est, correptus à dæmone vim passus, vos spirituales ꝓficite, hoc est nõ punite, sed erigite, emendate in spiritu mansuetudinis. Nõ dixit in mãsuetudine, sed in spiritu mãsuetudinis, indicãs ꝙ & spiritu hoc placeat, tũ quod sit spiritualis doni, cũ mãsuetudine nẽ peccãtes erigere atq; emẽdare. *Considerans teipsum, ne & tu tenteris.* Ne quis extollatur ꝙ aliũ ꝓficiat, ꝓmunit eũ. Cõsidera, inquit, atq; obserua teipsum, ne & in eadẽ incidas, tẽtatio nẽ passus ab aduersario. Significanter aũt dixit tu, humanæ nãq; imbecillitatis ꝓ hoc meminit. *Alter alterius onera portate.* Quia fieri nõ potest vt homo, quia homo sit, nõ peccet, adhortat eos, ne sint nimiũ exacti cẽsores in delictis proximi, sed ferant ea, vt & quæ sua sunt, ab alio baiulentur. *Et sic complete legem Christi.* Non dixit ἀναπληρώσατε, id est implete, sed ἀναπληρώσατε, complete, adimplete, hoc est communiter omnes implete, ita vt alter alterum ferat, vt qui celer est, segnẽ tardumque ferat, segnis autem vehementem illius impetum. Sic

Sic fiet, vt neque ille peccet ab hoc gestatus, neque hic delinquat ab illo baiulatus. Hanc ad rationem itaque alter alterius manum porrigentes, per vos mutuò adimplete legem Christi, quod proximo deest, vnusquisque compleat, per hoc ꝙ toleret eum. Nã charitatis officium est, vt alter alterius grauamina & onera portet. Charitas autem impletio est mandatorũ Christi. *Si enim uidetur quispiam esse aliquid, quum nihil sit, seipsum decipit.* Rursus hîc dementiam deiicit, ob oculos ponẽs ꝙ qui videtur esse aliquid, qui sibi quicquã tribuit, nihil est. Ista hanc enim opinionem quam de sese concipit, euidens profert argumentũ ꝙ nihil sit, neq; quenquam alium decipit, q̃ seipsum. *Suum ipsius opus unusquisque exploret, & tunc apud seipsum solum gloriationem habebit & non ad alium.* Exploret, inquit, accuratè sua ipsius opera (hoc enim vult verbum probet) num quicquam fecerit vana gloria ductus, num per simulationẽ, num alia quapiam humana causa, tumq; non aduersus alterũ glorietur. Cæterùm si se incontinenter & indecorè habeat, ad seipsum gloriationẽ transferat, hoc est ipse sibi collatus, hesterno opere hodiernum præstãtius cẽseat. Hæc autẽ Paulus loquitur per pmissum & indulgentiã, non vt legislator, tanq̃ paulatim elationẽ huiusmodi cõsuetudinis tollat. Qui enim adsueuerit nõ gloriari aduersus proximũ Pharisæi in morem, hic facilè desistet ab iactantia suiipsius. *Vnusquisque enim proprium onus portabit.* Quid enim gloriaris aduersus proximũ? & tu & ille ꝓpria onera feretis, tũcq; vniuscuiusq; oꝙ ꝓbabit. Proinde quũ & tu onera habeas & grauamina, ne glorieris aduersus alterũ, neq; tuo nomine cristas attolle, ꝙ bene sis opatus, ꝙ bene vixeris. *Cõmunicet aũt qui instituitur in uerbo, instituenti, in omnibus bonis.* De doctoribus deinceps disserit, vt ab ipsis instituti cõmunicent instituentibus, non in vno quopiã, sed in omnibus bonis, alimenti, induméti, honoris, beneuolentiæ, adeòq; omnia planè impertientes eis bona. Maiora nãq; cathechumeni, quàm dãt, accipiũt, nẽpe pro carnalibus spiritualia. Vnde & cõmunicationẽ rẽ ipsam voeat, ceu ꝓmutatione quapiam facta. Cuius autẽ rei gratia doctores Christus à discipulis ali constituit? propter duo hæc, ne magistri extollantur nimium, sed tanq̃ discipulis egẽtes, moderatè sapiant, vtque soli verbo vacent, nec alimenti nomine circumagãtur. Ac discipuli ex beneuolẽtia erga ꝓcepto res, erga alios quoque tales esse instituantur ac discant.

D *Ne erretis, deus non subsannatur. Quod enim seminauerit homo, hoc & metet. Quoniam qui seminat in carnem suam, ex carne metet corruptionem: qui uero seminat in spiritum, ex spiritu metet uitam eteruam.* Quia sæpenumero nõnulli accusantes doctores ceu malæ vitæ, negligunt eos, nec alunt penuria laborãtes, sanè deinceps quidem ait, Facientes bonum, ne deficiamus. Ac nũc pariter ostendit ꝙ erga tales liberalitatem nõ oporteat claudi, tanq̃ in spiritualem rem sumptum faciant. Conferens igitur sumptus qui fiunt in carnalia & spiritualia, Si in carnẽ, inquit, impendas, mensas & condimenta parans, temulentiam, delicias, & conuiuia seminans & voracitatem: corruptionem metes. nam talia corrumpuntur, & corrumpũt corpus. Sin in spiritum semines, hoc est, spiritualia opera, eleemosynam omnibus impertiens, ac temperantiam seruans & exhibens, vitam ęternam metes. Non enim subsannatur atq; decipitur deus, sed vnicuique tum quæ sua sunt largitur. Sa-

E tius est ergo in spiritualia impendere, sub quibus cõtinetur etiam erga prȩceptores sumptus: q̃ in carnis cupiditates: quę corrumpũtur & corrumpunt corpus. Ex voluptatibus enim

Morbi ex uoluptatibus. & luxu morbi nascuntur. *Bonum autem facientes, ne deficiamus tempore nanque proprio metemus non dissoluti.* Nunc clarius regit ac reuelat, vt etiamsi praui sint indigẽtes opera nostra, nos non desistamus beneficia illis impertiri. Abundantiam autem & continuam dationem indicat quum ait non deficere. Deinde quia rem arduam postulauit, statim etiam subiicit præmium. Seminabimus, inquit, quomodo? non dissoluti, hoc est nullam defatigationem habẽtes. Hîc quidẽ sequitur & laborem & defatigationem toleramus, in messe videlicet: tum verò secus res habebunt nostræ. *Igitur, ut tempus*

F *habemus, operemur bonum erga omnes, maxime uero erga domesti-*

Matt 25 *cos fidei.* Vt non est tempus seminandi in futuro iudicio, sic

Lucæ. 16 neque miserendi, id quod indicant virgines, & Lazarus. Tãtisper ergo dum in hac vita nobis tempus supereſt, nedum erga præceptores ac doctores, verumetiam tam Græcos q̃ Iudæos, bonum faciamus, hoc est, benefici simus & misericordes, eleemosynam impertientes. Nec eandem nos mentẽ ram habere oportet erga hos atque fidei domesticos, sed lõgè maiorem honorẽ fidelibus exhiberi conuenit. Hoc enim innuit quum ait, maximè. Obserua autem quomodo etiam hîc abducat eos ab iudaica vilitate: siquidẽ lex erga cõtribu

les suos tantummodo aperiebat viscera: gratia verò Christi A terram simul & mare ad eleemosynæ mensam vocat, etsi nõ pari modo vel ratione, vt dictum est. *Videte qualibus uobis literis scripserim mea manu.* Quum pauca ad mores pertinentia dixisset, iterum ad priora redit, quæ cor ipsius lancinabant, planum faciens ꝙ sua manu hanc epistolam totam conscripserit, non vt charitatem solummodo erga eos demonstret, verùm vt suspicionem pariter malam tollat. Vituperabatur *Paulus a* enim ceu alia apud alios prædicaret. Adactus est igitur testi *manuensi* monijũ literis scriptũ ponere de sua prędicatione. Alias qui- *b° utebatur.* dem epistolas alij scribebant, ipse verò salutationem solam exarabat. Qualibus, non est magnitudinis indicium, sed deformitatis literarũ, perinde quasi diceret: Atqui etiam sinon possim elegãtes characteres ducere, coactus tamẽ sum, ppria manu epistolam scribere. *Qui uolunt placere in carne, illi cogũt uos circuncidi.* Quotquot, inquit, volunt probati esse in carne, hoc est, apud homines, Iudæos nimirum (reprehendeban- B tur enim apud ipsos, quòd à maiorum suorum consuetudinibus deficerent) illi cogunt vos circuncidi, defendentes ita sese apud Iudęos vestra carne. Quum ait, cogunt vos, indicat eam seruitutem ipsos haud spõte passos esse, præbẽs eis occasionem secessionis, vt qui neque nunc voluntariò errent. *Tantum ut non in cruce Christi persecutionem patiantur.* Propter aliam etiam causam hoc faciunt. Ne enim ab cruce & fide persecutionem patiantur, veluti hanc præuaricantes per circuncisionem, volunt & alios circũcisionis habere socios.

Neque enim circuncisi legem custodiunt, sed uolunt uos circũcidi, ut in carne uestra glorientur. Non solum, inquit, vt hominibus placeant, hæc faciunt, verumetiam propter ambitionem. Nõ C enim ex zelo quo erga legem accendũtur, vt eam defendãt, neque pietatis ergò isthuc agũt, sed vanæ glorię, vt in vestra carne glorientur, hoc est, vt in cõcisione carnis vestrę iactẽt sese, tanquã doctores vestros, vt qui vos discipulos suos habeãt. *Mihi aũt absit gloriari, nisi in cruce domini nostri iesu Christi.* Isti, inquit, in circuncisione gloriantur, re abolita & antiqua ritu: mihi autẽ non contingat in vlla alia re gloriari, prætereq̃ in cruce dñi nostri Iesu Christi, hoc est in fide erga crucifixũ q̃ legẽ fecit irritã & abrogauit. Tanq̃ aũt abnegatũ quippiã ac difficile, deprecatus, diuino auxilio ad hoc implorato, Vtinã, inquit, nõ cõtingat mihi gloriari. Qũo aũt in cruce quis-

D piã gloriatur? Quia ꝓpter me inutilẽ dominus meus crucifixus est, diligens me adeò, vt se ipse in mortem pro me tradere t. Gloriatio igitur Pauli & omnis fidelis, crux est, veluti demonstrata in ipsa domini erga nos charitate. Quis aũt seruꝰ non gloriatur, qui à domino diligitur? *Per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Mundũ, huius seculi res & negocia dicit, gloriã, diuitias, voluptates. Hæc igitur mihi sunt enecta, egoq́ ipsis sum mortuus, duplici interẽptiõe facta. Neq; enim illa capere me possunt, mortua sunt em: neq; ipse ego ad illa accurrere, illisve adsentiri queo, mortuus enim sum. *In Christo enim Iesu neq; circuncisio quicquã ualet, neq; præputium, sed noua creatura. Et quotquot secundũ regulã hanc processerũt, gratia super ipsos & misericordia, & sup Israel dei.* Ne iactes mihi circuncisionẽ, quę inutilis est, nihilq; potest, perinde ac præputiũ. Christus enim omnia nouauit, aliãq; à nobis vitã postulat. Noua em̃ creatura, est vita secundũ Christũ: quandoquidẽ animæ nostræ inueteratæ peccato, renouatæ sunt per baptisma, quodq; in futuro æuo incorruptibilitate & gloria honorabimur, corpora nouati, incorruptibilesq; facti. Quotquot igit̃ pseuerãt in regula hac nouæ secũdũ Christũ vitæ, fugiẽtes antiquatã & impotẽtes faciẽtẽ circũcisionẽ, pacẽ erga deũ cõsequẽt, liberati à peccatis, q̃ deũ nobis impugnãt, hostẽq; faciũt: humanitateq; & clemẽtia dignabũt, nõ porrõ ceu hostes dei odio expositi, sed misericordia donati, ceu pacẽ illis facta p crucẽ & gratiã. Tales etiã sunt Israel propriè, tãq; vidẽtes deũ. Quare qui huiusmodi nõ sunt, etiãsi genere Israelitæ fuerint falsõ Israelitæ dicuntur. Hoc aũt ab Dauide desumpsit Paulus, dicẽte: Pax super Israel. *Posthac nemo mihi negociã faceſſat.* Nõ tãq̃ desidia laboret, vel deficiat, hæc dicit (quo em̃ is ad socordiã relabatur, qui cõmonefaciens, Insta, inqt, opportune, importune?) cęterũ volẽs leges ab se sanctas immobiles esse, nẽve aliud qddã ab eo sperẽt, sed concessa
2. Tim. 4 summatã certitudinẽ accipiãt, quòd sic prędicet, *Ego enim stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto.* Apologiã habeo aduersus eos q dicũt me esse hypocritã, & ꝙ alibi circũcisionẽ pdicẽ, stigmata nimirũ & pericula quę ꝓ Christo subeo. Hęc em̃ omni voce splẽdidius testãtur, ꝙ nõ legis noie, sed ꝓ Christi dogmate & Euãgelio eius periculis obiect⁹ & immersus fuerim. Non dixit autem habeo, sed porto, tanquam trophęũ & insigne quoddã regiũ, atq; in illis gloriorem. *Gratia*

Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres. Amen. A
Quia exoptationem facit, & eis gratiam imprecatur, indicat quòd nõ ira vel odio dixerit quæ dixerit. Nõ solùm autẽ votum & exoptatio est, verũ etiã institutio confirmans & obsignans veluti sigillo cõmemorata omnia. Facit enim mentionem gratiæ qua claruerũt, quáve donati sunt, nõ per legẽ, sed quia Christo crediderant. Nec dixit vobiscũ, sed cum spiritu vestro, à carnalibus nimirũ abducens, & mõstrans quòd non ex lege, sed spiritu gratiam acceperint, & quòd non lex, neq; circuncisio, sed gratia possit ipsis spiritũ cõseruare, quemadmodũ & dedit. Præterea quũ fratres appellat, ad memoriam Ephe. 4.
reuocat baptisma, ex quo fratres efficimur, vno spũ filii dei existentes, & non ex lege. Sit autẽ nobiscũ etiã gratia dei, ita vt secundũ spiritũ viuam⁹, nec diuinã paracleti sanctificatio- B
nem reiicamus scelerũ peccatorumq́; stercore, cęterũ nunquã non eã sanctificationẽ maiorẽ nobis conciliemus in Christo Iesu domino nostro, qui nouam vitam & spiritualem, veteris adeoq́ue corporalis interitu, subindicauit nobis, cui gloria in secula. Amen.

Ad Galatas scripta est ab Roma.

AD EPHESIOS EPISTOLAE PAVLI Per Theophylactũ Bulgariæ archiepiscopũ Enarratio.

ARGVMENTVM.

C

E Phesus, Asiæ est metropolis. Colebat autem Dianam, cuius templum erat in ipsa & pulcherrimum & maximum, quod omnibus Grẽcis in summa veneratione erat, potissimum verò ab ipsa Epheso colebatur, vt adeò seruatrix tẽpli Dianęa diceretur, perinde vt in Actis memoriæ proditum est. Ephesi Euangelista Actu. 19.
Iohannes diu etiam multumque demoratus est, proscriptus eò, vbi & mortem oppetiit. Quinetiam Timotheũ diuus Paulus illic reliquit doctorẽ. Clarissimi porrò philosophorũ in hac vrbe vixerũt. Quia igitur superstitiosa adeò erat ciuitas, ac sapiẽtibus superbiebat, magna diligẽtia Apostol⁹ vsus est ad hos scribẽs, profundioresq; sentẽtias & altiores eis credidit, vt qui iã in fide Christi instituti erãt. Scribit autẽ pręclaris sentẽtiis refertã epistolã ab Roma, vinct⁹. opus est igitur & nobis multa attẽtiõe, vt intelligãtur q̃ sũt in hac mysteria.

D

Caput I.

Arriani.

PAulus Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem Dei. Ecce præpositionē(per)patri dedit, quod obiecta propter Arrianos. Sanctis qui sunt Epheſi, & fidelibus in christo Iesu. Animaduerte quanta virtus tum reſplenduerit in Epheſijs, adeò vt ſanctos & fideles appellet viros mundi negotiis deditos, vxores habētes & liberos. At hodie ne in montibus quidem & ſpelæis tales reperiuntur. Gratia uobis & pax a deo patre noſtro, & domino Iesu Christo. Quum dixiſſet gratiam, infert dei patris noſtri, vt oſtendat quid effecerit nobis gratia, nimirum vt dominum deum patrem noſtrū faceret. Ad hæc dominus, hoc eſt, filius, ſua erga nos gratia & Ieſus & Chriſtus factus eſt, propter nos incarnatus, ac Ieſus vocatus, iūcta cum humanitate ipſa diuinitate. Benedictus deus & pater domini noſtri Iesu Christi. En Deus & pater eiuſdem & vnius Chriſti, Deus quidē vt incarnati, pater verò vt verbi dei. Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali.

F Vt opponat Iudaicæ, ſpirituali dixit. Nam illa corporalior erat, Benedicat deus ſobolem ventris tui, & benedicat ingreſſum & exitum tuum. Hîc autem omnis benedictio ſpiritualis eſt, & nihil nobis deeſt. nam facti ſumus immortales, & filij dei, & cohæredes Chriſti, ac primitiæ noſtræ à ſupernis virtutibus adorantur, Chriſtus nimirum. Meritò igitur dixit in omni benedictione: omnia enim nobis donata ſunt, cùm diuina, tū ſpiritualia. In ſupercœleſtib⁹. Interpretatur, quemodū quomodo ſit ſpūalis benedictio noſtra, in ſupercœleſtib⁹, inquiēs. Siquidem Iudæorum erat in terra, vnde & corporalis. Bona enim terræ, inquit, comedetis: terrāque lacte & melle manātem poſſidebitis: Ac benedicet dominus terræ tuæ. Hic autem nihil terreſtre, ſed ſupercœleſtia omnia, propterea & ſpiritualis benedictio noſtra. Regnū enim cœlorum pauperibus annūciatum eſt, & perſecutionē Chriſti nomine paſſos merces

Ephe. 1.

Deut. 28.
Rom. 6.
Roma. 8.

Leuit. 25.
Exod. 13.
Pſal. 84.
Mat. 12. 5

merces in cœlis multa expectat. In Chriſto Ieſu. Hoc eſt, per A Ieſum Chriſtum nobis benedictio contingit, nō per Moſen, velut Iudæis. Quare non ſola qualitate bonorū, verumetiam per mediatorem ab illis diſcrimen habemus. Quemadmodum elegit nos ante conditum mundum. Benedixit nos per Chriſtum, perinde ac elegit nos per ipſum, hoc eſt, per fidem in ipſum. Elegit aūt ante mūdi creationē. à ſupnis eīn iā olim prædefinita erant quæ in nos deriuata ſunt: neque enim recētia ſunt vel noua, ſed à principio diſpenſata ordinataque. Pulchrè autem dixit conſtitutionem vel creationem, vt oſtēdat quòd ab altitudine dei potētiæ cōditus ſit fundatúſq; mundus. Quod ait elegit, Dei clementiam denunciat, ipſorūque virtutem: omnino enim futuros probatos elegit. Vt eſſemus ſancti & immaculati ante conſpectum ipſius. Vt ne ſi audias quòd elegerit B nos, in poſterum ad deſidiam labaris, veluti iam electus: propter hoc, inquit, nos elegit, vt ſancti ſim⁹ & immaculati, permanētes in ſanctitate quā impertiit nobis baptizatis, ac vitā virtutibus comptam habentes. Sanctus enim eſt, qui fidei cō ſors eſt: immaculatus autem, qui inculpatę vitę eſt. Sanctitatem autem quęrit, & vitæ puritatem, qua fiat vt in iudicium à quoquam vocari, reprehendive non poſſit, non ſimpliciter, ſed coram deo. Sunt enim multi in conſpectu mortalium ſancti, quod genus ſunt Phariſæi, cæterùm nō in conſpectu dei: quam rem Dauid etiam teſtatur: Secūdum, inquit, puritatem manuum mearum. qualem intelligit? quæ obuerſatur oculis eius. Idem & Eſaias: Abluimini, inquit, & auferte prauitates coram oculis meis. In dilectione præfinitis nobis ad adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum erga ipſum. Quum dixit elegit, voluit nos intelligere quòd veluti probatos ob virtutē noſtram C nos elegerit. Quandoquidē aūt nō à noſtra virtute ſola ſalus prouenit, adiecit, in dilectione, præfiniēs, declarās, prædeſtinans nos, hoc eſt propriæ ſuæ clementiæ gratia diligēs nos, prædefiniuit, ac ab æterno decreuit. Aliàs quidem credere & accedere ad Chriſtum, partim noſtra refert, partim vocantis dei eſt. Eos verò qui acceſſerint, filiorū adoptatiōe donari, ſolius ipſi⁹ dilectionis eſt & clemētię. Propterea adiecit, pręfiniuit ad filiorū adoptionē. qualē? quæ ad ipſum referat gen⁹ noſtrū, ac nos ipſi⁹ domeſticos faciat, adeoq; totos ei dedat, ac filios cōſtituat, idq; per Ieſum Chriſtū. Pater ſanè pręfiniuit, Chriſt⁹ aūt adduxit nos. Per filiū enim omnia nobis bona

Matt. 23.
Pſal. 17.
Eſa. 1.

D na cõferuntur, non per seruum quẽpiam: hinc & splendidior
amplior que noster honor est. *Secũdum beneplacitum voluntatis
ipsius ad laudem gloriæ & gratiæ ipsius.* Propterea, inquit, ad fi
liorum adoptionẽ nos prædestinauit, volẽs ac nimis cupiens
atq; desiderãs. Hæc enim est bona volũtas & beneplacitũ, vt
gratiæ & beneficẽtiæ ipsius gloria necnon celebritas indice-
Ezec. 33. tur. Itaq; gloriam expetit deus? Minimè, nihil enim deest di-
uinæ naturæ: cæterũ vult celebrari glorificarió; ab nobis, vt
excellentius eũ diligamus. Nã qui demiratur factã erga seſe
beneficẽtiam, det operã ne vlla ratione impingat vel resistat
benefactori. Porró quoties recordatur bona, vehemẽtiori a-
more accẽditur erga eũ qui dedit. Bona volũtas igitur est, seu
beneplacitũ, præcedẽs volũtas dei, atq; adeò prima voluntas
E dei, vt nemo pereat. Non enim necessariò punit, sed volens.
Quare beneplacitũ, præcedẽs est volũtas dei. *Qua nos in di-
lecto gratiosos reddidit.* Nõ dixit ἐχαρίσατο, id est donauit, sed
ἐχαριτωσεν, id est, gratiosos & amabiles nos fecit. Perinde ac
si quis scabiosum quempiam senem, & fame corruptum ac de
formem accipiens, protinus elegantem, formosum, & iunio-
rem reddat, amabilem ipsum in omnibus efficiẽs, hũc ad mo-
dum etiã deus nos omni eũ deformitate tum turpitudine ple
Psal. 44. nos accipiens, amabiles & formosos nos exhibuit. Desiderã-
bit em̃ rex, inquit, decorẽ tuũ. Amabiles aũt nos fecit in dile-
cto filio suo, hoc est per ipsum dilectum. *In quo habemus redẽ-*
1. Iohã. 4 *ptionem per sanguinem ipsius, remissionẽ peccatorũ.* In dilecto, in-
Rom. 8. quit, habemus redẽptionem, qualẽ? remissionẽ delictorũ. quo
F modo factã? per sanguinẽ. Hoc enim est maximè tremẽdum,
q̃ cæso dilecto filio suo nos liberauit, qui inuisi & odio suc-
cũbebamus, preciũ redẽptionis & honorẽ dãs sanguinẽ dile-
cti. Expẽde autẽ q̃ hoc sit mai⁹ etiã filiorũ adoptatiõe, quod
filio suo nõ pepcerit propter nos. Quũ enim verba de illa fe-
cisset, de sanguine ac liberatione filij nũc dicit, de minoribus
ad maiora sermonẽ perducẽs. *Secundũ diuitias gratiæ eius, quæ
exuberauit erga nos.* Hoc fecit, inquit, in diuitiis gratię ipsi⁹.
Vide autem hîc hyperbolas. Diuitiæ nobis datæ sunt, ac di-
nitiæ dei, & gratiæ diuitiæ, idque nõ simpliciter, sed qua exu
beravit erga nos, hoc est, quã abundè & largiter super nos ef
fudit. *In omni sapientia & prudentia, ut manifestaret nobis myste
rium voluntatis suæ.* Hoc est, gratiam suam effudit in nos,
vt sapientes & prudentes faciat, vtque manifestet nobis mỹ-
sterium

sterium voluntatis, perinde ac si diceret, arcana cordis sui no A
bis cognita fecit. Vel ad hunc mõdũ: Vt manifestaret nobis
mysteriũ, quod est in oñi sapiẽtia & prudẽtia, hoc est, quod
omni sapiẽtia & prudẽtia refertum est. Quòd enim abiectos
nos tot tãtisque bonis dignatus est, idque in fine temporum,
atque per crucem, qui non magnæ sapientiæ plenum? *Iuxta
beneplacitum suum, quod proposuit in ipso.* Fecit autẽ hoc quem-
admodum voluit, ac sicuti proposuit & prædestinauit, in ip-
so Christo videlicet. *Ad dispensationem plenitudinis temporum,
id quod sibi placuit, & uoluntatem hanc proposuit, & prædestinauit.*
Ad dispensationem, inquit, & gubernationem & constitutio
nem plenitudinis tẽporum. Plenitudo enim temporum, hoc Plenitudo
est, nouissima tempora pœnã postulabant & supplicium, tan tẽporum.
quam impleta in ipsis malitia mortalium. Aduẽtus autẽ filij,
potius salutem in his nouissimis temporibus distribuit, quod B
est nulla cogitatione comprehensibilis sapiẽtiæ. *Vt consum-
mẽtur omnia in Christo, quæ sunt in cœlis, & quæ super terrã in ipso.*
Dissecta erãt cœlestia à terrestribus, nec habebãt caput vnũ.
Etsi enim iuxta creationis rationẽ vnus erat pater omnibus,
secundum tamen rationem vendicationis, qua credentes sibi
proprios & filios adoptatos facit, non itẽ. Proposuerat enim
pater ac prædestinauerat coagmentare ac cõsummare, vel in
vnam summã colligere cœlestia atque terrestria, hoc est vnũ
caput imponere omnibus Christum: angelis quidem secun-
dum incorporeã naturã, hominibus verò secundum carnem.
Dicitur etiam anacephaleosis, succinctim & per capita sum-
matim dicere, quæ prolixius acta vel commemorata sunt, in
Christo igitur recapitulauit, hoc est, cõcidit & abbreuiauit, C
seu breuiter absoluit quæ lõgo tempore distributa transacta-
que erant. Verbum enim consummans & concidens in iusti-
tia, inquit Esaias. *In quo & sortem adepti sumus, præfiniti secun-
dum propositum eius qui omnia operatur iuxta decretũ uolũtatis suæ.*
Dixit suprà quòd elegerit, nunc rursus quòd per sortem acci-
ti simus in Christo, hoc est per Christum. Quia verò sors, Sors, for-
fortunæ opus est, & non virtutis, neque propositi ceu volun- tunæ op⁹.
tatis, corrigit hoc ipsum, inquiens: Prædestinati iuxta propo
sitũ dei. Nõ em̃ præfiniſſet seu præscisset, nisi dignos agnouis
set. videbat em̃ nos anteqnã nascceremur, & sortit⁹ est nos, &
segregauit sibi ipse qui omnia operatur deus. Quocirca ipse
nostram electionem & fortitionem operans, non mutauit.

Fœlici-

D Fœlicitatis autem est per sortem eligi vel acciri. perinde nã
que est, ac si quis citra laborem per diuinam gratiam acces-
serit, etiamsi ad indignos peruenerit. Iuxta decretum autem
voluntatis suæ, vt ostendat quòd non obiter neque in trans-
cursu quum Hebræi increduli manerent, gentes vocatæ sint,
sed è supernis iam antea hęc definita erãt ac præstituta, erat-
Matt. 10 que decretum hoc dei vetus, & volũtas eius. Et si enim Chri-
Lucæ. 20 stus dixit, In viam gentium ne abieritis: &, Non sum missus
& 18. nisi ad oues quæ perierũt in domo Israel: attamen propter
Iudæorum adhortationem hæc dicta sunt, & vt attrahat eos
veluti infantilibus blanditiis, postquam reuera ab supernis
præfinita atque prædestinata erat vocatio gentium. *Vt si-*
E *mus nos in laudem gloriæ ipsius, sperantes in Christo.* Vt, inquit,
in glortam ipsius, simus sperantes in Christum, hoc est,
vt in Christum credamus, & vt priusquam instet futurum se
culum, speremus quæ tum sunt nobis euentura bona. Gloria
enim & præconium bonitatis dei est, sic alienatos beare, *in*
Hebr. 1. *quo & uos estis, qui audiuistis sermonem ueritatis, euangelium sa-*
Actuũ. 2. *lutis uestræ.* In quo, hoc est, per quem Christum, Sic & ad
Hebræos ait: Locutus est nobis in filio. Sermonem autem
veritatis dicit, vt opponatur figurali adeóque vmbrosæ legi:
& Euangelium salutis, vt statuatur in contrarium legi occi-
denti, futuræque pœnæ. Prioris enim aduentus prędicatio,
salutis causa est: tuba verò secundi aduentus, est propter pœ-
F nam. *In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto.*
In quo, inquit, euãgelio, vel in quo Christo, hoc est per Chri
sti gratiam credentes signati estis, vt sit ita perspicuũ quòd
sitis sors & hæreditas dei. Sed Iudæi quidem per circunci-
sionem signati sunt, tãquam rationis expertia bruta, sigil-
lum carnale recipientes: nosverò tanquam dei filii, super car
nem spiritu signati sumus. Promissionis autem spiritum eum
appellat, vel quòd ex promissione datus sit. Et enim per Ioe-
Iohe. 2. lem promisit deus: Effundam de spiritu meo super omnem
Actuũ. 2. carnem. Et Christus, Accipite virtutem venientis super vos
Lucæ. 24 spiritus sancti. Vel quia futurorum bonorum spiritum stabi
lit. Datus enim iam nobis, futura nobis rata efficit, propter-
ea & arrhabon dicitur. Audi enim quæ sequuntur. *Qui est*
arrhabo hæreditatis nostræ. Emit deus salutem nostram à no
bis, ac dedit nobis arrã interim spiritũ, certos nos faciés & &
inexplicabilium & arcanorum bonorum hæreditaté sit da-
turus

turus. Qui autem reuera spiritus sunt participes, illi iã hinc A
nouerunt eum esse arram perfectæ hæreditatis: quorum de
numero & diuus Paulus erat. Propterea ingemiscebat & quę
rebat consummationem accipere, & esse cum Christo. Nos *Philip. 1.*
autem neque arrhabonem habemus vt conuenit, neque finẽ
& consummationem expetimus, tanquam gustu careamus.
Ad liberationem acquisitionis. Acquisitionem, dei optimi max.
erga nos diligentiam & curam vocat. Ait ergo: Pign' isthuc
perfectam nostram redemptionem, & puram acquisitionem
vel defensionem fert, ac propter ipsam data est. Tum enim
erit perfecta libertas, quando prorsus destruetur peccatum,
quando & sancti absoluti fuerint à cohabitatione peccatis B
coinquinatorum, apparuerintque acquisiti & possessi deo, & &
sint ipsius populus. Nonnulli acquisitionem, nosipsos intel-
lexerunt. In redemptionem igitur acquisitionis, id est no-
stri, qui sumus acquisitio, possessio, & substantia vel facilita-
tes dei. *In laudem gloriæ ipsius.* Continuò hoc infert, cer-
tiores nos reddens & omnia quæ sunt promissa, certo eue-
niẽt. Quòd si nostra causa ista faceret, dubitare licebat iam
verò quia hęc facturus est vt adpareat ipsius propria beni-
gnitas, quis contradicet ei quòd non sit facturus? Hanc ad
rationem scriptura, Benefac nobis, inquit, propter nomen *Psal. 180*
tuum. &, Non nobis, sed nomini tuo da gloriam. *Propterea* *Psal. 113.*
& ego, audita fide uestra in domino Iesu, ac dilectione in omnes san
ctos, non desisto gratias agere pro uobis. Propter hoc, quale? C
quòd quia credidistis, signati estis spiritu, pignusque accepi
stis futurorũ bonorũ, perfectęque redẽptionis, assecuturique
estis ea quæ sunt reposita iis qui rectè credunt & viuũt. Gra
tias agere pro vobis. Animaduertis hîc pium diui Pauli affe
ctum, & clementiam eius, quomodo pro omnibus gratias a- *Gratiæ*
gat, ceu ipse beneficium acceperit? Non enim solis his, verũ- *deo agen*
etiam omnibus qui tum ducebant spiritum, scribit hoc. Di- *dæ.*
guum est aũt gratias nos agere deo pro cunctis beneficiis a-
liis quæ in nos ille trãstulit. dignũ etiã est pro fide credẽtiũ
gratias agere, quòd sic illuminati sint, quòd cruci appositi
sint, deficiẽtes à perdẽte lege atq; Satana: id eñ fraternę cha
ritatis est. Audita fide vestra quæ est per Iesum Christũ, nec
solã fidem audiẽtes, verũetiã sanctitatẽ, misericordémq; ani
mum & fratrum amantẽ, qui erga oẽs est, nõ erga solos indi
genas, hoc est, fideles pauperes erga. Vbiq; aũt fideĩ charita-
tem

D tem connectit, generantem vitam virtutibus conspicuã. citra
hanc eñ alterũ ociosum est, fides nempe sine operibus & vi-
ta, quemadmodum & vita sine fide. *Memoriã uestri faciẽs in o-*
rationibus meis. Expende tecum quotnã secum in corde gesse
rit, quot etiam fratrũ & fidelium mentionẽ fecerit in oratiõi
bus. Nos ne nostri quidẽ ipsorum vt oportet reminiscimur.
Vt deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ. Quid precaris,
vel intercedis ꝓ nobis? Vt de⁹ erudiat ac sapiẽtes vos faciat.
Deus aũt domini Iesu, hoc est, hominis, qui secundum carnẽ
nobis est similis. Pater gloriæ .i. qui ingentia necnon cele-
bria nobis bona dedit. Semper enim à proposito argumento
ipsum nominat, vt in illo, Pater miserationũ, ac deus consola
E tionis. Quinetiam propheta, Dominus robur meum, & cor-
2. Cor. 1 nu salutis meæ. Hic igitur, postquam magna & celebria no-
Psal. 17. bis donauit, patrem glorię, hoc est, autorem, ipsum appellat.
Non potest enim eum aliter vocare, quàm ab ampliore spiẽ
dioréque apud nos nomine. Theologus aũt Gregorius, per
gloriam, vnigeniti diuinitatem intellexit, vt sit vnius & eiusdẽ
Christi Christi deus & pater, Christi quidem siue humanæ natu-
de⁹ & pa ræ, deus: gloriæ verò, siue diuinæ naturæ, pater. *Det uobis spi-*
ter. *ritum sapientiæ ac reuelationis, in agnitione ipsius illuminatos oculos cordis uestri.* Hoc est donũ & gratiam vobis exhibeat, vt
per spũm sapientes reddamini eruditaminiq;. Nisi enim spiri
tus reuelauerit vobis abdita mysteria, fieri non potest vt a-
lia ratione eadem discatis. Ipse nanque solus, spiritus dico,
nõ angelus, neque archãgelus, omnia rimatur, etiã profunda
F dei: animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus.
1. Cor. 2. Quum igitur ab spiritu reuelata nobis fuerint mysteria, tum
in agnitione dei sumus, illustrantúrque oculi nostri, nec por
rò ambigimus ac dicimus quòd sit impossibile hoc vel illud
fieri, cæterùm videmus omnia quemadmodum sunt. *Vt scia-*
tis uos, quæ sit spes uocationis eius. Hoc est, ad quales quantásve
spes vocati simus. Planum est autem quòd ad filiorum ado-
ptationem, cœlestiúmque bonorum vsum, & vt caput no-
strum Christus esset. Quia enim hoc futurum est, spirituali
indiget homo reuelatione vt isthuc discat. *Et quæ sint diuitiæ*
datæ hereditatis eius in sanctis. Et hoc quũ obscurum sit, opus
habet reuelatione spiritus, quorúmnam sint hæreditatẽ adi
turi sancti, quãtáq; bona accepturi: magna enim sunt. Hinc
& diuitias gloriæ ea nominat, hoc est, inenarrabilem gloriã, &

& humani ingenii captum planè exuperantem. Hæreditatẽ A
ea bona vocat, quippe quæ sint filiis danda. *Et quæ sit excel-*
lens magnitudo eius in nos credentes, secundum operationem roboris
ipsius, quã operatus est in Christo, quem ex mortuis excitauit. Quę
prædicta sunt, de futuris rebus fuerunt. iam verò quod factũ
est, memorat, vt ab his illis etiam fidẽ cõciliet, ac rata ea fa-
ciat. Quale autem hoc est? vt credamus, inquit, nos. Atque
hoc ipsum spiritus reuelatione indiget, vt ipsum apertius di
scatis. Quid igitur? nõ nouerant Ephesii quòd crediderunt?
Norant ianè, sed non eam ad rationem, vt Paulus hîc dicit:
nam haud facile est illud nouisse. Magnæ nanque potentiæ *Lucæ. 7.*
est, animæ persuadere, eámq; ab errore reuocare: tãtæque est *&. 8.*
virtutis, quantã ne mortuorum quidẽ excitatio postulat. Mor *Iohan. 11.*
tuos nãq; vno tm̃ verbo excitauit Xps, Iudęis aũt ne multis B
quidẽ cõciõib⁹ & admirabilibus signis persuasit. Dicit ergo ꝙ
ad hoc spiritus paracleti indigeamus reuelatione, vt disca- *Roma. 4.*
mus nos, quòd crediderimus, magna virtute & efficacia fa- *Infra. 2.*
ctũ esse. Et quẽadmodũ Christũ excitauit ex mortuis, sic &
nos quũ mortui essemus, excitauit ex incredulitate. Propter-
ea & excellentem magnitudinem potentiæ ipsius hoc voca-
uit, & robur fortitudinis eius. Quandò enim prophetę nihil
effecerũt, & omnis creatura cùm visibilis per ornatum & in-
signem ordinem docens nos, tum inuisibilis per viam præbẽ
tes ac erudientes nos angelos: tunc ex inopinato & modo na
turæ nostræ opinionem excedenti seruati sumus. Operari au
tem in Christo, propter humanam naturam dictum esse in-
tellige. Quod enim resurrexit, homo est, etiam si deo vnitus C
fuerit. *Et collocauit in dextera sua in supercœlestibus supra om-*
nem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem.
Non dixit ἄνω, id est suprà, sed ὑπερἄνω, id est planè su-
prà, quod summã altitudinem indicat. Ab vltimo enim gra-
du ad altissimum retulit humanam in Christo naturam. De
hac eñ disputat, quæ & mortua est, & excitata: qnãdoquidẽ
diuina natura neq; mortua est, neq; excitata, neq; exaltata,
quæ nunq̃ nõ oẽm altitudinẽ excellit. Superior igitur oĩ an-
gelica potẽtia cõstituta est humana natura, quę antea execra
ta erat. *Et supra omne nomẽ, quod nominatur non solũ in hoc seculo,*
uerũetiam in futuro. Si qd, inqt, in cœlo est, inferius est assum-
pto & exaltato, cunctisque ipse est superior. Discimus hinc
quasdam esse potentias iam quidem incognitas & innomi-
natas

D natas, quæ tum reuelabuntur. *Et omnia subiecit pedibus eius.* Vt ne quum audis quòd sederit suprà, existimes ipsum prælatum tantummodo, ostendit quòd & dominum eum fecerit omnium. Nec simpliciter subiecit, sed extrema subiectione: sub pedes enim eius. *Et ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ.* En rem omnibus modis admirandam, siquidem ecclesiã in eundẽ thronũ collocauit. vbi eñ caput est, illic & corpus. Quod verò ait, super omnia significat quòd excelsum caput dederit, quod super omnia sit, super angelos, & super archangelos. *Quæ est corpus ipsius, plenitudo omnia in omnibus implentis.* Ne audito capite putes principatum aliquem vel potestatem significari (nam & hæc caput significat) ait, quemadmodum corporis ecclesiæ Christus caput est, hácque ratione ei cognatus est & vnitus, sic & ecclesia est plenitudo ipsius. Vt

E enim corpus est plenitudo capitis, replẽs ipsum per propria membra: hunc ad modum ecclesia est plenitudo Christi, qui omnia in omnibus implet. Adimplet enim Christus, ac veluti facit omnia membra in omnibus fidelibus: veluti manũ replet in hoïe misericorde, q aliorũ infirmorũ cura tangitur: pedem replet in eo qui verbi dei amore peregrinatur, quum fratres inuisit, aliáque membra in alio fideli. Sic fit vt omnia membra in omnibus fidelibus repleat, hoc est, per omneis fideles, alio aliam commoditatem contribuente. Tum enim impletur etiam caput nostrum Christus, hoc est, perfectum corpus recipit, quando simul omnes fuerimus coniuncti & conglutinati.

Ecclesia Christi plenitudo.

F

CAPVT II.

Tuos qui eratis mortui delictis & peccatis, in quibus olim obambulastis secundum seculum mundi huius,

E *secuudum principem potestatis aeris, spiritus.*

Rom. 5. Suprà dixit quòd eandem potentiam & operationem ostenderit deus erga nos, quam & in Christo. De illo sanè dixit, quòd exercitarit eum ab mortuis, & cõstituerit super omnia: posthac verò de nobis etiam verba facit, Vos, inquiens, qui essetis mortui (mortem non corporalem ex Adamo propagatam, sed animæ, ex nobis ipsis constantem, quæ peccatorum est, intelligit) suscitauit excitauitque. Qui itaque potentia sua dominum excitauit è morte corporea, & nos ex animæ

mæ morte, ex peccatorum fœditate accidente suscitabit. Mul A
to autem maius est quàm mortuos excitare, animis nostris persuadere, eosque ad se traducere, vt suprà etiam cõmemoratum est. Sensus igitur totius huius loci est huiusmodi, etiãsi in longum extendatur, vsque dum peruenerit eò vbi dicit, Viuificauit simul cum Christo, multis nimirum interpositis repetitionéque facta, quũ ait, deus qui opulentus est in misericordia. Dicens igitur eos esse mortuos, ac monstrans quomodo fuerint mortui, nimirum delictis & peccatis, bifariam iam eos consolatur per hoc quod ait. In quibus olim ambulastis, non hodie. tum per hoc quod infert, A diabolo in potestatem redacti, peccabatis, qui adeò potẽter vos suo iuri subiugabat. Peccabatis igitur, secundum seculum mundi huius B
circumambulantes, hoc est cogitantes quæ mundi sunt huius, adeóque temporaria, pererámque vtentes seculo hoc. Non enim seculum aut tempus malum est, sed abusus eius: si quidem isthuc datum est nobis in ducem ac viæ ductorem, quatenus corruptibile est & fluxum, excitans nos ad incorruptibilia & minimè fluxibilia. Nos autem corruptioni & fluxui huius alligati, in causa fuimus quur ipsum non esset nobis ductoris vice, sed potius nos impedierit. Principem autem potestatis aëris, diabolum appellat, non conditorem deum, perinde ac execrati Manichæi: principem ideo, quòd mortales ipsi seipsos ei subiecerunt, ac plures ipsi seruiant quàm deo. Veruntamen in seculo hoc huiusmodi ei est prin C
cipatus, qui aërem non transcendat. non enim in cœlo locum habet, sed sub cœlo. Propterea & Paulus principem potestatis aëris appellat, non veluti in aerem dominetur, eúmque gubernet, haudquaquam, sed quòd in eo demoretur. Nã quum diabolus spiritus sit, in aere veluti spiritu commoretur, ac hactenus potestatem habet atque potẽtiam, princeps eorum qui sese ipsi subiiciunt. Nõnulli principé aeris, aereorum potentiarum intelligũt, vnde & intulit, spiritus, hoc est, iuxta principẽ & dominatorem omnis in aere versantis spiritus. Postquam enim semel princeps factus est, videtur ab eo principatu ne post trasgressionem quidem excidisse.

Princeps potestatis aeris diabolus.

Qui nunc operatur in filiis incredulitatis. Non dixit cogentis, sed operantis: vnde planum est quòd in voluntarios dominetur. si enim inuitis nobis nostri dominaret, cogeret sane. Patebit etiam ex sequentibus illud. Operatur enim, inquit, in filiis

B inobe-

D inobedientiæ, hoc est, qui non obtemperarunt nec crediderunt deo: illi verò, Satanæ nempe, obtemperarunt sponte, nō coacti. *In quibus & nos omnes olim conuersati sumus, in concupiscentiis carnis nostræ facientes uoluntates carnis & cogitationum.* Non in hoc solo consolatus est eos, quòd diceret ex diabolo fuisse quòd peccassent, verumetiam per hoc quòd seipsum cum omnibus aliis in eodem ordine numeret, & collocet.

Concupiscētiæ carnis. nemo enim sine peccato erat. Concupiscentias autem carnis quæ ex carnali affectu sunt dicit. Porrò quòd carnem non non accuset, planum est inde. Quum enim dixisset, facientes voluntates carnis, subintulit, & cogitationum, hoc est nihil spirituale cogitantes. Proinde caro non est accusanda, sed mens & cogitatio ad voluptatis affectiones pertrahens. Vel

E hunc etiam ad modum intelligere poteris. Cogitationes & mentes nostras sordibus defœdamus, cogitantes quæ mala sunt & carnalia, imò & facientes ea. Potes autem carnis opera, fornicationem & huiusmodi accipere: mentis autem & sententiæ, inuidiam, vindictam, idque genus alia. *Et eramus natura filii iræ, perinde ac reliqui.*

Carnis & animæ opa. Pro eo quod est, coacerbauimus deum & prouocauimus, & nihil aliud præterquam ira reuera. Quemadmodum & filius hominis natura est homo, sic & nos. Perinde autem vt filii gehennæ & interitus dicuntur, qui digna his operantur: sic & iræ filii, qui quæ ira digna sunt transigunt. Natura autem, pro vere & genuinè. Perinde ac reliqui, nemo enim liber erat. *Deus autem qui dives est in misericordia.* Nos digna ira etiam reconciliati

F transigebamus: Deus autem non simpliciter misericors existens, sed dives in misericordia. *Propter multam misericordiam suam, qua dilexit nos.* Dilectio etiam à multa misericordia est. quomodo enim, quum filii iræ fuimus, dilecti sumus? *Et quum essemus mortui delictis, conuiuificauit nos Christo.* Hic tandē est redditio & absolutio suprà cœptę sententię, cætera verò sunt interiecta. Iterum aūt Christus medius est, & res ardua, fidéque digna. Nam si primitiæ viuunt, & nos. Viuificauit eñ & illum & nos, illum quidem actu & opere ipso, nos vero potestate nūc, paulò pòst verò etiam actu. En excellens & eximia pars potentię eius est, q̄ mortuos nos iræ filios, iustificarit ipsa spes vocationis. *Gratia estis seruati.* Hoc ex animi sui consternatione, ex affectu in medium protulit, demiratus ineffabile donū dei. Non labore enim & propriis operibus

operibus seruati estis, sed sola gratia. Quod enim ad opera attinet, pœna & ira digni eratis. *Et simul excitauit & collocauit in cœlestibus in Christo Iesu.* Quemadmodum primitiis nostris, & capite, Christo videlicet, excitato, & nos per ipsum excitauit: hūc ad modū sedente deinceps ipso, corpus ipsius simul sedet, Propterea inquit, in Christo Iesu, hoc est, quia ipse sedet, & nos sedemus. Vel quod ait simul excitauit, non de resurrectione accipiendum est, sed de regeneratiōe & vi- A
uificatione per baptisma. Qūo igitur simul collocauit? Si suf- *Matt. 19*
fermus, simul etiam regnabimus. Et Christus, Sedebitis su- *& 20.*
per duodecim thronos. & rursus: Sedere à dextris meis & in sinistris meis, non est meū dare vobis, sed quibus paratū est. Itaq; paratum est. *Vt ostendat in seculis uenturis excellentes diuitias gratiæ suæ, in bonitate erga nos in Christo Iesu.* Ne quis fi- B
dem nō adhibeat dictis, persuasibilem orationem facit, Etsi, inquiens, non faciat propter charitatem quam erga nos habet, propterea tamen, vt ostendat velle bonitatem, faciet omnino. Hodie quidem plerique sunt incredituli, in futuro tamē seculo omnes agnoscent quid nobis donauerit, cernentes in gloria nullis verbis explicabili sanctos. Quod verò ait, in Christo Iesu, hoc est, nō ad Christum solum vsque hæc persistent, sed per ipsum venient etiam ad nos, veluti à principio ad finem, adeoq; totū ac simul viuificabimur, ac simul sede- *Chrysostomus.*
bimus. Hęc quidē magn⁹ Ioānes Chrysostomus hic dicit. In C
euāgelio verò Matthęi dicit q̄ nemo sedebit. Verè igitur spiritus reuelatiōe op⁹ est, vt intelligat, pfunditatē mysteriorū horū. Nisi eiñ palā diceret sapientissim⁹ ille doctor Iohānes q̄ & nos sessuri simus, posset aliq̄s affirmare q̄ in Christo sedeam⁹, perinde atq; in Christo adoramur ab angelis. Nō eñ nos adoramur, q̄ ad nostrā personā, cęterū natura nostra vnita deo verbo, adorata, ad nos gloria ista transit. Idē igitur & nunc dicit, quoniā & nos sedebimus. *Gratia enim seruati estis per fidem.* Cōmemoratis iis quę dei sunt, nēpe q̄ gratia seruati sumus, intulit etiā q̄ nostrū est, per fidē, vt ne vastet liberū arbitriū, suāmve cuiusq; potestatē. *Et hoc non ex nobis, dei enim donū est.* Rursus ipsum arbitriū sustulit, inquiēs quoniā neq; fides ex nobis est: nisi enim venisset, ac nisi vocasset, non obediissemus. Quomodo enim, inquit, credent, nisi audiant? Proinde & ipsa fides donum dei est. Vel aliam ad rationē: nō fidem dicit donum dei, cæterùm per fidem seruari, hoc est *Liberum arbitrium* *Roma. 10*

donum dei. Esto enim quòd fides nostra sit, quomodo potuit ea nos sola seruare, nisi deo placuisset nos suscipere per ipsam? vt ne toti simus ociosi, sed videamur quicquam conferre. *Non ex operibus, ut ne quis glorietur.* Non habentes nos opera repulit, verum proditos sub operibus gratia nos seruauit, vt ex euentu isto tãdem nemo gloriari queat. Nam coniunctio (vt) hic non reddit rationem, verùm rei euentum denunciat. *Ipsius enim sumus creatura, conditi in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus, ut in ipsis ambulemus.* Vt ne audias nos ex operibus haud esse iustificatos, deses fias ciffea opera, subiicit, Post fidem iam haud nulla operũ est commoditas & necessitas. Conditus es enim in Christo Iesu, & noua creatura factus es, defuncto vetere homine in baptisma-

Operũ ne cessatio.

te. Ac quemadmodum principio quum non esses, produxit te vt esses, sic etiamnũ vt bene esses, te protulit, conditúsque es non vt ocieris, verùm vt operaris circumambulésque in bonis operibus, hoc est omnem ætatis tuæ cursum in hisce perficias, non duos treisve annos, sed omnem vitæ tuę viam. hoc enim indicat per circumambulare. Deus enim præparauit hæc, quocirca non sunt vel differenda vel reiicienda, ceu opere diuinitus destinato. In operibus bonis, non vno nimirum opere, sed omnibus. nam si vnum desit, mutilata est virtus. Gregorius autem theologus, quod dixit, conditi in operibus bonis, non de creatione in baptismate, verum de prima creatione interpretatus est. *Propterea recordamini, quòd uos olim gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manufacta, quod eratis in tempore illo sine Christo.* Quum dixisset quòd mortuos seruarit, dicturus iam est quibus æquales fecerit & cohæredes, nimirum Israelitis. ingens enim horum erat dignitas & autoritas. Propterea mementote, inquit, cuiusnam rei, quòd conditi sumus in operibus bonis. hoc enim solum sufficit persuadere nobis, vt virtutis rationem habeamus. Recordamini autem dixit, ideo quòd ferè fieri soleat, vt qui à magna abiectione & vilitate ad fastigium quoddam prouecti sint, priorum ne meminerint quidem rerum, statúsve. Quid verò est cujus meminisse debeant? quòd abalienati eratis à Christo temporibus prioribus, nunc verò viciniores ipsi facti estis, atque adeò ei appropinquastis, perinde ac Israel. Hic igitur huius loci scopus est. Animaduerte autem quàm scitè deiiciat circuncisionem,

nem, ostendens sola eam ratione differre à præputio, non opere. Vos enim gentes, inquit, in carne, non in spiritu: qui dicimini, non estis. perinde quasi dicat, in carne estis inferiores, non in spiritu: & rursus ab ea, quæ dicitur, circuncisione in carne, prælationem & honorem in solis verbis & carne innuens. Præputium igitur non erat grauis adeò ac execrabilis res, etiamsi diceretur ab iis qui circuncisionis nomine cristas tollerent. Sine Christo verò esse, illud demum verè erat & graue & intolerabile. Quid igitur? monstraturus eos esse participes gloriæ Israelitarum, dignitatem Israelitarum eleuat. At reputa tecũ in quibus eleuet, in rebus videlicet non perinde necessariis. Non enim res est necessaria circuncisio, sed indifferens ac media. In rebus verò necessariis vehementer eos attollit, sanctos nominans, Israelitas, atque domesticos dei. *At alienati à republica Israelis.* Non dixit segregati, sed abalienati, quãdoquidem & Israelitæ extra legalem adeóque diuinam vitam erant, sed non tanquam alieni. *Sed tanquam socordes & hospites testamentorum promissionis.* Hæc etiam magna separatio est. Non enim dixit attendétes testamentis, sed omnino hospites. At quęnam sunt testamenta promissionis? Tibi dabo seminique tuo terram hanc, & quæcunque alia promisit, spiritualiter intellecta. *Spem non habentes de futuris.* Resurrectionis videlicet, & retributionis. *Et athei in mundo.* Atqui deos adorabant, qui tamen dii non erant. Adiecit autem, in mundo, vt ostendat quòd non solùm in cœlestibus imminuebantur, inferiorésque Hebræis erant, verumetiam in rebus super terram celebribus. Si quidem Israelitæ propter cultum dei celeberrimi & clarissimi fuerunt. *Nunc uerò in Christo Iesu, uos qui olim eratis longe, prope facti estis in sanguine Christi.* Longè eramus ab deo, non loco, sed voluntate & conuersatione seu vita. Nunc autem coniuncti sumus ipsa quidem republica & vita, nihil enim attulimus ex operibus, sed in Christo Iesu & sanguine eius. Nam ipse sanguine suo pro nobis effuso, séque ipso pro nobis tradito, liberauit nos à captiuitate, quæ nos remouebat ab ipso. Propè facti sumus, sic potes etiam intelligere, q̃ pro cul eramus ab Israelitis, iã verò nos ipsis planè cõmigrasse. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Ante incarnationẽ ingẽs erat inimicitia inter circuncisionem & pręputium, nũc aũt pacem adepti sumus, vnũ facti per fidẽ. Non porrò

D eñ circuncisione & præputio signamur, sed idē vnūq; nobis
signum est, fides ipsa. Fingamus duos esse, alterum seruū, al-
terum filium adoptatitium, atq; ambos eadem ratione impe
gisse aduersus dominum, adeoq; deliquisse, hunc quia digna
abdicatione cōmiserit, illum quia factus sit transfuga: dein-
de vtrique constituantur hæredes, afficianturque gnesii, id
est genuini filii. En ad eundem honorem perducti sunt, deno
que isti vnum sunt facti. Hunc ad modum gētes & Israelitæ,
hæ quidē vt serui, illi verò Israelitæ vt filii impegerūt. Quid
igitur ceu rem preciosam & præclaram, participationem cū
Israelitis ad nos homines retulisti, ac iam denuo refers? Nec
ideo, inquit, q̄ necessum sit illam cum Iudæis adæquationē
E fide comprehendere, hanc verò qua per Christum pacem a-
liaq̄ bona habemus, & fide & operibus exhibere. Neque
hoc adserit, quòd nos ad generis illorum claritudinem per-
duxerit, sed quòd & illos & nos prouexerit potius ad maio-
Genes. 15. ra. Veruntamen maior est ipsius erga nos beneficentia. Illis
Exod. 3. promisit quidem, nobis autem nihil promisit, sed procul abe
ramus, vt iam antea submonstratum. *Ac medium obturantis
parietem soluens, inimicitiā in carne sua.* Interpretatur quid sit
medius paries obstructionis vel sepis, inimicitia videlicet gē
tiū & Iudæorum aduersus deum, quæ ex nostris nascebatur
Esaiæ. 59 delictis, vt & propheta dicit: Nunquid peccata vestra faciūt
interstitiū inter vos & me? Mediū igit istū parieté, inimicitiā,
dico, dissoluit ac diremit propria carne sua. Qua isthuc via?
statuēs in eam inimicitiā, quatenus vniuit eam & adnexuit
F deitati, perspicuum est quòd reconciliationem fecerit, com-
plicatis coagmentatisque duabus naturis: præsertim verò eo
nomine, quòd expers peccati apparuerit, vniuersamque le-
gem impleuerit, inimicitiam diluit. Lex enim sepes & muni
tio erat, veluti ad munimentū sancita, vt obfirmaret. Non ser
uata autem, ostendit medium parietem, peccatum, quo factū
est vt non essemus intra vallū & munitionē, sed à deo potius
dissiparemur. *Legem mādatorum in decretis abolens.* Ne quis
obiiciat, Quid cōmodat nos à priori legis trāsgressiōe libe-
ratos, si rursus eā seruare adigimur? subdit, soluit ipsam. Quō
enim hanc dedisset nobis ad munitionem, quia nō custodiū
mus eā, debebat nos punire: atq; legē is planè dissoluit & ab-
roganit, æquè ac si quis puerum pædagogo tradat, atque
hunc, si non obediat, à pædagogo quoque liberet. Legē au-
tem

tem mandatorum ait, tanquam de vita & moribus disputan A
tem: dogmata verò seu decreta, fidem, vt quæ per dogmata
consistat, perinde quasi dicat, Pro vita fidem introduxit. Nō
enim ex mandatis iustificati sumus, hæc & hæc facere præci
pientibus, verùm si credideris in corde, & confessus fueris
spiritu, seruaberis æternùm. Vel dogmata, certa illa manda Rom. 10.
ta dei appellat, Ego dico vobis, ne omnino iuretis: &, Ne ira Matt. 5.
scamini, & id genus alia. *Vt duos in seipso, in vnum nouum homi
nem.* Non ex Græco Iudæum fecit, sed ambos ad meliorem
statum reduxit. Non dixit autem permutet, sed creet condāt
que, vt perspicuum videatur quod dixit, & quòd à natu-
ralibus rebus deinceps non sit necessum resilire. In seip-
so, pro per seipsum est. Non enim alij cuipiam hoc iniunxit
sed ipse per seipsum & Iudæum & gentilem conflans, vnum
protulit nouum & admirandum. Vel quòd ipse primùm ex- B
hibuerit formulam nobis & exemplar, vissúsque sit ille pri-
mus id, quod illos fecit: vel quia medius vtrisque factus, &
hinc Iudæum continens, illinc verò græcum, commiscens
illos ac temperans, ac omne quod alienum erat, exterminās
obliteránsque, refinxerit diuinitus per ignem & aquam. In
humana igitur natura quam assumpsit, quæ communis est
cum Græco tum Iudæo, & pro vtriusque salute assumpta, in
hac inquam ab omni corruptione & vetustate ex peccatis
contracta, alienata, condidit duos in vnum nouum hominē
à senio peccati atque dementia liberatum. Non enim pro-
priis porrò formis & hic & ille signantur, sed vnius homi-
nis secundum Christum formati species, adeóque formæ v- C
trósque signant. Propius enim attinges quod dicitur, si intel
lexeris angularem summum lapidem, hos autem duos, pa-
rietes in hoc conditos. *Faciens pacem.* Inter illos mutuò. Si-
quidem Iudæus tum gentili copulatur, quando fidelis fue-
rit, maximè verò in iis quæ ad deum attinent, quod & magis
propriū, vt deinceps patefiet. *Et reconciliās ambos in uno corpo-
re deo per crucē.* Nō dixit cōciliet, sed recōciliet, ostēdens q̄
& olim per legē cōciliabatur ad deū humana natura: deinde
p trāsgressionē magis inimica facta indiguit cōciliatiōe rur Exod. 19.
sus ad deū, quæ veluti pfecta, meritò appellatur recōciliatio. 21 & 24
In vno aūt corpe, id est, suo. Quę em̄ nobis debebat pœna, ipe
sustinuit in corpe suo p crucē, quod & suprà dixit, in car-
ne, ac rursū duos cōdet in seipso. Nōnulli, qđ ait in vno cor-

 pore, sic

D pore, sic intellexerunt pro eo quod est, vnum corpus factos vtrosque, cuius ipse est caput, conciliauit deo. *Occidens inimicitiam in ipso.* Non dixit soluens, verùm quod est expressius, occidens, vt non porrò eam excitet. Quomodo igitur rursus resurgit inimicitia? Illa quidem nunq̃ resurgit, sed aliam progeneramus nos denuo peccãtes. Quod ait in ipso, vel ad crucem referendum est, vel ad corpus ipsius. Etenim inimicitiã in cruce etiam occîdit, & in proprio corpore, in quo & crucẽ recepit. *Ac ueniens annunciauit pacem nobis qui longè eramus, & iis qui prope.* Non alium misit, sed ipse venit serui ac ministri forma accepta, prædicauitque pacem ad deum videlicet illis qui longè erant gentibus, & iis qui propè erant Iudæis. hi enim deo familiariores putabantur. Dixit enim Christus,
Iohã. 14. Pax relinquitur vobis: &, Confidite, ego vici mundum: &,
& 16. Pater vos amat. &, Omnia quæcunque petieritis, accipietis.
E Hæc enim omnia pacis signa sunt. *Qui per ipsum habemur accessum ambo uno in spititu ad patrem.* Iram soluit per propriam mortem, deinceps autem amabiles fecit spiritu, hoc est, per spiritum gratos nos faciens una gratia. Non enim illos vt viciniores, maiori, nos verò vt remotiores, minori donauit-sed in vno spiritu vtrisque vnam gratiam dedit, sicque ad patrẽ attulit. Vel (in) præpositionem pro (per) accepit, vt sit sẽtẽtia huiusmodi: per ipsum adducti sumus ad patrẽ, & per spiritum. *Igitur non estis porrò hospites & aduenæ, sed conciues sanctorum.* Quia filius manet in sempiternum, consecuturi supernã cœlestem ciuitatem, hospites & aduenæ sunt. Vos autem tales nunc nõ estis, verùm conciues sanctorũ nõ, simpliciter Iu
F dæorum, cæterùm sanctorum illorum patriarcharum, & prophetarum, ac in eandem vrbem accensi cõscriptique sumus, quæ in cœlis est, quæ perseuerat, quam illi etiã desiderabant. *Ac domestici dei.* Quod illi per multos labores vix obtinuerũt, nos per gratiam inuenimus, deo dediti, ac domestici facti. Ecce spes vocatiõis: talibus enim spebus vocati sumus, vt talia etiam recipiamus. *Superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum.* Eximiam coniunctionem & coadunationem gentium ad prophetas & apostolos significare volẽs, superædificati, inquit, perinde ac si dicere vellet, fundamẽtum positi sunt prophetæ & apostoli, vos reliquam structuram replestis, vt omnes vos efficiamini vnum templum dei.
Roma. 11 Quale autem est super prophetas & patriarchas ædificari? quod

quod alibi insitionem dicit. Primos autem apostolos posuit, A etiamsi sint tempore nouissimi. *Qui est summus angularis lapis ipse Christus Iesus.* Qui omnia cõtinet, est Christus. Ipse enim summus angularis lapis & parietes continet & fundamenta. Animaduerte hic q̃ nonnunquam ipsum in supernis cingere vniuersum dicat: hic verò & caput ipsum vocet: nonnunquam autem & infrà, vt in summo angulari lapide: alibi autem & fundamentum ipsum vocat. *In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino.* In summo angulari lapide, Christo nimirum, omnis ædificatio, id est oẽs fideles constructi & vniti, congenitè adeoq̃ cõnaturaliter & indiuulsè crescunt & replentur, vt fiant templum dei. Habitabo enim, inquit, in ipsis. Communiter autem ecclesia, hoc est, collectio omnium fidelium, dicitur tẽplũ dei, & vnusquisq; priuatim. In domino autem dixit, pro per gratiam domini, non per nostros labores. Quum autem dicit constructi, ostẽ B dit quod non licet aliter componi nos in templum dei, nisi & vitam viuamus quæ respondeat ipsi summo angulari lapidi. *In quo & uos coædificamini in habitaculum dei in spiritu.* Vniuersi quidem fideles in hoc coædificantur, ac vos Ephesij, vt fitis habitaculum dei in spiritu, hoc est, per spiritus auxiliũ: vel, vt sensibili structuræ opponeret, dixit in spiritu, perinde ac si dicat habitaculum Christi spirituale. Proinde ac secundum vsque aduentum hæc ædificatio fit per vndique credentes.

Christi uocatio. Ecclesia, tẽplũ dei. Leui. 26.

CAPVT III. C

H *Vius rei gratia ego Paulus uinctus in Christo Iesu pro uobis gentibus.* Quum hactenus Christi erga nos curã indicasset, deinceps qua erga Christum ipse solicitudine & affectu tangatur, ostendit. Quia, inquit, dominus meus talia exhibuit, necesse est & me pro viribus quicquam afferre. vinctus igitur sum pro vobis. Si igitur ille crucifixus est, ego sanè pro vobis vinctus detineor. Dicens autem pro vobis gentibus, hoc indicauit, quòd non solùm vos non execramur, verumetiam vincîmur propter vos, & Christi vinctos nos ipsos nominamus, gloriæ id nobis ducentes. *Si quidem audiuistis dispensationem gratiæ quæ data est mihi erga uos.* Vaticinium indicat dei ad Ananiam: Vas electionis mihi

D mihi ille est, vt portet nomen meum coram gentibus. Reue-
Actu. 9. lationem quoque mysterij, quod ab hominibus non didi-
cerit, illud gratiæ dispensationem vocat. Sic enim, inquit,
Galat. 1. distribuit gratia dei, vt è supernis vocarer ego, vtque accen-
deret lumine suo me inobedientem, vt sic tandem persuade-
Actu. 22. rer. Ad vos autem, inquit, data est mihi gratia. Ipse nan-
que dixit mihi, Ad gentes longinquas emandabo te. Proin
de gratiæ hoc totum est, & nihil ego mearum virium attu-
li. *Quoniam secundum reuelationem patefecit mihi mysterium.*
Ecce, gratiæ opus est mysterij reuelatio. Mysterium est
Gētiū uo- enim reuera, gentes ad maiorem Iudæorum honorem tra-
catio, my- ducere à summa vilitate. *Quemadmodum præscripsi in modico.*
sterium est. De quibus suprà locutus est, dicit quòd vocatæ sint gentes
quæ longè erant, quódque ædificati sint supra patriarchas,
E & quæcunque sunt huiusmodi. In modico autem, pro paucis
dixit. *Ad quod potestis legentes intelligere intellectum meum in*
mysterio Christi. Scripsi, inquit non quantum oportebat, sed
secundum vires vestras, & captum vestrum. Ex quibus pote-
stis intelligere intellectum meum qui mihi est in mysterio
Christi, nimirum quòd sedet à dextris, quòd nos secum si-
mul transtulerit in cœlum, quòd in seipso condiderit omnes
in vnum nouum hominem, & quæcunque alia ad mysterium
pertinent. Agnoscetis igitur dignitatem intelligentiæ meæ,
Psal. 147 quandoquidem tanta patefecerit mihi deus. Et quia hoc ma
gni honoris sit, audi, Non fecit sic, inquit, omni genti, quo
niam iustificationes & iudicia sua manifestauit Israeli.
F *Quod in aliis generationibus non est patefactum filiis homi-*
num, quemadmodum nunc reuelatum est sanctis eius apostolis at-
que prophetis in spiritu. Quid igitur? Non norant pro-
phetæ? Ecquî Christus inquit, Moses & prophetæ de me
scripserunt: scrutamini scripturas, illæ nanque sunt quæ
testimonium perhibent de me? Primùm quidem hoc nunc
Paulus ait, quòd omnibus hominibus non fuerit reuela-
tum: adiecit enim quòd in aliis generationibus non est
patefactum filiis hominum, & quòd ad hunc modum ne
prophetis quidem cognitum fuerit æque ac nunc per res ip-
Actuū. 10 sas patefactum est & apostolis, & noui testamenti vatibus
per spiritum sanctum. Nisi enim spiritus paracletus do-
cuisset Petrum, Cornelium qui ex gentibus erat, cum suis
non suscepisset. Obserua autem quòd de circuncisione ni-
hil

hil de gentibus verò reuelationem faciat spiritus, res enim A
ardua erat & magna, gentes execratas ad Euangelium
admitti. Veteres itaque adeò exactè mysterium hoc non
nouerunt, quandoquidem & Petrus, tantus apostolus, hac
de re spiritus sancti institutione indiguerit.

Vt essent gentes cohæredes, & concorpores, & comparticipes Exod. 16
promissionis eius in Christo per euangelium. Hoc est mysterium, vt gentes sint cohæredes promissionis Israeli sanctæ, simulque participes. Erant enim socij adeóque participes promissionis Israelitæ, ceu gens sancta. fuerunt autem coniuncti ipsis, partémque habuerunt cum ipsis, qui ex gentibus venêre interim, immundi etiam. At qua ratione? in Christo, hoc est, per fidem in Christum, quæ per Euangelium ipsis obtigit. Nec satis fuit apostolo dicere cohæredes simúlque participes, verùm vt indicet magnam propinquitatem vnitionémque, concorpores etiam affirmauit. Vnum enim corpus sunt gentes cum Israelitis sanctis, vni capiti Christo agglutinatum, eóque contentum. B

Cuius factus sum minister per donum gratiæ dei, quod datum
est mihi secundum operationem potentiæ eius. Euangelij factus sum minister, & vinctus sum ipsius gratia, verùm non meum opus est isthuc, sed donum est diuinæ gratiæ, quæ data est mihi, non simpliciter, neque exigua mensura, sed potenter: & non viliter neque parua ratione, cæterum largè & honorificè, ac tanquam iam operetur potens deus. Vel quádo donauit mihi deus hocce ministerium, largitus est pariter mihi potentiam. nam non satis fuisset autoritas, nisi adiecta esset virtus & potentia. Tria nanque oportet nos adferre & contribuere ad ministerium, animam periculorum amantem, sapientiam & intellectum, vitamque inculpatam Deiua uté virtutem dare, per quã hæc omnia efficacia sint. C

In euãge lii ministerio tria præstãda

Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc. Quia verba facturus est de gratiæ dei amplitudine, vide quanta modestia de se ipse loquatur. Post enim tot à sese res strenuè transactas, post tot tantásq; virtutes, seipsum minimũ appellat, non apostolorum, sed omnium prorsus sanctorum, hoc est fidelium. Hoc autem maius est, quod ad modestiæ ratioué, illo: Non sum dignus vocari apostolus. *Vt euangelizé* 1. Cor. 15
in gentibus inscrutabiles diuitias Christi. Qualis gratia data est
mihi?

D mihi? vt in gentibus prædicem Euãgelium. alij enim circumcisioni, ipse verò gentibus Euangelium annunciabat. Proinde gratiæ opus erat, vt minori maiora crederẽtur. Quũ enim ipsi iniũctum esset vt inferiores & peiores ad Christum conuerteret, per hoc ipsum magnus efficitur, qui paruus videba-
Rom. 12. tur. gratiæ sanè id opus est. Si igitur imperuestigabiles sunt diuitiæ ipsius postquam nobis illuxit, quanto potius essentia eius est imperscrutabilis? Quomodo igitur Eunomi⁹ se Christi naturã & essentiam comprehendere iactabat? *Vtque illuminem omnes, quæ sit dispensatio mysterii abditi a seculis in deo.* Quòd gentes quidem vocandę erant, nouerant ex equo cum prophetę, tum ãgeli: quòd verò ad tãta bona, vt Christus eas ad thronum dei collocaret, quis quæso hoc expectasset? Eam E ob rem mysterium hoc vocat in deo absconditum ante secula, hoc est, à supernis & à principio: non enim recens est hæc dispensatio, & ipsi soli cognita. *Qui omnia condidit per ipsum Christum.* Pulchrè creationis meminit. Qui omnia inquit, cõ
Iohan. 1. didit per Christum (sine ipso enim factum est nihil, vt Iohãnes inquit) & hoc per ipsum reuelat. *Vt patefiat nunc principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiã uaria admodũ sapientia Dei.* Neque superiores principatus & potestates, neque inferiores norant mysterium gloriæ gentium. Et enim angeli & archangeli hoc tantummodo cõpertum habebant, quòd
Matth. 1. Israel esset pars domini, adeóq; populus ipsius. Gabriel porrò hoc tantùm norat, quòd seruaturus esset populum suum à peccatis suis. Quòd autem & qui ex gentibus sunt, tãtum ho
F norem consequantur, norunt & supernæ potentiæ atque virtutes, & infernæ, per ecclesiam, hoc est per beneficia quæ nobis sunt collata. beneficia enim quibus diuinitus perfusi sumus, doctores fuerunt eis sapientiæ dei. Non simpliciter autem varia eam dicit, sed πολυποικιλος, id est multis nominibus variam, omnibus artibus claram, preciosam & incomprehensibilem intellectu, vim eius intelligẽs. Gregorius autem Nyssæus, Ante incarnationem, inquit, simplicem norãt cœlestes virtutes sapientiam dei, nempe quòd omnia sola sua voluntate condiderit, deprehendebãtque eum esse potẽtem, quódque omnia conseruaret sapienti gubernatione: ac sapiẽtem curatorem qui prospiceret rebus, agnoscebant: nihilque in his varium est, hoc est vt aliud quidẽ esset, aliud verò efficeret. Incarnato autem verbo dei, per cotraria contraria sunt transacta, per

cta, per mortem vita, per imbecillitatem potentia, per contu- A
meliam gloria, per omnia vilia & abiecta, deo digna & præclara. Hanc ad rationem multiuaria multisq; nominibus exi
mia eius sapientia cognita est, & potẽtia dei cœlestibus etiã-
num virtutibus. Quãdo enim nos didicimus, tum & illæ per
nos agnouerunt, ac videntes quantis bonis ecclesia sit dona-
ta, per ipsam etiam ad cognitionẽ sunt perductæ. *Iuxta prædestinationem seculorum quam fecit in Christo Iesu domino nostro.* Iamnunc quidem cognita est sapientia eorum quæ nobis obtigerunt, verumenimuero iam olim ante conditum mundum erant decreta, secundum propositũ vel prædestinationẽ secu
lorum futurorum. Norat enim deus quę ventura essent, & sic prędefiniuit atque decreuit. Quod ait, quam fecit in Christo
Iesu, intelligitur de sapiẽtia siue dispensatione quam fecit pa B
ter per filium. Chrysostomus autem (quæ) legens, quæ fecit, inquit, secula deus per filiũ. *In quo habemus libertatem loquendi, & accessum in confidentia per fidẽ eius.* Quòd per Christum
omnia facta sint, hinc est perspicuum, quòd ipse est qui addu
cat nos. Atqui non vt captiui adducti sumus, neq; quòd pec- *Fides fiducia nobis parit.*
catum⁹, sed libertatẽ habem⁹, neq; eã simplicẽ, sed cũ cõfidẽ-
tia & fiducia & audacia. Vndénã hæc nobis bona? p fidẽ, in-
quit: hæc eñ solutis peccatis libertatẽ nobis & fiduciã impo
suit. *Propter hoc peto, ut nõ deficiatis in afflictionib⁹ meis pro uobis, quę est gloria uestra.* Propter hoc, inquit. quale hoc? q ingẽs sit
mysterium vocationis vestræ, & quòd magna mihi credita
sunt vt prædicem vobis, ac necesse est me vinctum esse, & af-
fligi ab iis qui non intelligunt mysterium hoc, sed ei contra-
dicũt: rogo vos vt ne deficiatis, hoc est, turbemini tumultue- C
minive, cen res quæpiam indigna factu sit. in gloriam enim
hoc vestram potius cedit. Nam sic nobiscum egit deus, vt ne- *Roma. 8.*
dum filium suum pro nobis daret, verumetiã nos seruos suos, *Iohan. 3.*
vestræ commoditatis gratia in pericula & vincula cõiiceret.
Quòd si meæ afflictiões gloria vestra est, quanto potius per
vestras glorificabimini? Quare neq; quãdo ipsi affligamini,
deficiatis. *Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo superq; terram nominatur.* Postquam adeò dilecti estis, & incomprehensibilia
sunt bona quæ nacti estis & nãciscemini, Oro, inquit, vt detur vobis gratia commorantis in vobis Christi, vt cõprehendatis ea, sciatisque quantum dilecti sitis. Precationem autem

vehemen-

D vehementem & ardentẽ cum cõpunctione significauit quum dicit, flecto genua mea. Ex superno autẽ patre omnis est, inquit, paternitas, super terram quidẽ generationes & familias nominans πατριὰς, à patrũ nomine sic appellatas. in cælis autem, quia isthic nemo ex quopiam nascitur, familias ipsos ordines & choros dicit, hoc est, cum superiores tum inferiores ipse familias tribusque fecit, & ab ipso sunt qui nominantur patres. *Vt det uobis secundum diuitias gloriæ suæ, in uirtute confortari per spiritum suum in interiorem hominem, ut habitet Christus per fidem in cordibus uestris. in dilectione enim radices egistis, & fundati estis.* Ecquid oro pro vobis? vt det vobis ceu diues & glorificari volẽs, roborari ad tentationes, vt ne turbemini abhisce, ac transferamini aliò. Porrò non contentus dicere roborari, adiecit, in potentia. abunde enim & largiter imprecE tur eis bona. Quomodo autem confortãtur? per spiritũ eius. *Esa. 11.* ipse nanque est qui robur præbet, çquè ac Esaias spiritum roboris dicit. Et non solùm vt confortemini, verumetiam quod maius est & abundantius, vt Christus immoretur interiorem hominẽ vestrum, hoc est, in cordibus vestris, nõ superficie tenus, sed in profundo. Quanam ratione? per fidẽ in cordibus fidelium habitat Christus, cum patre veniens, & mansionem in illis faciens, quemadmodum prædixit. Hæc autem adiequemini, vbi radicem egeritis in dilectione eius, si nec transferamini, nec turbemini. Duo itaque eis diuinitus dari precaF tur, & confortari per spiritum, & Christum cõmorari in cordibus ipsorum: vel vt confortemini, inquit, & idonei efficiamini vt Christus habitet in interiore homine vestro. *Vt valeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & profunditas, & altitudo.* Quod principio precatus est, vt detur eis spiritus sapiẽtiæ & intellectus & reuelationis, vt sciant quæ sit spes vocationis, & id genus alia: idẽ & nũc ait, Vt possitis, inquit, cõprehendere cum omnibus fidelibus mysterium pro nobis dispẽsatum, quod adeò magnum est, vt vndique & in omnes sit extensum partes. Vnde & corporalibus ipsum subscripsit figuris, comprehendens cum superna, tum inferna atq; obliqua. Dixi quidẽ & ego de hisce, verùm enim non possunt hæc per meos sermones satis commodeq; disci, sed per spiritum sanctum, nec poteritis hæc comprehendere, nisi confortemini per spiritum. Est enim multo robore opus, ac nisi inhabitet in vobis Christus, nihil efficere poterimus.

Gregorius

Gregorius autem Nyssæus per latitudinem, longitudinem, A *Gregorius Nyssæus.*
profunditatem, & altitudinem, crucem dicit intelligi. precatur igitur Apostolum Ephesiis, vt possint cõprehendere crucis mysterium. Vniuersa enim dispensatio in hoc continetur atque in hac ipsa omnium maximè tremendum est crux, ex qua charitas dei maximè demonstratur, quèadmodum & dominus dicit. Propterea & Paulus de dilectione infert. *Ioan. 15.* *Ac scitis excellentem cognitionis dilectionem Christi.* Vt possitis, inquit, nouisse dilectionem Christi, quæ excellit omnem cognitionem. Quomodo igitur nos agnoscemus? Primùm quidem charitatem dixit excedere cognitionem, humanam videlicet. Vos autem ne per humanam quidem cognitionem, sed per spiritum cognoscetis hanc. Deinde neque hoc B dixit, quòd agnituri sint quanta sit, sed hoc ipsum, quòd magna sit, quippe quæ exuperet omnem scientiam & cognitionem. Hoc precor, inquit, vos à spiritu discere. Equis hoc ignorat? omnes, & qui ægro animo accipiunt quæ in singulos dies fiunt, & qui Mammonam deo præferunt. Nam si hanc dilectionem nouissemus, non aduersus prouidentiam iam murmuraremus, neque in præsentia defigeremus oculos, ab deo deficientes qui adeò nos dilexit. Obserua autem si charitas excellit omnem cognitionem, quanto potius ipsa Christi essentia? *Vt impleamini in omnem plenitudinem dei.* Bifariam nonnulli hoc intellexerunt. Vt sciatis, inquit, vel quòd in patre & filio & spiritu sancto adoretur nobis deus, hęc eṁ plenitudo est ipse terminus: vel vt sitis impleti, inquit, omni virtute, qua pleC nus est deus. Rectius autem opinor sic intelligi, vt sitis perfecti in omni diuina perfectione, omnia diuina cognoscentes, quatenus licet. *Ei autem qui potest super omnia facere abundantius & copiosius quam petimus aut intelligimus, secundum potentiam quæ operatur in nobis, ipsi sit gloria in ecclesia in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen.* Ego quidem precor, inquit, & orationem meam ad deum fundo: ipse autem & meis orationibus maiora efficiet. Potest enim non solùm omnia quæ quisquam orat, sed super omnia facere suprà & ex abundanti, hoc est splendidè & largiter. Duos autem hîc excessus ponit, super omnia, & ex abundanti excellenter. Potest enim quis plura facere quàm petimus, non iam ex superabundãti excellentia, quod

est

D est largiter, & cū liberalitate, verum deus vtraque potest, quēadmodum & iam etiam potuit, ac destruxit in nobis magna & eximia adeoq; fatalia, hostes suos, gentes, in filios adoptans. Proinde ex iis quæ iam circa nos peracta sunt, perspicuum est quod dixi. Meritò autem celebratione dei claudit sermonem hunc, glorificās benefactorem, simul vt & hoc ostendat, magnitudinem eorum quæ nobis obtigerunt. Non enim admiraretur, nisi talia dedisset, quæ ad miraculū & gloriam permoueant. Non simpliciter autem dixit, ipsi gloria, sed per Iesum Christum. Reuera enim nemo potest ne glorificare quidē, nisi in dei virtute. ipse enim est qui ad laudem dei nos amabiles reddit & acceptos, ac docet quomodo oportet ista huc nos facere. In ecclesia enim est gloria dei, ac rectè quidem, siquidem ipsa perseuerat assiduò, & portæ inferi non preualebunt aduersus ipsam. itaq; laus & præconium eius æternum.

Mat. 26.

CAPVT IIII.

A *Dhortor itaque uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis secundum uocationem qua uocati estis.*

Præceptor discipulis seruiat.

Non oportet autoritatē atque adeò dominatum exercere præceptorem in discipulos, sed seruire eis pro salute ipsorū: propterea & Paulus tanquàm seruus adhortatur & obsecrat. Proponit autem & vincula ad supplicationem. vinctus enim in domino, hoc est, non ob prauum aliquod opus, sed propter dominum. veremini igitur vincula quæ dei causa patior. Quid autē adhortor? nō pro me ipso certè, sed pro vobis, vt ambuletis dignè vocatione. ad magna enim vocati estis, vt simul confideatis cum Christo, & simul cōregnetis, nec oportet vos defœdare dignitatem vestrā per opera Christo indigna. Ab instituendi autem ratione ad mores transit, orationem ita suam dulcē faciēs. *Cum omni humilitate.* Quomodo dignè liceat vocatiōe ābulare, indicat, nēpe si humilis & vilis in oculis sis tuis. Cogitabis em̄ in animo omnino, qs sis, & quantis bonis sis donatus, ac demittes te, dabisque operam vt sit tibi curæ benefactor, præsertim quum omnis virtutis isthuc sit fundamentū. Hinc & domin⁹ beatitudines hinc orsus est, beatos eos prædicans qui sint pauperes spiritu, humiles videlicet. Cum omni autem inquit, humilitate non ea solūmodo quę sit in verbis, sed & quæ sit in operib⁹, & in habitu, & sonitu, locutioneq; : nec ea ratione, vt erga hūc te humilem exhibeas, erga illum verò minimè, sed siue paruus fuerit, siue magnus, tuam illis semper humilitatem & candorem ostendes. *Et manſuetudine & longanimitate.* Potest enim aliquis esse humilis, & interim tamen concitatus & iracundus: at ea humilitas nihil prodest. *Sustinentes uos mutuo in dilectione.* Quæ sit manſuetudinis & longanimitatis commoditas, docet, nempe vt alter alterum toleret. Ne autem quis dicat, Quomodo sufferam proximum iracundum & iniurium? modum subdit quo isthuc fieri possit, nempe per dilectionem. si enim charitatem habeamus, tolerabimus alter alterum. *Danter operā, ut ſeruetis mandatum ſpiritus in connexione pacis.* Quēadmodum in corpore spiritus est, qui omnia cōtinet & vnit, etiamsi diuersa fuerint membra: hunc ad modum in fidelibus spiritus sanctus est, qui vnit & coniungit omneis, etiamsi diuersa habuerimus & genus & mores & studia, atque per hunc sanctum spiritum vnum corpus efficimur. Laboremus itaque hanc vnitatem conseruare per pacē, quæ est inter nos mutuò. Nisi enim connexio dilectionis inter nos fuerit, & paci mutuæ studuerimus, vnitatem istam & coniunctionem amisimus, quam spiritus nobis dedit: quemadmodum si dissidium fiat inter manū pedem aduersum reliquum corpus, impediantur̄que à coagmētatione & connexu erga reliqua membra, non porrò deinceps ab vno spiritu cōtinentur. Multa igitur sedulitate opus est, nec sine defatigatione ac labore potemus pacem habere, connectentes nos inter nos, vt si huc vnus feratur, alter simul feratur. Si enim huiusmodi simus, connexi simus, nec alter alterum in seruitutem redigat vel proculcet, sub vno hoc pacto spiritu erimus. *Vnum corpus, & unus ſpiritus.* Non simpliciter charitatem inquirit Paulus, sed eam quę omnes vnum corpus faciat, propter exactam & firmam inter nos mutuò coniunctionem & vnionem, vt membra inter sese compatiantur, & simul congaudeant, vnum spiritum pariter habētia. Pulchrè sanè hoc dixit, ostendens quòd si vnum corpus sit, vnus etiam spiritus erunt. Vel quòd hoc possit quidem vnum esse corpus, sed non vnus spiritus quemadmodum si quis hæreticorum amicus sit, dogmatibus eorum non consentiens. Vel quia vnum spiritum per fidem accipientes, debetis esse concordes. Vel spiritum,

Beati pauperes ſpū. humiles.

A

B

C

D æqualem promptitudinem dicit,& conſpirationem,perinde ac ſi diceret,vnum corpus,& vna anima. *Quemadmodum vocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ.* Deus,inquit,ad eadem vos vocauit, omnibusque vitam donauit, omniumque ex æquo factus eſt caput,omnes ſimul excitauit ſecũ,& ad ſuperna ſecum tranſtulit, ac ſimpliciter eodem honore omnes adſumpſit,eadẽ hinc omnes ſperamus. Debetis igitur vnũ eſſe, ſecũdũ charitatis etiã cõiunctionẽ In cœlis enim æquales ſu-

In cœliſq; æquales omnes ſumus. mus ,etiãſi in terra differre videamur. *Vnus dominus,una fides, unũ baptiſma.* Nũquid enim tu maiorẽ habes dominũ,ille verò minorẽ?nũquid tu ex fide,ille verò ex operib⁹ ſeruat⁹ eſt? nũ tu ex baptiſmate liber fact⁹ es,ille verò nõ ita? Vn⁹ enim deus & pater omniũ. *Qui ſuper omnia,& per omnia,& in omnibus uobis.* Hoc eſt,qui ſupra omnia,& per omnia prouidentia

E gubernationeq; ſuis cõmeat,& in omnib⁹ vobis habitat. Obſerua quòd hæretici præpoſitionẽ (per) tribuunt filio, (in) verò patri,tanquàm imminutionẽ adferat. Iam verò vtrequa inuentæ ſunt patri appoſitæ , non igitur imminutionis ſunt. *Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram doni Chriſti.* Si omnia , vt dicis,ſunt communia, vnde ille & iſte

1.Cor.12. minus habẽt donum? hoc enim ipſos perinde ac Corinthios & alios pleroſque ad inuidiam perduxit. Dilues igitur hoc, inquit: Vnicuique veſtrum data eſt gratia & donum, quemadmodum partitus eſt qui dedit. Proinde quia donum eſt, di

F lige omninò quod accepiſti . nunquid enim tanquam debitum tibi datum eſt? Et quoniam menſuram tibi Deus præfiniuit,ne ſis curioſus. Deus enim menſuram diſtribuit , & omnino commodè id fecit. Neceſſaria igitur,& citra quę non poſſis Chriſtianus eſſe , communia ſunt. Sin quiſquam alius excellentius donum habeat,ne tibi iſthuc doleat: quãdoquidem & labor iſtius maior eſt,perinde ac in procuriu dicet. Non dixit autem , iuxta menſuram cuiuſlibet fidei, vt ne ad mœrorem coniiciat eos quibus minora ſunt collata chariſmata , cæterùm voluntati dantis menſuram acceptam retulit,eiusque arbitratui reliquit, tanquàm ne audeant quidem

Pſal.67. omnino hîc obſtrepere verbis quicquam. *Quapropter dicit : Aſcendens in altum , captiuam duxit captiuitatem , dedítque dona mortalibus .* Quòd dona ipſe dederit , planum eſt ex eo quod propheta dicit, dedit dona hominibus . Atqui propheta , Accepiſti , inquit , dona : quod idem eſt. Nam qui homini-

hominibus dat chariſmata, ab iis accipit miniſteriũ,qui verò A chariſma accipit , vt operetur & laboret, accipit. Quocirca precium eſt operæ,ne ocioſi ſimus. In ſummitatẽ autẽ aſcendit vel crucis,vel cœli per aſſumptionem,quod & potiùs eſt, velut ex ſequentibus liquet,quæ infert. Qualem autem capti *Captiuitas capta* uitatem dicit? diaboli: captiuum enim cepit Satanam & mortem & maledictionem & peccatũ,nosque diabolo ſubiectos, *quæ ſit.* commemoratisque iam obnoxios. *Aſcendit autem,quid eſt,niſi quòd deſcenderit etiam primum ad inferiores partes terræ? Qui deſcendit , ipſe eſt qui & aſcendit ſupra omnes cœlos , ut impleret omnia.* De humilitate hîc diſputans Paulus,Chriſtũ producit exemplum,ſicut in epiſtola quoque ad Philippenſes,Quem- *Philip. 2.* admodũ,inquit, ille non recuſauit deſcendere,ſic & vos non refugeatis per humilitatẽ & moderatũ ſpiritum, condeſcen- B ſum. Quòd enim deſcẽderit,perſpicuum eſt ex propheta,qui eum antecẽdiſſe adſerit. De deo enim quũ dicitur quòd aſcẽderit,neceſſariũ eſt primũ deſcenſum intelligere,de hominibus autem ſecus eſt. Quò autem deſcendit? ad inferos. Hos enim, infimas terræ partes appellat iuxta communẽ opinionem & intellectum,quẽadmodum & Iacob inquit. Deducentur cani *Gen.42.* mei eum dolore ad inferos.ac Dauid,Aſſimilabor deſcẽden- *Pſal.27.* tibus in lacum. Deſcendit igitur ad infimas partes,poſt quas non eſt aliud quid : & aſcendit ſupra omnia , vltra quæ non ſunt alia.nec obſtitit ei deſcenſus, quo minus aſcenderet. Et vos igitur ſi humiliemini atque demittamini , exaltabimini. Ob hanc enim cauſam hæc omnia efficit , vt omnia impleat *Lucæ.14* dominatu operationeque ſua,idque in carne, quãdoquidem C diuinitate iam antea cuncta compleret . Hæc autem aduerſus Paulum Samoſatenſem & Neſtorium ſunt. Qui enim deſcẽdit,planũ eſt ꝙ quũ in ſupernis eſſet, deſcenderit & incarnatus in terrã,& mortu⁹ ad inferos,idẽq; eſt & vn⁹,nõ alius & ali⁹. *Et ipſe dedit.* Significãter aũt dixit,ipſe. Qui em adeó noſtri curã geſſit , vt & pro nobis nõ recuſarit ne ad infimas quidẽ terræ partes deſcẽdere,ne haud ſimpliciter diſtributionis donorũ fecit,uerũ planũ eſt ꝙ ſapiẽs ipſe cõmodè diſtribuerit. Quid igitur doles quòd nõ cõmodè & pro ratione diſtributio facta ſit? Alio aũt in loco ſpiritũ dicit diſpenſare, In quo & vos poſuit ſpũs ſanct⁹: &, Omnia operatur vn⁹ & idẽ *Actu.20.* ſpũs. Aliàs & patri hoc tribuit,vt, Poſuit deus in eccleſia pri- *1.Cor.12.* mùm quidem apoſtolos,& quæ ſequuntur: &, Ego plantaui, *1.Cor.3.*

D Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Hîc autem
1.Cor.3. filium dispensatorem facit. vna enim trium est operatio. *Alios quidem apostolos, alios uero prophetas.* Primi sunt apostoli, quandoquidem & prophetias habebant, prophetæ autem in nouo testamento apostolatũ nõ habebant. *Alios autem euangelistas.* Vel eos qui conscripserũt euangelia, vel qui nõ vndiq; circumierint, nõ omnia pagrauerint, Euãgeliũ tamẽ prædicantes, quales fuerũt Priscilla & Aquila. *Alios uero pastores*
Actu. 18. *ac doctores.* Qui ecclesias instituerunt intelligit, Episcopos, quales erant Timotheus, Titus, & alij. Poteris autem per pastores, seniores & episcopos intelligere: per doctores verò, ipsos etiam diaconos, adeoque ministros. Etenim & illi ordinem habentes expurgandi, per verbum omnino sordes toE lunt. *Ad consummationem sanctorum ad opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi.* Vides dignitatem? Vnusquisque, inquit, perficit, consummat, vnusquisq; ministrat ad extructionem corporis Christi, siue ecclesiæ. Quid itaq; ægrè fers ceu minus donum acceperis? Nam & tu ad cõsummationem sanctorum, hoc est, ad commoditatem fidelium & perfectionem commodas. Caue igitur ne accepto dono vt alios ædifices, teipsum, quum aliis inuides, subuertas. Præterea si ad consummationem fideliũ alius accepit maius donũ, cogita quòd & maiori ideo labore ac ministerio defatigetur: vnde & maior negligentem in suo charismate culpa manet. Porrò qui non ex Satana letale isthuc virus profluat, eaque affectio virulenta prodeat, inuidere te consummanti, & ædificanF ti corpus Christi? Est enim isthuc hominis planè deo reluctantis. *Tantisper dum occurremus omnes ad unitatem fidei, & agnitionis filii dei.* Interea vsque operari oportet omnes qui dona acceperunt, & ædificare & laborare, donec perueneremus ad vnitatem & coniunctionẽ fidei, hoc est, vsquedum demonstremur omnes vnam fidem habentes, neque dogmatibus differre, neque quo ad vitam sectis quibusdam inter nos dissidere. Tum enim vera est fidei vnitas & vnio, tum agnoscimus filium Dei, quando & in doctrina rectam sententiam habuerimus, & charitatis vinculum seruauerimus. Charitas enim Christus est. *In uirum perfectum, in mensuram ætatis impletionis Christi.* Virum perfectum & mensuram ætatis, consummationem dogmatum cognitionem dicit, quemadmodum & plenitudinem Chri-

sti, omnimodam adeoque perfectam ipsius cognitionem & A
fidem, quòd vnus ex trinitate quũ esset, & æqualis patri, fact⁹ *Christiple*
sit homo, vna persona in duab⁹ naturis & volũtatib⁹ & opa *nitudo.*
tionib⁹, & cũ corpore patri adsidet, eũdẽq; thronũ occupat, venietq; cũ ipso, & quæcunque alia de ipso rectè intelliguntur ac dicuntur. Quomodo igitur alàs imperfectam dicit cognitionem nostram? Rectè profectò, vt opponatur futuræ post fata nostra cognitioni. hîc verò cognitionem perfectam dicit, quòd facile sit mortalibus ab honorifico statu atque adeò à virtute excidere. Quando enim à Christo non exciderimus, tum perfecti sumus, vt ex sequentibus liquet. *Vt ne porrò simus infantes, qui fluctuemur & circumagamur omni uento doctrinæ.* Vt ipsam exiguam, inquit, mensuram quam accepimus, contineamus firmiter & solidè, & non infantium instar cõcutiamur & circumagamur abs quouis docto- B
re. Ad hoc enim data sunt charismata, vt ædificent atque consumment, vt ne concutiatur ipsa structura. Quum verò ait, ne porrò, indicauit & iam olim eos id esse passos. Sed ipsum autem etiam connumerat, ne velut obiiciens & conuitia dicens, sed cum hilaritate videatur corrigere. At quum ait fluctuantes, ostendit quali periculo sint ad veram religionem perductæ animæ. In tropo autem perseuerans, vocauit etiam diuersas doctrinas, minimeque consentientes. *In lusu hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.* κυβείαν, id est lusores dicũtur, qui talis adeoq; cubis vtũtur. huiusmodi sunt vani doctores, trasponẽtes simpliciores, ceu talos, prout voluerint. Ne igitur, inquit, circunferamur ludo hoc, quomodo? p fraudẽ, ad insidias erroris, hoc est, ad quod- C
cunque deceptrix eorum circumuentio voluerit, ad hoc transpositi & circumacti. Ob nihil enim aliud vel omnia fallaci ter conantur, & arte quadam machinãtur, quàm vt seducant. Pulchrè autem apposuit, hominum. res enim diuinæ adeoq; deus ipse cuborum ludum ac deceptionem non admittunt. *Veritatem autem loquentes in dilectione, crescamus in ipsum per omnia, qui est caput Christus.* Fraudulenti enim & impostores verbis vt tesseris ludentes, omnes notha & falsa loquuntur, neque quicquàm in ipsis est vel sanum vel stabile. Nos autem veritati studẽtes in dilectione erga deum & proximum, neque vana dogmata habentes, neque in hypocrisi viuentes (hîc enim videtur & de vita ipsis disputare) crescamus in ip-

D sum per omnia nostra, vitam nimirum & doctrinam. Ipsi enim qui caput est, debemus adaptare nostra, vt nihil non respondens & inconuenieus capiti feramus, sed omnia augeamus ad ipsum. *Ex quo omne corpus constructũ & cõpactum, per omnem iunctturam suppeditationis per operationem in mensura uniuscuiuslibet membri, augmentum corporis facit ad ædificationem sui ipsius in charitate.* Sententia huius loci talis est, etiamsi obscurè dictus sit. Quemadmodum in corpore spiritus, qui è cere-
Cõparatio philosophica. bro descendit per neruos, non simpliciter dat omnibus membris sensum, sed secundum proportionem cuique, ei quidem
E quod plura recipere potest, plura: quod verò min⁹, minus, sic & Christus in animas nostras quæ sunt membra ipsius, facit suppeditationem charismatum suorum. Non simpliciter autem, sed pro mensura cuiuslibet mẽbri, hoc est, perinde vt potest capere quodlibet, hácque ratione totum corpus ædificationem & augmentũ suiipsius facit in dilectione. Aliàs enim non licet recipere suppeditationem descendentis desuper spiritus. Vnde enim viuificamur & crescimus, nisi per dilectionem connexi fuerimus. & vniti ceu vnum corpus? Vt enim manus si à corpore auulsa fuerit, non porrò receperit sensibilem spiritum, tanquam continuitate diducta: sic & nos nisi
F vniti fuerimus, non recipiemus à capite nostro Christo descẽdentẽ spiritus gratiã. Propterea dixit quòd corpus etiam constructum & coagmentatum, hoc est, non è simpliciter positis membris, verumetiam conũctis, vt adeò quoduis proprium locum habeat, vt neque luxatum sit, neque præter formam sit collocatũ. In nobis igitur est nos ipsos construere & coagmentare per dilictionem: Christi verò capitis nostri, spiritum adlegare. Totus igitur hic sermo & vniuersum argumentum est de humilitate, & vnitate seu coniunctione. Quod verò ait per omnem iuncturam, denunciat hoc, quòd spiritus á capite aduectus & suppeditatus omnia contingat. Corp⁹ igitur crescit & ædificatur per hoc quòd spiritus suppeditatio membra cõtingat, atque in eis operetur. hoc enim
Præceptor etiam terreat. est quod per operationẽ mẽbris spiritũ cõmunicat. *Hoc igitur dico atq; testor in domino, ne porro uos obãbuletis perinde ac reliquæ gentes circumambulant in uanitate mentis suæ.* Præcepto ris est non solum adhortari, verumetiam terrere, per hoc q⁹ deus discipulis etiam adstet atque præsit, æquè ac diuus hic Paul⁹ agit. Testor enim, inquit, vobis in domino, hoc est testem

stem dominum facio, quòd nõ occultarim vobis ea quę dicẽ A
da fuerint. Non dixit autem, ne porrò vos circumambuletis quemadmodũ circumambulatis, vt ne iritet eos, verùm reliquarũ gentium instar, inquit, illarũ exemplo illos castigans & erudiens. In vanitate porrò mẽtis isti circumambulabant, quippe q idola colebant, affectibúsq; suis inseruiebant, mundi vanitatibus adfixi. Quę ideo vanitas dicũtur, quòd nos illis vanè vtamur. non enim è sui natura vana sunt, valde nanque pulchrè sunt condita. *Obtenebrati sententia, abalienati ab vita dei.* Lumen quidem lucebat diuinæ cognitionis, pureque vitæ, ipsi autẽ obtenebrarũt seipsos, imbecillem facientes animę visum & perspicuitatem per caliginem affectuum mũdanarunque curarum. Reuma enim multũ & difficiliter B
curabile, sunt affectus & solicitudines mundi turbantes mentem. Propterea & à vita dei, id est diuina, quę secũdum deum est, abalienati sunt sic habentes. Rationalis autẽ hominis vita est, veritatem intelligere. Ad hanc qui excęcatus est, haud iniuria non dicitur viuere, eò quòd veritas sit substantia & lumen rationis. *Propter ignorantiam quæ est in ipsis propter cæcitatẽ cordis ipsorum.* Si igitur ignorãt, quid eos accusas? Ignorans enim docendus est, nõ accusandus. Atqui ignorãtia, inquit, propter cæcitatẽ eis accessit, siue propter stupiditatem. Stupiditas autem & sensuum veluti carentia, est ex affectu & C
propensione ad impuram vitam. Proinde digni sunt qui in ius vocentur, reprehendantúrque. Audi porrò reliqua. *Qui desperantes, seipsos tradiderunt impudicitiæ, ad operationem impuritatis totius in circumuentione.* Viden' ex voluntate atq; proposito hanc eis stupiditatem esse? Desperãtes enim, inquit, hoc est, segnes facti, nolentes laborare vt inueniãt bonum, omni dolore tantum non vacantes, ac veluti ad stultitiam redacti, se ipsi tradiderunt impudicitiæ, vt quicquam faciant, vt desinant impuritatem. hanc enim exercitij continuíque operis loco posuerunt: nec vnam quidem eius speciem, sed omnigenam. Quî igitur nõ in summũ stuporẽ venturi erant, qui seipsos omni immũdiciei tradiderũt? Etenim immũda vita, dogmatũq; prauorum causa est, & omnis boni ignorantiam parit. Quando igitur alio in loco audiueris quòd deus tradiderit eos in reprobam mẽtem, reminiscere etiam huius loci, atque cõpingens vtrunq;, intellige q⁹ deus dicatur tradere eos, qui seipsos tradũt, hoc est permittere necnon cõcedere, quãdoquidem

Veritas, rationis lumen.

Roma. 1.

D doquidem se dignos hoc permissu fecerunt. Ad hęc quum di
Tradere dei, pmittere est. cit, in circunuentione, voluntariam eis ruditatem & inscitiã
adesse testatur. Licuisset enim eis & pecuniis & voluptati-
bus moderatè frui, illi verò intemperantia electa, in omnib⁹
ad cęcitatem venerunt, & insensibilitatem, & inscientiam cu
iusuis boni. *Vos autem non sic didicistis Christum, si quidem ipsum audiuistis, & in eo docti estis, quemadmodum est ueritas in Iesu, depo nere uos secundum priorem conuersationem ueterem hominem.*
Gentes quidem sic se habent, vos aũt non sic didicistis Chri
stum, & instituti estis in ipso. Non enim dubitans, cæterùm
admodum firmatus atque certus hæc dicit. Nam & hoc est
discere Christum, rectè viuere: perinde ac qui sceleratè vi-
E uit, Christum ignorat. Deum enim, inquit, confitentur no-
Titi. 1. uisse, operibus autem negant. Quod ait, quemadmodum, vel
quòd est veritas, sic intelliges, ꝙ non æquè ac gentes in vani
tate circumambulant, sic & vos ad eadẽ vana sitis compositi
atque cõparati. Nõ enim Christi negocium, Euangeliũ ip-
peccatũ ua nitas est. sum, est vanitas, sed veritas & doctrina & vita. Peccatum ap-
tem est vanitas & mẽdacium, vt quod substantia & subiecto
careat, nec habeat perfectionem. Virtus autem veritas est, vt
quæ subsistat, & perfectionem finẽmq; habeat. Quid autem
docti estis? & quid veritas secũdum Christum? Nimirum, vt
abiiciamus veterem hominem, hoc est, prioris vitæ conuersa
tionisq; nostræ non optimos mores, adeóq; Præcedentem vi
uendi rationem peccatis obnoxiam. *Qui corrumpitur secundum concupiscentias deceptionis.* Bifariam hoc intelliges, vel
quòd æquè vt cupiditates corrumpuntur, sic & ipse homo,
F hoc est, ratiocinatio & cogitatio corrumpitur. Quomodo au
tem cupiditates corrumpuntur? Et enim & morbo & senio
pulchritudo marcescit, ac robur virile consimilem ad mo-
dum, ac morte tãdem simpliciter omnia tolluntur dissoluun
túrque. In illa enim die peribunt omnes cogitationes & stu-
Psal. 145 dia eius. Vel secundum concupiscentias dixit, pro à concu-
piscentiis. etenim ab his corrumpitur vetus noster homo,
quemadmodum lana & ferrum à quibus conficiuntur, ab iis
etiam intereunt. Nam & gloriæ amor perit, quo ad animam
omnino, nonnunquam etiam quo ad corpus: ac voluptates
pariter. Bellè autem deceptionem, voluptatem ex hisce pro-
manantem dixit. fucus enim est, & mendacium, voluptatis
quidem speciem & figuram habens, quum re ipsa nihil sit,
quàm

quàm amarulẽtia. Hæc enim est deceptio, aliud videri, aliud A
verò esse. *Renouamini spiritu mentis uestræ.* Vt ne quis existi-
met alium ab ipso introduci hominem, ait, Innouamini, hoc
est, ipsum quod consenuit, resuscitate, & aliud facite. Proin-
de subiectum quidem idem est, permutatio autem est morũ
& mentis. At quî fiat ista renouatio? per spiritũ sanctum, qui
habitat in mente vestra. spiritus enim non sustinet priora ve
stra opera. Porrò quod ait, est huiusmodi. Renouamini spiri
tuali renouatione in mente vestra, sed non corporali, & in
cõrpore facta. *Et induite nouum hominem.* Viden' subiectum
idem esse, quod exuitur & induitur? Indumenta autem varia
necnon diuersa sunt, vtpote virtus & vitium. Vt enim exui
& indui facile est, sic & vitium & virtus facilia sunt, si veli-
mus. Quur verò hominem appellat vitium, & eundem virtu
tem? quoniam ex his nõ minus formatur homo, quàm ex na B
tura. hæc enim indicant hominem, siue bonus siue malus sit.
Nouus igitur homo est qui ex baptismate nouatus est, qui
& fortis debet esse, citra rugas, & sanus: hæc enim omnia
sunt & iuuenis & noui. *Qui secundum deum creatus est in iusti-
tia & sanctitate ueritatis.* Ille, inquit, homo creatus est non se
cundum cupiditates, sed secundum deum, hoc est, à deo est
creatura talis quæ deo placet, in baptismate, non ex aqua &
terra, sed in iustitia & sanctitate, hæc enim huiusce hominis
est substantia. Iustitia igitur virtus est vniuersalis, quemad-
modum etiam solemus iustum appellare, qui inculpatæ vitæ
est. Quinetiã dominus, Nisi, inquit, exuberet iustitia vestra
plus quàm Pharisæorum. omnem enim virtutem hic dicit. *Matth. 5.*
Sanctitas autem, puritas est, atque adeò implere quòd à no- C
bis deus exigit. Quemadmodum & in vita defunctis dici-
mus iusta vel sancta, quando quis quæ debentur ei, perfece-
rit, & ἀφωσιωσθαι μεμνῃ, hoc est expiationem feci. Quia verò & in
veteri testamento iustitia dicebatur, illam huius fuisse figu-
ram affirmat. Ego, inquit, tibi de veritatis & euangelij iusti-
tia loquor. vel respectu & collatione iustitiæ quæ fit in figu-
ra & hypocrisi, iustitiam hanc dixit, quæ veritatis est. Crea-
ti sumus igitur homo ille in baptismate per iustitiam & san-
ctitatem. Induite autem ipsum & nunc per vitam & opera.
Quando autẽ audiueris induere, vt nũquam deponat intelli *Psal. 103*
ge, vt in eo loco: Induit maledictionẽ, tanquã palliũ. &, Ami *Psal. 103.*
ctus lumine. Cõsueuimus etiã dicere, quidã quendã induit. *Zacha. 8*

propterea

D *Propterea depositò mendacio, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inter nos membra.* Quum generatim veteris hominis mẽtionem feciſſet, deinceps & ſpeciatim per partes cum deſcribit, ac primò mendaciũ reſecat, qđ eſt alterius erga alterũ, cauſásq; adducit, q̃ proximi iter nos ſimus, & quod maius eſt, maiorémq; nobis pudoré ſuffundit, quòd alter alterius mẽbra ſimus, perinde quaſi hoc dicat: Nũquid oculus videns venenatũ aliquid, mẽtitur aduerſus pedẽ, nec coniicit eum in fugam? Sic quum profunda foſſa ſub culmis ac terra abdita fuerit quam pes explorarit, nónne mẽtitur & ſimulat pes, neq; oculo denunciat, vt alio in loco conſpiciat atque inueniat tranſitũ? Ac ſimpliciter in omnibus idẽ inue-
Pſal. 4. nies. Hunc ad modũ & nos non mentiamur neque fallamus
E alter alterum. mẽbra enim ſumus vnius corporis. *Irascimini, & ne peccetis.* Mẽdacium primùm vetuit, & quia ſæpenume ro ex mendacio ira proficiſcitur, bonũ eſſe ait omnino non iraſci. Poſtquam autẽ contigit, ad peccatũ tamen ne præci-
Ira ſine peccato. pitari velitis ex immoderata irę vſurpatione. Nonnulli aſſeuerant vnã eſſe iram quę nõ peccet, vt quę ſit aduerſũ dæmones, & prauos animi motus, quã explicat hic nobis diuꝰ apoſtolus. *Sol non occidat ſuper exacerbationem uestram.* Ne perſeueret apud te diutius ęquo iracũdię affectus, ne ſol nobis hoſtibus relictis abeat, nequãdo videatur indignis vobis prębe re lumen, ſimul etiã, nequo modo nox vehemẽtius accendat
F ignem per triſtiores cogitationes, inſidiásque paret. *Ne detis locum diabolo.* Vt inter vos mutuò depugnetis: hoc enim eſt cedere locũ diabolo. Tantiſper enim dũ vnitate cõiuncti fuerimus atq; cõdenſati, nihil ſuorum aduerſum nos introdu cit Satanas, ceu non inueniens locũ. At quamprimũ animaduerterit diſſenſionem inter nos, tum ceu inuento loco, caput ſuum ſubintroiicit ſerpentis inſtar, ac deinceps omnem reliqui corporis tractum contrahit ſecum. *Qui furatur, porrò non furetur.* Animaduertis mẽbra veteris hominis? mendacium puta, vindictæ cupiditatem, furtum. Non dixit autem, punia tur qui furtũ cõmittit, ſed à malo deficiat. punire nanque eſt fori iudiciarij: dehortari autem à vitiis, Chriſti doctrinę eſt. Vbi ſunt autẽ q dicuntur puri, quum reuera omni ſordiũ genere ſint referti, pœnitẽtiam auferentes? Audiãt enim quòd liceat exuere noxã, nedum quòd à peccato deſiſtant, verùm quòd boni etiã quicquã operẽtur. Audi enim quod ſequitur.

Laboret

Laboret autem potius, bonum operãs manibus, ut habeat unde impertiat egenti. Non enim ſatis eſt à peccato quieſcere, ſed cõtraria ei via eſt adeunda, diuerſum ab eo cõficiendũ iter. Antea operabatur malũ, iam nunc operetur bonũ: neq; id ſimpliciter, verùm cũ labore, partim quidem vt cõterat corpus quod antea ex torpore mala didicerat, partim verò vt largiores habeat vitæ mores, & honeſtiorem conuerſationem. Ac impertiat nunc aliis, vbi antehac aliena ſublegerat, iamque aliis beneficentiam exhibeat. Deus bone, quàm facit angelos Euã gelium, qui antea fuerant dæmones? *Omne uerbum ſpurcum ex ore uestro non egrediatur.* Marcidum verbum, ocioſum appellat, temerarium, importunúmque, veluti facetias, ſtultiloquium. Spurcum etiam & viroſum odorem habens, eſt turpiloquium, conuitium, nugæ, obtrectatio. Non enim rerum & operum tantummodo, verum etiam verborũ luemus pœnas. *Sed ſi quod uerbum bonum eſt ad ædificationem neceſſitatis, ut det gratiam audientibus.* Id eſt, ſi ſermo ædificat proximum, qui tibi neceſſarius eſt, & ſanguine iunctus ob inſtantem neceſſitatem, illum, inquit, ſonemus, illum loquamur, non importunè & incommodè, vt gratias nobis agant auditores. Nam ſi animæ cõmodans quicquam dixerimus, agent nobis gratias auditores, vt qui per nos adiuti ſint, vel vt aiunt, eos gratia perfundet, & amabiles reddet ſermo. Vt enim vnguentũ gratiam addit aſſumentibus, pari ratione verbum dei animum iuuat, eúmque gratia perfundit & condecorat. Obſerua quo modo quod ſemper Paulus adhortatur, id etiã iam nunc nos orer, vt ædificemus proximum, quod eſt, noſipſos. Qui enim alteri conſulit quæ ſalutaria ſunt animo, multo iam prius & potius ſibi ipſe iſthuc facit. *Nec turbetis ſpiritum ſanctum dei.* Si proferas verbũ Chriſtiano ore indignũ, nõ hominẽ turba ſti, ſed ſpiritũ dei, à quo beneficiũ accepiſti, à quo ſanctificatum eſt os tuum. Infert igitur qua in re beneficium acceperimus. *In quo ſignati eſtis ad diem redemptionis.* Is enim ſignauit nos, atq; imperatorij gregis oſtendit eſſe, is nõ permiſit nos ſtatui cũ obnoxiis irę dei, ſed ſignauit nos & ſegregauit, vt ſimus redẽpti ab eadẽ. Nõ pudet igitur nos illũ ipſum turbare? Signatũ eſt os tuum à ſpiritu, vt nihil indignũ ipſo loquaris: ne cõtriſtes igitur ſigillũ. *Omnis amarulentia, & furor, & indignatio, & clamor, & blaſphemia, tollatur à uobis cum omni malitia.* Suſtulit & per ſuprà cõmemorata ſanè iram, nũc autem ſtirpitus eam

Verbum dei.

D pitus eam euellit, amarulentia enim, & furoris & iræ radix est. Quum enim amara bilis exasperata fuerit nimium, excedit quo continetur vasculum, folliculum videlicet, pérque totum corpus funditur, ac hominem planè efferat. Amarulé tia igitur est exuberatio, dolus, praua suspicio ad malefacien dum præparata. furor autem, iræ est principium, veluti accé sio quædam. Ira autem est, quę etiamnum ad opus quoddam patrandum turget. Quia verò ira, nisi habuerit clamorem fi- mul inflammantem ipsam, facilè extinguitur, adiicit quòd clamor etiam tollatur, hoc est, sopiatur, obscuretur, vt nullæ adeò reliquiæ maneant. Equus enim est vociferatio, ascēsor autem ira. impedi equum, & subuertisti ascensorem. Tolle blasphemiam, siue conuitium quod nascitur ex ira. Accendit E autem eam vehementius per vociferationem. Quia verò ple rique sunt qui clanculum mordeant, nihil quidem palàm di centes, mordentes autem clanculum, obscuram & in angulis latitantem malitiam subseruantes, propterea adiicit, cum om ni malitia, & modica & magna. *Estote alter erga alterum cō modi, misericordes, condonantes uobisipsis.* Quia non satis est à ma lis abstinere vt regnum assequaris, sed bonorum operum per actio etiam est necessaria (si enim bonum operari prætermi Matt. 25 serimus, in gehennam præcipitamur, etiamsi malum non o peremur, vt ex multis euangelij locis liquet) hanc ob ré Pau lus praua auferens, ad bonorum operationem adhortatur, Estote, inquiens, commodi, ad oppositionem iræ: misericor- des, vt apponat amarulentiæ: donantes vobisipsis, hoc est ad veniam inclinati, & peccantibus dimittentes, vt opponat ma F litiæ & blasphemiæ. *Quemadmodum & deus donauit nobis in Christo Iesu.* Quia tristiora exempla erant, deum exempli vice producit. Potuisset quidē dicere, deus loquutus est. Dimitti- te, ꝙ dimittetur vobis: veruntamen quia de futuris rebus ple Lucæ. 6. rique dubitant, quæ iam antè transacta sunt, in medium pro mit. deus, inquit, donauit nobis. quomodo? in Christo, hoc est, cum periculo filij sui mactationeque eius. Tu fortasse ci- tra periculum donas, ille verò non sic: ac tu quidem fratri tuo, ille verò tibi, quum hostis esses, remisit ac donauit. Ob- serua autem quomodo pro eo quod est donantes alter alteri, dixerit vobisipsis, ostendens per hoc, quòd si aliis alij dona mus, nobisipsis quisque pro sese gratiam & beneficium im- pendimus.

Equus. Ascensor.

CAPVT

CAPVT V.

A E *Stote igitur imitatores dei, ut filii dilecti.* Quemad- modum domin⁹ te dilexit, sic tu dilige fratrem, tum imitatus es deum pro viribus. Non licet e- nim hîc paupertatem accusare, ac dicere, Si remisero, dam- num patior. Remitte impingenti atque peccanti gratis, ac ci tra istius damnum, & lucratus es magnum thesaurum, nem- pe quòd deum imitatus es. Deinde & aliam causam præcla- Mat. 18. riorem ponit. Tanquam filij, inquit, dilecti. Et aliam necessi tatem habe, imitari nimirum patrem. Postquam enim non o- mnes liberi imitantur patrem, apposuit dilecti: tales enim patrem imitantur. *Et circumambulate in dilectione, quem- admodum & Christus dilexit nos, ac tradidit seipsum oblatio-* B *nem & sacrificium deo in odorem bonæ fragrantiæ.* En omnium fundamentum charitas. Vbi enim hæc est, non clamor, non ira, non blasphemia auditur, sed omnia sublata sunt: propter ea postremò summam hanc posuit. Docet autem & vnde fa- cti simus liberi, ex charitate videlicet: quare hanc vendica- re debemus tanquam eam quæ nobis præbeat filiorum ado- ptionem. Quemadmodum enim ægrotantes, si adiuuemur pharmaco quodam, ipsum etiam pharmaci nomen venera- mur: sic & charitatem ornare debemus. per hanc enim tradi dit seipsum pro nobis dominus. Atqui ille pro mortuis qui- demtradidit seipsum, tu verò amicis parees. Quare tum ve- Liberi ex rè imitaberis Christum, quando hostibus beneféceris, atque charitate tum seruatur quod ait Apostolus, Quemadmodum Christus *sumus.* seipsum tradidit quòd ꝙ hostibus moreretur, hoc est vt etiā C tu ipse efficiaris victima, & odor suauitatis. Hoc enim & Christus factus est moriens pro uobis hostibus. Atque hoc est imitari deum. *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut cir- cuentio, ne nominetur quidem apud uos, quemadmodum decet sanc- tos.* Quum dixisset de amaro motu animi, venit ad minus malum, concupiscentiam videlicet: quemadmodum & legis lator quum dixisset, Non occides, quod est furoris: secundò subiunxit, Non committes adulterium, quod est concupiscē Exod. 20 tię. Vt enim amarulentia, vociferatio, & blasphemia, indi- gnationis est & furoris, sic & concupiscibilis partis est forni catio, & impuritas, & circūuentio. pari nāque ratione & res adeoque pecunias amamus, & corpora. Ne nominentur igi-

tur

D tur apud vos huiusmodi, sed toti sitis puri. verba enim ad opera viam præbent. Itaque si sancti estis, & lingua vestra sancta sit. Infert autem & deinceps: *Turpitudo & stultiloquium, & facetiæ, quæ non sunt decentia, sed magis gratiarum actio.* Quę admodum clamorem remouit, qui est irę vehiculum, sic nūc turpiloquentiam & facetias, fornicationis vehiculū reiicit. Ne dicas enim vrbana, neque turpia: quod si feceris, extinxisti flammam fornicationis. Deinde ne videatur nimium seuerus & morosus, quippe qui vrbanitatem excindat, causam intulit, inquiens: Quæ non conueniunt, non decent, hoc est,

Christiānū nō decentia. quæ non sunt Christianorum. Vt enim coriario non licet quicquam facere eorum quæ non sunt suæ artis, hanc ad rationem Christianus sanctus factus, non debet loqui quæ minimè deceant aut cōueniant ad sanctificationem. quæ enim non commodāt, nihil ad nos. Sed si quid loqui velis, gratiarum actio sit tibi quoduis verbum: ac si consueueris gratias

E agere, recordaberis qui sis, quid factus sis, & lugebis mala tua, admiraberisque ad stuporem vsque, quòd tot tantisque sis donatus bonis, nec habebis tempus aliud quiddam dicere. non enim risus facetiarumque præsens tempus est, sed lu-

1. Petri. 5 ctus & certaminis. Hostis circuit dentibus frendens aduersus te, ac tu ludis, & vrbanitatem exerces? Quòd si difficile sit superiorem te hoste fore si sis in acri pugna, quanto minus si ludas: Quid autem est facetus? facilis, qui omnia fit, facilè permutans sermones: hoc autem est inconsistentis mentis, & alienæ ab iis qui petræ, qui Christus est, seruiunt.

Hoc enim sciatis, quod omnis fornicator, aut immundus, aut circun-

F *uentor, qui est idolorum cultor, non habet hæreditatē in regno Christi & dei. Nemo uos uanis uerbis decipiat.* Fuerūt nōnulli, vt videt,

Matth. 5. qui dicerent apud Ephesios, q̄ deus his malis interdixerit, vt perterrefaceret. Quid enim adeò absurdum est, dicere, Stulte, vt propterea quispiam gehennæ obnoxius fiat? & quo modo auarus & circūscriptor est idololatra? Hos itaque carpit hoc loci Paulus, quod & illatio conclusióve indicat, Nemo vos decipiat vanis verbis. Vana enim verba sunt, quæ gratiam temporariam habent, ad opera verò, inutilia demōstrantur: éstque impostura huiusmodi verba facere, vel iis accommodare aurem. Quòd autem circunuentor sit idololatra, disce ex verbis Christi, Nō potestis deo seruire & Māmo

Matth. 6 næ. Deficit itaq; ab deo auarus & circūuentor, & inseruit auro:

ro: qui igitur non fuerit idolorum cultor? Porrò si dicat, Nō A erexi idola: quid tum postea? non enim vrbaniores Græcorum se idola adorare fatebantur, sed Venerem fortasse, aut Martem: qui cultus, affectus adeóque animi motus est. At nū quid circuuētor occīdit & offert oues idolis? si non oues, homines tamen mactat, & animas rationales. Græci, adeóque gentes, dei creaturas adorabant: circunscriptor autem & impostor auarus, suum ipsius figmentum adorat. Neque enim deus plura habendi cupiditatem, vel circunuentionem condidit, sed nostra insatiabilitas. Opinor autem Paulum ab Da

nide hoc dicere, alio tamen modo. Illo enim asseuerante. Simulachra gentium, argentum & aurum: ipse pro sua magna Psal. 113. sapientia inuertit. Argentum, inquiens, & aurum sunt idola. B Proinde qui colit argentum & aurum, est idolorum cultor.

Propter hæc enim uenit ira dei super filios inobedientiæ, Vel propter fornicationem & impuritatem, vel propter idolorum culturam, vel propter huiusmodi deceptorum sermones. Inobedientiæ autem filios, valde inobedientes, à deo deficientes, ac tradentes huiusmodi. *Ne sitis igitur consortes eorum. Erat enim quondam tenebræ, nunc autem lux in domino.* At vos, inquit, ne cōmunicetis eis. Deinde vetera ac priora eis ad memoriam scelera reuocat. Cogitate, inquiēs. quid sitis, & quid fueritis, q̄ à tenebris lumen facti sitis. Primùm quidem doctrinæ nomine adeóque vitæ, tenebræ re ipsa eratis: nunc ve C rò lumen estis, vt qui deum agnoueritis, operaq; lucis aggredientes. Hoc autem contigit vobis non à vestra virtute, sed in dño, hoc est, q̄ diuinā gratiā. Non debetis igitur filiis inobedientiæ & incredulitatis cōmunicare, sup quos venit ira. Quōdā enim eratis tales, digníque ira, nūc autē nō porrò. ne igitur rursus curratis ad tenebras. *Tanquam filii lucis circhambulate.* Hoc est, decorè, & quēadmodū decet eū q in lumine ambulat. Quin poti⁹ aliis etiā vos lumē esse iubet. luminis enim Matth. 5. filius, ōnino & ipse lumē est. *Fructus enim spūs in omni bonitate & iustitia & ueritate.* Interpretatur nobis qd sit filius lucis, in quiēs, Qui fructū spirit⁹ habet. Spiritus enim fructum pro- Lucis fili⁹. fert, nō illa q̄ prędiximus, verū cōtraria potius. Bonitatē vocat, q̄ amaritudinē & iræ opponit: ac veritatē, q̄ pugnat cū mēdacio, voluptate, immunditia. Omnē autē bonitatem dicit, quæ erga omnes est, nedum amicos, verumetiam hostes.

Probantes quid beneplaceat domino. Probare, perfectorum est,

qui

D qui iudicare possunt. Imperfectæ itaque ac reprobæ sententiæ est, non eligere neque velle quæ deo placeát, quales sunt suprà commemorati affectus. *Et ne communicetis operibus infrugiferis tenebrarum, magis autem & redarguite. Quæ enim clàm ab ipsis fiunt, turpe est etiam dicere.* Infrugifera sunt tenebrarum & peccati opera, nihil etiam fructus ferunt, præter mortem & ignominiam. Ne igitur communicate talibus operibus, sed redarguite potius talia agentes & erudite. Quomodo igitur alio in loco dicit, Ne iudicetis, pro eo quod est, ne condemnetis? Aliud est autem reprehensio, & aliud condemnatio. altera enim, redargutio nempe, est pro correctione: condemnatio verò pro reprehensione & obiurgatione. Maximè verò & non iudicate, de minimis peccatis dicit, Infert igitur, Quid autem vides festucam in oculo fratris tui? Clàm autem notat nefarias ac secretas quaspiam res, quæ apud Ephesios peculiariter locum habebant. *Omnia autem quæ arguuntur, manifestantur.* Lumen vos esse dixit. Porrò lumen indicat quæ in tenebris fiunt. Si igitur vos virtutibus conspicui sitis, non poterunt latère sceleste. Vt enim lucerna lucente fur non ingreditur, sic lumine virtutis vestræ fulgente illi capientur, à vobis præsertim sermonibus erudientibus redarguti. *Omne autem quod manifestatur, lumen est.* Quemadmodum vulnus si contegatur, nullam curam recipit, sic & peccatum si celetur. Quum autem manifestatú fuerit, efficitur lux, non peccatum ipsum, cæterùm qui operatus est. Quum enim redargutus fuerit resipiscet, ac remissionem consequetur, nunquid eius tenebræ mundatæ sunt? vel vita vestra manifesta quum sit, lumen est: nemo enim occultat irreprehensibilem fidem & operationem. Quæ verò occultantur: propterea quod digna sunt tenebris, occultantur: quæ cum reprehendenda sunt, tum manifestanda. *Propterea dicit, Expergiscere qui dormis, & surge ex mortuis, & illucescet tibi Christus.* Dormientem & mortuum, peccatis hic immersum dicit. æquè namque viroſi est odoris atque mortuus, vacans perinde actione vt dormiens: somnia enim videt, & visiones habet leues & inanes. Quum igitur excitatus fuerit quispiam à peccato, tum illucescet ei Christus, hoc est, refulget instar solis è sopore excitatis. Tantisper enim dum in peccatis est, odit lucem, nec venit ad ipsam. Non de infidelibus autem hæc tantùm dicit, verùm & de fidelibus.

Matth. 7 Reprehẽsio & cõdemnatio differunt.

bus. Inuenias autem diserimẽ inter dormientem, & mortuũ. A Plerique enim qui malum patrant, nec rei peractæ consentiunt, nec eam laudant, dormientes dici possint, qui & celeri ter excitantur: ad quos pertinet quod dicit, Expergiscere. Nonnulli autem & faciunt malum, & patrocinantur ei, qui mortuorum instar haberi queant, vt qui difficilius ad bonũ reuocari queant. Attamen & hos verbum inclamat, vt surgant: non enim desperandum est de mutabili natura, neque statim condemnanda. *Videte igitur quomodo exacte ambuletis, non tanquam insipientes, sed ueluti sapientes.* Amarulentiam adhuc iramque expurgat, perinde quasi dicat eis, Oues estis in luporum medio, multi erga vos feroci sunt & agresti animo, qui etiam familiarissimi videntur: videte autem ne cuipiam detis occasionẽ inimicitiæ, sed solius fidei. Nemo vos in alio quopiam accuset, cæterùm & honorem & omnem obedientiam præstate, si fides non labefectetur, ac columbatum nos more geratis. Sapientiæ enim est atque prudentiæ, B seruare seipsos irreprehensibiles, neminem prouocando arcendóve. *Redimentes temporis opportunitatem.* Nõ Proteos neque varios nos esse docet, verùm quia tempus non est vestrum, sed aduenæ estis & peregrini, & exteri, ne quæratis honores & gloriam, neque vltionem, sed omnia ferte, atque in hoc tempus redimite: omnia etiam quæ voluerint, permitte. Quemadmodum si quis opulentus videat quosdam inuadere se vt ipsum tollant è medio, multa dabit, séque ipsum redimet: hunc ad modum & vos omnia date, vt caput & summam conseruetis, nimirum fidem. *Quoniam dies prauæ sunt.* Non dierum essentiam atque naturam reprehendit (essentia enim diei lux est ipsa vulgaris, & horæ. quæ igitur in hisce malitia est? sed propter ea quæ in diebus fiunt, easdem C videtur incusare: perinde solemus dicere, Malum diem trãsegi, propterea quæ in ipsa contigerunt, videlicet quæ ab hominibus prauis facta sunt, non à deo. Propterea igitur dies prauí dicuntur, tanquam sceleratos homines in se dominantes habeant. *Propterea non sitis insipientes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei.* Quia dies prauos homines habeant, vos ceu prudentes date operam, ne vllam eis occasionem detis. hæc enim est voluntas dei, vt vós in omnibus inculpatos seruetis, cum ipsius vnà fidei conseruatione. *Et ne inebriemini uino.* Irã adhuc punit & increpat. nam & vini immoderata portio ira

Dormiẽtes & mortui differunt. Simile. Dies mali

D facit ac temerarios. Quòd autem immoderatũ istũ vsum damnet, planum est ex eo q̃ non dixit, Non bibite, sed, Nõ inebriamini, Temulentia aũt est ex immodestia, mediiq; excessu. Quia verò modicè & iuxta proportionẽ corporũ hau-
1. Tim. 5. stũ vinũ, sanitatem efficit, perinde ac ipse etiam ait ad Timo-
Psal. 130. theũ, & lætitiã, vt Dauid ait: testatur etiã ipsa rursus scriptu-
Prou. 31. ra, Date vinũ mœrentibus, ac ebrietatẽ siue perfusionẽ dolẽtibus. Crassum enim quod fuerit ac compactũ, dissoluit: propterea & corpora nostra deus moderata & proportionabilia fecit, vt paucis sint contenta, & ad alteram vitã festinent. *Id quo est intemperantia*. In immodico vino est ἀσωτία id est incontinentia, pernicies. Non enim seruat, sed perdit, non corpus solum, sed & animam: hæc enim est asotia, luxus & incõtinentia. Vel ἀσωτίᾳ iuxta vulgi consuetudinem pro prodi-
E galitate accipit. ex temulentia enim prodigalitas nascitur. *Sed implemini spiritu, loquentes uobisipsis in psalmis & hymnis & odis spiritualibus, canentes & psallentes in corde uestro domino.* Vis, inquit, lætari? Fuge vinum: imple te, impleríque cupias spiritu sancto. Hoc autẽ obueniet tibi, si psallere didiceris. psallentes enim spiritu implentur sancto, perinde vt qui satanicas cantilenas concinunt, spiritu immundo imbuuntur. Psallendum autem est in corde, hoc est, corde non hincinde versante sese & oberrante. Qui enim animo obseruat quid psallat, ille corde psallit. Expende aũt hîc, q̃ postquã animã purgauerit â vitiis aliisque affectibus prauis, misericordesq; nos fecerit, & cõdonãtes fratrib⁹, tũ nos spiritu sancto imple
F ri denunciat. Non enim simpliciter ille veniet, sed implebit corda nostra. Simulac ego tantum in nobis lumen fuerit, facilis ac plana reliqua etiam virtus erit. *Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi. deo & patri.* Nõ solũ gaudij tẽpore, verũetiã in mœroribus, nec pro bonis tãtũ, verũetiã pro tristibus, & pro iis quos nouimus, & quos nõ nouimus: per omnes enim bene nobis fit, etiãsi ignoremus. Sunt autẽ gratiæ agẽdæ deo patri in nomine dñi nostri, hoc est, vt simul ipsum nominemus & assumamus, ceu mediatorẽ cũ bonorũ, tũ ipsius gratiarũ actionis. *Subiecti alter alteri in timore dei.* En, rursus charitatis mẽtionẽ facit. ex hac eñ est subiectio & obedientia, non propter mũdanã quãpiã aut humanã cõmoditatẽ, cæterũ in timore dei. Qui enim dei nomine obediunt inter sese, nunq̃ offendentur aut dissoluentur, tã

to nexu copulati. *Vxores maritis uestris subiicimini, tanquam domino.* Non simpliciter ac temerè multum sedulóque laborat Paulus pro coniugij firmitate, sed quia deus etiam à principio huius eximiam curãm gessit. Adamo enim sororem suã, imò potius filiam, & quid dico? carnem ipsius copulauit. Deinde multiplicato genere, latius matrimoniũ extendit, vt ne dilectionẽ ad solos cognatos cõtraheret. Porrò vita nostra per cõiugia continetur. Ait ergo: Vxores subiectæ esto tis maritis vestris. Si enim in concordia matrimonium floruerit, pueri pulchrè educantur, & famuli ordinatè sese habent, adeóque cuncta tã viciniorum q̃ amicorum sunt in fœlici statu. Seruite autem eis tãquam domino. Ecquid aliàs scriptum est, Nisi quis se cũ à muliere tum à viro seiunxerit, non poterit me sequi. Nam si tanquam domino seruiendum est, quomodo dicit deficiendum à viro & muliere propter dominum? Quoniam aduerbium similitudinis non est vbique eiusdem precij. Vel subiicimini dicit, vel obedite, scientes quòd seruiatis deo, hoc est, si non propter virũ in primis, propter dominũ tamen. Quòd si exteriori adeóque mundi potestati sese opponens, domini potestati resistit, quanto magis quæ marito suo reluctatur? Itaque è contrario, quæ marito obedit, domino obedit. *Quoniam maritus est caput uxoris, quemadmodum & Christus est caput ecclesiæ, & ipse est seruator corporis.* A ratiocinatione confirmat oportere subdi vxores, dilectionisq; argumẽtũ & occasionẽ ponit ex hoc, q̃ principẽ maritus & principũ locũ obtineat, caput enim est & seruator: vxor verò subiũgatur atq; obediat, corpus enim est. Quemadmodum & Christus ecclesiæ caput, eius curã gerit, eãq; seruat, sic & maritus seruator sui est corporis, hoc est, vxoris. Quomodo igitur non debet subdi capiti corpus, quum curã eius gerat, illúdque seruet? *Sed quẽadmodum ecclesia subiicitur Christo, sic & uxores suis maritis in quouis.* Hinc discès apertius quod dixit suprà, Obtẽperate propriis maritis tanq̃ dño. Postquã esti vxores debẽt subdi maritis, vt ecclesia Christo, ecclesia autem & mulieres sint, tanq̃ Christo igitur subdi debet marito coniux. Quomodo autem omni tempore iubet subdi? nunquid & quando ad incredulitatem eam compulerit maritus? Atqui de infidelibus viris sermo nunc non est Paulo, sed de fidelibus, ad quos scribebat. *Et uiri diligite uxores uestras, quemadmodum & Christus dilexit, ecclesiam seque*

A

B

C

Christ⁹ ecclesiæ caput.

D *ipsum tradidit pro ea.* Vides quomodo compulerit vxoré Pau
Vxor dili lus subdi tibi in mensura. perinde ac Christo ecclesia subdi-
gẽda uiro tur? Audi iam rursus quomodo te cogat diligere eam, nec he
rili tantum in eam imperio ferri. Dilige enim ipsam. quali
mensura? qua & Christus ecclesiam. Gere curam ipsius, quẽ
admodum & Christus ecclesiæ: ac si quid te oporteat pati,
vel mori pro ipsa ne recuses: iam enim copulatus ipsi hæc fa
cies. Quemadmodum autem Christus odientem se adulterã
& auersantem sese adduxit, non minis neque contumeliis,
hunc ad modum si ipse auersantem te conspexeris coniugẽ
E tuam atque lugentem, multa dilectione & prouidentia attra
here ad te festina. Et si quicquam patiaris pro ipsa, ne obii-
cias, neque conuitieris ei: neque enim Christus ecclesiæ obie
cit quicquã. *Vt ipsam sanctificet, purgans lauacro aquæ in uerbo.*
Igitur incesta erat, & immunda & inelegans, at propterea
non est execratus eam: sic neque tu tuam ipsius coniugẽ exe
creris, etsi maximè deformis fuerit, ac vilis. Quòd autem de
formis fuerit ecclesia, audi: eratis enim quondam tenebræ.
quid quæso tenebris est nigrius? Seruientes malitiæ & inui
diæ, quid immundius? Inobedientes, stolidi, imò & blasphe-
mi. quid hisce est inuisius? Interim tamen tanquam pro ad-
mirãda seipsum tradidit. Purgauit autem lauacro aquæ, hoc
est, baptismate. In verbo, quali? In nomine patris, & filij, &
spiritus sancti. *Vt exhiberet sibi ipse celebrem ecclesiam.* Nõ sim
F pliciter puram, sed celebrem. Quemadmodum igitur Chri-
stus omnium autor est bonorũ ecclesiæ, sic & tu sis vxori ac
quemadmodum ille, quod ad animam attinet, pulchritudi-
nem ei acquisiuit, cámpue exornauit, pari ratione tu in hoc
incũbe, non in corporis ornatum. Si enim animæ formam at
que pulchritudinem inquiras ab cõiuge, statim eã ei efficies,
componens ipsam, exhibénsque celebrem secundum spiritũ
cùm tibi ipsi, tum deo. *Non habentem maculam aut rugam, aut*
Maculæ. *quid talium, sed ut esset sancta & immaculata.* Per hæc animæ di-
Rugæ. cit affectus. Maculæ igitur sunt recentes affectus, quos & a-
bluere facile, qui & maculam faciebant. Rugę aũt, quæ tẽpo
re antiquata sunt, & consenuere, quæ & incestos faciebant,
non facile eluibilia crimina, quæ per diuinum lauacrum om
nia purganit, & sanctos & immaculatos exhibuit. *Sic debent*
uiri diligere uxores, tanquam sua corpora. Non tanq̃ maius ma-
gísque necessariũ hoc exẽplũ iam ponit (iam antea enim pla
num

num est, Christi ad ecclesiam habitudinẽ maiorem esse hoc A
exempli demonstrationísque sermone) verùm tanquã vici-
nius & magis peculiare hoc adducit. Ne enim aliquis obii-
ciat deus erat Christus, & pro nobis sese tradidit: aliunde
nobis necessitatem ob oculos statuit. Debent enim diligere
id est, res ipsa non est gratia, cæterùm debitum est & neces-
sitas: nam corpus tuum est vxor. Christi itaque exemplum
hon ob solam dilectionem, verùm vt componeret in bonis
moribꝰ, assumpsit, vt sancta sit, inquit, & immaculata. Quòd
verò de carne & corpore profert, ob solã dilectionẽ est. *Qui*
diligit uxorem suam, seipsum diligit. Nemo enim unquam suam ipsius
carnem odio prosecutus est, sed alit fouetque eam, perinde ac Chri-
stus ecclesiam. Intensam & vehementem curam quisque pro
sese carni suæ adhibet, itaque & tu vxori. Rursus autẽ Chri- B
sto pro exemplo vtitur, innuens quòd & Christus nos ceu
propriam carnem suam dilexit. *Quoniam membra sumus corpo-*
ris ipsius. Hoc est, plurimum nobis cum eo cognationis est.
Ex carne ipsius, & ex ossibꝰ eius. A nostra enim materia facta est
vt Heua ex Adam. Porrò quemadmodum isthic est magna
propinquitas, sic & nobiscum agitur & Christo. Sumus au-
tẽ aliàs etiam de carne eius, & ossibus eius. nã vt ille ex spiri
tu natus est sancto citra commixtionem maris, sic & nos la-
uacro. Tum q̃ assumptis nos mysteriis statim transforma- Iohan. 3.
mur. Atque vt summatim colligam, hoc ait: Summam cum
ipso coniunctionem habemus, & maxima cum eo nobis fa-
miliaritas intercedit. Nã visibiliter communicauit nobiscũ C
carne & sanguine. Inuisibiliter autem autor nobis spiritua-
lis reformationis extitit, perinde vt Adam Heuæ creationis
causa fuit. *Propter hoc relinquet homò patrem suum & matrem, &* Gene. 2.
adhærebit uxori suæ, eruntque duo in carnem unam. Ecce & aliam
legẽ. Parentibus suis quispiam relictis, illi agglutinabitur &
cõplicabitꝰ. Nec dixit cohabitabit, sed agglutinabitꝰ, vnionẽ Vxori cõ-
quæ diuelli nõ possit significãs. In carnẽ vnam intelligit hoc morandã.
modo magnus ille Iohannes: Erunt caro vna. Indicat autẽ
& aliud quiddam: nam erunt duo, vt perficiant carnẽ vnam,
liberos videlicet. *Mysterium hoc magnum est, dico autem ego, in*
Christo & ecclesia. Hoc est, magnũ quiddã & admirãdũ diuꝰ
Moses indicauit. Reuera mysterium est, parentes, qui adeò
fuerint afflicti pro liberis, qui etiam tot tantáq; beneficia
in eos cõtulerint, relinquere, agglutinaríq; ei quã nunquam

D antea conſpexeris, neque quicquam boni antea ſit orſa, vel in te contulerit. Ingens enim reuera hoc myſterium eſt, quatenus ad Chriſtum ego hoc refero quippe quod prophetico ſpiritu de eo dictum ſit. Etenim & ipſe dimiſit patrem, non locali tranſitu, ſed condeſcenſu ad carnem, venitque ad puel-
1.Cor. 6. lam, ad ſponſam, quæ ipſum nunquam agnouerat, factúsq; eſt cum ipſa vnus ſpiritus. Qui enim domino agglutinatur, vnus ſpiritus eſt. Qua igitur ratione nuptiæ, adeóque matrimonium culpantur, vbi Paulus ad huius cõfirmationẽ & laudem de Chriſto myſterium producit, ipſum myſterium vel ſacramentum nominans? *Veruntamen & uos ſigillatim unuſquiſ*
E *que ſuam coniugem ſic diligat, ut ſeipſum.* Atqui etiãſi allegoricè hæc accepit, propter vxorem tamẽ dicta ſunt. Nec inuertit allegoria, mariti ſecundum literam habitudinem erga vxorem. Debet enim vnuſquiſque vxorem ſuam diligere, ſic foueré, haud ſecus q̃ ſeipſum. Nec mihi dicas, hũc & hunc defectum habet vxor mea: nam & tu in carne tua defectus habes, veluti manum mutilam, pedem claudum, oculum ſtrabũ, ſed minimè abſcindis hæc, ſed maiore illa cura dignaris. *Mulier autem ut metuat uirum.* Quia inordinationem & ſeditionem nonunq̃ parit æqualitas honoris ac dignitatis, propterea timorem inducit, vt vnus ſit principatus, vir ipſe. Metum autem hîc intenſam reuerentiam, & contractionem, ad-
F eóque obedientiam intellige liberalem, & liberis hominibus haud indignam, non ſeruilem. Ex huiuſmodi igitur metu dilectio emerget & commiſcebitur, ipſáque maritum ſibi rurſus hoc pacto deuinciet. Diliget enim coniunx virum tãquam membrũ, metuet autẽ ſeu honorabit tanq̃ caput. Quid verò ſi nõ metuat mulier? Tu tamẽ dilige, tuóq; officio fungere. Similiter & mulier, etiãſi enim nõ diligatur, metuat tamẽ. Animaduerte qũo multis verbis demõſtrauerit ac ſequutus ſit qũo à marito ſit diligenda coniux. De metu autẽ non perinde multa tradit, dilectionẽ enim primas obtinere opere præciũ eſt. Etenim coniux metu dilectionis metuere mari
Vxor ut ſe gerat in domo, tũ debet, vti dictum eſt, non eo metu qui faciat tremere ac pauere, ex quo odium potius naſcitur, ſed ita vt non reſponſet, non inſurgat, primatum non ambiat. Atqui ſi vna eſt caro, & ipſa principatum habebit, eámque ob rationem æqualem dignitatem. Verùm ſecundus eſt dominatus mulier, maritus autem hac eſt ſuperior.

CAPVT

CAPVT VI.

Iberi, obedite parentibus ueſtris in domino. Quem-
admodum qui corpus fingit, primùm quidem ca
L put, deinde collum, poſtremò pedes format: ſic
& Paulus dixit de mariti principatu primo, deinde de vxoris dominatu altero, deinceps de tertio imperio, quod eſt liberorum, verba facit. mulieris enim ſolus maritus dominatur, liberorum autẽ & vxor. Obedite igitur, inquit, parentibus, ſed in domino, hoc eſt, quando ſecundum dominum fuerint, hoc eſt ſi non reluctentur deo vel euangelio quæ vobis mandarint. Nam ſi pater ad impietatem te compellat, aut filiam proſtituere velit, aut B turpem artem docere filium, non eſt ſecundum dominum mandatum hoc, quare ne obediat. *Hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione.* Ab natura hoc iuſtum eſt, tum & lege cautum Exod. 20
eſt. Quomodo autem primum eſſe mandatum dixit, quum non ſit? Illud enim potius primum eſt, Non occides, Non mœchaberis. Atenim vide quid adiecerit, in promiſſione. Prima enim illa non habent promiſſiones & mercedem adiunctam. ſunt enim à malis diſceſſus quidam, non bonorum operationes. Porrò nemo dat mercedem ei qui ſibi à malo abſtinet. Hoc autem mãdatum poſtquam boni operationem primò habet, promiſſionem etiam accepit. Admirandus autem hic ordo eſt. Quum enim à prauis operibus legiſlator C homines abduxiſſet, perducturus eos ad bonorum operationem, primum erga parentes honorem conſtituit atque ſanciuit. quandoquidem enim illi primi nobis poſt deum beneſactores fuerunt, quippe quia vitæ autores, non immeritò primi ſunt qui noſtrorum fructuum emolumenta capiant. Vt *bene tibi ſit, ac ſis longæuus ſuper terrã.* Expẽde hîc tecũ, quàm non longa dicat & multa, tãquam pueri nõ poſſint quemuis prolixum ſermonẽ aſſequi. Nã marito & cõiuge iuxta leges quas ipſis præueniẽs poſuit, fornicatis, nõ eſt magni multiq; laboris pueros ipſis ſubiicere. Verùm neque de regno hîc diſſerit, neq; quopiam altiorum, verùm quæ potiſſimum anima infantilis audire deſiderat, hęc ponit: ad infãtes enim ei ſermo eſt. Quid autẽ iucundius pueris, quàm diu in terris viuere? quãdoquidẽ & Iudæis, tanq̃ infantib⁹, hæc lege ſunt ſan-

Parẽtibus ſecundum Vt deum plus debemus.

D cita, quum non possent perfectiora audire. *Et patres, nolite iracundiam prouocare liberos uestros.* Non dixit diligite, hoc enim natura ab ipsis vel inuitis postulat, sed ne ad iram prouocetis, hoc est, non exhæredes eos faciatis, neque abdicetis eos, neque oneroſos vos illis ac sæuos exhibeatis, ceu non sint liberi, sed mancipia semperque erga ipsos ægro animo. *Sed educate eos in institutione & admonitione domini.* Ad principium adeoque causam obedientiæ peruenit, monstratque parentibus quanam ratione obedientes filios faciant. Si enim, inquit, vis obedire tuos filios, institue eos diuino verbo, neque dicas religiosorum tantummodo esse legere scripturas: cuiuslibet enim Christiani est, maximè eorum qui in mundo versantur, quanto maiore ipsi auxilio indigét, ceu in tempestate agentes. Proinde pro te est quòd audiant

Christiani cuiuslibet interest scripturas legere.

E liberi scripturam: discent enim inde venerari patrem & matrem. Deinde Græcis sermonibus educas filium tuum, ex quibus pessima quæque docentur: verbum autem dei se secus habet. *Serui obedite dominis carnalibus.* Quia & seruorum virtus ad domus constitutionem pertinet eamque perficit, ne hanc quidem partem negligit, sed ad hanc postremò venit, quandoquidem & dignitate postrema sit. Non porrò autem hisce tanquàm paruulis & infantibus differit, sed tanquam adultis & consummatæ ætatis, perinde ac in procursu demonstrabimus. Dominos secundum carnem, heros temporis huius vocat. Statim enim eos consolatur, temporariam adeoque caducam istam seruitutem esse ostendens, vt quæ cum carne simul dissoluatur. *Cum timore ac tremore, in simplicitate cordis uestri, tanquam Christo.* De muliere verba faciés, simpliciter dixit vt maritum metuat, hîc verò cum exaggeratione. Tremor nanq; est timoris intensio. Vxor enim marito par est, eiusdemq; cum eo precij & honoris: serui autem non sunt eiusdem cum heris honoris. Quanuis enim fratres secundum Christum sunt, postquam tamen liberos alterum alteri obedire præcipit, adeoque vxorem marito, multo magis seruos dominis parere vult. Neque enim hæc res obscuritas est, sed prima potiꝰ nobilitas, nouisse se moderatè gerere, atq; cedere proximo. Quia vero nõ parũ multi dños suos metuũt, nõ ex beneuolentia tñ sed quãdo ignari fuerint, vel eos celare queãt, insidias potiꝰ eis struũt, & fraudulẽter cũ eis agũt, ideo in simplicitate cordis apponit, fraudulẽtiã tollés.

Non

Non secundum ocularem seruitutem, ceu hominibus placentes. Hoc A
est, non tantũ præsentibus dominis, sed absentibus quoque, candidè atq; fideliter, seruite. *Sed tanquam serui Christi.* Qui itaque hominibus placet, nõ est seruus Christi, vt in alio loco dicit: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. *Galat. 1.*
Facientes uoluntatem dei ex animo cum mansuetudine. Quia potest aliquis in simplicitate cordis vel citra dolum seruire, nec tamen omnibus viribus, sed certum tantummodo & segrega *Fides seruorum.*
tum opus persequi & perficere: hanc ob rem apponit iam, ex animo, hoc est, ex omnibus viribus & animi promptitudine, imò cum beneuolentia etiam, hoc est, cum omni patientia: & sponte, nõ vi. Hoc modo seruitutis obscuritas & ignobilitas tollitur, si voluntarij bonum faciant serui, non expectantes necessitatem & flagra. Voluntatem autem dei vel obedien- B
tiam vocat. vult enim bonam rerum constitutionem & ordinem deꝰ. Vel in illis obedite dominis vestris, in quibus deus vos morem vult gerere. fortasse enim, vt & in liberis dictum est, ad turpia quædam cõpellant domini, vel ad impietatem, quæ non sunt diuinæ voluntatis. *Seruientes domino, & non hominibus.* Ipse enim recipit, ac in sese trãsfert erga dominos ingratitudinem, quippe qui bonam in rebus & statibus ordinationem sanxerit lege. Tum qui hisce non inseruit, vt par est, diuinæ legi resistit. *Scientes quòd unusquisque, quod fecerit bonum, hoc feret a domino, siue seruus, siue liber.* Quia verisimile erat, multos dominos Græcos & infideles nihil boni impartituros eis qui fideliter eis inseruirent seruis, Etiãsi nihil, inquit, à domino secundum carnem accipias, neque vllam com C
pensationem feras, ab vniuersorum tamen domino expecta. Hîc autem ostendit quòd velut perfectioribus eis loquatur, & nõ veluti pueris. Illis enim diu in terris vitã duraturã proponebat, hos autem ad futuram vitam remisit. *Et uos domini eadem facite erga ipsos.* Eadem? qualia? vt cum beneuolentia seruiatis, & non tanquam hominibus placentes, sed cum timore ac tremore erga deum. Etsi enim verbis hoc non dixerit, attamen ista vult. Seruit & dominus seruo, curam eius anxiè gerens, omniaque ei necessaria præbens, ac simpliciter eum sustinens, eique condonans, & quod ait Solomon, cum eo simul sese circumagens, ac laborans. Audi *Eccle. 2.*
enim quæ sequuntur. *Remittentes minas.* Non dixit, remittentes flagrum, sed ipsas minas. Multo magis itaque

suppli-

D supplicum, hoc est, neq; in ipsis minis graues videri velitis. *Scientes quòd & uestri ipsorum dominus est in cœlis.* Animaduer
Matt. 7. & 10. te quomodo perterrefaciat. Qua mensura, inquit, metieris, remensurabitur tibi. Ne audias & tu, Serue nequam, omne debitum remisi tibi, nónne oportebat & te misereri conserui tui? *At respectus personarum non est apud ipsum.* Ne existimes, si immitis sis seruo tuo, dominum isthuc abs te non inquisiturum, ob personę vilitatem & cõtemptibilitatem. Hęc enim exteriorum legum sunt, quæ nouisse solent discrimen inter ingenuitatem & seruitutem. hominum enim leges sunt. Hîc autem sic non fit, verùm tu ipse etiam seruus es eiusdem dominí, & in conseruum tuũ austerus es? Nam à principio deus seruilem conditionem istam non creauit, sed circunuentio, qua captiui circunuenti sunt, & iniuria, qua patres & maiores affecerunt, vt in Canaan contigit. Etiamsi autem ab deo non sit condita, subiectionem tamen deus statuit & confirmat, ob fœlicem politiam, ne vita humana sanguine madeat & repleatur. *Fratres mei, confortamini in domino, & in potentia roboris eius.* Cuiuslibet domus est exercitus. omnibus itaque potestatibus ordinatis, sic in bellum eas educit. Nam quum proprium ordinem aut stationem nemo dereliquerit, res bellica bene habebit. Quia verò pleraque imperauerat quæ visa sunt difficilia transactu, Ne metuite, inquit, cæterùm in domini potentia confidite. Non enim simpliciter ei robur est, sed potentia roboris, hoc est, inexplicabilem habet fortitudinem, quæ in omnes dominetur, & omneis vincat.

E *Seruilis conditio a deo nõ est instituta.*

F *Induite armaturam dei, ut possitis uos stare aduersus insidias diaboli.* Quæ sit armatura, paulò pòst docebit. Animaduerte quomodo nõ dixerit, pugnas aut bella, sed insidias. insidiæ enim sunt decipere, ac per fraudem capere. Non enim manifestã proponit hostis peccata, vt idololatriam apertè non commendat, sed alia quadam ratione confirmat, insidias struens, hoc est, persuasibilia & verisimilia verba faciés, velamentisque vtens. Proinde quum ostendit aduersarium esse potentẽ, horrendum, & variũ, excitat eos, ac sobrios esse facit. *Quoniam non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem.* Et hoc non vt perterrefaciat, verùm vt attẽtiores reddat, dicit. hostis enim vires & potentiam denarrans, tutiores facit eos qui sibi iuncti sunt amicitia, vel iure humanæ societatis Non aduersum vulgares, inquit, hostes nobis lucta est, neq; aduersum homines

nes iisdem nobiscum affectibus imbutos, eiusdemque nobis- A
cum potentiæ. *Sed aduersum principatus, aduersus potestates.* Perinde ac deus principatus habet ac potestates, hûc ad modum arrogans tyrannus huiusmodi ordines fecit. *Aduersus principes mundi.* Non quòd in mundũ seu creationem domi- *Mundus*,
nétur, eiúsve domini sint, sed scripura mundũ nouit ipsa pra- *praua ope*
ua opera, horumq; peccatores, quemadmodum & illud: Vos *ra.*
non estis porrò ex mundo, hoc est, ex iis qui praua operãtur, *Iohan. 15*
ac tentant. In hos igitur imperium exercent dæmones, vt in redactos in seruitutem sui. *Tenebrarum seculi huius.* Tenebras, nequitiam dicit quæ in hoc seculo videtur, & consistit, latius autem non pergit. *Aduersus spiritualia nequitiæ.* Contra ipsos illos dæmones. Quum autem & angeli sint spiritus, apposuit nequitiæ: siquidem illi cum bonitatis tum luminis B
sunt spiritus. Quia verò nos nõ bellum gerere affirmauit aduersus sanguinem & carnem, è cõtrario adiicit, sed aduersus leues, facillimè mobiles, qui difficillimè capiantur dæmones pugnamus. *in cœlestibus.* Per hoc rursùs excitauit auditorem. De magnis, inquit, periculum est: non enim de terrestribus & corruptibilibus, sed cœlestibus res agitur. Præpositio enim (in) est pro super vel propter, vt sit sententia, propter cœlestia belligeramur, quare nos sobrios esse oportet. *Propterea assumite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo.* Hoc est, in præsenti tempore: hoc enim diem malum appellat, à malis nimirum quæ in ipso cognoscuntur. Consolatur C
autem per hoc, quòd ostendat breue admodum esse belli tem- *Dies ma-*
pus: quum enim diem dixit, breuitatem indicauit. *Ac o-* *lus.*
mnibus deuictis stare. Omnia, affectus ipsos, absurdasque cupiditates, καταγωνιζόμενοι id est, debellantes, auferentes. Et postquam plerique parta victoria ceciderunt, stare addidit. Opus est enim post victoriam etiam consistentia, ne qui victoriam obtinuit, rursus debelletur. si enim ad torporem lapsi fuerimus, reuiuiscet occisus hostis. Obserua autem: quum fieri possit vt vincamus atque consistamus, non debemus in posterum esse desides, prætexẽtes fortiores esse hostes, quàm quibus resistere queamus. Etenim confortati ac docti sumus talem artẽ, vt & aduersus dæmones luctari queamus, imò nõ solũ luctari, verũetiã terriculaméto esse dęmonibus, propter inhabitantẽ in nobis virtutẽ, vt ne lucta quidẽ indigeamus, *Lucæ. 10*
sed supra serpẽtes & scorpios gradiamur, eosq; cõculcemus.

Hæc

D Hæc autem dicit Paulus, ꝙ multi essent opponentes sese illis, docens quòd dæmones nobiscun per ipsos, vt media, dimicent. Itaque ne hominibus irascimini, sed dæmonibus austeritatem vestram exhibete. *State circuncincti lumbos uestros in ueritate.* In rebus bellicis primum est nouisse bene stare, adeóque stationem suam tueri. Propterea diuus Paulus stationis primùm meminit, & ad eam adhortatur, stationem exigens probè ordinatam, militibúsque conuenientem. Qui enim reuera stat, erectus stat, non inclinans vel innitens cuipiam fulcro, tanquam is qui non stat neque rectus E est, tanquam lasciuus & libidinosus. amás pecuniarum enim & qui in deliciis versatur, non stat rectus, sed inflexus est. Porrò stationis mentione facta, cingit deinde militem spiritualiter omnino, ac circuncingit diffluentem & solutum in concupiscentiis, per cingulum ita eos cohibens. Lumbos autem hîc dicit animæ fortem omniaque ferentem virtutem.

Lũbi qui i telligãtur

Quod autem carina est in nauibus, hoc & in animali lumbus, veluti nimirum fundamentum quoddam, vnde & sæpenumero defessi, manibus super lumbis impositis nos ipsos baiulamus. Hunc ad modum spiritualis lumbus est, quem qui habet, vt circuncingat in veritate præcipit, quæ cum in dogmatibus, tum vita renideat. Nemo enim hæreticorum F cingitur in veritate, sed infrà circa terram trahuntur ac repunt. nihil enim altum intelligere possunt, sed humanis cogitationibus & humi repentibus trahentibúsque sese, diuina explorant. Præterea in vitæ suæ moribus nutantes, mundiqi imposturæ adhibentes animum, non cinguntur in veritate, sed infrà demissi mendaciis inhiant. At verò nos hoc pacto non oportet agere, cæterum omnia perficere & ordiri in veritate, atque si doctrina fuerit vel institutio, in ea verum inquirere: ac si vita, pariter. Insuper omnis fuci doliqué oportet nos expertes esse, neque alterum ab altero mendaciis cir-

Cinctura quid sit.

cunscribi decet. Quòd si hanc ad rationem succincti fuerimus, ad cursum erimus faciles. Per cincturam denique istam

Psal. 108

vos vult excubias canere, perinde ac Dauid inquit: Tãquam cingulum quo semper circuncingatur. Semper enim aduersum nos bellum geritur. Gregorius autem theologus per lũbum concupiscentiam intelligit (in lumbis enim renes sunt, qui in scriptura concupiscentiæ symbolum sunt) per veritatem autem, contemplationem. Adserit ergo quòd Paulus

omnem

omnem concupiscentiam nostram contemplatione & intel- A
lectu Dei circuncingere præcipiat. qui enim Deum contemplatur. eóque oblectatur, huic ceu reuera amabili, non permi
serit Deus cupiditatem eius ad inferas res demitti, adeóque circũ terrestria trahi. *Et induite thoracem iustitiæ.* Iustitiã hîc vniuersaliter vitã virtutibus cõptã dicit, perinde quasi adse
rat, munite pectus vestrũ bonis ac iustis rebus. Vt eñ thorax hominẽ cõseruat ne saucietur, sic & iustitia cõseruat eũ, q ea
munitur. *Induti etiã pedes in ꝑparationẽ euãgelii pacis.* Pulchra nobis calceamenta & caligas subdit. Vel igitur hoc dicit, ꝙ
oporteat nos præparatos esse ad euangelium prædicandum *Esaiæ. 52*
promulgandumque. Quàm speciosi enim pedes, inquit, euangelizantium pacem. Vel quia oporteat nos promptos esse *Suprà. 5.*
ad exitum, vt adeò rectè & honestè secundum euangelium B
viuamus: pedes enim sunt vitæ symbolum. Propterea dicit, quomodo? Exactè & circunspectè obumbulate, cui & dominus consentit. Præparatio autem & euangelium, sunt opera
bona, vti dictum est: In præparatione cordis ipsorum audiuit auris tua. Præclarè autem dixit pacem. Simulac enim bel *Psal. 9.*
li pugnæque meminit, ostendit quòd aduersus dæmones pugnandum sit, non aduersus homines. pacis enim est euangelium. Nam si contra dæmones pugnemus, pacem habemus
apud deum, aduersus quem non oportet nos denuo conflictari dissoluendo pacem. Porrò euãgelium est, victoria iam
parta est: ne igitur metuamus. *In omnibus assumentes scutum fi* C
dei. In omnibus, nempe in veritate, iustitia, & præparatione euangelii. hæc enim omnia hac indigent. Non autem hîc
veræ religionis agnitionem dicit, sed indubitatam fidem, quæ de futuris credere perinde faciat, tanquam sint præsentia: quæ & miracula perficiat, quæ sit adeò ignita & calida,
vt & montes transferat. Quemadmodum igitur scutũ seu clypeus omni corpori obiectus est ceu ianua quædam custodiẽs
& concludens ipsum: hanc ad rationem firma & indubitata fides animæ est in custodia. Fides est scutum, non vana hominum & pseudodidascalorum sophismata, imposturæ, ac
deceptoriæ argutationes. Scutum fidei contegit, ista verò impediunt. *In quo poteritis omnia tela scelerati ignita extinguere.* *Fides pro scuto.*
Hoc est, absurdas cupiditates, infidelitatis cogitationes, qua les sunt, num resurrectio est? num iudicium? ac tentationes.
Ignita verò appellat, non solùm quòd cupiditates igneſcant

&

D & conflagrent, ad turpia opera incendentes, verumetiá quòd in conscientia inde iam ardeamus. Insuper per infidelitatis ratiocinationes adeóque cogitationes vrit nos diabolus, per ýque tentationes. Fides igitur has omnes extinguit tentationes & mala. si enim dæmones sibi subiicit, quanto potius affectus? Si enim concupiscentia te inflammat, futuris bonis credens, obuenturæque lætitiæ, eam extingues. siue tentationes te inuadant, fidem adhibens futuris bonis, consolationem recipies. Reputa tecum quomodo vreretur Abraham quando gnatum offerret, sed fides flammam istam extinguebat. *Et galeam salutis accipite.* Si enim fidem habeamus, quę nos seruet & custodiat, protinus seruanteis etiam cogitatio

Gene. 22 Abrahæ fides.

E nes accipiemus, quę caput nostrum seu præcipuam & principem nostri partem conseruent. *Et gladium spiritus, quod est verbum dei.* Per ea quæ suprà dicta sunt, armauit nos Paulus ne lædamur ab hostibus: nunc verò arma subministrat, quibus ipsi potius nos hostem lædere possimus. Siue igitur spiritum ipsum dicit ensem spiritus periphrasticè, vel spiritualem vitam, per quam caput draconis abscinditur: spiritualis hic ensis verbum dei est, hoc est mandatum. Si enim mandata eius fecerimus, occidemus serpentem istum tortuosum, vt

Esaiæ. 27 Esaias inquit. Vel verbum dei est vt, In nomine Iesu Christi

Actuũ. 3. surge & ambula, huiusque similia. Vel simpliciter ensem spi-

Hebr. 4. ritus, spiritualem sapientiam vocat. Viuus est enim sermo dei & efficax, acie sectioneque sua omnem gladium super-

1. Cor. 2. rans. Qui huius spiritualis ensis donum habet, verbum dei citra fucum & simulationem proloquitur, instar Pauli huius.

F *Per omnem orationem & precationem orantes omni tempore in spiritu.* Postquàm armis eos militaribus induit, ad imperatorem eos deinceps ducit, vt precentur eum quò manum porrigat. Quum enim dixisset, poteritis extinguere: ne inflentur, inquit, Opus est nobis dei auxilio: omnia autem perficietis cũ præmemoratis. Orantes porrò, non simpliciter, sed cum omni precatione & rogatione, cum fletu, & pectoris compũctu, & complausu, cum inflexione genuũ, idque genus similibus: nec statis tantummodo horis, verùm & omni tempore, idq; in spiritu, hoc est, spiritualia petentes, & nihil mundani. Dicens porrò orantes cum omni oratione, indicauit posse quépiam orationem facere, nec tamen orare, vt si battologus fuerit, hoc est, si multa citra attentionem deblacteret. *Et in hoc ipsum*

ipsum vigilantes. Vel nocturnas hic vigilias dicit, vel animæ excubias. Atqui vtrunque hic accipere licet. sobrium enim esse oportet armatum, quem apud regem adeóque imperatorem stare oporteat. *In omni perseuerantia & precatione.* Quẽ admodum Chananæa muliercula, & vidua, & Anna. Eam verè est precatio, quæ fit cum perseuerantia. *Pro omnibus sanctis, & pro me.* Non pro nobisipsis tantum nobis est orandum. Obserua hic moderatam Pauli mentem. etenim se vltimo loco ponit, discipulorumque oratione opus habet, id ýque quum catena vinctus pro Christo teneretur. Quinetiam & Petrus catena vinctus erat, verum pro ipso vehemens & intenta oratio ab ecclesia fiebat. *Vt mihi detur sermo in aperitione oris mei.* Non igitur meditabatur quæ diceret, verùm sicuti Christus ait, Ne anxiè cogitetis quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquemini: hunc ad modum Paulus aperiens os, quæ à deo suppeditabantur proferebat, sicque omnia diuina gratia perficiebat. Hic autem intelliges gladium spiritus, quod est verbum dei. *Vt cum libertate patefaciam mysterium euangelii pro quo legatione fungor, in catena, ut in ipso liberè loquar & agam, quemadmodum me oportet loqui.* Hoc est vt rationem fidei meæ reddam, méque defendam, perinde ac conuenit, cum fiducia, adeóque loquendi libertate, & fortitudine, multóque intellectu. Ad quos autem legatione fungeris? ad homines, vt ipsos reconciliem deo. At isti interim me in vincula coniecerunt, quum tamen ius sit & legitimum, quòd legati nihil patiantur mali. Catena igitur mihi circumposita est, vt meam mihi fiduciam & libertatem cohibeat. Vestra autem oratio aperiet mihi meũ os, vt liberrimè loquar atque proloquar quæcunque mihi is qui me legatum emandauit, mihi commisit. Viden' gladiũ, libertatem & alacritatem enunciandi verbi dei, quem accepturus erat Paulus in apertione oris?

A Actuũ. 12 Matt. 10. B C *Legati, nihil malipatiantur.*

Vt autem sciatis & uos quomodo res meæ habeant, quidue agam, omnia uobis patefaciet Tychicus dilectus frater, & fidelis minister in domino. Quæ ad institutionem & consolationem pertinere videbantur, ipse per epistolam indicauit. Quia verò & vinculorum meminit, non immoratur in sermonibus circa eam rem, sed permittit aliquid & Tychico disserendũ de sese, ne ipsa viri præsentia sit inutilis. Si igitur dilectus est, omnia nouit. si fidelis, non mentietur. Minister autem

Dtem in domino, hoc est, Dei gratia ministrans, adeóque in diuinis rebus, non propter aliquam rem mundanam, vel ob quampiam rem terrestrem. vel frater in domino, quod est spiritualis frater. *Quem misi ad uos in hoc ipsum, ut sciatis quæ circa nos gerantur, & consoletur corda uestra.* Diuus Iohannes sic legit: Vt sciatis quomodo res nostræ habeant, hoc est, vt vobis de me annunciet, nec sinat vos mei causa occumbere, nimiúmve contristari, quippe qui iam grauia admodum patiar, catenámque feram. Hoc autem dilectiõem indicat, cùm eius erga ipsos, tùm illorum erga ipsum. *Pax fratribus, & dilectio cum fide à deo patre, & domino Iesu Christo.* Pacem eis exoptat, atque cum fide dilectionem. Id autem tale est, vel vt
E ne alterius opinionis homines diligant, vel vt solos fideles: vel quia oportet & fidem habere eos, vt de futuris cõfidant. Sine fide nanque nihil prodest charitas, imo ne dilectio quidem fuerit sine fide. Animaduerte autem quomodo pacem dixerit. Dicens autem quomodo hæc ipsa fiat, intulit, per charitatem. At vnde charitas? si fidem habeamus. *Gratia cum omnibus diligentibus dominum nostrum Iesum Christum in incorruptibilitate. Amen.* Pacem hic à gratia diduxit, vtramq; seorsim ponens, etiamsi vbique aliàs connectat. Quod ait in incorruptibilitate, accepit vel pro puritate diligentium
F Christum, non in diuitiis aut gloria, sed in incorruptibilibus, hoc est, propter incorruptibilia: vel quia diligens Christum, propter virtutem ipsum diligit. Impuritas enim est corruptio, virtus autem incorruptibilitas. Sicut enim virginem corrumpi dicimus, hac ratione animam corrumpi affir-
2. Cor. 11. mamus. Propterea & Paulus, Nequo modo, inquit, corrum-
2. Tim. 3. pantur mentes vestræ: &, Corrupti mentem. Contingat igitur & nos dilectionem erga Christum ostendere, cùm per vitæ ornatum & puritatem, tum per hoc quòd incorruptibilia illa bona inquiramus, ac simpliciter per omnem virtutem conspicuam vitam, quæ incorruptam seruat animam, non corruptam studiis & iniquitatibus, in ipso Christo incorruptibili sponso virginum & incorruptarum animarum, cui gloria in secula. Amen.

Scripta est à Roma ad Ephesios per Tychicum.

AD

Pauli per Theophylactum Bulgariæ archiepiscopum Enarratio.

ARGVMENTVM.

Hilippenses sunt à Macedoniæ vrbe Philippis,
P cui id nomenclaturæ à conditore Philippo inditum, appellati, metropoli Thessalonicæ tum tributarii. Haud parum autem boni diuus Paulus de ea prædicat ac testatur. Porrò quum in vincu-
lis ageret, hanc epistolam scripsit. post primam enim defen- 2. Tim. 4
sionem suam, cuius meminit in epistola ad Timotheum, rur- Philip. 4.
sus est vinctus. Miserunt autem Philippenses ei per Epaphro
ditum quibus opus habebat, cognoscere pariter cupientes B
quæ cum eo agerentur. Postquam autem verisimile erat eos turbari quum audirét magistrum suum esse vinctum, scribit hoc eis Paulus, docens quòd vinculis suis non debeant turbari, quin potius exhilarari, quòd pro Christo ea patiatur. Consilium autem eis dat, vt sint vnanimes ac modesti, & humili affectu præditi. Carpit insuper Iudæos, qui Christianismi prætextu Christianam doctrinam ac religionem va- Canes Iu-
stabant, canes eos prauósque operatores appellans. Multa de dæos Pau
moribus ipsis disputat. Facit etiam prudenter mentionem lus uocat.
missorum sibi necessariorum. Videtur autem honorificè cũ illis miscere colloquia. multum nanque virtutis atque conatus & operæ in fidem contulerunt. Hìc erat purpuræ vendi-
trix, hìc synagogæ princeps crediderat, hìc præterea Pau- C
lus flagris cæsus cum Sila in carcerem coniectus fuit, hìc & carceris custos vno signo permotus, accessit Christo cũ vniuersa domo, hìc duces militum timuerunt Paulum, rogarũque vt exiret: ac omnino prædicatio eius præclarum ac splendidum isthic exordium habuit. Atque hæc ex apostolorum Actu. 16.
actis discimus. Attribuit autem ipsis Paulus non modò fidẽ
rectam, adeóq; pericula quæ propter euangelium sustineãt,
eis testificatur adesse, verumetiam voluntatem, quæ libenter
imperriat egentibus, quorum omnium causa vehementer eos
cùm amare tum honorare videtur.

CAPVT

Caput I.

PAulus & Thimotheus, serui Iesu Christi. Hic non ponit dignitatem authoritatémve suam apostolus, verùm se seruum Iesu Christi scribit. Magnũ quidẽ hoc est, sed cõmunius. Timotheo autem scribens & Corinthiis, apostolum se vocat. Quam ob causam? Quia isthic multa ordinaturus erat, vt pterea Apostoli autoritatem adsumpsit. Hic autem nihil tale iniungit, sed velut pares æquali honore eos prosequitur. *Omnibus sanctis in Christo Iesu.* Quia Iudæi seipsos sanctos etiam appellabant, quippe quia populus sanctus erant, eam ob rem adiecit, in Christo Iesu. Qui enim in Christo Iesu sunt, ii verè sunt sancti, illi autem prophani. *Coepiscopis & diaconis.* Coepiscopos, grandiores natu appellauit. non enim in vna vrbe multi episcopi fuerunt. Nondum enim erant distincta nomina, verùm episcopi, diaconi etiam & presbyteri vocabantur. Timotheo enim episcopo scribens, Diaconiam, inquit, hoc est ministerii tuum, certifica. & rursus, Quod datum est tibi cum impositione manuum presbyterii, hoc est, episcoporum. non enim presbyteri episcopũ eligebãt. rursus presbyteri, episcopi etiã dicebantur, vt qui & ipsi populũ inspectarent, eiúsq; gererẽt curam, vt purgarent illustrarẽtq; eos quos esset necesse. Cuius autẽ rei gratia nunc clero scribit, quod nusquam alio in loco fecit? Quia ipsi Epaphroditum adlegauerant, qui quæ apostolo essent viui, adferret. *Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo.* Consuetã sibi salutẽ apponit, imprecãs eisvt gratia dei perfusi ac donati floreãt, ne eleuati alter erga alterũ, excidant à pace & cõcordia. Charismata eñ, nõ attendẽtibus fastus sunt causa. *Gratias ago deo meo pro omni memoria uestra semper, in omni oratione mea pro omnibus uobis.* Quoties, inquit, vestri recordor (semper aũt hoc facio) glorificо deum, q̃ adeo in virtute creueritis: neq; tamen quum sic probati sitis in diuinis rebus, desino precari, sed pro omnibus rogo, vt porrò fœliciter pergatis. *Cum gaudio precationẽ meam faciens.* Potest enim & cum mœrore mentio cuiuspiã fieri, vt quum alibi dicat, Ex multa afflictione & anxietate cordis mei scripsi vobis. Proinde cum gaudio meminisse, signum est illorum virtutis. *Super communicatione uestra ad euãgelium, à prima die usq; nunc.* Magnæ ac verè apostolicæ rei testimonium illis dicit, eãq; illis attribuit, nimirum q̃ socii, inquit, mei estis, ac participes laborum euangelii, non vnius laboris tantum aut afflictionis, vel alterius, cæterùm à tempore quo credidistis, vsq; in hũc diẽ. Quo aũt mihi cõmunicatis? allegantes mihi quę mihi sint necessaria, meiúque gerentes curam. Qui enim boni quicquam attentanti auxiliatur, omnibusq̃ modis succurrit, particeps ei fit operis. Hãc ad rationem martyribus communicauit, qui hos potẽter libe rauit. Ascetis porrò, hoc est exercitatoribus, quales sunt qui in eremo operantur, adeóque cœnobiis, qui efficiunt vt omni cura & solicitudine vacẽt, ac doctoribus qui in causa sunt vt non aliis negociis præterquam suis occupentur distrahan turque, coronarum participes redduntur. *Confidens hoc ipsum, quòd qui cœpit in uobis bonum opus, perficiet.* Gratias ago inquit, & lętor, cõfidẽs q̃ deus q orsus est in vobis bona opera facere, ipse etiam compleat. à prẽteritis eñ de futuris confectũrã facio. Obserua hic qui eos moderata sapere doceat, Deo cuncta accepta referens, non ipsis solis: neqne sic tamen eos sua laude priuauit. Dixit eñ, qui orsus est in vobis, hoc est, per vestrã voluntatẽ. Si eñ hominis volũtas nõ adsit, neque deus operabitur. sin simpliciter deus operaretur, nihil remorabatur eum quo minus in Grecis adeoque cunctis planè mortalibus operaretur. Haud parum autem laudis hinc illis nascitur, ceu deo gratiam suam contrahente, vt ipsis cooperetur, & quia talia tantaque sunt opera, vt ne ab humanis quidem viribus transigi queant. Animat autem eos, ne desidia grauentur, atque in torporem deuoluantur: nam si deus perfecturus est, non perinde multum vobis vel laboris vel negocii erit. *Diẽ aduśq; Iesu Christi.* Hoc est, vsq; ad aduentũ domini. Sic, inqt, cõfido, q̃ nõ in solis vobis dominus operabitur, sed & in iis q̃ per nos crediderũt, & oĩbus q ipsi crediderint, ad mundi vsque consummationem. Vel suum cuiusque obi-

1. Tim 1.
2. Tim. 1.
1. Cor. 1.
2. Cor. 1.
Exo. 19.
2 Tim. 4.
1. Tim. 4.
Infra. 4.
2. Cor. 2.
De q̃ i intuitis non operatur.

D tum, diem Iesu Christi intellige, hoc est consummationē & finem. *Quemadmodum est iustum mihi hoc sapere de omnibus uobis, eo quòd habeam uos in corde, in defensiõe & cõfirmatione euãgelii.* Cõfido, inqt, vos ad finē vsq; tales fore, atq; hoc de vobis cogito: quādoquidē semper gerā vos in corde meo, atq; scia opera vestra nimirū q̄ absentes etiā detis operā cōsortes fieri gratię euãgelii vinculorūq;. Proinde iustū est me talia de vobis coniecturare, atq; ex primordiis finē colligere. Quantum autē est encomii in corde Pauli eos esse, Pauli inquā, nō simpliciter ita, sed cū iudicio diligētis? Sed neq; quū sisteret Neroni, corā eo rationē reddēs causæ meæ, méq; defendens, de feciſtis à recordatione mei. Confirmationē aūt euãgelii, vincula & afflictiones intelligit. Porrò & hęc defensionē dicere poteris. Perspicuū enim est, nisi fuisset persuasus inexplicabiles esse permutatiões, & nullis verbis enarrabilia bona quę expectaret, nō fuisset vinctus, neq; sęuū adeóq; beluinū Neronē offendisset, eiq; nō restitisset, nisi aliū imperatorē figillatim animo suo cōspexisset. Itaq; afflictiones sunt cōfirmatio euãgelii. *Qui omnes uos estis consortes mei in gratia.* Ponit hīc ob oculos, se citra iudiciū haud eos diligere: ꝓpterea, inquit, habeo vos in corde, q̄ estis mihi cōsortes gratię huius, id est, afflictionum & vinculorum, nauatisq; operam, ne vos in afflictionibus deseratis, néue destituamur, verùm vt tentationum quas pro euangelio sustinemus, potius participes efficiamini. Quòd eīm vincula sint gratia, planū est ex eo quod dominus ait, Sufficit tibi gratia mea, potentia enim mea in infirmitate perficitur. Vel quod potius est, vt & in procursu dicet, quòd vobis donatū est pro Christi nomine pati iniuriam. Animaduerte autem hic, quomodo non dixerit participes, sed comparticipes, indicans, se aliis etiam communicare, perinde ac in alio loco ait, Vt consors euangelii fiam, hoc est, vt cōmunicem repositis bonis, quibus euangelium annunciantes perfruentur.

Testis enim mihi est deus, quod desiderē omnes uos in uisceribus Iesu Christi. Non q̄ ei non adhiberetur fides, hæc dicit. enimuero quia non multā orationis dispositionem & facultatem habebat, qua hoc testaretur & planum faceret, Deo hoc relinquit, corda exploranti. Estq; euidens argumentum eum esse veracem. nō enim si eis adularetur, Deum vocasset testem. In viscēribus autem dixit Iesu Christi, hoc est, non ob humanam

Paul⁹ ante Neronem adductus.

Testē deū cur aduocet Paul⁹

nam quampiam commoditatem, nec quia transmisistis mihi quibus haberem opus, sed ob diuinam dilectionem. Vel quia pater vester factus per fidem in Christum, viscera habeo erga vos nō porrò naturalia, sed qualia Christus genuinis suis seruis impertit, qui per euãgelium ipsi nascūtur filii. Omnes autem desidero & vehementer amo, quandoquidem & omnes tales estis. *Et hoc oro, ut charitas uestra magis magisq; exuberet.* Atqui hac ratione, nempe impensē amatus, adhuc vehementius vult amari. charitatis enim modus est, nunquā pedē figere. Vide quī cum intentione vsus sit dictionibus, magis magisque exuberet, dicens. Hæc autem ait non vt ipsum solum diligant, verumetiam alios. *In agnitione & omni sensu.* Hoc est, vt non simpliciter quosuis diligatis, sed cum probatione, & cognitione, & iudicio. pleriq; enim citra rationem diligunt, hinc neque stabiles sunt talium amicitiæ. Vel vt ne hæreticos diligatis. *Vt probetis uos, quæ excellant.* Hoc est, quæ commodent. Si enim cum exploratione ac iudicio diligatis, potestis quod commodum est examinare, & agnoscere quinam diligendi sint, fideles nimirum: & qui non, infideles videlicet. Quomodo igitur alio in loco ait, Cum omnibus hominibus pacem habete? Primùm quidem non simpliciter dixit, sed cum conditione, Si fieri possit, cum omnibus habete. Deinde aliud est habere pacem, aliud diligere. illud enim à pugna & contentione alienos nos esse iubet, diligere verò animi affectionem postulat, ac veluti contemperationem, morúmque similitudinem, quæ hæreticis non est exhibenda. Si enim oculus tuus offendit te, excinde ipsum. *Vt sitis synceri, & absque offensione ad diem Christi.* Non in meum hoc commodum dico, sed ne vos nothum & adulterinum aliquod dogma charitatis prætextu recipiatis. Sitis autem synceri, in iis quæ ad deum pertinent: sine offendiculo, quo ad proximum. Etiamsi enim te non lædat quæ tibi cum hæretico amicitia intercedit, alius tamen offenditur. Quomodo igitur in die Christi inuenieris syncerus, fratribus tuis offendiculum ponens? *Impleti fructibus iustitiæ, qui fiunt per Iesum Christum, ad gloriam & laudem dei.* Hoc est, vt cum doctrinæ rectitudine, vitam etiam minime condēnandam ducatis: per iustitiam enim omnem virtutem intelligit, vel eleemosynam speciatim. Non autem vt imperfectè virtutem aut eleemosynam operemini, sed vt sitis impleti. Quan-

Hæreticā amicitia fugienda.

D doquidem autem & infideles videbantur sibi & virtutem & eleemosynam vendicare, adiecit, qui sunt per Iesum Christum illorum enim opera non sunt secundum Christum, sed ob vanam gloriam, & vt hominibus placeant. In gloriam autem dei hoc cedet, non in meam docentis hæc: quare non est quòd obsistatis gloriæ dei. Simul autem animat eos, perinde quasi deus sit suppetias illis laturus in opere quod ad gloriam eius sint peracturi.

Cognoscere autem uos uolo fratres, quòd quæ mecum aguntur, in euangelii promotionem cesserunt. Verisimile erat eos, quum discerent eum vinctum, turbari, quasi Euangelii prædicatio adeóque cursus impediretur. Hanc itaque tollens suE spicionem, ait, Non solùm non impediuerunt Euangelium vincula mea, sed & in promotionem & fœlicem potius cursum cesserunt.

Vt uincula mea manifesta fierent in Christo, in toto prætorio, & reliquis omnibus. Hoc est, vt vinctus quum sim, maiori fiducia & alacritate loquar verbum, neque quicquam conticescam, adeò vt & prædicatio verbi ad ipsum vsque prætorium peruenerit, hoc est, ad ipsam regiam, atque adeò vniuersam vrbem. Hoc autem in Christo factum est, id est, non meum est opus, sed Christi: vel vincula mea in Christo, id est, quæ propter Christum perpetior.

F *Et ut plures fratrum in domino confidentes uinculis meis, abundantius audeant citra metum loqui uerbum.* Et antea quidem liberè docebant verbum, nunc verò id agunt maiore fiducia & alacritate, postquam me animaduertunt esse confidentem & alacrem, idque quum vinctus sim: & illi ad æmulationem confortati sunt, postquam me viderunt vinctum. Quia verò magnum erat dicere, ego ipsos animani, confidentésque reddidi, in domino dixit. Si igitur qui proxime sunt mea vincula, non turbantur, sed maiorem potius animum atque fiduciam recipiunt, quanto potius vos conuenit esse confidentes?

Quidam per inuidiam & contentionem, quidam autem per bonam uoluntatem Christum prædicant. Quum comprehensus esset Paulus, haud pauci etiam infidelium annunciabant etiam Christum. volentes ad maiorem iram accendere Neronem, vt eò celerius Paulum è medio tolleret, veluti prædicatione vbique per eum dispersa, & vndique dissemi-

Nero.

disseminata. hoc enim est quod ait, per inuidiam & contentionem. Vel tanquam & ipsi honorari voluerint, atque aliquid meæ gloriæ auellere. Alij autem per bonam voluntatẽ, inquit, hoc est, sine simulatione, ex animo, rectáque sententia. *Alii autem ex prouocatione Christum prædicant, non caste.* Hoc est, non syncerè, neque propter ipsum bonum. *Putantes ita se afflictionem ferre carni meæ.* Existimantes me hoc pacto, inquit, ad maius prælium iniicere: verùm conatus illorũ ipsis hac ratione non procedit. Nam inde prædicatio verbíq; ministerium redditur præclarius, meúmque gaudium propterea maius est. Viden' quòd bonum opus facere liceat absque etiam deliberatione & voluntate præuia bona, atque nõ solùm mercedem non recipere, cæterùm pœna etiam affici? B *Alii autem ex charitate, scientes quod ad euangelii defensionem positus sim.* Hoc est, nonnulli ex charitate cùm erga dominũ, tũ me, euangelium prædicant, compertum habentes quòd verba sim facturus pro prædicatione, ac rationem prędicati verbi redditurus, ac propterea mihi auxiliantur opere suo. Si enim multi fuerint accedentes prædicationi meæ, facilis mihi defensio erit. In hoc igitur ipsi cooperantur, haud paucos instituentes. *Quid enim? Omni modo, siue prætextu, siue ueritate, Christus annũciatur.* Quid enim, inquit, opus est multa dicere? Quid mihi curæ est, sicne vel aliter, ex prætextúne, hoc est cõtẽrione ac simulatione, siue veritate, hoc est rectitudine & syncerítate mentis, Christus p̃dicatur? Hinc nõnulli stolidi C putarũt q̃ Paulus aditum dederit hæresibus. Modò Christũ, inquiunt, p̃dicet qs, nihil refert. At primũ cõtẽplare: nõ dixit annũciet, vt legẽ sancire videatur, sed annũciat, id qđ fit enarrans recitansq;. Deinde etiamsi ceu legem sanciens ac præcipiés dixisset, neq; sic tamen aditum hęresibus dedisset. quomodo? Nã illi qbus de agit, nõ praua dogmata introduxerunt, sed vera quidẽ prædicabãt, nõ rectè tamẽ, neq; vero scopo. Hæretici autẽ de industria & in primis recta nõ prædicant, cæterũ peruersa & adulterina, præter hoc q̃ peruersus etiam illis scopus sit. *Et in hoc gaudeo, imo & gaudebo.* Illi, inquit, vt me conturbent, hęc faciunt, ego autem lætor: nam Christus hac ratione latius prædicatur. Et si porrò hoc faciant, eo abundantius ego lætabor. Vides artes diaboli, quo modo illum ipsum infringant. *Noui enim quod hoc mihi euenier in salutem.* Hoc: quale? quòd verbi prædicatio crescat.

Hæretico rũ doctrina puersa

D *Per inimicitiam quam erga me habent & zelum per uestram prædi*
cationem, & suppeditationem spiritus Iesu Christi. Modestiam &
insignem animi moderationem hîc expende in diuo Paulo.
Quũ enim ex innumeris eius operibus atque virtutibus de-
beatur ei salus, adiicit tamen, Si vestris orationibus adiutus
ac donatus fuero, subministratusque fuerit mihi per eas am-
plior spiritus, hinc mihi salus erit. Suppeditationem enim,
maiorem gratiæ spiritus augmentationem ditit. *Iuxta expe-*
ctationem & spem meam. ἀποκαραδοκίαν expectationem firmam
& immobilem spem vocat, ab eo quòd caput totum videatur
annuere ad id quod firmiter sperat. Ait ergo, Spero me fir-
miter conseruatum iri. Salutem autem, liberationem à Ne-
ronis crudelitate intelliges. Vt enim primum periculum eua
E si, sic & imminens effugiam. Docet hîc ne totum negocium
Psal. 32. nostrum aliorum orationibus committamus, cæterùm nos-
Eccle. 2. ipsos oportere etiam quicquam afferre, perinde ac ipse spe
Roma. 5. omnium bonorum causam affert. Quinetiam propheta ait:
Fiat misericordia tua, quemadmodum sperauimus. & alio in
loco: Quis sperauit in dominum, & pudefactus est? & ipse a-
deò Paulus, Spes non confundit. *Quoniam in nullo pudefiam.*
Hoc est, neque in vita, prædico enim euangelium: neque in
morte, non enim superarunt hostes. Etsi enim occiderint,
maior mihi potius inde gloria crescet, quæ nullo me pudo-
re neque ignominia afficiet. Attamen ne hoc quidem erit.
Verum in omni fiducia magnificabitur in corpore meo Christus, siue
per uitam, siue per mortem. Isti, inquit, dolo suo putarunt sese
me in pericula & mortem coniecturos: non succedet autem
eis conatus, sed liberè, hoc est palàm & irrefragabiliter ma-
gnificabitur Christus in corpore meo, hoc est, tantisper dũ
viuo, corpus hoc circũferens: non enim moriar. Ne autem
F quisquam dicat, Quid igitur? si tu moriare, non magnifiet?
infert, imò & per mortem meam magnifiet: nam & morte
me fortiorem fecit, veruntamen interim per vitam meã glo-
rificatur, quoniam omnia mihi donauit, è periculis eruens.
De morte autem loquitur, non veluti statim moriturus, ve-
rùm vt etiamsi fiat, non turbentur. veheméter enim eum am
plectebantur. *Mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum.*
Hoc est, nouam quandam vitam viuo, & Christus est mihi
omnia, & spiritus, & vita, & lumen. Vitæ enim nomen, na-
turalem etiã vitam significat: nam in ipso & viuimus, & mo-
uemur.

uemur. Significat etiam vitam in peccatis, vt quum dicit, A
Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in ip- *Actu. 17.*
so? Significat & vitam sempiternam, seu eam quæ secundum *Rom. 6.*
Christum est, vt, Conuersatio nostra in cœlis est. Hîc aute *Infrà. 3.*
naturalem vitam Paulus non negat, non reiicit, sed vitam
quæ peccato dedita est, huius mundi impostura accommo-
dantem sese. Christum autem confitetur ipsi esse vitam, quẽ
admodum & in alio loco dicit, In fide viuo filij dei. Mori *Galat. 2.*
autem lucrum est, quòd per mortem tum apertius intelli-
gam æterna. Lucrum itaque mihi præbebunt festinantes me
ex huius mundi vita eiicere, Christo, qui est vita mea, me al
legantes. *Si autem uiuere in carne, mihi fructus est operis, &*
quid eligam, non habeo compertum. Vt ne existimes ipsum re-
prehendere præsentem vitam, inquit: Si viuere in carne, est
mihi fructus operis, hoc est, dixi quidem lucrũ esse mori, ve-
runtamen postquam viuere in carne nõ sit infrugiferum mi- B
hi (fructum enim fero, docens illuminansque omnes) non
noui quid eligam. Hîc obstruuntur præsentem vitam calum
niantium hæreticorum ora. nã non est praua, quum fructus *Vita, non*
nobis impertiat. Quocirca ipsa non est mala, causáve mali, *mala est,*
sed voluntas malè hac vtentium, praua est. Porrò mysteriũ *sed eius*
quoddam reuelans, indicat se esse dominũ vitæ mortisq;. nã *abusus.*
si velim hoc ex deo petere, dabit gratiam. Ex hoc ergo debe *Sapiẽ. 16*
tis consolationem accipere, q᷑ etiamsi moriar, ist huc non su-
spicandum est fieri ex malitia hostium, sed ex dispensatione
dei. *Constringor autem ex duobus, cupiditatem habens ut resoluar,*
& sim cum Christo, quod multo melius est. Perseuerare autem in car- C
ne: magis est necessarium propter uos. Hæc dicit præmuniẽs eos,
vt strenuè fortiterque ferant futuram mortem suam. Quid
enim doletis, inquit, propter mortem meam? hanc enim desi
dero, ac meli⁹ mihi hoc est: est enim in causa mors, vt sim cũ
cũ Christo. itaque nõ oportet vos dolere. Veruntamẽ rursus
manere in carne, magis est necessarium propter vestram cõ-
moditatem. Non enim quæro quod meiipsius est, sed quod
vestrum est. Constringor igitur ex duobus, hoc est, in angu
stia constitutus, & ignarus quidnam prę feram, necessarium
tamen magis iudico, vobis mea vita prodesse. Quid igitur
Pauli animo dignius, qui aliorum commoditatem prætu- *Pauli ani*
lit propriæ vtilitati, qua cũ Christo esse possit, vt plenius iũ- *mus.*
gatur Christo, conuersationem suam cum Christo differẽs?

Et hoc

D *Et hoc confidens scio, quod manebo, & simul permanebo cum omnibus uobis, in uestrum prouentum, & gaudium fidei.* Quia necessarium est vt in carne maneam, confidenter indubitanterq; noui quòd permanebo, hoc est viuam: & non simpliciter, sed vobiscum, quod est, videbo vos. Cuius rei gratia? Vt vos in fide promoueatis, hoc est, fulciamini firmeminíque, cum in dogmate, tum vita: quæ promotio verũ gaudium est & mei & vestri. Hic autem nõnihil eos perterrefacit, perinde quasi dicat, Videte, per vos orbatus sum quo minus apud Christũ agam: videte igitur ne vanam & irritam faciatis meam in carne perseuerantiam. Quid igitur? ob Philippenses ne solos in carne perdurauit? Nõn propter hos solos, verùm curam
E illis adhibens hæc dicit, ac ad maiores eos excubias, sobriaque magis vitam adhortans. *Vt gloriatio uestra exuberet in Christo Iesu in me, per meam præsentiam rursus ad uos.* Quia paulo ante dixerat, ob vestram promotionem & commoditatem permanebo, innuit iam q̃ & ipsi nonnihil lucelli ex eo accedat, nempe vt abundantius glorietur de ipsis, q̃ in euangelio progrediantur per suum ad eos aduentum. Quid igitur? venítne ad ipsos: Hoc sanè incertum est, de eo ambigitur. *Tantum digne euangelio Christi conuersemini.* Hoc solummodo quæro, vt crescatis in virtute. Dignè autem euangelio vivit,
Lucæ. 9. qui seipsum abnegans, crucem suam tollit, Christumque sequitur. *Vt siue ueniens & uidens uos, siue absens, audiam de uobis.* Nõ permutans sententiam, neque tanquã non sit venturus, hæc dicit, verùm etiamsi, inquit, fortasse nõ veniam, possum tamẽ vel absens etiã exhilarari super cõuersatiõe vitaque ve
F stra quam in euangelio habetis. Proinde ne recidatis ab euangelio, etiamsi non aduenero, verùm sobrij estote, tanquam certò sim agniturus quomodo vos geratis. *Quòd statis in uno spiritu, & una anima.* Hoc est, in eodem dono concordiæ. Hac enim ratione in vno animo quidam persistunt, hoc est, sunt vnanimes & concordes, quãdo vnum etiam spiritum habuerint. *Concertantes fidei euangelii.* Hoc est, vos mutuò assumentes in certamine pro fide, ita vt alter alterum adiuuet.
Periculis nõ cedẽdi *Non consternati in ullo ab aduersariis.* Non dico, inquit, non decidentes, enimuero non consternati, id est, non turbati in vlla sanè re, siue pericula interminẽtur, siue mortem adducãt. nihil enim perficiunt, sed externam tantum, adeo sunt imbecilles. *Quæ est ipsis quidem indicatio interitus, uobis autem salu-*

tis. Quando nanque conspexerint sese post innumera quæ tẽ A
tarunt, ne externare quidem vos posse, nonne euidens hoc illis indicium erit, quæ illorum sunt perire, vestra autẽ fortia adeò esse, vt non possint auferri vobis vel absumi salutẽ secum continentia? *Idque a deo. Nam uobis donatum est pro Christo, non solum in ipsum credere, uerumetiam pro ipso pati.* Charisma nominans Paulus pro Christo affligi, duo hîc perficit, alterum quidem, vt ne pudefiant neque succumbant patientes: alterum, ut ne extollantur. totum enim inquit, dei est. Et enim & virtutes sunt charismata, non vt liberũ arbitrium tol *Absq; deo*
lat, sed vt eos moderatè sapere faciat. neque enim citra deum *nil rectũ*
quicquam facere possumus. Forsan & hoc donum est maius *facere pos*
quàm mortuos excitare. illic enim debitor sum, hic autẽ de *sumus.*
bitorem habeo Christum. O rem admiratione dignam. Et donat mihi, & super hoc ipso debet mihi. *Idem certamen habentes, quale uidetis in me, & nunc auditis in me.* Ostendit hîc q̃ in eodem sunt secum certamine, in iisdem pugnãtes: quæ res magnæ ipsis virtutis testimonium præbet. Habetis, inquit, B
me exemplum. scitis enim me apud vos certasse, quando videlicet cæsus est, & in carcerem coniectus: nunc verò auditis etiam.

CAPVT II.

§ *Si qua igitur consolatio in Christo, si qua adhortatio dilectionis, si qua communicatio spiritus, si qua uiscera & miserationes, implete lætitiam meam, ut idem sapiatis.*

Quod ait, est huiusmodi, Si vultis mihi quampiam in tentationibus meis consolationem dare, siquam admonitionem C
qualem charitas generat, si monstraturi estis quòd cõmunicationem quandam habeatis in spiritualibus, & secundũ dominum, si affectu miserationis mouemini, méque miserami-
ni propter ea quæ patior, hæc omnia, inquit, mihi in hoc red
dite, vt vos mutuò diligatis. Animaduerte hîc quomodo cõ- *Cõcordiæ*
cordiam eorum, peculiare beneficium, ac tanquam ipse *bonum.*
per misericordiam eam sui efflagitet, rogans vt misereantur vinculorum atque imbecillitatis fidelium, ponit. Non dixit autem parate mihi gaudium, sed lętitiam implete. Orsi enim estis in me gaudium: dedistis insuper mihi vt pacem haberem: cupio in posterum vt illud mihi gaudiũ ad finem

vsque

D vsque ducatur. Quale autem mihi gaudium? Non vt è periculis liberer, quicquám ve à vobis accipiam, sed vt vos idem sapiatis, vt vnanimes sitis. *Eandem charitatem habentes.* Hoc maius est quàm concordem esse. Eandem porrò charitatem habetis, non si qui vehementer amatur, remisse ac pigrè redamet, sed si eodem mensu redamet. *Eiusdem animi, eodem affectu imbuti.* Tanquam vna sitis anima, nō natura & substantia, sed eadem vnaque mente & cōcordia, quod indicat quum ait, vnum sapiētes. *Nihil per disceptationem, aut uanam gloriam.* Nihil, inquit, per zelum & litem facientes: quod solemus dicere, Danda est mihi opera, ne me vincat ille. Hęc est *ipsius*,
E contētio, prouocatio. Deinde matrē huius adducit vnā gloriā. ex hac em illa nascitur. Si enim hominū gloriā amem, quid quaeso propter eam non facimus? *Sed moderata mente, humilique spiritu, alter alterum se præstantiorem existimet.* Planum hic nobis facit qua ratione vanā gloriam effugere queamus, præceptionemque tradit saluti nostræ consonam. Si enim putaueris quòd quisquam non simpliciter sit maior te, exterùm quòd multis nominibus te excellat, exque vera humilitate hoc modo de te senseris & illo, honore eum prorsus afficiens. Hoc si facias, quum eum apud alios honore affici conspexeris, haud ægrè feres, imò etiamsi conuitietur tibi, téve verberet, patienter feres. maiorem nāque te, ipsum arbitratus
F es. neque inuidebis ei inuidia enim in pares agit, nō in excellentiores. E diuerso ille cogitet te esse excellentiorē se, hoc pacto omnis vtrinq; trāquillitas erit. *Non quæ uestra sunt, consideretis quisque, sed & quæ aliorū sunt, unusquisque.* Quum enim ego quod tibi prodest, tu verò quod mihi cōfert rursus, quæris, neque vanæ hic gloriæ locus relinquitur, neque cuipiam simpliciter malorum, sed vita isthic est angelica & diuina. *Is enim affectus sit in uobis, qui & in Christo Iesu.* Quemadmodum Christus inquit, Sitis misericordes, vt pater vester cœlestis: & rursus, Discite à me quia mansuetus sum: sic & Paulus humilem affectum docens, Christum in medium producit, copiosè nos & largiter rubore suffundens, perinde ac alio in loco dicit, Propter nos pauper factus est, quum diues esset. Quum enim ostenderit filiū dei omni altitudine superiorem, ad infima descendisse, infimumque factum, quem non superborum pudefaciat? *Qui quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo.* Numera quotnam hinc hæretici

Inuidia inter pares

Lucæ. 6.

2. Cor. 8.

retici cadant. Marcio Ponticus dicebat mundum & carnem A esse mala: proinde à deo non assumptam esse hāc. Marcellus Galatius & Photinus, & Sophronius, asseuerabant verbū dei actum esse, non essentiam personalem, atque actum hunc inhabitare ei qui ex semine Dauidis esset. Paulus dein Samosatensis dicebat quòd ex Maria habuerit principium essentiæ. Sabellius autem Lybicus affirmabat quòd pater, filius, & spiritus sanctus, nomina essent tenuia, vni personæ attributa. Arrius dicebat filium esse creaturam. Apollinarius Laodicēsis, quòd animam intelligibilem & rationalem non acceperit. Vide igitur hìc quomodo occumbant omnes vno propemodum ense. In forma dei existens. Quomodo igitur Marcellini dicitis quòd verbum est actus vel operatio, & non substantia? Forma enim dei essentia dicitur, quemadmodum forma B serui, natura serui. Qnomodo & tu Samosatēsis, quòd ex virgine primum esse suum sumpserit? antea enim erat in forma diuinaque essentia. Quinetiam Sabellium cadere animaduerte. Non rapinam, inquit, arbitratus est esse se æqualem deo. Aequale de vna persona nō dicitur, verùm quod æquale est, alicui est æquale: quare duæ hinc personæ eluescunt. Arrius autem pluribus rationibus destruitur. In forma enim dei, id est, essentia. & non dixit, factus, sed ὑπάρχων, id est existens. Exod. 3. Simile est illi, Ego sum existens, vel qui sum. Et non existimauit rapinam, esse se æqualem deo. Cernis æqualitatem? Quomodo igitur tu dicis quòd sit maior pater, filius autē minor? At reputa insipientem illorum instantiā & renisum. Paruus, inquiunt, existens deus filius, non rapuit sibi vt esset æqualis C & par magno deo. Primùm quidem, quæ scriptura docet vos esse paruum & magnū deum? hęc enim infidelium sunt Grę-corum. Quòd autem & filius magnus deus sit, audi Paulum: Apparitionē, inquit, magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi. Deinde si paruus, quomodo arripuit sibi vt magnus esset? Tit. 2. Præterea diuus Paulus humilitatem docens, absurdè certè argumētatus esset, & parū dextrè perfecisset hunc ad modum: Quia paruus magno deo non restitit, debetis & vos alteri submitti, humiliariq;. Nam qualis isthæc est humiliatio, quòd minor aduersus maiorem non insurgat? impotentiæ potius & imbecillitatis est indicium. Atenim parem, & eiusdem cum deo potentiæ, hominem factum esse, isthuc sanè est humiliatio. Hęc igitur abundè demōstrata sunt. Deinceps animaduerte

D maduerte quid dicat: Non est rapinâ arbitratus, esse se æqua-
lẽ deo. Si quis quid rapuerit, metuit deponere illud, ne amit-
tat, tanquam ipsius non sit. Sin quicquam à natura habeat, fa
cilè illud aspernatur, sciens quòd citra reiectionem suum sit:
quare etiamsi videatur deponere, rursum ipsum recipiet. Ait
ergo, filius dei non metuit descendere ex propria dignitate,
quandoquidem eam non habebat ex rapina, nimirum quòd
esset æqualis deo patri, sed naturalem dignitatem hanc agno
scebat suam. Propterea & humiliari elegit, tãquam in ista hu
miliatione sui altitudinẽ seruãs. *Sed seipsum inaniuit, formam*
serui accipiens. Vbi sunt qui dicunt quòd inuitus atque in-
iunctionem & mandatũ implens descenderit? Audiant quòd
seipsum inanem fecerit ceu dominus, ac tãquam sui iuris, sua
libertate gaudens. Formam autem serui dicẽs, Apollinarium
E pudefacit. qui enim formam siue substãtiam serui accipit, ra
tionalem omnino animam habet. *In similitudine hominum fa*
ctus. Hîc Marcionistæ dicunt quòd apparenter sit incarna
tus Christus, non reuera, sed in specie & fucum. Vides enim,
inquiunt, quomodo Paulus asseuerat similitudinem eum ho-
minis accepisse ac figurasse, non essentia factum hominem?
Christ⁹ nõ
oĩa nostra
habebat. Quid igitur est? Dominus non omnia nostra habebat, sed &
quædam non habebat, veluti quòd non natus esset ex concu
bitu, quòd peccatum non fecerit. Non erat autem solummo-
do quod apparebat & videbatur, verumetiam deus, nec erat
exiguus ac vilis homo: propterea inquit, in similitudine ho-
minum. Nos enim animam & corpus habemus, is autem ani
mam & corpus habet, ac deus est. Protinus autem & in simi-
Roma. 8. litudine dicit. Nam quum dicat in similitudine carnis pecca
F ti, non hoc dicit, quòd carnem non habuerit, verùm quòd ca
ro illa non peccarit, sed similis erat peccatrici, secundum na-
turam, non secundũ malitiam. Quemadmodum igitur isthic
simile est, eò quod nõ omnia sint æqualia: sic & hic similitudi
nem dicit, quòd non sit natus ex concubitu, & quia in eũ non
cadat peccatum, & quòd non sit exiguus homo. *Et figura in-*
uentus ut homo. Quia dixerat, vacuauit seipsum: ne permuta
tionem & transformationem arbitreris, ait, Manens quod
erat, assumpsit quod non erat. non excidit à natura, sed in fi-
gura fact⁹ est, hoc est, in carne. carnis enim est figurari. Quũ
enim dixisset, formam serui accepit, ausus est posthac & il-
lud dicere, tanquam illo hæc obturãte. Pulchrè autem dixit,
ve

vt homo. nõ enim erat vnus ex multis, sed velut vnus ex mul A
tis. Non enim in hominem transcidit deus verbum, at veluti
homo apparuit: ac infiguralibilis quũ esset, sub figurã factus
est. Nonulli autem hũc ad modum sunt interpretati: Et figu-
ra inuẽtus tanquã iam verè homo, perinde ac diuus Iohãnes
ait, Gloriam tanquam vnigeniti, hoc est, qualem decet habe *Ioan. 1.*
re vnigenitum. Tãquam enim aduerbiũ, cùm dubitationem *Tãquam.*
significat, tum cõfirmationẽ. *Humiliauit semetipsu⁹, obediens*
factus usq; ad mortem, mortem autem crucis. Rursum dicit, humi
liauit sese, ne velut inuitum eum existimes paruisse. At dicũt
Ariani, Obediẽs dicitur, ergo & minor est. At quid hoc, ò in- *Crux ignis*
sipientes? nã & amicis obedimus, nec quicquam illud digni- *miniosa.*
tatem nostram imminuit. Sic filius patri spõte obediit, atque
in hoc indicat eũ esse genuinũ gnatum. genuini enim filij est B
patrem honore afficere. Animaduerte autẽ hîc epitases. Ser-
uus factus est, quinetiã mortẽ suscepit, & quod hoc adhuc est
probrosius ignominiosiusq;, mortem crucis, hoc execratam,
sceleratis addictam. *Propterea & deus ipsum superexaltauit, ac*
donauit ei nomen quod est super omne nomen. Quãdo carnis me-
minerit Paulus, intrepidè omnia humilia loquitur, tãquã ca-
ro hæc recipiat. Sic igitur hęc de carne accipe, nusquã vnum
Christum diuidẽs. Quale autem nomen donatum est huma-
nę naturę vnius Christi? filius, deus. Etenim homo filius dei, *Lucæ. 1.*
quemadmodum angelus dixit: Et quod nascetur sanctum, fi-
lius dei vocabitur. *Vt in nomine Iesu Christi omne genu flecta-*
tur, cœlestiũ ac terrestriũ, & infernorum. Hoc est, vniuersus mũ
dus, & angeli & homines, & dæmones. Vel quòd & iusti & C
peccatores: nã & dæmones agnoscẽt, & inuiti inflectẽtur, nõ
adhuc veritati repugnãtes, qui & ante tẽpus illud dicebant: *Lucæ. 4.*
Nouimus te qui sis. *Et omnis lingua confitebitur quòd dominus*
Iesus Christus est in gloria dei patris. Hoc est, vt omnes hoc di
cant quod Christus Iesus, dominus & deus est. Hæc autẽ glo
ria est patris, ꝙ huiusmodi habeat filiũ, cui omnia inflectan
tur. Animaduertis ꝙ prẽconium vnigeniti, gloria est patris. *Filii exal*
Sic è diuerso imminutio ei⁹, est ignominia patris. *Itaq; dilecti tatio, pa-*
mei, quẽadmodum semper obediuistis. Adhortationes cũ laude & *tris gloria*
prẽconiis fieri cõuenit, sic fit vt gratę efficiãtur: propterea &
ipse eos celebrat, dilectos vocãs, & quẽadmodũ, inquit, semp
obediuistis, pinde quasi dicat, Ostẽdi vobis ꝙ fili⁹ dei obe-
diẽs fact⁹ est, imitamini igit illũ, imitamini, aũt & nosipsos.

Non

D *Non tanquã in præsentia mea solũ, sed multo potius in absentia mea.* Tum enim fortasse videremini propter reuerẽtiam erga me, omnia agere: nunc autem si ad virtutem intendatis, monstra bitis, ꝙ non propter me, sed propter deũ agatis. *Cum timore ac tremore uestram ipsorum salutem conficite.* Non propter me ipsum, inquit, adhortor vos, sed vt ea quę ad vestram salutem sunt, faciatis cum timore, eoque vehementi & intẽso, & cum tremore: sine timore nanque nihil boni perficitur neq; in artibus liberalibus, neque mechanicis. Quomodo autem merus
Psa.2. perficietur? Si intelligamus quòd vbique deus præsto sit, omnia audiẽs, & oĩa vidẽs, nõ solũ quæ agũtur, verũetã intelligũtur. Seruite eĩ, inquit, dño in timore, & exultate ei in tremore. Est enim exultatio cum tremore, quando bonum ali-
E quis faciens, idque cum tremore, conscientiã habet liberam, quæ cum fiducia & liberè fateatur verum & euangelium filij dei. Conficite autẽ dixit, nõ operamini, hoc est, cũ multa diligentia & cura operamini. *Deus enim est qui operatur in uobis & uelle & operari.* Quia dixit cum timore ac tremore, nunc ait, Ne terreamini propter hoc. Non enim dixit vt desistas à bono, vel deficias, sed vt attentè agas quod agis. Nã si animaduerteris, ac omnia rectè trutinaueris, deus omnia operabitur. Ipse nanq; est qui & promptitudinem dat nobis, vt velimus bonum: ipse etiã est qui boni operationem ad finem ducit. Operatur enim deus in nobis velle, hoc est, cooperatur nobis vt velimus bona, siue auget bonam voluntatem nostram simulque accendit, vt feruẽtior reddatur: maximè verò ipse perfectionem addit. Nos verò homines, quæ
F perfectè videmus, ad ea tendimus dirigimúsve voluntatem nostram: propterea & velle ipsum à deo perfici dicit. Exempli gratia: Voluisti aliquid, orsus es perficere isthuc: si finem assequaris, rursus idem opus perficere cupis. Excitatur itaq; voluntas tua, vt adeò corpore omni vacet. Quum itaque finis
Liberũ arbitrium. & consummatio rei operisve apud deum sit, qui & velle nostrum accendit, nõ immeritò & ipsam voluntatẽ apud deum
1. Cor. 12. esse asseuerat. Vel ex magna beneficia Paulus velle ipsum ex
Ephe. 4. deo perfici nobis ait, quemadmodum & de virtutibus idem sentit, non vt suam cuiusque arbitrij vim & libertatem auferat, enimuero semper nos gratos esse volens, & omnia accepta referre deo. Consídera autem verba. In vobis, inquit, qui cum metu atque tremore salutem operamini. in talibus enim deus

deus operatur omnia. *Pro bona uoluntate.* Hoc est, vt im- A
pleatur erga vos beneuolentia atque bona voluntas eius, vt sic viuamus perinde ac ipse vult & requirit ex nobis. Itaq; & ex hoc cõfidite, omnino enim cooperabitur vobis deus, vt recte viuatis, si non propter aliud quicquam, eius tamẽ rei gratia, quia ipsi hoc visum est, atque hoc à nobis requirit. *Et omnia facite sine murmurationibus disceptationibusque.* Satanas si non possit semel quempiam ab honesto auocare, vel dementiam ei inducit, vel vanam gloriam: aut si neque hæc possit, murmurationem, aut dubitationem & incredulitatem. Quia igitur in tentationibus continuisq; periculis fuerũt, per hæc autem haud pauci ad murmura & maledicẽtiam prolabebantur: Citra murmura, inquit, omnia facite, qui enim murmu- B
rat, ingratus, iniucundus, & maledicus est. Disceptationes au- *Ingrati ẽ murmura re.*
tem, condemnationem dicit ac dubitationẽ, veluti si mandato proposito dicat aliquis, Num si hoc fecero, habebo mercedem? nunquid hoc bonum est? In talibus enim nõ est dubitandum, sed confidenter planè agẽdum, ac siue sit labor, siue defatigatio, nihil est disceptandum. *Vt sitis irreprehensibiles & simplices.* Hoc est, vt sitis inculpati & immaculati. haud paruus est næuus enim & macula, ipsum murmur. Non dixit autem, vt in epistola ad Corinthios, pœnã repositã esse mur- *1. Cor. 10*
muri, quòd hisce tanquã liberis loquatur. Audi igitur sequentia. *Filii dei immaculati.* Seruorũ itaque ingratorum est murmurare. Qualis enim filius in patris laboribus, sibique ipse quicquam agens, murmurat? *In medio generationis incuruæ & C*
peruersæ. Noui, inquit, multos esse qui bellũ gerant aduersum vos, cogẽtes ita vos murmurare: verùm potissimum hoc est laudandum, si quis admorsus, hac ratione nihil murmuret. *In quibus lucete tanquam lumina in mundo, uitæ uerbum habentes.* Aequè ac lumina in tenebris lucent, hũc ad modum & vos in medio incuruorum, tortuosorum, recti quum sitis, magis effulgere studete. Hoc enim quod ait Φαίνεσθε, id est lucete, imperatiuus mihi esse videtur. Sermonẽ autẽ vitę habentes, hoc est, semen vitę in vobisipsis habẽtes, victuri posthac, arrhabonẽ hinc salutis accipientes. Vel, quẽadmodum lumina ac stellę & lucent, & corpora inflictione recreãt & viuificant, festinate esse vitalis aliis hominibus potentia. *Ad gloriationem mihi in die Christi.* Tãta, inquit, vestra virtus sit, vt non solùm vos ad vitam ducat, verumetiã me fulgẽtiorem &

D clariorē faciat in aduentu Christi. *Quoniam non in uanum cucurri, neque in uanum laboraui.* Hæc mea gloriatio est, quòd tales vos instituì, nec inanis mihi labor apud vos fuerit. *Sed etiamsi liber super sacrificio & ministerio fidei uestræ, gaudeo, & cō gratulor omnibus uobis.* Etsi moriar, inquit (hoc enim libationem vocat, mortē nimirum ipsam) liber autem super victima & ministerio fidei vestræ, hoc est, vbi prius vos victimam & sacrum deo obtulero, fideles vos faciens: attamen ne sic quidem moriens turbor, verum lætor & cōgaudeo omnibus vobis. Lætor igitur quòd libamen & sacrificium fiam: collætor autem, quoniam fidem vestram veluti sacrū adduco ad Christum. *Vt hoc ipso autem & uos gaudete.* Quòd ad Christum adducti sitis. *Et cōgaudete mihi.* Nā libādus ac cędēdᵃ instar

E victimæ, lætor apud meipsum. *Spero autem in domino Iesu, Timotheum me celeriter missurū uobis, ut & ego refocillet cognoscens res uestras.* Vt omnia, sic & Timothei apostolatum ac remissionem ad vos, Christo tribuo, cōmitto. Confido enim quod ille facilè hoc persequetur, vt quēadmodū vos recreamini discentes per epistolam meam hanc res meas, quòd in euāgelij commodum cesserint, quodque res hostium in diuersum sint mutatæ: hunc ad modum & ego recreor & consolationem recipio vbi agnouero ex Timotheo quomodo res vestræ gerātur. nam & Timotheus exactè mihi eas denunciabit. *Neminem enim habeo eiusdem mecum animi, qui genuine adeo uestra curet.* Potuissem, inquit, alium etiam quempiam mittere, sed nemo adeò æqualis fuit mecū animi, illius instar, hoc est, qui

F æquè vestri curam gereret atque ego, qui genuinè, hoc est paternè, vestræ salutis causa anxius fuerit. Obserua hic solicitudinem eius: quando ipsi profici sci nō esset integrū, alios mittebat, vt nullo tempore discipuli torpeant. *Omnes enim quæ*

Quies Christiano quærēda nō est. *sua sunt quærunt, non quæ Christi Iesu.* Hoc est propriam quietem, vt sint in tuto. nemo enim facilè elegerit profectionem hanc suscipere. Hæc autem dicit simul Timotheum commendans, simul & auditores erudiens, ne quærant sibi quietem. nam qui hanc inquirit, næ haud quæ Christi sunt quærit. O Christe, quantum abs te absumus? *Probationem eius cognoscite. Nam tanquam patri filius, mecum seruiit in euangelio.* Vos, inquit, testes estis, quòd veluti patri filius insertierit, non ad corporis tantummodo ministerium, sed quod multo præclarius maiusque est, ad euangelij predicationem. Itaque seu

tanquam

tanquam filius meus, honore est dignandus: siue tāquam dei A
minister, multo magis est honore adficiendus. Commendat autem per hæc ipsis Timotheum, non tantum illi gratificās, quātum ipsis. Nam si ipsi tanquam autoritatem habenti animum aduerterint, omnino per verbum eius iuuabuntur, maiorem habituri mercedem. *Hunc igitur spero me missurum, ubi conspexero quæ circa me sunt, statim.* Quum videro qualem sint habituræ finem res meæ, ἐξαυτῆς, id est statim, mittam hunc. *Confido autem in domino, quòd & ipse celeriter ueniam ad uos.* Non tanquam recusarim venire ipse ad vos, Timotheum mitto, verùm vt (quod dixi) interea tēporis fœlix sim ac lætus, si didicero qualem successum res vestræ nanciscantur. Obser- B
ua autem hic quomodo aduentum ad eos sui, ex deo pendēre affirmet, Confido, dicens, in domino, hoc est, si deus voluerit. *Necessarium autem putaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum.* Non sine laude & hunc commendat, perinde ac Timotheum, ob eandem causam quam suprà diximus. Cooperatore autem & cōmilito maior est. co operatur enim aliquis in rebus etiā quę periculo carent, commilito autem omnino in periculis succurrit. *Vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad uos.* Hoc est, eum qui à vobis ad me missus est, dono vobis: per ipsum enim fuerunt qui ei necessaria miserunt. Vel vestrum apostolum, præceptorem seu doctorem vestrum dicit. *Quoniam desiderabat omnes uos uidere, ac mœstus erat quia audiuistis quòd ægrotauerit: etenim infirmus fuit, propemodum ad mortem usque.* Compertum habens quòd diligatis ipsum, & quòd C
contristati estis super ægrotatione eius, desiderauit videre vos, vt à tristitia vos liberet, quam habetis propter infirmitatem eius. Aliud autem hic efficit: nam rationem hîc reddit eis quare serius æquo ad eos mittat, tantum non ita dicens. Non per socordiam hoc factum est, aut ignauiam, verum quòd Timotheum eiusdem mecum animi apud me detineam, Epaphroditus autem ægrotauit, ac propterea non venit citius, quandoquidem cùm diuturna, tum letalis, adeoque morti admodum vicina eius ægritudo fuerit. *Sed deus ipsius misertus est.* Quid dicis ô Manichæe? Si mundus *Contra Manichæum.*
prauus est, & vita eius, quomodo nunc apostolus vocat misericordiam dei, quòd Epaphroditum in vita hac relinquat? verum hæreticis nihil est cū hoc loco negocij. Enimuero quæ-

D rere hic Christiani queant, num sit bonum dissolui, & cum Christo esse: & cuius gratia misericordiam dei hîc dicat esse vitam. Vel quia Epaphroditus, qui doctor erat & præceptor, plures animas ad deum adducturus erat si viueret, quod magis necessarium est quàm dissolui, vt suprà commemoratum est. Aut multum & iuxta communem auditorum consuetudinem Paulus loquitur, & non vbique philosophatur. hominibus enim in seculo agentibus verba facit, qui mortem adhuc metuebãt. Alioqui & præsês vita ipsa per sese res bona est. nam quur aliàs pœnæ loco immaturæ mortes ponuntur? Ob hoc enim, inquit, imbecilles sunt inter vos, dormiuntque multi. Futura enim vita, non est praua melior præsenti, sic enim haud bona fuisset, verũ est bona hac potior adeoq; præstãtior. *Nõ ipsius aũt tantũ, uerũetiã mei.* Animaduerte quo pacto & hinc Epaphroditũ honorabilẽ reddat: siquidẽ illi ab ægritudine reualescentiã, beneficiũ dei peculiare, & misecordiã ponit. *Vt ne mœrorẽ super mœrorẽ habeã.* Hoc est, vt ne ad tristitiã, quæ mihi ex infirmitate ipsius subnata est, aliã tristitiam habeam, ex eo quòd ipse moriatur. *Studiosius misi ipsum, ut uiso eo gaudeatis.* Hoc est, citra contationem ac hæsitationem ipsum misi, vt si videatis eum, ab mœrore quem ex eius ægritudine conceperatis, liberati, gaudeatis. *Et ego minus tristitiæ habeam.* Quomodo ero ἀλυπότερος, minus tristior? Quoniam si vos gaudeatis, & ego lætor. Nec dixit ἄλυπος, id est mœrore vacans, sed ἀλυπότερος, quasi dicas, minus tristior, innuens quòd animus eius nullo vnquam tẽpore extra mœrorem fuerit, ideo & hæc dixit. Quis nanque (ait) infirmus est, & ego non sum infirmus? *Excipite ergo ipsum in domino cum omni gaudio.* Hoc est susceptione secundum deum, quemadmodum deus suscipitur, vel vt decet sanctos ab sanctis suscipi. Hæc autem propter ipsos Philippenses Paulus facit: maius enim lucrum est ei qui beneficium dat, quàm qui accipit. *Ac huiusmodi in honore habeatis.* Vt ne videatur ipsi soli gratificari, adhortatur in commune, vt omnibus qui eadem sint cum Epaphrodito virtute præditi, honorem impartiant. *Quoniam propter opus Christi, ipsi etiam morti appropinquauit, animæ suæ parum consulens.* Epaphroditum miserunt ad Paulum Philippenses, vt perferret ad eum necessaria, quibus haberet opus. Reperit igitur Paulum Romæ in periculis, ac se ipsum ideo

Vita, bonares.

1. Cor. 11.

Epaphroditus.

Epaphroditus periculo exposuit. Nã periculosum erat quẽ- A
quàm accedere ipsum, quandoquidem hoc modo haberet imperatorem infensum. Tum igitur ille omni periculo posthabito ministrauit Paulo. Hoc igitur nunc dicit. Animaduerte, non dixit propter me, sed propter opus dei. Parum consuluit autem, hoc est, seipsum intriuit morti. Quid enim est aliud, prẽterquam mortuus est deo gubernãte dispensanteque? Porrò promptam hîc ipsius voluntatem ob oculos posuit. Quocirca & nos siquãdo viderimus sanctos periculis immersos, succurramus eis. hoc enim tutum est, maximeque Christianos decet in huiusmodi rebus pericula contemnere. *Vt impleat defectum uestrum ministerii erga me.* Vos, inquit, non fuistis Romæ, vt mihi corporaliter ministrassetis, etsi necessaria mihi transmiseritis. Hoc igitur quod vobis defuit, nimi B
rum quòd corpore manuque mihi non ministraueritis, ipse cõpleuit, omnium vestri loco mihi inseruiens. Quare dignus fuerit cui plurimum beneuolentiæ ostendatis, quòd ipse solus, quæ sunt omnium attulerit. Expende hîc quomodo rem ipsam, ministerium ac defectum vocet, vt ostendat par esse, atque adeò debitum esse quoddam, vt ij qui in tranquillitate sunt & ocio, periclitantibus opitulentur: & qui hoc non fecerit, næ is est deterior, perinde ac qui publica ministeria & officia non complet. Ne igitur fastu quodam intumescentes superbiant, ac mercedem suam perdant, hoc nomine isthanc rem appellauit, faciens hoc pacto eos moderatè sapere, quippe qui reddiderint quod debebant. C

CAPVT III.

Q *Vod reliquum est fratres mei, gaudete in domino.* Quia in luctu erant, quòd ignorarent quid cum Paulo ageretur, quomodo verbi prædicatio succederet, quî deniq; Epaphroditus valeret, omnia hæc diluit, inquiens, Euangelium crescit, & ego ad vos veniã, Epaphroditusque iam emandatus est. Posthac itaque gaudete, nulla enim subest ratio quur non gaudere debeatis. Galatas igi- Gal. 4.
tur liberos appellat Apostolus, quia correctione & emendatione indigebant: hos verò fratres nominat, nam honorificè eum illis loquitur. Pulchrè autem dixit, in domino: lætari enim secundum mũdum, non est lætari, sed in domino Iohan. 16

D ipsæ etiam afflictiones gaudium habent. Vel, quia dominus res ipsas nostras faciles reddidit, lætamini. *Eadem scribere uobis, mihi quidem non est molestum, uobis autem tutum.* Quum multis eos nominibus prædicasset, inducit tandem adhortationem, ne si principio statim admoneat, onerosus videatur. *Videte canes.* Fuerunt nonnulli Iudæi, qui simulãtes Christianismum, ac euangelium promulgantes, simul Iudaica admiscebant. Quia verò non facilè agnosci poterat, hinc dicit,

Canes, ut dei uocati

Videte, hoc est, obseruate, attendite, non vos lateant. Canes autẽ antea appellabantur ethnici, nunc verò Iudæi tanquam impudentes, & ad lumen veritatis impudenter sese gerentes, quippe qui omnibus allatrent. *Videte malos operarios.* Canum hic appellatione eos priuat. canes enim sæpe mẽsæ sunt

E vicini, atque excubias iuxta heriles ædes canunt. Hi verò operantur quidem, sed ad malum, quæ longè sunt etiam ocio deteriora, euellentes quæ probè sunt plantata. *Videte concisionem.* Hoc est, circuncisionem habentes. Ardua autẽ quondam & preciosa res erat apud Iudæos circuncisio, vbi & sabbatum propter eam solueretur. At postquam nunc irrita facta est, nihil aliud est atque concisio. quum enim non sit porò legitimum quod fit, carnem tantummodo concidunt. Vel quia ecclesiam discindere conabantur. *Nos enim sumus circuncisio spiritui dei seruientes.* Si quærenda est, inquit, circuncisio, apud nos eam inuenietis, qui spirituales sumus, hoc est, anima & mẽte colimus deum. Qui enim animo circuncisus, hoc deo inseruit, is ingenuam circuncisionem habet, quanto

F videlicet anima est corpore præstantior. Non dixit, in nobis est circuncisio, verùm nos sumus: hæc enim est verè florida circũcisio, quæ virtutib⁹ lucet. Nec rursũ in illis dixit, est accisio, sed reipsa sũt pditio & malitia. *Et gloriãtes in christo Iesu, & non in carne confidentes.* Vtrũ melius est, in Christo gloriari circuncidẽti corda nostra, & ad filiorum ingenuitatẽ perducenti per baptisma: vel in carne gloriari, hoc est, in carnali circũcisione superbire, tãquam Abrahami filij sint? *Atqui & ego confidentiã habeo in carne.* Si ex gẽtibus essem, posset aliquis dicere quòd propterea vocemus in iudicium circũcisionem, ceu viduati simus nobilitate ista iudaica: iam nunc verò & ego habeo quã vos dicitis confidẽtiam & gloriationẽ, circuncisionem in carne. Planũ est igitur quòd non propterea quòd orbatus sim ea quæ vobis videtur ingenuitate vestra, sed

sed propter ipsam veritatem, quę mundo illuxit, condemno A circuncisionem. *Si quis uidetur alius confidere in carne, & ego magis.* Animaduerte sapientiam: nullius nomine tenus meminit inuisum sermonem faciens, quinetiam per hoc quod ait, si quis videtur alius, indicat q̃ alii adegerint ipsum venire ad sermones hos. Pulchrè autem dixit videtur, vel quòd tantam habeant fiduciam, quantam ipse: vel quòd fiducia in circũcisione vera non sit, sed videatur tantum. *Circuncisio octo dierum.* Id est, circuncisio mihi octauo die obtigit. In quo potissimum gloriabantur, hoc primo loco posuit, circũcisionẽ mirum. Per hoc autem quod ait, octo dierum, vel octauo die, ostendit se non fuisse proselytum. *Ex genere Israelis* hoc est, non ex parentibus proselytis, verũ ex ipsis Israelitis. *Ex tribu Beniamin.* Hoc est, ex parte probatiore. Nam res sa B cerdotũ in sorte huius tribus fuerunt. *Hebræus ex Hebræis* Quod ad maiores meos attinet, ex probatis sum Iudæis, inquit. Poterat enim aliquis esse ex genere Israelis, sed non Hebræis. Multi enim rẽ hanc perdiderant, ipsa etiam Hebræa lingua carentes, eò q̃ ad gentes transiati essent, qui nõ exacte tenebant scripturas. Ego igitur, inquit, Hebręus sum, hoc est, seruo characterẽ & signum. vel insignem per hæc ingenuitatem indicat. *Secundum legẽ Pharisæus.* Quia quæ prędixerat, ad voluntatem & consilium eius non pertinebant, nimirum circũcidi, ex genere Israelis esse, idq; genus alia: nũc subdit voluntatis & propositi sui opera. Secundum legem, hoc est iuxta legis institutionem, Phariseus. Probatissima autem secta erat apud Iudęos Phariseorũ. *Secundum zelum perC Pharisæo-*
sequẽs ecclesiã. Quia phariseorũ aliquot æmulatiõe vacabãt, ze *rũ secta.*
lũ, inqt, habebã, eũq; tãtũ, vt Xpi discipulos pseqrer. *Secũdũ iustitiã quæ in lege est factus inculpatus.* Quia pleriq; principatus causa, & ob alias quasdam res æmulãtur, & non propter legem, ait: Quum inculpatus essem in iustitia legis, quomodo ob humanam quampiam rem persequerer, & non per diuinum zelum? *Sed quæ mihi erant lucrum, hæc propter Christum arbitratus sum esse mihi damnum. Imò & arbitror omnia damnum esse propter excellẽtiam cognitiõis domini mei Iesu Christi, propter quem omnia detrimentum esse censui.* Hic legem calumniãtes hæretici insultantes, En, dicunt, damnum nominat legem & stercora, quomodo igitur á deo sancita est? Primum igitur gratias agamus quòd spiritus sanctus hoc eos pa-

D cto gubernarit, vt ſuſciperent verba tanquam pro iis eſſent. Niſi enim prouidentia dei acceſſiſſet, obliterata fuiſſent planè, iuiſſéntque peſſum, vt alia pleraque. Deinde obſerua: non dixit ſimpliciter legé eſſe damnũ, enimuero arbitratus ſum illam eſſe damnum: nam natura non eſt. Quomodo enim, quum ad Chriſtum ducat, ſi rectè intelligatur? nam antea ego perperam eam intelligens, non accedebam Chriſto: dein de vero veritatem agnoſcens, Chriſto dedi nomen, ac viſa eſt lex mihi detrimentum per illud temporis, quo malè illã intellexi. Nam ſecundum propriam naturam lex eſt lucrum. Audi porrò: non dixit, quæ putabam eſſe lucra, ſed quæ e-

E rant: verè enim lex eſt lucrum, à beluina natura & ſuperſtitione homines liberans, ac veluti ſcalarum ſeu graduum loco facta, quibus ad vitam Chriſto dignam perduceremur.

Comparatio pulchra. Vt igitur qui per ſcalas conſcendit, non conſpuit gradus, ſed gratiam potius illis habet, niſi enim fuiſſent, non potuiſſet aſcendere: hunc ad modum lex quidem lucrum erat, iam verò detrimentum & noxam eam eſſe cenſemus, non quòd huiuſmodi ſit, ſed quòd maior hac ſit gratia. Quemadmodum enim aliquis argentum continens, vbi aurum inuenerit, nec licet vtraque obtinere, damnum cenſet retinere illud, ac deinceps relicto illo aurum accipit: hunc ad modum lex eſt dãno, ſi à Chriſto abduxerit, ſi autem adduxerit, non porrò.

F Non ſolùm autem olim arbitratus ſum eſſe damnum legem, verùm etiamnum arbitror. Quam ob cauſam? propter excellentiam gratiæ. Viden' quod comparationem faciat?

Comparatio quid. Comparatio autem rerum eſt ſimilium eiuſdémve generis, & excellens aliud eiuſdem generis excellit. Proinde & lex cognitio eſt, ſed minor: perinde ac lucerna lumen eſt aliud certè, & non quale ſolis eſt, lumen tamen eſt. *Et puto eſſe ſtercora, ut Chriſtum lucrer.* Propter Chriſtũ, inquit, ζημιάθην, hoc eſt detrimẽtũ eſſe putaui oĩa, vel oĩa ,ppter Xpm reieci, oĩb* me exui. Animaduertis igitur ꝙ lex nõ eſt natura detrimẽtũ, ſed Chriſti cauſa. Stercora verò, haud eſt planũ nũ legem noĩauerit. veriſimile eſt em̃ de mũdanis reb* ac negociis dicere. Nõdũ em̃ expreſſit cuius cauſa oĩa dãnum eſſe cẽſuerit, huius fortaſſe mũdi negocia & præclaras res. Sin de lege hoc pariter dictũ intellexerimus, neq; ſic forſan erimus iniurii. Stercora em̃ & ſordes frumẽti, paleę ſunt ſiue culmus atq culmus frumẽti cõſeruatiuus eſt, & ſuſtẽtaculũ ei* , idóq; ratione cognoſce

cognoſce. Niſi enim culmus eſſet, frumentum non eſſet natum: attamen frumento viſo & electo, inutilis deinceps eſt culmus. Hanc ad rationem lex eſt gratiæ confirmatio ac teſtis. enimuero ſimul atque gratia illuxit, non eſt opus huius porrò literæ adſidere. *Et inueniar in ipſo non meã iuſtitiam habens quæ eſt ex lege, ſed quæ eſt per fidem Ieſu Chriſti, ex deo iuſtitiam.* Vt non habeam meam iuſtitiam, quæ eſt ex operibus legis, tanquam iam ea perfecerim (neque enim iuſtitia erit ex operibus, quandoquidem neque quiſquam ea perfecerit) ſed eam quæ eſt per fidem Chriſti, quæ eſt iuſtitia ex deo, hoc eſt, diuinum donum, quæ gratia iuſtificat credẽtes. Si enim credideris in corde tuo, & ore fueris confeſſus, ſeruaberis. Diuina autem dona multis partibus exuperãt vilitatem operum humano ſtudio & conatu peractorum, perinde ac frumentum paleas excedit. *In fide, ut cognoſcam eum, & potentiam reſurrectionis eius.* Per fidem igitur cognitio. Quaĩs enim ratiocinatio vel cogitatio reſurrectionem nobis exhibebit? nulla. Si autẽ reſurrectio ex fide cognoſcitur, quomodo quod maius eſt, nimirũ natiuitas eius, rationibus deprehendetur? At qua ratione id maius eſt? quia reſurrectionis multa ſunt exempla. multi nanque & ante Chriſtum reſurrexerant, ex virgine autem nemo vnquã natus erat. Proinde iuſtitia quæ ex deo eſt, in fide eſt, hoc eſt, in ea firmatur, eamq; fundamentum habet. Potentiam autem reſurrectionis dixit, re vera enim ingens robur & potentia eſt, reſurgere. Quinetiam reſurrectio virtutem & potentiam nobis immittit, vt idem iter ingrediamur. *Et communicationem afflictionum eius.* Quum perſecutionem, inquit, patimur & affligimur, participes reddimur afflictionum Chriſti, Si igitur non crederemus, ꝙ cum Chriſto regnaturi eſſemus, non talia tantaq; pateremur. Obſerua autem quòd is maximè credit Chriſtum reſurrexiſſe, qui patitur. Audi igitur quæ ſequuntur. *Conformatus morti eius.* Hoc eſt, adæquatus. Vt enim ille ab hominibus paſſus eſt, ſic & ego. Afflictiones nanque & perſecutiones imaginem mortis illius depingunt, proinde & nos idem cum Chriſto efficimur, quatenus patimur. Vides dignitatem paſsionũ & afflictionum? *Si quo modo occurram ad reſurrectionem mortuorũ.* Quid igitur? niſi paſſus eſſes ô Paule, non reſurrexiſſes? Verum reſurrectionem hic intellige celebrem in nubibus ſublationem. Omnes etenim

A

Roma. 10

B

3. Re. 17
4. Re. 4.
& 13.

C

Chriſtiæ nis patiendum eſt.

1. Theſ. 4

Dnim resurgũt, at non omnes resurgendo subleuabũtur in nubes, verùm peccatores infrà quidem expectant iudicem, sancti verò in nubes rapiuntur in occursum domini. Intelligẽs aũt & ex consequẽti, quod dicitur Mortuus est, inquit, Christus: morior & ego: resurrexit ille honorificè, conor & ego huiusmodi consequi resurrectionem celebrem. Vide autem pietatem eius qui tanta est operatus, quòd sit supra homines, Si quo modo peruenia̅m. Nondum confido, inquit, adeò hu-
1. Cor. 10 & 9. mili spiritu imbutus erat. Quod & alio in loco ait, Qui videtur stare, videat ne cadat: &, Ne quo modo aliis prædicans, ipse reprobus inueniar. *Non quòd iam acceperim, aut consum-*
E *tus sim.* Quũ dixisset, si quo modo occurram, confirmat hoc, inquiens, propterea sic dixi per ambiguitatem, quia necdum accepi brabeum, neque perfectus sum. *Persequor autem, si & præueniam, aut & comprehendam, perinde ac comprehensus sim à Christo Iesu.* Ego, inquit, in certamine versor, & insequor si queam comprehendere finem & brabeum. Deinde ostendẽs rem ipsam esse debitum, subdit. Quoniam comprehẽsus sum à Christo, id est, quum essem ex pereuntibus & condemnatis, persecutus est me Christus, & fugit à conspectu eius peccatum, mors, & condemnatio: comprehendit itaque me, & ad sese conuertit. Debeo itaque & ego ipsum sequi deinceps, vt apprehendam. Significantissimè autem dixit, persequor. Qui enim persequitur, nihil aliud intuetur, quàm ad quod
F accelerat. Omnia autem præterit cum charissima, tum maximè necessaria: hunc ad modum & nos festinare conuenit, vt à nulla re impediamur. *Fratres, ego meipsum puto nondum eum prehendisse.* Quia plurimum laudauerat Philippenses, nunc ipsorum deiiciens affectum, Ego, inquit, talis ac tantus præceptor vester, nõdum opinor me apprehendisse virtutem vniuersam, perinde quasi de cursore aliquis dicat, Nondum to-
2. Tim. 4 tum perfecit. Qui igitur alio in loco ait, Cursum perfeci? At illud morti vicinus dixit. *Vnum autem, eorum quæ retro sunt, oblitus: ad ea quæ sunt ante, extensus.* Vnum tantummodo facio, vnum hoc solummodo cõtendo, vt semper promoueam & pergam, & obliuiscar operum transactorum, adeò vt ne vllam quidem eorum mentionem faciam, ac sic priora & quæ ante me sunt, persequar, ceu ea quæ desint mi-
Pauli profectus. hi. Sic qui se absoluisse cursum putat, à cursu desistit, quippe qui totum iam confecerit. Quid verò est quod ait, superextendens?

perextendens? id est, priusquàm peruenero, accipere tẽtans, A
ac pedes currẽtes licet, cum reliquo corpore anteuertere festinans. meipsum inflectendo ad anteriora, quod à multa cupiditate & promptitudine fit. *Secundum scopum persequor ad brabeum supernæ uocationis dei in Christo Iesu.* Non citra scopum curro, sed ad scopum defigens oculos. Quis verò scopus ille est? brabeum supernæ vocationis, hoc est incorruptibilis, quæ est in cœlis. Infrà enim est certamen, suprà verò corona in splendore sanctorum. Nam & rex matori honore afficiens certatores, ad superna vocans eos coronat. Ostendens autem quòd Christi auxilium omnia perficiat, ac sine ipso imperfectus sit cursus, adiicit, in Christo Iesu, hoc est, per illius cooperationem & auxilium. *Quotquot igitur perfecti sumus, isthuc sapiamus.* Quale isthuc? vt obliui- B
scamur eorum quæ sunt post nos, id est transactorũ. Perfecti enim est, seipsum non nominare perfectũ: hæc eñ est perfectio, non confidere. *Et si quid aliter sapitis, & hoc deus uobis reuelabit.* Hic securos eos facit ac tutos. Si putatis, inqt, totũ vos perfecisse, deus vobis ceu ignorantibus ostẽdet qd decorum sit, & quid cõueniat. Hęc aũt de vitæ perfectione dicta sunt, ac ne ipsi se perfectos putẽt. *Verũtamen ad quod peruenimus, eadem incedite regula, idẽ sapite.* Hactenus, inquit, q̃ perfecim⁹, retineamus, nimirũ concordiã, pacem, & incedam⁹ eadem regula, hoc est, eadẽ fide, eodẽ termino. Regula eñ & amussis neq; appositionẽ habet, neq; ablationẽ. neq; vos igitur spiritus mandata alteretis. *Imitatores simul mei estote fratres, & considerate, sic inambulantes quemadmodũ habetis exẽplar, nos.* In C
superioribus dixit, videte canes, atq; Philippẽses ab illis abdixit: nũc aũt agglutinat eos bene ambulantibus. hoc enim est q̃ ait, Attendite, hoc est, intuemini in eos, ac veluti ad archetypũ respicientes, aduersum illos effingimini. Ac quẽadmodum habetis typum me, hunc ad modũ & illos. Nõ enim verbis tantum docebat, verũetiam vita bonisq; moribus seipsum exemplar exhibebat, quandoquidem & hoc perfecta doctrina requirit. *Multi enim obambulant, quos sæpe dixi uobis, nunc autem & flens dico.* Non nominatim eos perstringit, ne prouocet eos, facit tamen vt hos intelligant, Quos sæpe dixi vobis, inquiens. Nunc autem postquàm malum progressum est & extensum, ne meminisse quidẽ horum possum sine lachrymis. Vides affectum, quo compatitur eis? non ob

propria

D propria ille mala plorabat,nõ enim habebat,ſed quia alij extra dolorem & in deliciis viuebant. *Hoſtes crucis Chriſti.* Fuerunt nonnulli Chriſtianiſmum ſimulantes,in deliciis tamen & tranquillitate ſeu ocio viuentes, hos hoſtes crucis appellat. Hic enim animam inquirit extenſam ad mortem, ſiciem periculorum : ipſi autem ſoluti ſunt ac contrario planè modo cum hoc conuerſantur ac viuunt. Si enim crucem amarent,crucifixam ſimul vitam quærere ſtuderent,amarulentã videlicet. Nõ horremus igitur in poſterum, ſi delectarum amicus & quietis & ſecuritatis eſt boſtis crucis. *Quorum deus uenter eſt.* Seruiunt enim huic tanquam deo, & omnem curã adhibent. Alij ſanè pecunia,aliis verò vẽter deus eſt,de qui
1.Cor. 15 bus & alio in loco, Edamus & bibamus,cras enim morimur.
E ecce & alia idololatria. *Et gloria in confuſione eorum qui terrena ſapiunt.* Quidam hoc de circunciſione intelligunt, quam ipſi quidem gloriam putabant, quum reuera ſit ignominia: verùm iſthuc ſic ſeſe non habet . enimuero ſtultitiam eorum per hæc ob oculos ponit. Nam flagitia committẽtes,inquit, quum deberent celari, ac propterea pudefieri, ea potius ſibi
Venter quib⁹ deꝰ ſit. gloriæ ducunt,terreſtria planè cogitãtes. Tales enim deum ventrem habent,nihil cœleſte vel ſpiritualecogitãtes vel intelligentes. *Noſtra enim conuerſatio in cælis eſt, ex quo & ſeruatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtum.* Itaque quæ ſuperna ſunt, operæprecium eſt nos ſapere & affectare, & ad patriã noſtram feſtinare, vbi & agere & viuere & cõmemorari nobis iniunctum eſt: quandoquidem & dominus & rex noſter iſthic ſit,atque inde ipſum venturũ expectamus in gloria pa-
F terna cũ ſanctis angelis ſuis. Itaq; & a loco & perſona vobis metuite. *Qui tranſfigurabit corpus humiliationis noſtræ.* Multa nũc patitur corpꝰ, vincitur,verberatur,innumeris caſibus obiici tur. Ob eam rem humiliationis corpus eſt,ꝙ corruptioni atque dolori ſubiectum ſit,ſed transfigurabitur, id eſt, ipſum permanens induet incorruptibilitatem . Per transfigurationem,à corruptione liberationem intellige. *Vt efficiatur conforme ipſum corpori gloriæ ipſius.* Simul atque conforme ipſi factum eſt in afflictionibus per communicationem earum,cõforme etiã efficietur gloriæ ipſius. Papę,quid dixit? Ei quod ab angelis adoratur,quod ad dextram patris reſidet, gloriæ corpori conforme ſit corpus noſtrum, ac perinde glorificatur vt illud. Nõne igitur ſi vniuerſus mundus ſimul lachrymetur

metur ac defleat eos qui ab gloria hac excidunt, dignè lachrymabitur? *Secundum operationem qua poteſt ipſe ſubiicere ſibi ipſi omnia.* Quia magnum dixerat,ac propemodum incredibile,Ne dubites,inquit,vim enim habet atque potentiam , per quam operatur omnia,ac ſubiecit ei angelos & archãgelos. Itaque poſtquam illo maiora fecit,quanto potius hoc, quod minus illis,faciet? Quis verò ſubiecit? Nonnulli aſſeuerant quòd deus & pater ſubiecerit ipſi, Chriſto videlicet,omnia. Cæterùm inconſequens illud eſt. nõ enim dixit ſuprà de patre. Rectius igitur de Chriſto hoc intelligitur,qui per virtutem diuinitatis ſubiecit ipſi,corpori ſuo videlicet omnia. nõ enim metuemus nequando diducamus Chriſtum . vnum enim nouimus ipſum etiam in diuerſitate naturarum.

CAPVT IIII.

P *Roinde fratres mei ſpirituales & dilecti & deſiderabiles lætitia & corona mea,ſic ſtate in domino dilecti.* Itaq; etſi cernatis hos gaudentes & gloria affectos , ſtate vos perinde ac conſiſtitis, ſperando quòd vnà cũ Chriſto glorificamur,neque ab ea ſpe excidatis. Obſerua autem quã tis encomiis eos euehat. Fratres, inquit, & non ſimpliciter, verùm dilecti,& adhuc deſiderabiles, hoc eſt,ab me inquiſiti vt à me videamini , vt coram me appareatis . Præterea gaudium,neque hoc ſimpliciter,verũetiã corona: quo nõ eſt aliud quiddam celebrius. Siquidem ante adhortationem eos commendauit,ac rurſus poſt exhortationem in tanto fuerũt apud eum precio, vt tali tantóque honore ipſos dignaretur Paulus. *Euodiam obſecro, & Syntichem obſecro, eodem eſſe affe-* C *ctu in domino. Næ rogo te etiam germane coniunx, ſuſcipe eas.* Videntur mihi mulieres iſtæ caput eſſe eccleſiæ apud Philippẽſes. Commendat itaque has viro cuipiam admirãdo,qui aut frater fuit alterius ipſarum,aut maritus etiam. Forſan autem & cuſtos ille fuit carceris, perinde quaſi dicat: Iam tandem frater es germanus,nunc genuinus vir,ſi in opere domini idem iugum trahas,adiuuans illas. Nonnulli hîc in errorem inducti,aiunt Paulum hîc propriam ſuam coniugem adhortari atque precari. verumenimuero hoc eſſe haudquaquam poteſt. Vt enim alia prætermittam,ſi ſuam vxorem intellige te voluiſſet,debuiſſet dicere genere fœminino, γνήσιε σύζυγε, id

D id est, germana coniunx. *Quæ in euangelio certarunt mecum, & Clemente ac reliquis cognatis meis.* Non exiguam, inquit, partē istæ contulerunt auxilii ministeriiq́ue sui, etiamsi haud pauci alij essent auxiliatores. Propterea concertarunt mecum, ait. non leuiter enim tum sanè ecclesiæ conglutinabantur cō iungebanturq́ue, altero alterum honorante & adiuuante. Verùm hodie quis noster, prò dolor, status est, quū alter alterum deiicimus? hinc etiam fit vt simus planè diuersi ab iis qui in ecclesiæ primordiis vixere. *Quarum nomina sunt in libro uitæ.* Animaduertis quantum virtutis mulierculis tribuat?

Luc. 10. Dominus enim apostolis dixit, Nomina vestra scripta sunt
Liber uitæ. in cœlis. hoc & fœminis diuus Paulus attribuit, quòd nomina earum cū reliquis inscripta sint libro vitæ, hoc est, in cognitione & iudicio dei, quo illis vitam adiudicauit etiamnū
E ex fide earum, quemadmodum qui non credit, iudicatus est,
Iohan. 3. atque mox etiam libro mortis insertus est. *Gaudete in domino*
Matth. 5. *semper.* Quomodo igitur dominus dixit, Beati qui lugent: quia illudipsum lugere, est gaudere. Non enim simpliciter
Actu. 5. dixit, gaudete sed in domino. Qui autem in domino est, semper lętatur, etiamsi torqueatur vel dilaceretur. Reuertebantur, inquit, à concilio gaudentes, quoniam digni habiti essent pro nomine Iesu contumelia affici. *Iterum dico gaudete.* Quia rerum natura mœrorem pariebat, per duplicationem verbi ostendit ōnino esse gaudēdū. *Modestia uestra nota sit omnibus mortalibus.* Quia suprà accusabat quosdam Paulus ceu inimicos crucis Christi, adhortatur iam eos, vt sese moderatè erga illos gerant. ne inuideant illis, néve sint infensi, sed clementes se potius ipsis exhibeant, etiamsi hostes fuerint. *Dominus prope est, de nulla re soliciti sitis.* At malè habet vos, quòd isti in voluptatibus viuant, vósque iniuria afficiant, qui vos in afflictione laboretis? verum id vos minimè moueat. Dominus enim prope est, iudicium iam admotum est. Proinde
F neque illorum vos iniuria angat, neque vestra vos calamitas à scopo, qui Christus est, deiiciat: reddent enim rationē isti deo, & vos quiete vestra fruemini in sempiternum. *Sed in omni oratione & precatione petitiones uestræ patefiāt apud deum.* Et aliam consolationem, orare in omni re. At quomodo quisq́ futura rogauerit, qui sese pro prioribus beneficiis non exhibuit gratum? Itaque pro omnibus, etiam iis quæ cōtraria nobis videbuntur, sunt agendæ gratiæ. Nam pro bonis in nos collatis

collatis nos gratos esse, rerum natura postulat: illud autem A
est animæ piæ & verè gratæ. Huiusmodi igitur orationes pa *Orationē*
tefaciunt petitiones nostras coram deo. aliter enim factas *utilitas.*
ne agnoscit quidem deus. *Et pax dei exuperans omnem intellectum, custodiat corda uestra & mentes uestras in Christo Iesu.* Hoc est, reconciliatio quam cum hominibus fecit, illa excedit omnem intellectum, nedum humanum, verumetiam angelicum: perinde ac si dicat. Qui hac ratione nos liberauit, vt ne vllus quidem intellectus nullāque mens comprehendere possit (quis enim expectasset tanta nobis obuentura esse bona, nósque deo reconciliandos?) ipse porrò vos custodiat & muniat, vt ne aliquid mali intelligatis aut cogitetis. Vel pacem dicit, de qua dominus loquitur, Pacem meā relinquo vobis, ipsa custodiet vos. Etenim pax ipsa exuperat omnem intellectum, quanto magis substantia? Quod ve- *Iohan. 14* B
rō ait, in Christo Iesu, hoc est, in ipso vos custodiat, vt ne ab eo excidatis, sed perseueretis in eo. *Quod reliquum est fratres.* Tanquam vrgens, & nihil commune habens ad ea quæ præsentia sunt, sic inquit. *Quæcunque uera sunt.* Hoc est virtutibus compta. Vitium enim mendacium est & voluptas eius. *Quæcunque grauia sunt.* Ad eos qui terrena sapiūt, iisq; sunt acclinati. *Quæcunque casta.* Ad eos quorū deus vēter est. *Quæcunque amabilia.* Id est, deo & hominibus grata, vt adeò non offendāt neq; collidātur inter se mutuò. *Quæcunque bona præconioque digna, si qua uirtus, & si qua laus.* Vidē' ꝙ & eorū quę homines cō cernunt, rationem haberi velit? sed non simpliciter, verùm cū appendice hac, si qua virtus. *Hæc cogitate.* Quia è cogitationibus praua opera nascuntur, Hæc cogitate inquit, quæ C
sunt prędicta. *Quæ & didicistis, & accepistis, & audiuistis, & uidistis in me.* Quia nō licebat de ōnib⁹ exactè dicere, de ingressib⁹ exitib⁹, figura, habitu, verbo: in summa inqt, q̄cūq; didicistis & audiuistis p doctrinā, & accepistis etiā sine scriptis, & vidistis in me p ipsa opa. Hęc eīn, vt sæpe cōmemoratū, optima est doctrina, sepiūs formā exhibere. *Hæc agite.* Nō solūcogitate, vt paulò antè dictū, neq; dicite solūmodo, verūetiā facite. *Et deus pacis erit uobiscū.* Hoc est, in trāquillitate vinetis, si hęc egeritis. Si eīn pacē habeam⁹ ad deū, videlicet p virtutē, *Psal. 119.*
& ad homines (Cū odiētib⁹ eīn pacē, erā pacific⁹) erit de⁹ no biscū. Qui eīn & fugiētes sectaī, q accedētib⁹ nō adesset? *Gaudete in domino uehemēter, quod iā olim refloruistis pro me sapere.*

Non mun-

D Non mundano more gauisus sum, neque pro vitæ huius secu
li ratione, sed in domino, nō quòd requiem habuerim ego,
verùm quòd vos promouistis atque progressi estis. Propter-
ea & valde se gauisum adserit pro ipsorum salute & commo
ditate. Clàm verò obiurgans eos super præsenti tempore,
quasi doceat continuò ac semper impartiendum, rursùs ip-
sum vmbrauerint Philippenses, nimirum doctrinam hanc
suam. Iam olim enim, longum tempus significat. Reflorui-
stis autem dixit. veluti de germinantibus, ac rursum tamen
arefactis. ac denuò repullulascentibus. Et vos, inquit, quum
essetis floridi, emarcuistis, deinde refloruistis. Itaque hęc pa
riter obiurgatio est & laus. non enim parum est, eum qui ex-
aruit, repullulascere. Vt ne verò existimes quòd & in reli-
quis exaruerint, intulit, vt pro me sapiatis, in hoc solum vt
E soliciti sitis in subministratione eorum quæ mihi sunt necef
saria. Suboritur hîc quæstio: Quomodo, quum beatius sit da
re quàm accipere, & quum ad Corinthios ipse dicat, Satius
Act.20. est mihi emori quàm vt gloriationem meam quisquam eua-
1.Cor.9. cuet: nunc inuenitur accipere? At illic non iniuria nihil acci
piebat, propter pseudapostolos, qui sese nihil accipere simu-
labant, vt in quo gloriantur, inueniar & ego. Etenim nō sim
pliciter dixit, nō obturbabit gloriatio mea, sed, in finibus A
chaię. Alias, inquit, ecclesias deprædatus sum. Istic itaque cō
sultò non accipiebat, hic verò dilecti sunt dantes, ac deside-
2.Cor.11 rabiles, à quib⁹ nisi accepisset, perturbasset eos. Insuper & ac
cipere, pro dantibus magis est. etenim maiori commoditate
afficiuntur dantes quàm qui accipiunt. Quod verò ait domi
nus, Beatius est dare quàm accipere, non est simpliciter in-
terdictio accipiendi, verùm comparatio est, quæ id quod me
lius est submonstrat. Non enim quia potius est aurum, quàm
F quam vetat ne argentum habeas. Aliàs autem & ille labora
re præcipit, vt ita ex labore & opere nostro habeamus quod
aliis impertiamur, atque sic sanè faciendum est. Sin verò oc-
casio seu tempus operandi non fuerit, vt si bella vel tumul-
tus vel ægritudo remorentur, quid tum faciendum? nónne
Iphe.4. accipiendum est? Equidem opinor. *Quando quidem & sapieba-*
tis. Hoc est, gerebatis quidem in corde pro me solicitudinem
vestram, & pro me soliciti eratis: nam & in more vobis est,
vt pro me soliciti sitis. *Non habebatis autem opportunitatem.*
Non socordiæ vestræ fuit, inquit, sed necessitatis hoc, nempe
quòd

ꝙ mihi non succurreretis, hoc est, nō habebatis in manibus A
vestris neq; abūdabatis. A cōmuni loquēdi cōsuetudine hoc
desumpsit. Solemus enim dicere, Angustia me inuasit, Malū
tēpus nūc est. *Non quod ꝓ indigētiā hæc dicā.* Nō ꝓpterea vobis
hęc cōqueror, ꝙ penuria angar, atq; meā ipsi⁹ rē spectē. *Ego*
enim didici, iis quæ mihi sunt, cōtētus esse. Obseruas hîc difficile
esse trāsactu, vt aliquis sit cōtētus suis rebus, suaq; sufficiētia
gaudeat, tū ꝙ exercitio & crebra operatiōe opus habeat? Di
dici enim, inquit. *Noui & humiliari, noui & exuberare.* Id est,
paucis etiam vti noui, & famem perferre, & rursus exubera-
re. Ecqualis hæc virtus est, nouisse exuberare? Omnino cer-
tè magna: plures eñ abūdātia rerūq; luxus infringit, q̄ penu
ria, ad plures cupiditates & absurdas accendens. Quomodo B
autem nouit Paulus abundare? Quoniam in alios impende- *Abūdare*
bat, nec gaudebat superabundantia, cæterùm æqualis erat, *scire quid*
in saturitate & indigētia, neque enim ob hanc laxabatur, ne *sit.*
que ob inopiam comprimebatur. *In omni & in omnibus institu-*
to; sum. In omni longo tempore, & in omni re. & in omnibus
incidētibus experiētiā accepi. *Et saturari & esurire, & abun-*
dare, & deficere. Israelitæ neque esurire nouerunt: oblocuti
sunt enim domino deo, dicentes: Nunquid poterit domi- *Psal.77*
nus deus parare mensam? Sed neque saturari: Ederunt enim
& impleti sunt, & recalcitrarunt. Verùm Paulus & Christia
ni sese aliter gerunt. Monstrat autē per hæc, ꝙ neque antea,
quum non conferrent, tristaretur, neque nunc per dantes ga
udium sit humana ratione, sed eorum nomine lætatum se in-
dicat, ꝙ ipsi per hæc adiutarentur. *Omnia possum in eo qui me*
confortat, Christo. Quia sentiebat ꝙ magna de se loquutus
esset, ait, Non meum opus est, sed eius qui robur dedit, Chri C
sti. *Veruntamen bene feciſtis, afflictioni meæ communicantes.*
Quia dixit, didici esse contentus, ne propter hoc Philippen-
ses offenderentur, ceu non libenter accepisset neq; grato a-
nimo quæ obtulissent, quippe quia inutilia ea reputasset (so-
lent enim dantes offendi, siquando accipientes asserant se
non indigere illis) isthuc ergo nunc curat, inquiens: Verun
tamen rectè feciſtis, hoc est, etsi non opus habeam, attamen
gratiam & munus vestrum accepi. Expende hîc sapientiam *Pauli pru*
quomodo rem attollat. Cummunicantes afflictioni meę, in- *dentia.*
quiens, pares ipsos sibi constituit. Ego quidem hæc pa-
tior: quia verò mei curam gessistis, Deus etiam vos pro col-

D luctatoribus & adiutoribus meis in euangelio reputat. Per ea igitur quæ in superioribus memorata sunt, factum eorum deiecit: per ea verò quæ nunc dicuntur, promptitudinem & alacritatem eorum confortat. *Nouistis autem uos Philippenses, quod in principio euangelii, quando exiui à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dationis & acceptionis, præter uos solos.* Quia videbatur eos suprà carpere, quum diceret, Iá olim reflоruistis sapienter iam nunc hoc defendit. Hoc ipsum, inquit, quod visus sum vos reprehendere, non feci tanquam voluerim quicquam accipere, enimuerò quòd plurimũ sim vobis confisus, tum q̃ vos mihi eius rei vel reprehensionis sitis autores. primi enim vos inter cæteros tentastis rationem habere necessitatis meæ. Atq; hinc accepta libertate, vos obiurgare mihi placuit, vt eos qui quod consueuerant facere, præ-

E termiserint. Ingens igitur encomium est, q̃ in principio euangelij, tum q̃ non solum quum apud vos agerem, sumptũ mihi suppeditastis, verumetiam quãdo exiui è Macedonia, hoc est, quãdo ex vestra regione ac finibus discessi. Nõ dixit autem, nulla mihi ecclesia dedit, cæterùm, nulla ecclesia communicauit mecũ in ratione dationis & acceptionis. Etenim communicatio est opus. Das carnalia, & accipis spiritualia,

1.Cor.9. perinde ac alio in loco: Si nos vobis spiritualia seminauimꝰ, magnũ est si vestra carnalia metamꝰ? Aliæ igitur ecclesiæ nõ communicarunt in ratione dationis carnalium, & acceptionis spiritualium. *Quoniam & Thessalonicæ semel atque iterum quæ mihi necessaria essent, allegastis.* Magnum & hoc præconiũ est, quòd in metropoli agens, à parua alebatur ciuitate. Necessitatẽ porrò, necessarios sumptus appellat, necessitatẽ, non

F delicias neque luxum. *Non quod inquiram dationem, sed inquiro fructum exuberantem ad rationem uestram.* Quia humile quoddam prolocutus erat, dicens ad necessitatem meam, vel quæ mihi necessaria essent: ne ex hoc extollantur illi, Non hæc, inquit, dico, quòd inquiram vestra dona, sed vestri commodi causa, vt vos fructum referatis, qui fructus ad rationem vestram est, hoc est, vobis commodat. Viden' quòd ipsi adiuuabantur ex dando? *Habeo omnia, & exubero.* Quia dixit, non quæro: vt ne rursus eos socordes magis reddat (quanto enim fuerint prudentiores, tanto maiorem quærunt gratiarum actionem ab iis quibus beneficia impertiuntur benefactores) Habeo, inquit, omnia, & exubero, id est, hoc dato vestro ne-

dum

cium quæ prætermissa sunt nobis repletis, verum & superA fluis. Dicens autẽ habeo, aufero tanq̃ de debito, vt ne cristas erigant. Rursum exhilarans, ostendit quòd vltra etiam debitum fecerint, abundantia mittentes. *Impletus sum accipiens ab Epaphrodito dona uestra, odorem bonæ fragrantiæ, sacrificium acceptabile, beneplacens deo.* O rem admiratione dignã. Quõnam donum ipsorum retulit? Nõ ego, inquit, accepi, sed deus per me. Proinde etiamsi, ego nõ indigeam, ne sit curæ vobis quandoquidẽ neque deus indigebat, sic tamen accepit, vt & Gene. 8. scriptura dicat, Olfecit dominus odorem bonæ fragrantiæ. vt ne si audiamus deum hisce non egere, segniores in dando efficiamur. *Deus autem meus repleat omnem necessitatem uestrã iuxta diuitias suas in gloria, in Christo Iesu.* Postquam in superioB tibus dixerat, non habebatis opportunitatẽ, hoc est, eratis in angustia precatur nunc vt & ipsi satis habeant. Quòd si philosophi & eruditione graues & prudẽtes fuissent, nõ imprecatus esset eis corporalia. Quia verò sunt homines huius vitæ negociis occupati, aliquã etiã præsentium cupiditatẽ habentes, imprecatur eis, acquiescendo illis, non abundantiam Terrenæ quoque aut delicias, sed necessariarũ rerum copiam. Impleat enim, Paulꝰ discipulos inquit, omnem necessitatem vestram, vt ne sitis in indigen- precatur. tia. Præterea ne arbitrentur quòd ad angustiam eos velit cõ fiere, subdit, iuxta diuitias suas, hoc est, diuiter, abundẽ, citra vestri angustiam necessaria vobis dare potest: quare ad gloriã ipsius vtimini facultatibus. Quodait in Christo Iesu, C sic potest intelligi, quòd pater faciet mediante Iesu. Potest etiã hac ratione intelligi, in gloria quæ ad Christũ refertur. Infert igitur: *Deo uero & patri nostro gloria in secula seculorũ, Amen.* Quia dixerat in gloriã filij, subintulit quòd gloria ipsa filij, sit etiã gloria patris. *Salutate omnem sanctũ in Christo Iesu.* Haud parũ benuolẽtiæ est, p literas eos salutare. *Salutãt uos qui mecũ sunt fratres.* Fuerũt em̃ plures cũ ipso fortasse, qui etiã ex Roma erãt, qui tamẽ tales non erant, vt apostolicam reciperent functionẽ. Solus enim Timotheus erat huiusmodi quẽ, & suprà eiusdẽ secum animæ, vel æquanimẽ nomina uit. Haud refugit tñ hos etiã fratres appellare. *Salutant uos õnes sancti, maxime qui ex Cæsaris domo.* Cõfortat eos, ostẽdẽs q̃ & regiã domũ euãgelij p̃dicatio attigerit accẽderitq;, & q̃ illi q̃ in regia versabãt, & apud iperatorẽ, õnia ,ppter Christũ posthabebãt. Quãto potiꝰ & vos iferiores hisce idẽ facietis?

Suprã. 2.

F ij Pariter

D Pariter autem ſubmonet q̃ ipſorum mentionem fecerit, eorúmque virtutis apud illos meminerit. alioqui enim non potuiſſet eos in deſiderium eorum pertrahere, vt ſalutarent ipſos. *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus uobis Amen.* Eſt in more Paulo, voto claudere epiſtolam, pariter eos docens, vt ſi virtutes quas habeant, eas ex gratia dei habere ſe nouerint, & credant, & non propter eas extollantur: ſic futurum vt gratia nunq̃ nõ ſit permãſura, ſi non extollantur inq̃. Cõtingat autẽ & nos omni virtute, maximè ea qua aliis impertiamus, abundare per gratiam Chriſti, vt & noſipſi adiuti, propterea quòd omnibus indigentibus impertiamus, potiſſimum verò iis qui pro Chriſto patiuntur: fruamur diuitiis bo
E nitatis ipſius, cui gloria in ſecula. Amen.

Scripta eſt ex Roma per Epaphroditum.

AD COLOSSENSES EPISTOLAE Pauli per Theophylactum Bulgariæ archiepiſcopum Enarratio.

ARGVMENTVM.

Pauli epiſtolæ e uinculis, ſanctiſſimæ.

OMnes quidẽ diui Pauli epiſtolę ſanctæ ſunt, maximè verò quæ à vincto ipſo mittuntur, tanq̃ iã primas in bello cõſecutus, & victoria parta, in media cæde trophæũ ſtatuẽs eas cõſcripſerit. Nouit aũt & ipſe hoc magnũ eſſe, atq; ad honorẽ ptinere. Philemoni eñ ſcribẽs ait, Quẽ genui in vinculis meis. Hoc aũt dixit, ne & nos cõtriſtemur ob pericula q̃dã, ſed potiꝰ honori nobis ducamꝰ, ppter Chriſtũ cõtumeliã ferre. Sũt aũt multę huiuſmodi epiſtolę, ad E-
F pheſios nimirũ, & ad Philemonẽ, ad Timotheũ, & Philippẽſes, atq; hęc ipſa ad Coloſſenſes, quas ipſe in vinculis ſuis cõſcripſit. Quẽadmodũ aũt Romanis, quũ nõ vidiſſet antea, tũ Hebræis ſcripſit, pari ratione hiſce antea nõ viſis literas mittit. Apud hos aũt erat Philemõ & Archippꝰ, q & mihi videẽ eccleſiã quãdã inſtituiſſe. Scribit aũt Coloſſenſibus tali de cauſa. Prauũ q̃piã & impiũ dogma in eos inuaſerat, iãq; floruerat. Arbitrabãtur enim, nõ p filiũ, ſed per angelos ſeſe ad deum & patrẽ adduci, abſurdũ putãtes filiũ dei in extremis tẽporibꝰ apparere, quũ in veteri teſtamẽto p angelos õnia ſta
cta ſint. Habebãt aũt obſeruatiões multas & Iudaicas & Grę cas, dies obſeruãtes & tẽpora, & cibos: quæ õnia quũ indigerẽt correctiõe, mouerũt apoſtolũ vt ſcriberet hanc epiſtolã.

CAPVT

Caput I.

A

PAulus *apoſtolus Ieſu Chriſti, per uoluntatem dei.* Principio ſtatim tollit dogma eorum clanculum. non enim angelorum eſt apoſtolus, ſed Ieſu Chriſti, atque hæc eſt voluntas dei, vt illius ſit apoſtolus, non angelorum. Quòd ſi per voluntatem dei ſum apoſtolus, planum eſt quòd vera prædicem. Quæ autem ſunt hæc? quòd à filio adducti ſumus ad patrem, quòd liberati ſumus & ab Iudaicis & Græcis obſeruationibus. Animaduerte, hîc, quòd præpoſitionem (per) patri tribuerit. *Et Timotheus frater.* Igitur & ipſe apoſtolus fuit. Erat autem par & hunc ipſis innoteſcere. *Sanctis qui ſunt Coloſſis, & fidelibus in Chriſto.* Vrbs eſt Phrygiæ, Coloſſæ, quæ nunc dicuntur Chonæ, quod inde perſpicuum eſt, quòd Laodicea huic ſit vicina. Vnde autem ſancti facti eſtis? Nõne per baptiſma in mortem Chriſti? Vnde fideles. nõne quia C in Chriſtũ creditis? nõne quia tãta ſunt vobis à Chriſto credita myſteria? Fideles autẽ nõ ideo tãtũ vocamur, qa credimus, ſed qa credita ſunt nobis de deo arcana, quæ ne angeli quidem norant. Vnde fratres? num per propria opera, virtutes ve operationes? Minimè, verũ in Chriſto. Ecquî igitur angelis aſſcribitis acceſſum & adductionem ad deũ? *Gratia uobis & pax a deo patre noſtro.* Chriſti nomen hîc nõ apponit. licet id ei ſit in more, ne ſi ſtatim in epiſtolę exordio eis repugnet, à reliquo argumento harum literarum eos reſilire faciat. Dicant autem hîc qui ſpiritus autoritatem eleuant, vnde pater noſter deus dicatur, án ne per ſpiritum? Magna adeõque ingenij noſtri captum excedentia quis donauit? nõne ſpiritus? quomodo igitur autoritatem imminuis? *Gratias agimus deo & patri domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro uobis orãtes.* Ieſus Chriſtus eſt dominꝰ noſter, nõne igitur angeli ſunt ſeruiũ Non ſolùm autem per gratiarum actionem, verumetiam

D per assiduam pro ipsis precationem, charitatem suam ostendit. Quos enim non viderat, hos semper in corde suo habet. *Audientes autem fidem uestram, quæ est in Christo Iesu.* Gratias agimus, inquit, eò quòd audiuerimus ab Epaphra fidem ve-
Matth. 1. strã, non eam quam in angelos, sed quam in dominum Iesum habetis. Per hæc autem præoccupationem facit. Quinetiam nomina hæc, Christus & Iesus, beneficentiæ sunt symbola. ipse enim vnctus est pro nobis, & ipse seruauit populum à peccatis suis. *Et charitatem quam habetis erga omnes sanctos.* Non erga hunc vel illum, sed erga omnes, quare & erga nos: quare audietis nos libenter. Conciliantis autem eos sibi hæc verba sunt. Videtur autem hîc per charitatem, misericordiæ in pauperes fratres affectum, quo ipsis impertiunt quicquam, significare, perinde ac in a-
1. Cor. 9. liis locis. *Propter spem repositam uobis in cœlis.* Diligitis, inquit,
Phi. 4. sanctos, non humani cuiuspiam commodi gratia, verũ quia
E futura bona speratis, vel quia gratias agimus quia incorruptibilia bona consecuturi estis. Non enim in terram sunt reposita, vt corrumpantur, sed in cœlos, vt stabilitatẽ habeãt. Ne igitur ambigatis de spe, in tuto enim reposita sunt. Hoc autem pertinet ad eos qui tentantur, vt ne hîc quietem inquirant, neque defatigentur tentationibus, vt qui magnam retributionem expectent. *Quam antea audiuistis in uerbo ueritatis euangelii.* Non dixit prædicationis, sed euangelij, vt commo-
Euãgeliũ nefaciat eos beneficiorum dei. propter bona enim euange-
sermo ue- lium est. Si autem verbum veritatis est, nullum mendacium
ritatis. est in ipso. Quomodo igitur vos mẽdacem ipsum facitis, nõ
F credentes, quemadmodum iam antea instituti estis ab ipso, ꝙ per Christum sit salus? Quis autem erat qui illic prædicauerat? Epaphras, perinde ac in sequentibus planum fit. *Præsentis apud uos, quẽadmodũ & in uniuerso mũdo.* Tãq̃ de re anima ta dixit, qđ ꝑsens est. Nõ aduenit ad vos inqt, ac defecit à vobis, sed ꝑsens est ac dominaꝫ apud vos. ꝑ hæc aũt exhilarat eos. Quia verò pleriq; firmant potiꝰ qñ & participes habuerint dogmatũ, addit, ꝓpterea, & in omni mũdo. Vbiq; enim est, & vbiq; cõsistit. *Et fructũ adhuc ferẽs & crescens.* Fructũ ꝓfert ꝓ opa, crescit aũt, ꝙ multi ad fidẽ recipiãꝫ vndiq;. Atqui fructũ nõ ꝓtulisset, nisi firmatũ fuisset. arbores enim qñ fuerint firmataq; fuerint, plurimũ fructus proferũt. *Quẽadmodũ & in uobis.* Anteuertit eos ꝓinde, ac suprà laudibꝰ, vt ne spõ-

te deficiant. Si enim ad omnes, ergo ad vos etiam est prædi- A
catum euangelium: quomodo nunc igitur nonnulli diuersa tradunt ac docent? *A quo enim die audiuistis & agnouistis gratiam dei in ueritate.* Fructum, inquit, profert, ac crescit euangelium in vobis, ab eo die quo agnouistis gratiam. Quomodo? Nõ in impostura & verbis temerariis, sed in veritate, hoc est, signis & operibus admirandis. *Quemadmodum & didicistis ab Epaphra.* Sic & agnouistis ipsis, inquit, operibus gratiam, perinde ac docuit vos Epaphras. non enim alia quidem facta sunt, alia autem docuit. Ille enim, quẽadmodum videtur, prædicauit Colossensibus. *Dilecto conseruo nostro.* Viri hîc autoritatem denunciat. Non enim diligerẽ eum ego Paulus, nisi scirem eum esse verum præconem, nec conseruum ipsum nominarem. *Qui est uerus pro uobis minister Christi.* Pro
B vobis, inquit, in rebus ad Christũ pertinentibus ministrauit, quum videlicet ad Paulum abiit, eúque consolatus est in vinculis, quumque indicauit ei res Colossensium. Si autem Christi minister est Epaphras, quomodo affirmatis vos per angelos adduci? *Qui & indicauit nobis charitatem uestram in spiritu.* Hoc est, spiritualẽ charitatẽ quã habetis erga me. ipsa enim stabilis est in spiritu dilectio. Amor enim naturalis, vt paren- *Amor est*
tum erga liberos, liberorumque erga parentes, & amicorum *spiritu, sta-*
amicarumque, instabilis est. *Propter hoc & nos a quo die audi- bilis.*
C *uimus, non cessamus pro uobis orantes.* Propter hoc, quale hoc? Quia, inquit, audiuimus fidem vestram & dilectionem, bonam spẽ concipientes de obuẽturis vobis bonis, oramus pro vobis nõ vnũ diem neq; duos, sed omni tẽpore à quo ista audiuimus. Monstrat autem per hæc simul charitatem suam erga eos, ac clanculum illos reprehẽdit. siquidem orationibus eius adiuti, nõdum tamen seipsos perfectè recollegerũt, non emendarunt. Obserua hîc quòd multis orationibus nobis opus sit, & assiduis: nam & Paulus citra intermissionẽ orat, ac etiamsi nihil proficeret, nondum tamen desistit. *Ac petentes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius.* Neque omnino imperfectos neque omnino perfectos per hęc significat. Non enim dixit, vt accipiatis, verũ vt impleamini. Habetis em̃, sed nõdum totum. Et quia adducti estis, agnouistis quidem: quòd verò per filiũ dei, hoc deest vobis, nec satis nostis, quare oro hoc impleri in vobis. Volũtas enim & dei beneplacitum est, quòd filium suũ pro nobis dederit, nõ angelos. Agnitionem

D igitur, cognitionis appendicem intellige. *In omni intellectu & sapientia spirituali.* Quia eos philosophi decipiebant. volo, inquit, vos per spiritualem sapientiam discere institutionem ac doctrinā euangelij, non iuxta sapientiam hominum, per quam decepti, arbitramini vos nouisse. Si autem vt voluntatem dei discatis, spirituali vobis sapientia opus est: quid dicet aliquis de iis qui sese dei essentiam ex externa sapientia nouisse gloriantur? *Vt uos obambuletis digne domino.* Oro, inquit, vt discatis vos, quòd seruati sitis per vnigenitū, vt ambuletis vos, hoc est, vt secundum virtutem viuatis. Qui enim clemētiam dei didicerit, quòd filium suum pro nobis dederit quomodo non studebit seipsum dedere virtutis laboribus, adeoque eò, vt crucem ipsius tollat? Obambulare nanq; ad vitam & cōuersationē pertinet, vt dictum est. Vbique autem fi-

Philosophi fallacer.

E dei, vitæ rationem moresque cōnectit. Maximè verò nō oramus vt discatis tantummodo, verùm vt operibus quoque demonstretis. qui enim nouit voluntatem dei, & non facit, punietur. Animaduerte autem, quomodo semper obambulacrū, vitam conuersationemque appellat, ostendens quòd perinde ac nunquam non obambulare nobis necessarium est, sic & optima vita. *Ad omnem complacentiam, in omni opere bono.* Vt sic, inquit, viuatis, vt per omnia placeatis deo. Qui verò hoc fit? Non aliter, nisi in omni opere bono. vbi enim omne opus bonum est, ibi & omnis bona voluntas dei. Considera autem quomodo vbique omne apponat, In omni sapientia, & in omni opere bono, ad omnem complacentiam, & ad omnem lō ganimitatem, ostēdens quòd habeant quidē & nūc, nondum tamen totum, quare finem eos expectare oportet. *Fructum*

F *ferentes, & crescentes ad omnem agnitionem dei.* Quemadmodum, inquit, nouistis deum perfectius quàm qui olim vixere, hanc ad rationem debetis & invita crescere iuxta mensuram cognitiōis. Qui enim tantis est donatus bonis, vt deū sciret, vtq; filius dei esset, nōne magna virtute opus habet qua redeat? Vel quia oportet vos proferre fructū bonorū operum, sed vt agnitionē dei habeatis quēadmodū conuenit, non autem quemadmodum nunc videmini habere. Quæ enim commoditas vitæ & cōuersationis vestræ, si ignoretis filium dei? Contemplare autem quī suprà eos cognitione dixerit indigere ad hoc vt dignè obambularent domino: nunc rursus exigit ab eis vt crescant in operibus bonis, vt simul deum etiam agnoscant. vtrunque enim vtriusque est constitutiuum. *In omni potentia confortati.* Precamur vt impleamini in omni potentia cōfortati. ad quid? aduersum tentationes, & persecutiones, vt ne torpeatis neque desperetis. *Iuxta imperium gloriæ suæ.* Vt huiusmodi det vobis potentiam, qualem decet eum dare, ineffabilem & infinitam videlicet, veruntamen qualem possibile est ab homine accipi. Multa autem & magna est longanimitas. Non enim dixit potentiam, sed imperium, robur, regnum (hoc enim κράτος significat) quod maius est: quasi dicat, vbique gentium gloria eius regnat, imperiumve occupat. Ne igitur & vos in rebus asperis ac tristibus langueatis: confortabimini enim vt par est, vt qui domino adeo forti ac celebri seruiatis. *Ad omnem patientiam & longanimitatem.* Confortati ad omnē patientiam erga eos qui foris sunt: longanimitatem, quæ sit inter vos mutuò. Est enim aliquis lōganimis erga eos quos arcere possit, sustinet autē quos non potest neque arcere, nec de quibus vlcisci sese queat. Propterea & de deo nō dicitur expectatio seu patientia, sed lōganimitas, vt qui possit quidē quos velit excindere, sustineat tamē. Ad omnem autem dicit, quatenus ad præsentem rerum statum. post fata enim non porrò erit opus huiusmodi patientia. Vt igitur in summam contrahamus sermonē, hoc dicit, oramus vt perfectè accipiatis agnitionē dogmatis, non in sapientia mundana, sed spirituali, vtq; vitam virtutibus redimitā habeatis, vt possitis firmiter stare aduersus tentationes, confortati, vt par est à deo cōfortari, vt erga exteros etiam patientiam ostendatis, ergaque fratres longanimitatem. *Cum lætitia gratias agētes patri.* Accusaturus eos quòd circa dogmata nō rectè habeāt, premitigat sermonem, vt ne videatur eos tāquam hostis accusare. Quū igitur antea dixisset, Oro pro vobis, vt hæc & illa vobis bona cōtingant, quod omnino nō est hostis: ait nūc, Cum gaudio gratias ago propter bona quæ in vobis sunt. itaq; nō ex odio accuso vos, sed ex charitate. Optarim quidē omnino me posse vos commēdare, ex necessitate autē ad accusandum vos adducor. Sic & in epistola ad Corinthios facit. Tacitè autē eos perducit ad sermonē de filio Si igitur cū gaudio gratias ago, sunt itaque magna quæ antea in vobis bona fuere. Hæc autē nō sertio angeli, sed dominus filius dedit. Quomodo autē dixit, gratias ago cū lætitia? ideo, quòd & in mœrore gratias agere liceat,

A

B

C

Longanimitas.

D ceat, quemadmodum & Iob gratias agebat in mœrore constitutus, Dominus dedit, dominus abstulit. Non enim ab eo morsum quispiã abstulerit, vt adeò nõ momorderit cum calamitas ista: sic enim & laudem eius abstulerit, quãdoquidem tanquã insensibilis p̃seuerabat. Atqui mordebatur quidé, sed nõ sauciabatur. *Sufficiẽtes reddenti uos.* Quænã igitur sunt quæ data sunt? vt nedũ opulentos vos reddat, verũetiam sufficientiam vobis & virtutẽ largiatur, vt hæc dignè accipere videamini. Exempli gratia, Rex quispiam, tenuis fortunę cuipiam imperium suum credẽs atque cõmittens fortasse, dignitatem quidẽ dedit, nec tamẽ sufficiẽtem fecit vt acciperet principatũ dignè, atq; vt posset gubernare ipsum: vnde & sæpenumero ridiculum honor fecit. Deus autẽ nos & honorauit, ac sufficientes fecit vt acciperemus honorem. Duplatio autẽ honoris est, quòd nos pararit ac fecerit idoneos. *In partem sortis sanctorum.* Hoc est, cum sanctis collocanti, nec id sic simpliciter, verùm iisdem etiam frui exhibenti, quod per partem significat. Licet enim in eadem vrbe collocari ordinariq̃, nec tamẽ eãdem habere partẽ ac rursus in eadẽ sorte esse, sed nõ eãdem habere partem, vt in ipsa sorte ecclesiæ omnes sumus, verùm alius aliam partẽ habet. Hîc autem & eadem nos sortẽ donauit, & eadem parte. Sortẽ autẽ vbique vocat, vt ostendat quòd quẽadmodum sors non est humanæ diligentiæ neque conatus, sed fortunæ potius videtur: hanc ad rationẽ nos nõ ex nostris virtutibus imperio digni iudicamur donamurq̃, sed diuinæ totum est gratiæ. Propterea quũ omnia perfe ceritis, inquit, dicite q̃ inutiles serui sim⁹, quod enim debuimus facere, fecimus. *In lumine.* Et futuro & præsenti, id est agnitione. Nũc enim illuminauit etiã nos, & illuxit nobis reuelãs nobis mysteria, & in futuro apertius dabit. *Qui liberauit nos a potestate tenebrarum.* Nõ hoc solũ magnum est, q̃ imperio nos donarit, verũ q̃ eos etiã donarit qui procul ab eo erãt. nõ eũ pinde est dignis quicq̃ vel ĩdignis dare. Quod & in epistola ad Romanos inquit: Vix enim p̃ iusto quis moritur. Qui igit̃ sub potestate tenebrarũ erãt, hoc est, erroris vel seductionis tyrãnidis diaboli. Nec dixit tenebrarũ simpliciter, sed potestatis: multã enim nostri potestatẽ habebat, ac dominabatur. Porrò difficile & simpliciter sub diabolo esse, verùm potẽter ei subiici, hoc lõgè est difficilius. Nõ dixit autẽ eiecit, sed liberauit, ostẽdens quòd tanquã captiui affligebamur,

Iob. 1.

Sors in sanctorum literis

Luc. 17

Rom. 5.

mur, inque captiuitate detinebamur. *Ac transtulit in regnum filii dilectionis suæ.* Ardua res est ab tenebris nos liberare, at in regnum pariter nos introducere, est longè maius: nec simpliciter, verùm vt simul regnemus cum filio dilectionis, hoc est, dilecto, qui hostes eramus, ac tenebris immersi: quod & alio in loco ait: Si compatimur, & conregnabimus. Non dixit autem transposuit, quod totum transponentis erat, sed transmutauit, vt esset aliquid etiam nostrum. Indicat autem per eam dictionem, facilitatem etiam potentiæ dei, perinde ac si quis militem de loco in locum traducat. *In quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum.* Vt ne quum audis quòd liberarit nos pater, existimes filium nihil boni nobis demonstrare, deinceps ait: Quod maius est, dedit nobis filius, quodq̃ nos in regnum transtulerit, ipse est causa, donans nobis redemptionem, hoc est remissionem peccatorum. Nisi enim liberati essemus, atque ab his dimissi, non essemus translati in regnum. Itaque ipse iter nobis præstruxit dono spiritus. Non dixit autem ἀπολύτρωσιν, hoc est liberationem, sed ἀπολύτρωσιν, hoc est redemptionem, id est, perfectè nos liberauit, vt ne deinceps impingeremus, neq; efficeremur mortales, tanquam obnoxij peccato Adami. Si igitur ipse vos liberauit, & ad patrem attulit, quomodo dicitis hoc per angelos vobis obtigisse? Obserua hîc, quòd (in quo) ad filium pertineat. *Qui est imago dei inuisibilis.* Naturæ celebritatem, dignitatisq; vnigeniti maiestatẽ hoc loci ponit. Imago, inquit, est dei, igitur est impermutabilis. non enim habes mensuram magnitudinis, vt dicas quantum imminuatur. Si enim imago esset quatenus est homo, poteras aliquid dicere, nempe quod imago non perueniat ad exemplar primum, primamq̃ formam. Quia verò imago est quatenus est deus, deiq̃ filius, impermutabilis est imago de deo, inuisibilis nimirum dei inuisibilis imago. In nobis autẽ, quia ars humana imagines efficit, quę sæpenumero impĩgit, non habet immutabilitatẽ, nõ est aliena à permutatione imago. Vbi aũt deus est, ibi nusquã lapsus, nusquã error, propterea in eũ nõ cadit mutatio. Si autẽ filius nõ habet quòd possit esse inuariabilis cum inuisibili deo, quid prohibet quo min⁹ & angeli sint imagines, quãdoquidem & ipsi sint inuisibiles? attamẽ angelus nusquã imago dicitur. Cõtemplare autẽ hîc accuratam scripturæ formam. Hominem nominat quidem imaginem

A

B

C

imago dei

D imaginem dei,& filium,angelum autem nusquam.Illic enim angelicę naturæ altitudo statim ad impietatem homines præcipitasset,existimantes eiusdem esse dignitatis angelum cũ deo.In homine autem tenuitas & humilitas munit nos firmatque,ne tale quiddam suspicemur. Collige igitur quoniã vnigenitus,qui inuisibilis est,& imago,per vtraque, tum q imago sit,discrepat ab angelis,qui inuisibiles quidem sunt non autem imagines:tum quòd inuisibilis,ab hominibus dis-

Arriano-rũ error. separatur,qui & ipsi quidem imagines dicuntur, non inuisibiles tamen.Solus igitur ipse propriè & impermutabiliter i-

Gene. 1. mago est.Quòd si adhuc instent Arriani, quòd imago non

seth. Adæ imago. sit similitudo cum primo exemplari,dicant nobis,quum scriptura Seth affirmet esse imaginem Adami,num fuerit simi-

E lis cum eo essentiæ vel substantiæ?Artificiales igitur imagines non sunt homoousiæ,non sunt similis essentiæ: naturales autem omnino sunt similis essentiæ. *Primogenitus omnis creaturæ.* Quia dixit eum esse inuisibilis dei imaginem, hæc iamnunc infert,nempe quòd sit primogenitus creaturæ. Hîc verò Arrianizantium ingens dolus suboritur. Postquàm enim(inquiunt)primogenitus dictus est omnis creaturæ,primus est inter creata. Atqui non dixit, primò conditus,sed primogenitus:vel fratres etiam ei dabis,eritque primogenitus respectu mei,ranæ,lapidis, rerúmque vilissimarum,cúmque his omnibus homoousius,hoc est,paris substãtiæ. Qui enim primogenitus est,homoousius est cũ his quo-

F rum est primogenitus.verùm in caput isthęc blasphemia tuum vertatur. talia enim de incomparabili gloria conditoris intelligere est impium. Quinetiam primogenitus non omni no ad sequentes pertinet aut dicitur in scriptura,sed absolutè,sic primus natus. Hac itaque ratione deipara virgo Maria peperit eum secundum carnem primogenitum , qui non ha-

Vnigenitus dei filius. buerit fratres post sese. Vnigenitus enim rationevirginis matris. Hunc ad modum ex patre est primogenitus , non cæterarum creaturarum respectu , sed absolutè. vnigenitus enim secundum supernam istam & æternam natiuitatem. Quid igitur est quòd Paulus etiamnum ad argumentum quo vrgebantur Colossenses ,instat , atque refutat Colossensium opinionem ? vt ne existiment Christum esse vel inferiorem vel iuniorem angelis : siquidem olim quidem per illos adducebantur ad deum,nunc verò ipse adducere dicitur. Vnde itaque

itaque commonstrare, quòd ante omnem creaturam adeó- A
que conditum mundum sit filius . quomodo ? per generationem : quare & hac ratione primus est angelorum , quippe qui eos condiderit. Nonne igitur si quid angeli in veteri testamento administrarunt,ipsius pariter est?Sapientiam itaque apostoli hîc animaduerte. Ne arbitreris quum audis eũ ante omnem esse creaturam,propterea carere principevel capite,docet idcirco te quòd patrem habeat,èque ipso est genitus. Quia enim & ipse & omnia ex deo sunt , illud ipsum indicat,quòd alia ratione hæc,alia verò ratione ille ex deo sit:tũ quòd ille ceu ex patre filius,res verò ceu creaturæ per hunc ipsum filium conditæ.Infert igitur: *Quoniam in ipso cõdita sunt omnia quæ sunt in cœlis,& super terram.* In ipso est pro B
per ipsum,perinde ac in sequẽtibus ipse indicat.Porrò quod ambiguum erat,de rebus nempe cœlestibus,primum posuit. Si igitur angeli per eum ipsi cõditi sunt,quomodo sunt priores ipso? *Visibilia & inuisibilia,siue throni,siue dominationes,siue principatus,siue potestates.* De visibilibus subtiliter loqui prætermittens,vt de quibus nihil esset controuersiæ: de ambiguis,de quibus dubitabatur, inuisibilibus nimirum,specia tim differit.Non prorsus supernos tamen ornatus figillatim expressit,veluti ex maioribus minora etiam indicans, atque adeò patefaciens. Inuisibilia nanque sunt etiam angeli sanctí & archangeli , & nostræ animæ,quòd ex illis hoc etiam colligatur. *Omnia per ipsum & in ipsum sunt condita.* En C
quod pauloante dixit in ipso, iam per ipsum ait, æquè ac euangelista Iohannes , Omnia per ipsum facta sunt . Omnia *Iohan. 1.*
autem dicens,spiritum non comprehendit.non enim spiritos vnus est ex illis omnibus,sed vnus est absolutè,quemadmodum vnus deus,& vnus dominus.Omnia igitur quæcunque facta sunt,per ipsum sunt condita.Deinde ne putes ipsum esse ministrum vel subconditorem,adiicit, & in ipsum, id est,in ipsum & ex ipso pendent omnia. Nec ipse ea tantũ condidit,verumetiam ea ipse continet.Itaque si ab eius prouidentia auellantur,pereunt.Non dixit autem,ad ipsum pertinent,sed quod exactius est,in ipsum respiciunt,& ex eo pẽdent. Atque hoc ipsum in eum respicere,satis est vt contineat atque pariter ea cingat. Hoc autem nõ minus est quàm creare.quantum enim ad eas res quæ ab nobis proficiscuntur,est multo maximum. Etenim nos conficimus pallium quoddam vulgare,

D vulgare, vel domum extruimus: conseruare autem ipsum à corruptione non possumus. Ipse autem & fecit & conseruat.

Et ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt. Continuò eadem vertit, verborum continuitate tanquam quibusdam desis ictibus radicitus euellens pernicioſum dogma. Obserua autem quòd non dixerit, factus est ipse ante omnia sed est, quod deo maximè proprium. Vbi hic Paulus est Samosatenis, qui à Maria ipsum cœpisse atque initiũ duxisse affirmat? In ipso porrò consistunt, tanquam in fundamento: sic & primogenitus est ante creaturam, tanquam fundamentum. Hoc autem non eandem cum naturis parémve essentiam significat ad creaturas, sed quòd omnia in ipso ferantur mouean-

E túrque. *Et ipse est caput corporis ecclesiæ.* De filii dignitate postquam disseruit, de clementia deinceps uerba facit. Qui enim adeò supremus omnium est creator & conseruator, ipsum inferioribꝰ copulauit. Nec dixit de plenitudine ecclesiæ, sed corporis. vt ostendat accuratam sui erga nos proprietatem, & quòd homoousiam nobis carnem assumpserit, non ex cælis. Ecclesiam enim pro vniuerso mortalium genere accepit Paulus, æquè ac si dicat, In generatione secundum carnem primus est hominum tanquam caput.

Qui est primitiæ, unigenitus ex mortuis. Primitiæ, ait, resurrectionis est, quippe qui præ cunctis resurrexerit. Postquam autem soluit dolores mortis, meritò primogenitus dicitur.

F Habet quidem tanquam primitiæ, sequentes eum & alios: primitiæ enim quorundam sunt primitiæ. Et quemadmodum vno manipulo, veluti primitiis, allato, tota messis commendatur, sic per ipsum omnes sanctificati sumus, adductique ad patrem: vnóque corpore resurgente, vniuersa natura digna est resurrectione iudicata.

Vt sit in omnibus ipse primas tenens. In omnibus, quæ circa ipsum considerantur. Et enim ante omnia natus est ex patre, adeòque primus est omnium, tanquam caput ecclesiæ, atque præ omnibus resurrexit, donans eis immortalitatem, ceu primitiæ. Etsi enim alii ante hunc resurrexerunt, rursus tamen mortui sunt, ipse autem perfecta resurrectione resurrexit. Reputa autem tecum hîc, eum esse primogenitum, tanquam primitias resurrectionis, quòd regeneratio sit eadem: illic autẽ non est primitiæ creationis, etsi primogenitus. Nam ratio quidem essentiæ est eadem, verùm aliter quidem natus est,

Paulus Samosatẽsis.

Ecclesia.

Christus ante õnia genitus.

creatura verò, hoc ipso creationis nomine nimirũ, creatura A est. *Quoniam in ipso placuit omnem plenitudinem inhabitare.* Pleni tudinem diuinitatis, hoc est, si quid erat filius verbum, illic habitauit, non actus quispiam, sed essentia. Non potest autẽ aliam dicere causam, nisi quia placuit deo, itàq; ei visum est.

Et per ipsum reconciliare omnia in ipsum. Per ipsum, hoc est, ipse hanc nobis salutem operans acquisiuit. Ne verò existimes quòd ministri loco sit, inquit in ipsum, hoc est, ipse sibiipsi homines reconciliauit. alibi tamen dixit quòd deo reconciliarit. communia igitur sunt filio etiam, quæ sunt patris. Non dixit autem conciliare, sed recõciliare, hoc est, reddere veluti debitum quoddam, quo olim obstrictus fuerit, ac perfectè pacem facere, vt non porrò sit infensus. Non enim conciliatio tantum reddebatur, verumetiam modus reconciliationis, hoc est, occisio filii plurimum valuit. *Pacem fa-* B *ciens per sanguinem crucis eius, per seipsum.* Conciliatio inimicitiam ostendit, pacem verò facere, bellum. etenim nos inimici eramus deo, hostésque. Magnum igitur est reconciliare, quod autem dicit, per seipsum, maius est, tum quòd per sanguinem, deinde per crucem ignominiosæ mortis. Non enim verba faciens instar legati, reconciliauit, sed seipsum dans. Non dixit autem crucis, & cõstitit, verùm adiecit suæ, ne existimes crucem quicquam per sese posse. non enim simpliciter crux seruauit, sed crux ipsius. *Siue ea quæ sunt super terrã, siue quæ sunt in cœlis.* Quæ super terrã sunt, meritò. quilibet enim & secum ipse, & cũ aliis dissidebat, tum quod ad angelicam vitã attinet, hostes eramus. Quę verò sunt in cœlis, quo? Terra ab cœlo discissa est atq; diuulsa: ab hominibꝰ C autem prouocati fuere & inimici redditi angeli, quum viderent dominum suũ iniuria affici, propterea & ad supplicium mittebantur, vt aduersus Dauidẽ, aduersus Sodomitas, in val- 2. Re. 24 le ploratus. Filius igitur hominem ad cœlos ducens, nimirũ Gene. 19. hostem, & angelos super terrã fecit conspici concinentes, ac Actuũ. 1. quemlibet fidelium comitantes. Videtur autem mihi Paulus 2. Cor. 12 propterea raptus esse, vt doceretur quomodo homines essent in cœlo, & quòd filius illuc receptus sit. In rebus igitur terrestribus duplex pax est, respectu cœlestium, suique ipsorum: in supercœlestibus simplex. nobiscũ enim deinceps fœdus percusserunt, lætantúrque super nostra salute. Quỏ igitur per angelos, vos Colossenses, dicitis vos adduci?

Tantum

D Tantum enim abest vt illi nos adducant, vt & inimici nobis fuerint, & nisi Christus illis etiam nos reconciliasset, non habuissemus pacem. *Et uos qui olim eratis abalienati, & inimici mente in operibus prauis.* Suprà dixit nos sub potestate tenebrarum fuisse, nunc pergit affirmare quòd mente ac sententia hostes fuerimus, non idem dicēs, verùm vt ne illa audiēs existimes necessitatem esse, infert hæc, vt ostendat quòd indignos etiam reconciliatione dignatus sit. Qui enim necessario afflictionem malúque sustinet, dignus est miseratione: *Inimicitia omnisa no bis cœpit.* qui verò suapte sponte, odium meretur. Nos igitur, inquit, non inuitos neque coactos, sed voluntarios, adeóque sponte ab eo resilientes, ac prorsum indignos reconciliauit. Hæc au

E tem dicit, quia cœlestium meminerat, innuens quòd omnis inimicitia, non ex superuis, verùm ex nobis habuerit exordium: siquidem angeli volebant quod deus, vos autem noluistis. Propterea non dixit inimicos simpliciter, sed abalienatos, hoc est, non expectātes reditum. Inimici enim eratis mēte, hoc est, voluntate ac proposito: neq; hucusq; tantummodo periculum extendebatur, verùm & in opera praua, hoc est, & hostes eratis, & quæ hostium erant agebatis. Per hæc omnia indicat quòd angeli non potuerint neque persuadere vobis, neque liberare ab diabolo, tanquam & ipsi inimici nobis essent, necdum ligato eo qui nos detinebat. Christus autem & fortem ligauit, & nobis ab eo deficere persuasit.

Nunc autem reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem. Rursus reconciliationis modum ponit, quòd in corpore contige-

F rit. quomodo? flagrísne tantum cæsus, vel colaphis verberatus? Non, verumetiam turpissima simul morte moriens.

Vt exhiberet uos sanctos & immaculatos, & inculpatos coram ipso. Rursus aliud beneficium ponit, quod & suprà recensuit quū diceret, Ei qui nos sufficientes reddidit: idem & nunc dicit. Non enim nos liberauit tātum, inquit, à peccatis, verumetiā sanctificationem nobis impertiit non vulgarem, sed coram ipso valentem, immaculatam & irreprehensibilem, vt à nobis ne minmia quidem reprehensione dignum quiquàm trā sigatur. *Siquidem perseueratis in fide.* Quia totum filio attribuit, vt qui hac sua morte transegerit: ne dicant in posterum, Non habemus opus laboribus nostris: ait, Necessum est vt in fide perseueretis, vt non segnes sitis, neque relabamini in peccatum incredulitatis.

Fundati

Fundati & firmi, & non transmoti à spe euangelii. Quia possit quisquàm permanere, & interim tamen concuti, infert, fundati & firmi, hoc est, non concussi, nec hoc solum, sed ne permoti quidem. Nihil, inquit, graue ab vobis postulo, sed ne transferamini moueaminive à Christo. ille enim est spes euangelii, & quotquot amplectuntur euangelium, in ipsum sperare debent, ceu eum qui pacem fecerit. Proinde qui angelis pacem adscribit, à Christo est amotus. In virtute autem ne tantillum quidem moueri licet aut concuti: in fide autem possibile est. Itaque nihil graue molestúmve postulat. A

Quod audiuistis prædicatum omni creaturæ quæ sub cœlo est. Colossenses primos profert testes, deinde vniuersum terrarum orbem. Nec dixit, quod prædicatur, sed quod prædicatum est, hoc est, quod iam creditum est. Itaque pudeat & vos, & omnes alios homines aliter credentes. B

Cuius factus sum ego Paulus minister. Atque hoc ad autoritatem euangelii facit, Paulum ipsum esse prēconem. Ingens enim eius nomen erat, quod apud omnes insonabat, atque iā terrarum orbem occupauerat. Ministrum autem seipsum dicens, magis eos vt credant compellit. Nō enim mea, inquit, dico, sed alii ministro, deo videlicet, itaque illi credetis. *Paul⁹ etiā gelii præco.*

Nunc lætor in afflictionibus meis pro uobis. Videtur quidem hoc esse inconsequens, est autem consequens valde. Postquā enim dixerat sese factum euangelii ministrum, à quo nō vult eos excidere, neque dignum est vt deficiant, monstrat hoc adeò esse verum, vt & patiar. Nec solùm pro hoc patior, inquit, verùm lætor etiam in afflictionibus. Afflictiones autem hæ meæ pro vobis sunt, vt vos iuuare queam. *Ac suppleo defectus afflictionum Christi in carne mea.* Videtur ostentatoris atque dementia stipati hic sermo esse: atqui non est, enimuero multa refertus est erga Christum dilectione. Nam & vult persuadere eis quòd Christus etiam pro iis hodie patiatur, quòd per nos apostolos non estis adducti, sed per illum, etiā si nos simus ministri euangelii. Quid igitur facitis resiliētes ab eo, qui pro vobis ad ipsam vsque mortem periclitatus est? Quod verò ait, est huiusmodi: Si adhuc deberet pati pro vobis Christus, abiisset autē, nec reddidisset debitum, ego hoc reddo: quemadmodum si duce exercitus abeunte, subimperator pro phalange dimicans, in illius locum stās, vulnera ipse recipiat. Propterea & ὑστερήματα, hoc est defectus dixit, vt C

H ostēdat

D ostẽdat q̃ existimet nondum eum omne passum esse quod de
buerit. Adeò, inquit, diligit vos, vt tanquam nõ sufficiãt prio
res passiones & afflictiões, post mortẽ etiam patiatur in meo
corpore. nondum enim contentus est morte, sed adhuc innu-
mera facit. Non igitur seipsum attollens Paulus hæc dicit,
sed monstrare volens q̃ Christus etiamnum pro ipsis curam
gerat. *Pro corpore ipsius, quod est ecclesia.* Quia dixerat, etiã
si ego patior, Christi tamẽ sunt afflictiones, fidem huic argu
mento facit inquiens, Pro corpore eius hæc fiunt. Ne igitur
fastuosum putetis esse sermonem, verùm eum qui non dedi-
gnatus est sibi copulare ecclesiam, credite etiamnum pro ip-
sa pati in carne mea. Si igitur corpus Christi ecclesia est, ei-
E que cõiuncta est, qui caput est, quo vos angelos in mediũ ad-
fertis, dissecatísque vnitatẽ? *Cuius factus sum ego minister.* Ostẽ
dit quòd nihil ipse per sese fecerit, siquidẽ diaconus est. Si aũt
ego sum, diacon⁹ quomodo angelos producitis ministros?
*Iuxta dispensationem dei, quæ data est mihi ad vos implere verbum
dei.* Dispensationem dei, vel hoc dicit, quòd ipse in cœlum
assumptus nos hîc reliquerit prædicare verbum, vt ne tan-
quam derelicti desperetis: Vel illud ait, quòd propter hoc
maximè omnium ordinauit vt ego essem persecutor ecclesiæ,
Actuũ. 9. vt fide dignus essem præco: Vel quia non opera quæsiuit, ne-
Galat. 1. que virtutes, sed fidem & baptisma. Atque hæc est maxima
dispensatio: quis enim seruatus esset, si opera quæreretur?
Vel simpliciter dispensationem dei datam mihi ad vos, hoc
F est, erga eos qui ex gentibus credidistis, gratiam dicit &
sufficientiam, quam dedit ei deus, vt illuminet gentes. Nam
tenebris correptos, stolidos, inobedientes persuadendo, eò
perducere vt huiusmodi dogmata recipiant, non est Pauli
virtutis, sed dispensationis dei. Quẽadmodũ aũt adflictiões
suas Christi ostẽdit esse, sic dei esse dicit, cõplere ad ipsos
sermonem. Quum autem dicit implere, ostendit quòd quie-
quam eis desit. Intellige autem & hoc, dispensationem dei
etiamnum dici mysterium, quando accepti facti estis. Deus
enim omnia diuina prouidentia faciens, & hoc fecit iuxta
dispensationem omnino, vt hodie reuelaretur mysterium
quando homines hoc maximè accepturi erant. Proinde va-
ni sunt qui hîc offenduntur eò quòd filius in nouissimis tem
poribus dicatur nos adducere. *Mysterium absconditum à se-
culis & generationibus.* Quum dixisset quibus donati sumus,

mus, ostendit, & aliam intentionem, nimirum quòd ante nos A
nemo didicerit: ac mysterium nominat, quod nemo norat
præter deum: nec simpliciter occultatum, sed abditum,
ἀποκεκρυμμένον, ἀλλὰ ἀπόκρυφον. Quod ait à seculo, est
perinde quasi dicat à principio. *Nunc autem manifestatum
est sanctis eius.* Hæc est dispensatio eius, quòd nunc mani-
festetur. Non dixit autem factum est, sed manifestatum est,
verumtamen ne nunc quidem omnibus, sed sanctis eius: ita-
que etiamnum adhuc aliis occultatur. Ne igitur vos deci-
piant illi, non enim nouerunt. *Quibus voluit deus patefacere
diuitias gloriæ mysterii huius inter gentes.* Vt ne interroges, cu-
ius rei gratia solis sanctis manifestatum sit, & non omnibus,
intulit. Quibus voluit. velle autem ipsius non caret ratione. B
Potuisset dicere indignis manifestatum esse euangelium, e-
nimuero vult eos tanquam gratiæ obnoxios mediocria sape
re potius, quàm dignè consecutos nimium sapere. Porrò ei
quod factum est, pondus apponens, non dixit simpliciter pa
tefacere gloriam mysterii, uerumenimuero diuitias gloriæ,
quæ maximè in gentibus patefactæ sunt, perinde ac alio in
loco dicit: Gentes pro misericordia glorificate deum. id q̃ Roma. 15
in aliis quidem satis apparet, non tamen adeò quãtum in iis
qui lapidibus sunt insensatiores, qui cum lapides, tum serpẽ-
tes adorant. Quod perinde est, ac si quis canem scabiosum
qui moueri non possit, accipiens, hominem ex eo faciat, at-
que in regium solium collocet, maiori afficiendus gloria vi-
debitur, quàm si homini mediocriter pauperie laboranti hęc C
exhibuerit. Bellè autem dixit mysterii huius. sunt enim & a-
lia sacramenta, réisque arcanæ, cæterùm hoc reuera mysteriũ *Mysterii maximum*
est quod nemo norat, quod præter communem consuetudi-
nem & expectationem est, nempe quòd gentes assumendę e-
rãt. *Qui est Christus in uobis spes gloriæ.* Interpretãs qd sint o-
pes illæ, quidve mysterium, Christus, inquit, siue Christi co
gnitio, qui est in vobis. Cum præconiis autem & laudibus
hoc ponit, vt ipsos potius attrahat. Si enim Christus in vo-
bis, quomodo angelos benefactores adseritis? Spes autẽ glo-
riæ est, quòd per eum speramus sempiternam nos consecutu-
ros gloriam, vel quòd spes nostra celebris, quæ nos non pu-
defaciat, sit Christus. *Quem nos denunciamus.* Nos, nõ ange-
li: quomodo igitur illos ministros habetis? Significanter au-
tem dixit denunciãtes, à supernis ipsum videlicet deducẽtes.

D *Adhortantes omnem hominem, ac docentes omnem hominem.* Nõ cum imperio neque necessitate, nam & hoc diuinæ est benignitatis, non tyrannicè adduci quempiam vel arripi: verùm cum adhortatione & doctrina. Intelliges aũt adhortationẽ, de operibus: doctrinam verò, de dogmatibus. *In omni sapientia.* Talia enim posse docere, omni sapientia opus habet, nũ ea quæ est è scriptura, tum ea quę sumitur ab ratione atq; argumentis, & ea quę discitur ab ipsis Græcis, perinde ac Athe
Actuũ.17 nienses instituebat ab ara. *Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.* Quid dicis omnem hominem? Næ, in-
E quit, hoc conamur: quod etiam si nõ contingat, nihil ad nos. Perfectum autem non in lege, neq; angelis, sed in Christo Iesu, hoc est, in cognitione Christi: illud enim non est perfectum, nempe vel lege vel angelis perfici velle. *Ad quod & laboro certans.* Non fuit contentus laboris vocabulo, sed appo suit certans, vt ostendat excubias, atque exactam victus rationem, aliaque itidem quæcunque sunt certantium. Quod si ego laboro pro vestris bonis, quanto potius vos? *Secundum operationem eius, qui operatur in me in potentia.* Quia dixit laborare sese, ac laborando fatigari, ostendit hoc diuinum esse: fortem enim is me ad hoc facit, nimirum hoc vult, quemadmodum principio dixit, per voluntatem Dei apostolus. Ostendit autẽ per hoc, quòd multi pugnent aduersus ipsum,
F verùm hoc potentia potius Dei videtur, quandò multi fuerint aduersarii qui sese opponant.

CAPVT II.

Volo autem uos scire quantum certamen habeam pro uobis, & Laodicęæ agentibus, & quotquot non uiderunt faciem meam in carne. Inducturus dogma & institutionem, ingentem primùm dilectionis suę affectũ
V ob oculos ponit, vt eo sit gratior. Certo, inquit, p vobis. Connectit autem ipsis & Laodicenses, aliósque simpliciter, vt ne turbentur, putantes hoc esse imbecillitatis q Paulus adfligatur. Quamobrem verò in certamine laboras? Nunquid nos condemnas? Propterea, inquit, q non videritis faciem meam. Adiecit autem in carne, mirihcè monstrãs q nunquam non spiritu eos intueretur. *Vt consolationem accipiant corda eorum, simul ducti in dilectione.* Deinceps insce-
dit

dit iam in dogma, illudq; auspicatur, nõ accusans eos, neque A
planè ab accusatione liberans. Hîc autem est redditio. Ego, inquit, certamen sustineo, vt aliquid fiat, vt ne diuersa sapiãt verùm promoueantur cõiunganturque omnes in vnam fidẽ. quomodo? non necessitate aut violẽtia, sed in charitate. Hoc autem dixit, quasi vis & necessitas schismata hæresesque pa- *Vis, hæreriant.* *Et in omnes diuitias certitudinis intellectus.* Hoc est, vt *ses parit.* pro nullo ambigant, vt in omnibus intellectus eorum abundẽ reddatur certior atq; firmetur, hoc est, mysterii cognitio. Non dixit autem ad diuitias simpliciter, sed ad omnes diuitias. Noui sanè quòd vobis intellectus sit ad mysteria, verũ certitudinem intellectus huius diuitem quęro in vobis, vel quia cum intellectu volo vos certificari, nõ stolidè & irrationabiliter. *Ad agnitionem mysterii Dei & patris Christi.* Quid B verò hoc mysterium Dei est? quòd per filiũ Dei accessus fiat ad patrem, & non per angelos. *In quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & cognitionis absconditi.* Ipse solus, inquit, omnia nouit. Quòd si ipse solus sapiens, sapienter igitur in nouissimis temporibus venit, & non olim, ac frustra nonnulli dementium isthuc carpunt. Quum dicit thesauros, copiam ostendit: quũ omnes, ostendit eo nihil esse clam: quum absconditi, quòd solus ipse nouerit. ab ipso igitur sapientia & cõgnitio petenda est. Obserua hîc, etiamsi videatur magnum aliquid dicere, hoc tamẽ ob simpliciores ex permissu dixit, In quo sunt thesauri videlicet. Nam ipsus est per sese thesaurus, & per sese cognitio. *Hoc autem dico, ut ne quis uos decipiat per blandiloquentiam.* Hoc dixi inquit, quòd Christus solus omnia nouit, vt C ne quis vobis imponat. Quid enim est si persuasibiliter etiã dicat? nihil enim nouit, ac reuera est deceptio hoc totum, & inania sophismata. *Etsi enim carne absum, spiritu tamen uobiscũ sum.* Consequens erat dicere, Et si enim carne absum, spiritu tamen video impostores: is verò in encomiũ vertit sermonem. Audi ergo. *Gaudens & uidens uestrum ordinem, ac solidi-tatem fidei uestræ in Christum.* Hoc est, bonam ordinationẽ vestram. non solum enim non cecidistis, sed ne ordinationem quidẽ vestram quisquã impediit, solidamq; fidem vestrã. Vt enim in acie militari, bona ordinis collocatio phalãgem firmã efficit, sic & in ecclesia quãdo bonus ordo charitatis fuerit oia constituentis, si sectæ absint, fit robur & soliditas ac firmamentum. At fides ipsa per sese firmamentum est, quæ

 non

D non finit cogitationes irrepere, quæ ambiguitatem suggerentes concutiant. *Quemadmodum igitur accepistis Christum Iesum dominum, sic ambulate.* Nihil noui introducimus, sed quod accepistis, illud etiam exigimus, rursus dominum Iesum, nõ angelos. *In ipso obambulate.* Hæc est via perducens nos ad patrem. Non in angelis ambulate, illa enim via eò non perducit. *Radicem impactam habentes.* Hoc est, impermutabiliter habẽtes, & nõ aliàs quidẽ Christo, aliàs verò angelis innitẽtes. Quod eñ radices egit, transferri moueriq; nũquam poterit. *Ac superædificati in ipso.* Ostendit eos cecidisse adeò, vt opus haberent superædificatione, hoc est, secũda alteráve structura, quę ponatur in fundamentũ Christũ. *Ac stabiliti in fide,*

E Hoc est, stabiliter continentes Christũ per fidẽ, nõ per ratiocinatiões & persuasibiles sermones. Nã ædificiũ etiam si fundamento suprapositum sit, si non firmiter cõsistat, fallax est. *Quemadmodum docti estis, abundantes in ipsa in gratiarum actione.* Rursus quẽadmodum ponit, vt si nihil aliud, ipsi seipsos vereantur. Quod igitur ait, quẽadmodũ docti estis, veluti quod dam fundamentum est: q̃ abundare ait, ipsa est iterata structura. Transgredi igitur non oportet antehac subiecta dogmata. verùm in ipsis potius promouendum est, deq; iis celebriter & honorificè dicendum, vt adeò eximiũ quiddã in fide demõstremus, gratias agentes Deo, q̃ nos tali tãtaq; gratia perfundere dignatus est, nõ nobis ipsis ꝓgressum aut successum adscribentes. *Videte ne quis uos deprædetur.* Fur est, clanculum subit, perfodit subter parietes vestros clanculum,

F vt spoliet ac deprædetur mentem vestram: cauete igitur. *Per philosophiam & uanam deceptionem.* Ostendit viam per quam venit fur adeoq; subintrat, ipsam nempe philosophiã. Quia verò graue videtur quiddã Philosophię vocabulũ, adiecit, &

Hier.20. vanã deceptionẽ. Est eñ & bona deceptio, vt Hieremias di-
Gene.27 cit, Decepisti me domine, ac deceptus sum: quali & Iacob imponere videtur Isaaco, quę neq; deceptio est vocanda, sed ꝓ-

Hæreses unde dictæ. uidentia. *Secundũ traditionem hominũ.* Animaduertis vnde sit deceptio, q̃ humanę cogitatiões & ratiocinatiões intermediẽt. Propterea & hęreses dicũtur, nã hominũ sunt opiniões. Christianorũ aũt fides est, nõ humanũ dogma: ꝓpterea neq; tale nomẽ adsequetur, hęretici nimirũ. *Iuxta elementa mũdi.* Reprehẽdere incipit deinceps dierũ obseruationẽ, elementa mũdi solẽ lunãq; dicẽs, per quę videtur dies sic vel sic poni, seu

habere sese. Nec dixit dierum obseruationẽ, sed mũdi totius A
meminit, vt quod minus est, abundanter ac largè demõstret. Si enim mundus totus nihil est, quanto magis nec elementa quicquam erunt? *Et non secundum Christum.* Quòd si vel maximè liceret partim Christo, partim verò elemẽtis seruire, neq; sic mos illis erat gerundus: nũc verò prorsus vos à Christo trãsferũt. Obseruationes aũt huiusmodi nõ tãtũ Græcæ fuerũt verumetiã Iudaicæ, aliæ quidem ex philosophia, aliæ verò Iudæorum ex lege. *Quoniam in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Hoc est, si quid est deus verbum, in ipso habitat. Ne autem quũ audis habitauit, existimes quod operatus sit æquè ac prophetæ (cõmorabatur enim & in illis deus iuxta illud: Inhabitabo in ipsis & obambulabo) adiecit corporaliter, hoc est, non vt actus vel operatio quædã, *Leuit.26* *2.Cor.6.*
verùm vt natura & substantia, ac veluti corporatus (sit venia B
dictioni) & vna substantia cum eo quod adsumpsit. Vel hũc ad modum intelligere iuxta diui Cyrilli sentẽtiam poteris, perinde ac in corpore immoratur anima, immoratur autem ipsa corpori essentialiter & indiuisibiliter, ac citra mixturã. Enimuero anima ipsa per mortem à corpore separatur, deus autem verbum nunquã ab assumpta carne separatus est, ve- *De uerbũ assumptã carnẽ nũquã deseruit.*
rũ in sepulchro etiã aderat, ipsam incorruptibilẽ seruãs, animãq; apud inferos aderat prædicans, siue donans captiuis remissionem. Aliàs autem coniunctio erat vtrorũq;, animę videlicet & corporis, & quando volũtaria eius morte dissociata sunt. *Et estis in ipso impleti.* Papæ, quid dixit? Nihil (inquit) eo minores estis: verùm & vos diuinitate impleti estis, verũtamen in ipso, hoc est per assumptionem. Postquam enim natura nostra deo copulata est, nos etiam diuinæ eius naturæ facti sumus participes. Vbique enim Paulus vult nos proxi- C
me Christum adducere, veluti quum dicit: Excitauit, & collocauit in cœlestibus in Christo: &, Si sustinemus, cõregnabimus etiam: & cohæredes erimus. *Qui est caput totius principatus & potestatis.* Non veluti homoousium caput ipsum ponit, sed (vt suprà commemoratum) tanquam autorem & causam. Quî igitur hoc dimisso angelis assẽtimini, ad eos accurrentes? Qui est caput. Omnino hoc perfodit, diluit, ac demolitur de angelis dogma. *In quo & circũcisi estis circũcisiõe nõ manufacta.* Admirãdũ beneficiũ attulit, q̃ in Christo circũcisi estis. Nõ enim manus hominis adducit circũcisionẽ car-

Ephe.2. *2.Tim.2.* *Roma.8.*

Dnis hanc, sed spiritus, & non partem, sed totum hominé circuncidit. *In exutione corporis peccatorum carnis, in circuncisione Christi.* Illic quidem exuebatur membrum per circúcisioné, carneo tegumento ablato: hîc verò exuit corpus nostrũ peccata, quæ per carnem perficimus. Tali autem circuncisione non lex, sed Christus circuncidit in baptismate, exuens nos à vetere vita peccatis obnoxia, adeóque à carne prorsus. *Consepulti ipsi in baptismate.* Quod circuncisionem vocauit, id núc sepulturam appellat, maius quiddam ipsa circuncisione exhibens. non enim abiecta est circuncisio, sed periit & corrupta est. Qui igitur baptismate abluitur, consepelitur Christo, per trinam submersionem, trium dierum spacium completam sepulturam figurans, & emoriens quod ad veteré & peccabilem hominem attinet. *In quo & excitati estis per fidem operationis dei, qui excitauit eum ex mortuis.* Non solum sepultura, verum etiam excitatio est baptisma. Quomodo? Per fidé. Credentes enim quòd deus possit excitare, atque huius rei certum indicium habentes Christum, quem itidem excitauit ex mortuis, sic surrexim⁹ & nos gemina ratione, tũ quòd resurrectionem sperantes, iam videmur hanc adsequi, etiãsi dum futura sit: tum quòd spiritualiter interemptionem operũ peccati abiecerimus, quod & potius infert. *Et nos, qui mortui eramus delictis & præputio carnis nostræ, conuiuificauit eũ ipso.* Christus, inquit, quum corporalem mortem sustinuisset, vi uificatus est à patre, non quòd ipse non potuerit seipsum viuificare, sed quòd omnia ad patrem referantur. Nam quòd & ipse se excitarit, adfirmat: In tribus diebus (inquiens) excitabo templum, & iterum: Exhibuit seipsum viuentem post passionem. Vos autem peccatorum mortem sustinentes, ac præputium habentes, hoc est, multam ac superfluam carneã cogitationem ac affectum gerentes, qui vos occidebat, conuiuificati estis cum Christo. Vt enim is corpore resurrexit, consimilem ad modum & spiritu resurgemus & corpore. Secus autem magnus ille Iohannes interemptum huncce intelligendum indicat. Propter delicta enim sub condẽnatione mortis positi eratis. *Donans nobis omnia delicta.* Quę interemptionem faciebant. Obserua quantis pœnis dignos nos liberauerit. *Delens quod aduersum nos erat chirographum in dogmatibus, quod erat contrarium nobis.* Quia dixerat, donauit nobis, ne putares quod dimiserit ea sic tamen vt manerent & apparerent: Non, inquit, non hoc, sed deleuit, aut extriuit, exculpsit. Chirographum autem intelligemus vel confessionẽ quam populus Israeliticus ipse scripsit quum diceret ad Mosen, Omnia quæcunque dixit deus, faciemus & audiemus. vel fœdus quod pepigit dominus cum Adamo, Quacunq; inquiẽs, die ederis, morieris. Hoc enim chirographũ retinebat diabolus, atque hoc ipsum nobis restitit, non sinens nos emergere: ius enim ipsum habebat. Hoc deleuit Christus in dogmatibus, hoc est, in fide: non enim per opera, verùm per fidei dogmata hoc solutum est. *atque ipsum tulit ex medio, adfigens illud cruci.* Non exculpsit tantũmodo, verumetiã rapuit ex medio atq; tulit, hoc est, fecit ne porrò nobis appareret. Ac neq; nobis dedit, neq; ipse custodiuit, sed affigens ipsum cruci, discidit dilaniauitque, quod remittentis est cum gaudio. Siquidem omnes eramus obnoxij peccatis & pœnæ: ipse autem, in quem nullum peccatum cadebat, punitus pro nobis in cruce, diluit ac sustulit peccatum atque supplicium. isthtie igitur & chirographum dirupit. *Exutis principatibus & potestatibus.* Diabolicas potentias dicit, quandoquidem eas humana natura induit: vel quia ipse homo factus, tanquam & ipse acceperit, habebat hoc ipsum quatenus homo erat: exuit ergo quod accepit, id est, irreprehensibilis inuẽtus est principatibus & potestatibus. Quòd si peccatricem naturam assumpsisset, citra tamen peccatum discere posses isthuc sic dici, Satanas per duo hæc dominabatur in humanam naturam, per voluptatem, atque mœrorem. Dominus igitur propter hoc humana natura adsumpta, vt iam pro nobis dimicet aduersus principatus & potestates, hîc dicere prętermitto quòd protinus in principio assumptionis sanctę carnis suæ has sauciauerit, citra voluptatem conceptus, citraque mœrorem genitus, quinetiam postquam natus esset, iamque adoleuisset, ac in virum creuisset, tentatus est quidẽ à voluptatis deliciis inescationibúsq; prius in mõte, tẽtatus est inquam ab gula, ab opum amore, & vana gloria, hoste coram in ipsum inuadente, ac vicit pro nobis. Deinde mœroris machinamentis studebat ac festinabat tentator eum pertertere, vt hac ratione in odium proximorum adigeretur, dolum ei nectens per Pharisæos & scribas atque per eos qui ab ipso beneficium accipiebant: non potuit autem hoc quod voluit efficere. Tandem & cruci adfixit, longè fortiores machinas

A *Chirographum.*

B

C

Rom. 6.

Iohan. 2.

Actu. 1.

Matth. 4.

D chinas ita adducens: atqui dominus adeò nõ concedebat ei
Lucę. 23. quæ volebat, vt & pro crucifigentibus oraret. Hunc itaque
ad modum perfectissimè exuit, nudauit, exarmauit, spoliauit principatus & potestates, nobis exutionem hanc acquirens atque comparans, qui hisce induti eramus, quippe quia naturæ nostræ erat consors. *Traduxit in fiducia.* Hoc est
indecoros esse fecit, ignominiosos reddidit, deturpauit, pudefecit. Nunquam enim adeò pudefactus est diabolus, expectans enim ipse Christum tenere, quos altos habuit, amisit. In fiducia, est propalam, publicè, cũctis cernentibus. Omnia enim fecisset diabolus, si potuisset persuadere mortalibus Christum non esse mortuum. Hæc enim ingens diaboli fuit strages ac dissolutio, hominem omnis peccati ex-
E pertem, qui peccare non potuit, morti subiugare. Hinc & sa-
Hæreses a diabolo excitatæ. tanas innumeras hæreses excitauit, mortem eius fictitiam, ac in speciem apparentem fuisse falsò docens. Propterea & dominus mortuus est omnibus palam, non resurrexit autẽ palam. Nam resurrectioni eius futurum etiam tempus testi-
Christus palã mortuꝰ, resurrexit clã. monium dicturum erat, mortis autem aliud tempus, quàm quod tum fuit, testis esse non potuit. *Triumphans eos in ipso,* Hoc est, dæmones in cruce prostratos exuperatosque mon-
Triũphꝰ. strans. Triumphus enim dicitur, quum quis parta ab hostibus victoria reuersus, publicam pompam, publicũve gaudiũ ac celebritatem sui fecerit ac testatus fuerit adeóque gloriã, deuictos hostes omnibus vinctos ostendens. In cruce igitur trophæum statuens dominus, tanquam in publico theatro Græcorum, Romanorum, Iudæorum, dæmones triumpha-
F uit. Quòd si angeli pro vobis haudquaquam sunt passi, sed Christus, quomodo per illos affirmatis vos ad patrem esse perductos? *Ne igitur quisquam uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte feriarum, uel neomeniæ, uel sabbati.* Hactenus opertè & obscurè dixit, Ne quis vos deprædetur: nunc verò apertius idem agit, postq̃ beneficia eius recensuit. Si enim talia tantaq; estis adsecuti, quid rebus vos exiguis subditis, atque obnoxios facitis? Ne igitur sustineatis vt quisquam vos condẽnet, tanq̃ non obseruetis Iudaicas ceremonias atque sanctiones in cibis & potu. Per hoc aũt cõmendat iam eos, quippe quia Iudaica ista posthabeant ac dissoluãt. In parte aũt dieí festi, inquit, quasi nõ totã ausi fuissent festiuitatẽ obseruare: etsi enim sabbatũ celebrarẽt, nõ exactè tamen faciebant, vt qui

qui Christianismo iã essent dediti. Ostẽdit igitur vanã esse A
huiusmodi obseruationẽ, nisi totũ ipsum obseruetur, ac q̃ totũ iã inde destruatur. Si enim bonũ erat, integrè seruari debuit, atq; vniuersum. *Quæ sunt umbra futurorũ.* Futura, noui testamẽti bona nominat: futurũ enim erat veteris respectu, qđ nũ erat præsto, suo nimirũ tẽpore atq; duratione. *Corpus autẽ Christi. Nemo uos decipiat.* Quidã hîc post Christi, perfectã distinctionẽ faciũt, vt sit sensus: Veteris testamenti res, vmbra sunt: corpus aũt id est veritas, Christi est, vel ipse Christus. Proinde quid opus est tenere vmbrã præsente corpore? Nõnulli ista sequẽtibꝰ copulãt, vt sic intelligamꝰ, Corpus Christi, id est, vos, nemo κατα βραβευτω, hoc est, calumnietur, offendat. κατα βραβευων enim est, quũ alter qdẽ victoriã obtinet, B
alter verò brabeũ, hoc est victoriæ præmiũ accipit. Et vos igitur victistis diabolũ, eoq; superiores facti estis. Quur igit̃ rursus subiugatis vos peccato per legis obseruationẽ, quę nõ potest iustificare, sed nos aliàs etiã detinet? Christus, non lex vicit: apud eũ ergo q victoriã est adeptus, oportet esse brabeũ. apud vos porrò erit corpꝰ Christi: quomodo igit̃ hoc esse legi datũ putatis? Est enim perspicuũ, si iudaizemꝰ, nos adhuc habere legem dominũ nostri, à quo beari videamur. Si itaq; lex est vmbra, Christi verò euangeliũ corpus: erat operæprecium vt prius adsuescceremus vmbræ. Meritò igitur in nouissimis temporibus incarnatus est, vt nos adduceret. *Volens in* C
humilitate & religione angelorum, quæ non uidit incedere. Quandoquidem impleuit eos indignatione, ostendens quòd brabeo orbentur atque priuentur, necnon circunueniantur, hæreticum dogma denarrat. Volunt vos fraudare, inquit, per humilitatem quæ videtur. Dicebant enim indignum esse mansuetate & amplitudine vnigeniti, q̃ per vnigenitũ adducere mur ad patrẽ, esseq; maius q̃ vt humanæ tenuitati cõueniat. Vade commodius est dicere, quòd angeli (inquiunt) nostræ adductioni inseruierint, eamque suboperati sint. Inde ergo angelorũ religionem introducebant, simplicioribus persuadentes vt iis adhiberent animũ: eos enim esse, angelos dico, qui nos seruassent. Et qui nunquam angelos conspexerant, sic de illis commentabantur, tanquã eos vidissent. *Temere*
inflati a mente carnis suæ. Frustra, inquit, inflatus est propter istiuc dogma, à carnali sua sententia, non spirituali. Quomodo enim non carnalis adeóque crassæ mentis est, reiicere quæ ab

D quæ ab Christo dicta sunt? Adeò deus mũdum dilexit, vt fi-
Ioh. 3 & lium suum daret pro hominibus. & iterum, Pro ipsis ego me-
17 & 10 ipsum sanctifico. &, Animam meã pono pro ouibus, & alias
dum oues habeo, quas me oportet adducere, & innumera hu
iusmodi. Quomodo igitur suprà dixit quòd in humilitate,
quæ non est vera, sed fucata, inflantur? Intumescunt quidem,
vt doctores dogma suũ tuẽtes, nec permittẽtes vt ab alio verũ
doceantur. Comendant autem suam institutionem, adeoque
proprium dogma per humilitatem, non quam ipsi habent, ve
rùm adserentes maius esse quàm hominibus conueniat, vni-
genitum pro nobis occidi. *Nec tenens caput, ex quo totum cor-*
pus per compages & nexus compactum & constructum, crescit in au-
gmentum Dei. Non continet, inquit, qui hæc tradit, caput,
E hoc est filium: ipse nanque est caput angelorum, veluti crea-
tor & conditor. Insuper totius etiam ecclesiæ caput est, cum
secundum hoc ipsum quidem, tum quatenus corpus ipsius su
Christ⁹ ca mus & membra, ipso nobiscum in hisce cõmunicante. *Ex ip-*
put ange- so itaque vniuersum corpus ecclesiæ est, esseque suum simpli-
lorũ & ec citer habet, ac bene esse. Si igitur quisquã ab eo exciderit, sta
clesiæ. tim periit. Quemadmodum enim sensibilis spiritus à cerebro
in totũ corpus, per neruos diffunditur, & à capite omnis sen-
sus est, & motus, hunc ad modũ ecclesiæ corpus à Christo sup
peditatur, hoc est, accipit viuere suum, & crescere spirituali-
ter. Vnde autem hoc habet? quando construitur, coagmenta-
tur, hoc est, cõnexionem ad ipsum & cum ipso habuerit. Spi-
ritus enim sanctus per iuncturas & connexiones, suppedita-
F tionem adeoque constructionem augmenti dat. Quocirca si
non fuerit connexum neque cõpactum ad caput corpus, non
coagmentatur etiam ad ipsum, hoc est, non componitur, ne-
que spiritus iam suppeditatio sequitur, neq; augmẽtum Dei,
id est, optimæ secũdum Deũ vitæ & conuersationis. *Si mor-*
tui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tanquã uiuentes in mun
do, traditionibus uexamini? Per baptisma, inquit, commortui
Christo, simul obiistis omni priori vitæ, vt non amplius ne
ipsis quidem elemẽtis seruiatis, quibus antea subiecti eratis.
Quî igitur rursus, tanquam priorem adhuc vitam viuentes,
subdimini illis? Docemini enim quòd hæc dies bona sit, hæc
verò execrabilis: græcæ sunt obseruationes. Vide autem quo-
modo tacitè eos carpat. Instituimini, inquit, instar puerorum
planè elementariorum, ac sedetis audientes institutionem &
adhor-

adhortationem quinam vos oporteat facere. *Ne tangas, ne-* A
que attrectes, quæ omnia uergunt ad corruptionem ipso usu. Aliam
ipsorum obseruationem recitat, quæ est in cibis, Iudaicã po-
tissimum, quẽadmodum dierum erat Græca. Factum autem
dogmatistarum doctorúmve illorũ deprimens. Non magna
quædam, inquit, hęc sunt, sed in corruptionem desinunt ipsis Mat. 13.
vtentibus: corrupta in carne per secessum suffluunt. Neq; igi
tur prosunt ista per sese, neque obsunt. *Secundum mandata &*
doctrinas hominum. Non sunt diuinæ institutiones hæ, verùm
hominũ mandata. Quid igitur? lex nũquid est doctrina dei?
Erat quidem, quum suo tempore vigeret. hodie autem nõ est,
quum tempus eius expletum sit. Vel quia corrumpebant eam
apud Iudæos seniores, tradentes extra legem sua, perinde ac Matth. 15
Christus in Euangelio ait. Vel Græcorum dogmata notat. &. 16.
Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & hu B
militate, & in non parcendo corpori, non in honore aliquo, ad satieta-
tem carnis. Rationem habent sapiẽtiæ, non virtutem, neque
veritatem. Videtur enim qui hæc tradit, pius quispiam esse,
reuerẽdus & moderatus, corpusq; suum adspernari, propter- Corporis
ea quod à cibis abstineat. Atqui deus corp⁹ honorauit, ciboſ- honor.
que dedit, vt caro illis impleta persistat, ac sponte eos expe-
tat, verùm ipsi non vtuntur corpore in honore quopiam, pri-
uantes ipsum, potestatemque auferentes, nec permittunt ei vt
sua sponte cibum expetat.

CAPVT III.

Si igitur cum Christo excitati estis, superna quærite, ubi C
Christus est in dextera dei sedens: superna sapite, non
quæ super terram. Quũ dixisset, Mortui estis cum Supra. 2
Christo, per baptisma videlicet, ac per hoc quod reticetur,
dans intelligere quòd & simul excitati estis, consurrexistis-
que (baptisma enim, vt per submersionem vel intinctionem, Roma. 6.
mortem, sic per emersionem seu extractionẽ, resurrectionem
denunciat) colligit iamnunc: Si excitati estis vnà cum Chri-
sto, debetis posthac in supernis esse, vbi ille, vbi non porrò
huiusmodi est obseruatio, ac cœlestia sapere. Nam quę de ci-
bis & potibus præcipiuntur, atque diebus, terrestria sunt, ni-
hil alti aut spiritualis habentia: siquidem terrenorum homi-
num sunt mandata. Non autem contentus fuit, superna, dice
re, neque, Vbi Christus est, sed adiecit, in dextra dei sedens,
vt magis

D vt magis à terra noſtrum animum abducat. *Nã mortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo.* Ipſos vtrinque præparat, ne quæ hic ſunt quærant, tum ex morte, tum ex vita. mortui enim eſtis inquit, rebus inferioribus, poſthac eas quærere non debetis. Rurſus, vita veſtra in ſupernis eſt, quare & ſuperna curate. Contendit enim oſtendere quòd in ſupernis ſedeant ipſi, aliamque viuant vitam, quæ in deo eſt nimirum, haudquaquam oculis conſpicuam. Non apparet Chriſtus, ſic neque vita veſtra: qui ergo apparentia quæritis? His autem eos præmunit, vt mox in moralem incidat ſermonem. Nam moris eſt Paulo, vt aliud aggrediens, ad alia tranſiliat, vt in epiſtola ad Corinthios, cum de iis qui cœnas præoccupabant, diſſereret, re-

E pente in myſteriorum traditionem delapſus eſt. *Cum Chriſtus autem manifeſtatus fuerit, uita ueſtra: tum & uos manifeſtabimini cum in ipſo gloria.* In ſecundo aduentu manifeſtabitur Chriſtus, & omnibus apparebit in gloria ſimul cum angelis adueniens (nunc enim vſque adeò abſconditus eſt, vt & hoc nomine criminetur ab impiis) tum igitur & vos manifeſtabimini, non ſimpliciter, ſed in gloria. Quare diem illam deſiderate, non hanc, in illam viuere properate. tum enim vera manifeſtabitur vita veſtra: præſens nanque, mors eſt, ſiquidé per corruptionem conſiſtit, fluxum & refluxum. Ne hic honores gloriaſque concupiſcatis, nam illic gloria veſtra eſt. Deliteſcit margarita tantiſper dum in conchyli fuerit: ſimulac verò illud perfractum fuerit, tum in gloria relucet. Hûc admodum

F & vos quandiu in corruptibili iſto corpore fueritis, tanquam latentes viuere debetis, ab omni gloriæ cupiditate alieni. Quando enim diſſolutum fuerit hoc corruptibile, tunc gloriæ noſtræ ſuus erit locus, ſi hac digni per opera viſi fuerimus. *Enecate igitur membra ueſtra quæ in terra ſunt.* Non dixit abiicite, ſed interficite, ita vt nunquam reſurgant. Membra autem in terra, fortè corporis quoque membra dicit, quòdum cœleſtia minimè operãtur, in terra eſſe dicuntur: quum autem per ipſa perficiuntur quæ cœleſtia ſunt, non iã in terra ſunt, vt quum aut vitioſe videmus aut audimus, in terris non ſumus. Fortaſſe autem & membra in terra dicuntur, quæ in terra per membra corporis committuntur peccata, quæ & in terra manent, & ibidem corrumpuntur: quandoquidé corporis ſanè mẽbra tametſi è terra ſint, non tamen in terra permanent

Vita præſens, mors eſt.

manent corrumpunturque, ſed incorruptibilia erunt cum A reſurrexerint. At quomodo cũ ſuprà dixiſſet, Cõſepulti eſtis cũ Chriſto, quòd exueritis corpus peccatorũ carnis: nũc iterum dicit, Enecate? Quoniam prior quidem mortificatio, baptiſmatis erat donum, quæ interficiebat antea à nobis commiſſum peccatum: quæ verò nunc proponitur enecatio, noſtræ eſt voluntatis, obſcurãs peccata & exterminãs quæ poſt baptiſma admittũtur, imò ne reuiuiſcere quidem omnino ſinent, eò quòd affectum carnis interimat. Quemadmodum ſi quis ſtatuam ſordibus obſitam, ære renouans, ac lucidam læmque reddens, cõmonefaciat eum qui hc poſſideat, vt ſtudeat deponere rubiginem, nõ eam quam omnino deterſerit iam, ſed quæ poſthac ventura ſit. *Fornicationem.* Ecce interpretatus eſt quæ ſint illa membra. primum autem fornica B tionis meminit, quòd hoc mali potiſſimum regnet. *Immunditiem, paſſionem.* Prætermiſit ſpeciatim dicere quæ non ſunt pulchrà honeſtàve dictu: vnde per impuritatẽ & paſſionem omneis cõplexus eſt turpium mixtionum ſpecies. Verè enim paſſio eſt rabies corporis, & quemadmodum febris, aut vulnus, aut alia ægritudo. *Concupiſcentiam malam.* Ecce generatim rurſus vniuerſum dixit. omnis enim concupiſcentia prauà eſt. Eſt autem & bona cupiditas, dei diuinarumque rerum, quemadmodum & Daniel vir deſideriorum erat. *Et circumuentionem, quæ eſt idolorum ſeruitus.* Primogenitus filius malæ concupiſcentiæ, eſt circunuentio & auaria ειδωλία, quam idololatriam nominauit, ceu auro & argento ſeruientem. Nam idola gentium, argentum & aurum. *Propter quæ uenit ira dei ſuper filios inobedientiæ.* Et futura C ita, & in præſenti, ſæpenumero apprehendit tales. Inobedientiæ autem filios dicit, venia eos priuans, oſtendens quòd ex ignorantia non ſint in huiuſmodi afflictionibus, verùm ex inobedientia, quam ſic exercuerunt, vt & ſeipſos huic adoptarent in filios, & ex ipſa manifeſtarentur ſignarentúrque. *In quibus & uos ambulaſtis quondam, quando eratis in ipſis.* Non caret encomio hic ſermo, tanquam nunc non viuant in his. Sed olim, inquit, viuebatis in hiſce, quum gentes eſſetis: nunc autem vos hæc omnia depoſuiſtis. Quomodo igitur, quum ſuprà dixiſſet, Quondam in iis viuebatis, ac indicans quòd nunc non ita viuant, rurſus dicit, Deponite omnia? quî enim deponant quod non habent? Poteſt

Mortificatio duplex

Cupiditas bona.

Daniel. 9

Pſal. 113.

igitur

D igitur responderi, quòd illud quod ait, Quando viuebatis, co operetur eis quæ nũc dicũtur. Quasi enim hoc indicet, quòd olim quidem dominabatur vestri peccatũ, vitamque vestram continebat, ac tyrannidé exercebat, ante baptisma videlicet, eratque difficile admodum à peccatis liberari, adeoque affectibus prauis: nunc autem per baptisma occiso & mortuo in vobis peccato, facile est deponere peccata, tãquam pallium. Nec est quòd prætexatis vos sub tyranno vitam viuere atque affectibus. estis enim eis interempti. *Iram, furorem, malitiam,* Vindictam iniuriæq; recordationem, malitiam dicit, quam nonnulli & amarulentiam nominarunt, quando quisquam seruarit malitiam in seipso, vt sese vlciscatur. *Blasphemiam.* Conuitia hîc intelligit. *Turpiloquentiam ex ore uestro.* Significanter dixit ex ore vestro, hoc est, quod sanctificatur per

E communicationem dominici corporis. Absurdum enim est fœdari per blasphemiã turpiloquentiámq; os vestrum, quod Christum recipit. *Ne mentimini alter alteri.* Christum in-

Iohan. 14 duentes, qui dixit, Ego sum veritas: quomodo nunc alia forma amicimini, mẽdacij nimirum? Planũ enim hinc fit quòd illum characterem exueritis, qui vos veritate signauerit. *Exuentes ueterem hominem cum operibus suis.* Quidnam membra & corpus & hominem vocat corruptam vitam, ac rursus vitam virtutibus insignem pariter? Vt ostendat voluntatem essentia ac natura esse potiorem, nósque ab ea potius nominari, non ab essentia. Nam scriptura etiam equos, canes, &

Hiere 5. vulpes nominat eos qui voluntatis & morum suorum nomi-

Philip. 3. ne, huiusmodi belluis adæquantur. Proinde & in geennam,

Lucæ. 13. & ad æternum regnum nos inducit voluntas, non essentia.

F Veterem igitur hominem, corruptam volũtatem dicit: propterea & intulit, cum operibus, hoc est, voluntatem cum operibus. Veterem autẽ nominauit, turpitudinem eius ac deformitatem ob oculos ponere volens, & infirmitatem. Obserua autem quomodo veteris hominis membra recensuerit, mentem per mendacium, cor per furorẽ, os per blasphemiam oculos per fornicationem: abdita menbra, vt hepar, per concupiscentiam malam, manus per auaritiam & circunuentionem.

Et induite nouum, renouatum ad cognitionem. Nouus homo est

Nou⁹ hõ. voluntas secundum deum, quæ nõ consenescit, sed nunquam non viuax est & florens, ad cùm dei, tum diuinarum rerum agnitionem, pluribúsque donata fuerit, hoc valentiorem sese exhibens.

exhibens. *Secundum imaginem eius qui condidit ipsum.* Hoc A est, Christi, quãdoquidem & ipse ad senium non peruenerit. Adeò enim formosus erat & elegans, vt ea pulchritudo non possit satis verbis exprimi, de qua propheta sic habet, Specio Psal. 44. sus forma præ filiis hominum. peccatum enim nõ fecit, quod hominem senio conficit ac corrumpit. Et nos igitur ab illo eõditi secundũ imaginẽ ei⁹, exuere & abradere debemus quę ex peccatis nascitur corruptionẽ & inueterationem. Per creaturam istam nouam, poteris etiam intelligere innouationem vitæ, & optimos mores, quos in baptizatis refulgere conuenit. *Vbi non est Græcus, neque Iudæus.* Hoc est proselytus, & Iudæus ex maioribus. *Circuncisio & præputium, barbarus, Scytha, seruus, liber, sed omnia & in omnibus Christus.* En aliud encomium noui hominis secũdum Christum, quòd neque gen- B tis, neque dignitatis, neque maiorum in eo discrimẽ adeóque respectus habeatur, sed Christum eius esse signum. In omnibus enim vita virtutibus conspicua formatis, omnia est Christus, hoc est, & genus, & dignitas. Vel aliam ad rationẽ intelligas licebit, nempe quòd omnes vnus Christus facti sitis, quum corpus eius estis. *Induite igitur tanquam electi dei, sanctiac dilecti.* Facilem virtutis apparatũ indicat. vt enim pallium, sic & hãc recipere possumus: deinde nos oportere eam assiduè habere, eáque ceu ornamento vti, adeò vt qui hac careat, deformis & indecorus sit. Encomion autẽ admiscet adhortatiõi eximium. Nã & Iudæorũ plurimi sancti facti sunt, sed non electi, neque etiam dilecti sunt: vobis autem hæc omnia obtigerunt. *Viscera miserationum.* Non dixit, induite C misericordiam, sed misericordię viscera, partim vt ne illos vilipendat qui digni sunt miseratione, partim vt ostendat operepretium esse vt ex affectu intimo infirmantur cómoueanturque erga miseros, & non vt fratres erga fratres, verum vt parentes erga liberos. Ne enim mihi dicas, Quur eius miserearis in peccatis publicè vixit: ob eam nanque causam abs te misericordiam exigo. *Benignitatẽ, humilitatem, masuetudinem, longanimitatem.* Qui miserationis viscera tulerit, cum necessario hæc sequũtur. Quis enim pater aduersus gnatum suum non est beneficus? quis nõ erga eũ moderato est animo, non contendens cum eo, sed nihil non ei permittens? ecquis non est longanimis? Disce hîc optimum ordinem. Beneficẽtia generat humilem moderatámque mẽtem. qui enim bonis & be-

Peccatorũ etiã publi corũ miserendum.

I neficis

Dneficis moribus est excultus, is iuxtà humilis, non superbæ mentis est. Ab humili nec alta spirante affectu, mansuetudo est. qui enim superbus est, is & concitatioris est animi. A mansuetudine longanimitas, id est, magnanimitas. *Tolerantes uos mutuo, ac donantes uobis ipsis, si quis erga quempiam habeat querimoniam.* Hoc est, portantes ferentesque vos mutuò, vt tu illum, ille verò te sanè toleret, non amarulenter alter alterius lapsus explorantes, sed exiguos eos putantes, dignosque quos non intueamini. Expende hîc quomodo ea ipse imminuerit, querimoniam ea nominans. *Quemadmodum & Christus donauit uobis, sic & uos.* Vt semper facit, à Christo eos adhortatur, illum in exemplum proferens. At suprà mutuos eorum errores atque vitia exigua videri fecit, exilem ea querimoniam appellans. Quum verò Christum exemplum producit, persuadet nobis, vt etiamsi grandia delicta fuerint, ac etiamsi nos benefactores simus eorum qui nos læserunt, etsi nos magni, ipsi verò infimæ sortis fuerint, nos tamen omnia dimittamus, nec hoc solùm, verùm vt emoriamur etiam pro iis, si res ferat, adeoq; morte nostra illis beneficiũ nostrũ testemur, perinde ac Christus & in morte & post mortem nobis beneficia impertiit. Particula quẽadmodum, certè hæc omnia exigit. *Super hæc omnia uerò charitatem, quæ est connexio perfectionis.* Quia fieri potest, vt qui remittat, isthuc ex pura mente non faciat, sed in speciem & ex hypocrisi vel simulatione, iter nobis ostendit quo possumus persequi veram condonationem. Potest etiam fieri, vt quispiam mansuetus videatur & humilis, nec tamen diligat: propterea inquit, Super omnia hæc induite charitatem. Quod adiicit, quæ est copula, significat quòd ista præsens hæc omnia cingat & connectat: sin absit, arguunt ista hypocrisin & fucum, planeque dissoluuntur, ac in nihilum redigũtur. Quemadmodum enim in domo nisi fuerint subscudes, & consueta vt dicuntur vincula, & in corpore nisi fuerint colligationes, nulla est reliquorum commoditas, hunc ad modũ charitas oĩa continet perfectionẽ facientia, citraque hanc nemo est perfectus, ac etiamsi omnia videatur habere, imperfectus est. *Et pax dei brabeum acquirat in cordibus uestris.* Sæpenumero iniuria sumus à quopiam affecti: hinc & geminæ apud nos cogitationes certant, altera ad vindictam nos concitans, altera ad longanimitatem. Si enim pax dei in

Charitatis cõmunio.

dei in vobis steterit, vt iustus quispiam brabeuta, id est iudex, certaminisque arbiter, dederitque brabeum, hoc est præmium victoriæ, ei qui iusserit vt sis longanimis, desinet aduersarius tuus. Ipsa igitur, charitas dico, in vobis iudicet, non furor, non ira, non contentio, non humana pax, *Pax dei.* ea enim ex vltione nascitur, ex hoste: sed dei, quæ stabilis & indissolubilis, quæ ob nullam mundanæ rei commoditatem fit, æquè atque dei erga nos pax, nullius commodi, quod inde retulerit, causa facta est, verùm simpliciter ob clementiam & dilectionem sustulit inimicitiam quam erga nos habebat. Quî verò, quum charitatis meminisset, rursus de pace incipit disputare? Videtur porrò superuacanea hæc esse admonitio, quum sub charitate pax etiam contineatur. Potest igitur dici, quòd non rarò accuset amicus amicum, atque ex charitate & propter amicitiam, contentiones, iniuriæ, & prælia oriantur. Non hoc, inquit, volo, sed cum dilectione pacem etiam dei habete, omnia cùm ordinantem, tum iudicantem. *Ad quam uocati estis in uno corpore.* Hoc est, ad pacem vocans Christus, fecit nos vnum corpus, caput ipse factus. Quid enim, & quam aliam ob causam sumus vnum corpus, quàm vt veluti membra alter alterius, pacem hanc seruemus, & non dissideamus? Vel quia ad pacem vocati estis, hoc est, innumeris bonis estis donati per pacem. Nisi enim pacem habuissemus apud deum, non essemus vocati ab eo vt serui eius essemus, bonorumque eius participes. *Et faciles ad condonationem sitis.* Hoc est esse εὐχάριστον, facilẽ donantem aut remittentem, æquè vti conseruis atque deus te vsus est. Qui enim deo gratias agit quòd sibi noxam remiserit, is non facilè vlciscetur sese de eo à quo sibi vis facta est. Nam qui vindicat iniuriam, non meminit quã- *Matt. 18.* tùs ipse sit beneficiis diuinitus affectus, iuxta illũ, cui quum dimissa essent innumera talenta, centum denarios conseruo dimittere tamen noluerit. Gratias igitur agamus, & remittamus, quicquid etiam patiamur, & à quocunque, martyrij namque coronam accipiemus. *Verbum Christi inhabitet in uobis abunde.* Viam nobis præmõstrat, per quam faciles ad condonationem erimus. Si enim in nobis commoretur verbum Christi, hoc est, doctrina & dogmata & adhortationes quibus nos cõmonefacit, atque docet cùm præsentem vitam, tum bona eius aspernari, nulli difficiliũ cedem⁹, verũ omnia

D perſeuerãter ferentes ac conſtanter, remittemus ea quæ nobis accidunt, deóque agemus gratias. Non dixit autem ſimpliciter, ſit in vobis, ſed inhabitet, ac diuiter inhabitet. Si enim diuites fuerimus in cognitione ſcripturarum, omnes calamitates æquo animo feremus, perinde ac opulentus pecuniarum rerúmve ſuarum iacturam ferre poteſt. *In omni ſapientia.* Hoc eſt, in omni virtute. Sapientiam enim virtutem appellat, ſicut & peccatum inſipientiam, Dauid: Dixit inſipiens in corde ſuo: &, Male oluerunt vibices meæ à facie inſipientiæ meæ. *Docentes & adhortantes uos ipſos pſalmis, & hymnis, & cantilenis ſpiritualibus.* Quia lectio laborem habet, multúmque illi moleſtiæ ineſt, non ad hoſtorias duxit, verùm ad pſalmos, vt ſimul & animum canens oblectes, laborémque fraudes. Pſalmis autem hymnos ſubiunxit, ceu rem quampiam perfectiorem: pſallere nãque hominum, hymnos verò concinere angelorum eſt. *In gratia canentes.* Hoc eſt, cum gratia & voluptate ſpirituali. Vt enim humanæ cantiones gratiam habere videntur, etiamſi non ſpirituales, hunc ad modum diuinæ cantilenæ ſpiritualem habent oblectationem. Vel quia ex dono illis obtigerat vt canerent. *In corde uestro domino.* Non ſimpliciter ore, ſed corde, id eſt, cum attentione. Hoc enim eſt deo canere, illud verò aëri. Aliàs in corde, non ad demonſtrationem: nam ſi in concione fueris, potes ſecundum teipſum canere nemine audiente. *Et quicquid feceritis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini Ieſu.* Si edas, vel bibas, vel peregrineris, omnia in nomine dei age, hoc eſt ipſum adiutorem invocans. Vbi primùm preces ad eum fuderis, tum demum opera tua aggrediaris. Dei nomen dæmones eiicit: nec opera tua facilia tibi erunt, niſi dominum Ieſum inuoces. Vel quia, inquit, dominum Ieſum nominatis, ſequitur quòd angelos nõ adducatis tanquã ſeruatores veſtros. *Gratias agentes deo & patri per ipſum.* Si filiũ inuoces, ipſũ patrẽ inuocas per ipſum, ſi filio gratias agis p ipſum etiã patri gratias agis. Vel pinde ac nos ipſos filius ad patrẽ adduxit, ſic & ipſe gratiarum actionem noſtrã ad patrem perfert, omnium bonorum mediator nobis exiſtens. *Vxores, obedite maritis ueſtris, ut decet in domino.* Quur non in omnibus epiſtolis, ſed in hac, & ad Epheſios, & in epiſtolis ad Timotheum ac Titum hæc præcipit? Vel quia veriſimile eſt quòd in his vrbibus tales diſ

In nõe Ie ſuquicquã agere, eſt Ieſum inuocare.

Vxorum munus.

ſenſiones fuerit, vel quia firma erat hîc eccleſia, ac reliqua apud eos bene habebant, rectéque tranſigebantur, deinceps etiam de hiſce loquitur. Porrò aliis in altioribus dogmatibus deliquium patientibus, magis erat neceſſarium de iis etiam ſcribere, ac huiuſmodi adhortationes prætermittere. Multa autem in hiſce ſimilitudo eſt epiſtolæ ad Epheſios cum hac. Quid autem eſt, in domino? pro eo quod eſt, propter dominum obedite: non enim tantum ab natura obediẽtiam quam eis debetis, à vobis exigo. Hoc enim indicat per hoc quod ait, quemadmodum decet, hoc eſt, vt conueniens eſt & decorum, ſed potiſſimum etiam eam quæ eſt propter dominum. *Viri, diligite uxores, & ne ſitis amari erga ipſas.* Animauerte quomodo ex aduerſo vtrũque in ſuis rebus commonefaciat, vxores vt obediant, maritos vt diligãt: nõ enim adeò à ſubdito ad principem dilectio quæritur, vt à principe erga ſubditum. A dilectione porrò qua vxor diligitur, & ipſa fit amabilis, ac dum ipſa marito inſeruit, redditur ei manſuetus. Quia vero fieri poteſt vt quiſquam diligat, & interim tamen ſit amarulentus exaſpereturque, maximè tamen inter anatas perſonas hæ ſunt amarulentiæ: propterea inquit, Ne exaſperemini. Reuera enim ex multa hoc fit amarulentia, quòd quiſquam diſſideat aduerſus membrum ſuum. *Liberi, obedite parentibus per omnia, hoc enim bene placet in domino.* Rurſus in domino. Non enim ab ſola natura nos hîc vult facere, verum quia & deo videtur, vt mercedem habeamus ceu dei cauſa facientes. Piorum autem parentum liberis verba facíens, dixit, per omnia: nam impiis parentibus non eſt per omnia obtemperandum. non enim quando ad impietatem cogunt, eis eſt obediendum. *Patres ne ad iram prouocetis liberos ueſtros, ut ne deſpondeant animum.* Hoc eſt, ne omnia quæcunque agunt, amarulenter & exactè inquirite, ſed ſunt quæ à vobis ſint negligenda, vt ne contentioſiores eos faciatis, atque in mœrorem coniiciatis ac deſperationem. Obſerua hîc ſapientiam, quomodo infregerit parentes, eorumque viſcera inflexerit per hoc quod dixit, vt ne deſpondeant animum. Vniuerſa enim parentum cura in hoc incumbit, vt ne liberos contriſtent, neque ad deſperationem ac infœlicitatem adigant. *Serui, obedite dominis ſecundum carnem.* Statim ius obedientiæ, non ipſum ſerui nomen attulit, ſed ideo protulit, vt ne ſeruitutis ſuæ nomine angerentur. Do-

A *Virorũ erga uxores munus.*

B *Liberorũ munus.*

C *Parentum munus.*

Seruorum munus.

D tur. Dominis, inquit, secundum carnem. Potior tui pars, anima, est libera, seruitus tua est temporaria: animam igitur potius submitte tuam, vt voluntaria sit seruitus. *Non ut hominibus placeatis oculari seruitute.* Effice, inquit, vt quam ex lege debes seruitutē, ex metu amoreq; Christi fiat, vt ex Christi amore seruias. Quum enim hero non cernēte functus fueris fidelis serui officio, perspicuum est quòd ob dei oculum isthuc agas: si autem solummodo rectè agis quum herus conspexerit, hominibus places. Talis autem quum sis, teipsum lę-
Psal. 52. des: dominus enim disperſit ossa hominibus placētium. *Sed in simplicitate cordis metuentes dominum.* Id enim est metuere
Timoris ueri argumentum. dominum, quando nemine vidente nihil agimus mali, hæc etiam cordis est simplicitas, non ad homines respicere. Qui
B hominibus igitur placet, non est simplex. *Et omne quod feceritis, ex animo operamini, tanquam domino, & non hominibus.* Non solùm à fuco & simulatione, verumetiam à corpore eos vult esse liberos: imò ipsos pro seruis liberos facit, quippe qui nō opus habeāt dominorū præsentia. Quod ait ex animo, id est cum benevolentia, non cum seruili necessitate, sed libertate & voluntate facere. *Scientes quòd à domino accipietis retributionem hæreditatis.* Domini non faciunt sæpe seruos hęredes, etiamsi decies millies eis bene seruierint: Dominus autem, hæreditatis quę in cœlis est, retributionem vobis dabit, si benevolentiam erga domines custodiatis. *Domino enim Christo seruitis.* Qui ordinem vobis hunc destinauit & subiectionem. Quia verò seruitis Christo, planū est ex eo quòd
F ipse sit vester futurus remunerator. *Qui autem iniuste agit, feret, quod iniuste egit, & non est respectus personarum.* Qui dominum suum iniuria seruus afficit, vel quòd negligenter seruiat, vel quòd sublegerit quæ sunt hæri sui, & in suum vsum conuerterit, mercedem & compensationem ab deo habebit. Nō enim personarum acceptor est deus, vt misereatur serui, ceu infirmę partis, qui & lege sanciuit ne iudex pauperis mi-
Leuit. 19. sereatur in iudicio. Vel aliter: Christianus seruus Gręcum & infidelem herum iniuria adficiens, non arbitretur euasurum sese condemnationem. non enim personæ est inspector Christus, vt ipsi ceu Christiano remittat quod aduersus infidelem dominum deliquit. Etsi autem ad seruos videatur dicere, Non est personarum respectus: domini tamē hoc etiam ceu sibi dictum etiam atque conueniens accipiant.

CAPVT

CAPVT IIII. A

Omni, quod iustū est & æquum, seruis præstate. Quid est iustum? facere permutationem, atq; respondere eis, vt pro omnibus laboribus etiā suis satis habeant, nec indigeāt aliis rebus sibi necessariis. Nō
D enim postquam audiuisti q̄ à deo sint merecedē accepturi, tu eos priuabis iis quibus illis ob labores suos obstringeris. *Dominorū erga seruos mutuę.* *Scientes quod & uos habeatis dominum in cœlis.* Perinde ac illi vos dominos habent, sic & vos dominum habetis. Quo igitur mensu mensi fueritis vestris seruis, metietur & vobis dominus vester. Vel quia & vos cum illis ad dominum afferimini. hîc enim communem seruitutem fecit.
In oratione perseuerantes, uigilantes in ipsa in gratiarum actione. B Nouit diabolus quantum bonum sit oratio, vnde propterea nos ab ea resilire facit: quocirca dicit Paulus, perseuerate. Quia verò qui perseuerat, sæpenumero ad socordiam ac defectionem perducitur, adiicit, vigilantes, hoc est, sobrii existentes, vt adeò semper sitis recentes ad opus orationis. Insuper in gratiarum actione, hoc est, cum gratiarum actione hanc facientes. Hæc enim vera est oratio, quæ gratiarum *Oratio uera.* actionem continet pro omnibus quæ scimus & quæ nesci-
mus, à quibus beneficium accepimus, aut etiā afflicti sumus, & pro communibus beneficiis. *Orantes simul & pro nobis.* Obserua humilem Pauli mentem, quòd ipse indiguerit horū precibus. *Vt aperiat nobis ianuam, ut loquar mysterium Christi, propter quod & ligatus sum, ut manifestem ipsum quemadmodum oportet me loqui.* Hoc est, vt libertatē mihi det, nō vt liberer à C vinculis, verū vt loquar mysteriū Christi, quēadmodū oportet me loq, hoc est, nō cū submissiōe, cęterū cū magna fiducia Quo aūt vinct⁹ alios adhortatur, & rogat accipere q̄ habebatinō solū moderatè sapiēs ac spirās, cęterū vim iuxtà animę fratrū amātis significās. Indigebat em̄ & ipse cœlesti inflammatione, quā fratrū oratio maiorem vberioremq; daturа erat. Simul aūt inducit eos ad orandum. si em̄ pro eo interedere debeant, quanto potius pro se ipsi orabunt? *In sapientia* *Matt. 10* *ambulate ad eos qui foris sunt.* Quod dominꝰ dixit, Ecce emā do vos tāquām oues in medium luporū: sitis igitur prudētes vt serpentes, ac simplices vt colūbę: hoc & ipse nunc ait. Sitis, inquit, cauti, neque vllam detis occasionem iis qui foris

D sunt incredulis, aduersum vos, quum vos non lædant, neque simplices eos offendatis. Foris sunt, id est, non assueuerũt nobis, nec eiusdem sunt nobiscum stabuli, ac etiam si eundẽ nobiscum mundũ immorentur, foris sunt, tanquam procul agẽtes ab ecclesia, regnóque dei. Quare prudenter cum eis conuersandum & agendum. sapientiam enim hîc prudentiam dicit. erga familiares enim & amicos non tanta opus est securitate. Addit autem illis animum, dum eos qui non dederũt nomina Christo, Græcos, extra esse vel exteros appellat.

Tempus redimentes. Non varios nos esse volens aut hypocritas, hæc dicit, verùm id ait, Non est vestra opportunitas temporis, sed illorum est. Potestis igitur tempus ipsum etiã vestrum facere, si cum prudentia obambuletis, si non pu-

E gnas intempestiuas recipiatis, verùm conuenientem ipsis honorem tribuatis, si animis vestris non lædamini, neque fi-

Actuũ. 26 des vestra labefactetur. Audi ipsum adeò Paulum Agrippæ loquentem: Beatum meipsum puto, coram te rationem mei redditurus. Sic eos qui foris sunt, intus esse faciemus, per mã

sermo iucundus sit per sit sale conditus in gratia. suetudinem ipsos ad verbum attrahentes. Sermoni vestro insit iucunditas, inquit, verumtamen in diffluxum non incidat, neque dissolutionem, cæterùm constringat etiam atque obturet, id enim sal indicat: neque sit supra modum iucundus & amabilis, nec supra modum austerus: vt cibus si sale careat, iniucundus est: si verò præsalsus sit, gustui est ingratus omnino.

F Vtroque modo autem, nimirum si vel sale careat, vel nimiũ

Danie. 4 & .3. eo sit conditus, edi non potest. Nõne vides Danielem, quanam ratione hominem impium curet? Nonne vides treis pueros, quomodo nihil in ipsis est temerarium aut molestum, sed fortitudinem & libertatem ostendebant? Temerarium enim esse, non est libertatis aut fiduciæ, sed vanæ gloriæ.

Vt sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere. Aliter quidem diuiti, aliter etiam pauperi. Huius enim animus veluti infirmus multo permissu eget: pauperis autem solidior est, quare potest etiam ferre si grauius quadantenus cum eo agas. Si nulla necessitas vrgeat, ne voces Græcum pollutum, neque contumeliose eum incessas. Præterea si ad principem adducaris, decentem ei honorem tribue. sin de dogmate ip-

Actuũ. 17 & .13. sorum interrogeris, dic ipsum esse & prophanum & impiũ. Paulus sanè cum Athenensibus amicè colloquitur, Elymæ autem

autem maledicit, quia dignus erat. *Res meas omneis patefaciet uobis Tychicus.* Sapiẽtiæ est non omnia epistolis inserere, sed necessaria tantum atq; vrgentia, primum vt eas non supra modum prolixas faciat, deinde vt aduenies tabellarius habeat etiam quod recenseat. hinc enim honoratior habebitur. Tertiò ostendit quonam erga ipsum affectu imbutus fuerit. non enim ei talia credidisset, quæ literis indicanda forsan non erant, nisi fidelem eum sibiq; admodum charũ habuisset. Quare subiicit. *Dilectus frater, & fidelis minister, & cõseruus in domino.* Si dilectus, omnia nouit: si fidelis, non mẽtietur: si conseruus, particeps est tentationum. *Quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut agnoscat quomodo res uestræ habeant, & ut consoletur corda uestra.* Hîc charitatem erga ipsos indicat suã. Si quidem propterea misit, vt res illorum agnoscat, non vt sua ipsius denunciet: quinetiam vt eos cõsoletur. Ostendit autem eos tentationibus obnoxios opus habere solamine. *Cum Onesimo fideli ac dilecto fratre, qui est ex uobis.* Onesim' hic, est Philemonis ille seruus. Papæ, ad quantam dignitatem peruenit, vt frater etiam Pauli sit? Paulus hic nõ pudebit frater esse seruii. Cedit in laudem vrbis eorum quod ait, Qui est ex vobis, vt gloriẽtur q̃ talem protulerint. *Omnia uobis patefacient quæ hic geruntur.* Hoc est, uincula, aliaq; me detinentia: si enim hæc non essent, venissem ad vos. *Salutant uos Aristarchus concaptiuus meus.* Hic est qui vnà cum ipso ab Hierosolymis est reductus. Maius aũt quippiam prophetis hic Paulus dixit. nam illi sese hospites tantùm & peregrinos vocabant, hic verõ & captiuũ seipsum nominat. Reuera enim captiui instar tractabatur agebatúrq;, imò peius etiam quàm captiui. Siquidem captiuorum, vt suarum possessionum, qui eos ceperunt, curam gerũt: hunc autem ceu inimicum & hostẽ nemo nõ dilexabat variis modis. Hoc illis in consolationẽ dicitur, quã doquidem præceptor eorum huiusmodi patiatur. Et *Marcus consobrinus Barnabæ.* Hunc à cognatione commẽdat. magno esse in precio erat Barnabas. *De quo accepistis mandata. Si uenerit ad uos, suscipite eũ.* A Barnaba forsan acceperãt mãdata, vt Marcum hunc honorificè susciperent. Potest hic punctum post mandata apponi, deinde nouo quodam principio legi, Si venerit ad vos ò Colossenses, excipite eum honorificè.

Et *Iesus qui dicitur Iustus.* Fortasse hic fuit Corinthius *Qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt cooperarii ad regnum dei.*

Quum

D Quum propriam cuiusque laudem dixisset, nunc publicam etiam ponit. magnum enim videbatur ex Iudæis esse. Quoniam autem captiuitatis meminit, ne deiiciat auditoris animum, remittit captiuitatem illam, deinceps inquiens, cooperantur mihi in iis quæ ad regnum inducunt. Proinde qui socii sunt captiuitatis, erunt etiàm participes regni. Diuus autem Iohannes Chrysostomus hunc ad modum legit: Qua si obscurè notauerit Iudæos, inquiens, Hi soli sunt ex circuncisione. plures nanque ex gentibus fuerunt.

Qui facti sunt mihi consolationes. Ostendit sese in magnis afflictionibus fuisse, eósque magnos esse quosdam, quippe quia Paulo consolationi fuerint. Obserua quomodo is E qui captiuum consolatur, simul particeps esse regni prædicetur cum eo. Sunt igitur qui propter Christum affliguntur, iuuandi fouendique. *Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est, seruus Christi.* Et in principio epistolæ, & nunc ipsum commendat, vt veluti diligentem ipsos redament, ac libenter eum audiant si quid doceat. Præceptorem enim ac doctorem in honore esse, in commoditatem discipulorum cedit, obtemperantium ei in iis quæ dicit. Ingens autem eius præconium est, seruum eum esse Christi. Gloria igitur vestra est ille, talis quum sit, atque ex vobis sit.

Semper certans pro uobis in orationibus. Non simpliciter orans, sed certans, ac tremens pro vobis, non nunc solùm, sed semper. *Vt stetis perfecti.* Tacitè eos mordet ceu imperF fectos. claudicabant enim omnino in dogmate de angelis. Quia verò potest quispiam esse perfectus, nec stare tamen, quemadmodum quum aliquis omnia nouerit, non confirmat tamen firmiter: propterea dicit, vt stetis perfecti, videlicet in doctrina & vita. *Ac impleti omni uoluntate dei.* Hoc est, vt nullam aliam voluntatem faciatis, præter diuinam. hoc enim est completum & perfectum esse. Ostendit autem per hæc eos partim habere quiddam, partim etiam illis quicquã deesse. *Testimonium enim ei perhibeo, quòd habeat zelum multum pro uobis, & iis qui sunt Laodiceæ, & Hierapoli.* Vtraque intensionem & vehementiam, & exaggerationem habent, cùm quod zelum dicit, tum quòd multum. Commendat autem eum Laodicensibus & Hierapolitanis. omnino enim epi
Lucas euã stola hac lecta, de eo audiuerunt. *Salutat uos Lucas medicus*
gelista. *dilectus.* Lucas hic euangelista est, cuius non exiguum est encomion,

encomion, eum esse Paulo dilectum. Neque hunc vltimo loco posuit, vt eum imminueret, eiúsve autoritatem eleuaret, verùm vt Epaphram apud conciues magni faceret, venerare túrque. Verisimile est autem alios etiam hoc nomine fuisse. *Ac Demas.* Nondum enim, vt videtur, reliquerat doctoré. *Salutate fratres qui sunt Laodiceæ.* Animaduerte quí eos conglutinet ac copulet inter se mutuò. *Et Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiam.* Magnus hic vir fuit, qui domum suã totam fidelem habuerit, vt adeò ecclesia vocaretur: propterea & gratificatur ei Paulus, priuatim eum salutans. Facit autem hoc, vt & alios ad consimilem zelum euangelii prouocet, vt si & ipsi honorari velint, Nympham hunc imitentur. *Et quum lecta fuerit epistola apud uos, curate ut & Laodicensium ecclesiæ legatur, atque ut uos Laodicensium epistolam legatis.* Iuxta meam sententiam fuerunt nonnulla in hac scripta, quæ oportebat eos audire, ac rursum in illa quę necessum erat hos dicere. Maior est autem commoditas, quando aliis accusatit, alii sua peccata agnoscunt. Quæ verò fuit epistola ex Laodicea? Ad Timotheum sanè prima, nam ea ex Laodicea scripta est. Quidam aiunt quòd ea fuerit quam Paulo Laodicenses miserint: uerùm haud scio quid illa ipsis emolimenti ad emendationem attulerit. *Dicite Archippo.* Quur non scribit ad ipsum? Fortasse quòd exigua tantùm commonefactione, non literis opus habebat.

Vide ministerium quod accepisti in domino, ut ipsum impleas. Terrentis hoc est verbum vndiq;. Videte ne quis vos deprę- *Suprà. 2.*
detur. Videte ne iam potestas vestra hæc. Consimilem ad C modum hic, Vide, inquit, vt impleas opus quod accepisti in domino, hoc est, per dominum. ipse nanque tibi dedit, non ego. Quale autem erat opus? vt Colossensium esset Epho-rus, adeoque episcopus, obseruator. Duo autem confirmat per hoc quod dicit, in domino, ipsumque diligentiorem facit, vt perficiat veluti herile opus: illosque huic subiiciat, vt qui eos diuinitus instituat. Omnino enim propterea scriptũ est eis, Dicite Archippo, vt quando ipsos obiurget Archippus, non accusent ipsum tanquam amarulentum, nimirum agnoscentes q; Pauli hoc sit mandatum, & q; suum ipsorum of Archippo dixerit quæ Paulus ei nũciauerit. Vt igitur obstruat eo; Paulus, artificiosè ac scitè hoc perfecit: quãdoquidem aliàs absurdum erat discipulis de præceptore disputare.

Memento

D *Mementote uinculorum meorum.* Hoc est, mei memoriam facite, qui vinctus sum & condemnatus. Hæc autem maxima est eis consolatio ad quanuis afflictionem meminisse Pauli vincti. *Gratia uobiscum. Amen.* Hac præsente, etiamsi afflictio-
Actu. 5. nes habueritis & vincula, nihil aduersum vos poterit. Nam & hoc gratiæ est, ligatum teneri. Reuertebantur enim, inquit, à carcere gaudentes, ꝙ digni iudicati essent contumelia affici pro nomine Christi. Viden' dignitatem & honorē esse, contumelia affici? ac reuera magna hæc est dignitas. Contingat igitur & nobis indignis, diuina gratia dignos iudicari atque donari in afflictionibus, vt hac perferente imbecillitatem nostram, ad commoditatem ipsæ nobis cedant, multam peccatorum nostrorum crassitiem exprimentes ac delentes, in gloriam patris, & filij, sanctique spiritus, cui honor in secula seculorum. Amen.
E

Scripta est ex Roma per Tychicum & Onesimum.

THEOPHYLACTI BVLGARIAE ARchiepiscopi in primam diui Pauli ad Thessalonicenses epistolam Enarratio.

ARGVMENTVM.

Rimùm fidem eorum mirificè commendat, vt
P quæ adeò efflorverit, vt nō paucis aliis fuerit exēplo. Deinde consolatur eos in afflictionibus, quibus sunt obnoxij ob Iudæos & Christi maximè suíque exé-
F plo. Postremò eos in spe resurrectionis firmat, de ea nonnulla inserens. Porrò Thessalonica Macedoniæ metropolis est, vt in hypothesi epistolæ ad Philippenses commonstratum.

CAPVT

Caput I.

A

Paulus & Siluanus & Timotheus. Ad Thessalonicenses Apostolus Paulus scribens, sibiipsi copulat etiam atque cōiungit Timotheū: Ephesiis autem literas scribens, non sic facit, cognoscente Timotheo, iuxta meam quidem sententiā, quòd statim ad Ephesios mittendus esset: superuacuum autem erat epistolæ conditorem, eū qui hanc recepturus perlaturúsve, prædicare. Hîc autem secus fit, verùm reuersus iam erat Timotheus ex Thessalonica: itaque non iniuria seipsum huic iungit. Præponit autem Timotheo Siluanum, forsan quum Timotheus hoc ex humilitate peteret, imitatus veluti præceptorem Paulum, qui discipulos etiamsi sibi suos connumerat. Neque autem Apostolū, neque seruum, secūdum consuetudinem suam apostolus hîc se appellat, eò ꝙ nuper in fide instructi erant, necdum sufficientem eius notitiam acceperant. Non igitur precium fuit operæ, eius dignitatis meminisse. *Ecclesiæ Thessalonicensium.* Etsi pauci essent Thessalonicenses, necdum constitissent, cōglomeratíque magno fuissent numero, ecclesiam tamen eos appellat ipso vel nomine animum illis addens: quādoquidē iam multitudo, quia multa significet, sit ipsum ecclesiæ nomen. *In deo patre & domino Iesu Christo.* Quia & infidelium Græcorum, & Iudaicæ fuerunt ecclesiæ, dissepārās hanc ab illis, dignitatem illam in deo esse affirmat. Si enim quisquā peccati fuerit seruus, non est in deo. Obserua hîc præpositio *Iohan. 8.* nem (in) patri ac filio tribui. *Gratia uobis & pax.* Optat eis, ne in diuinis donis alter alteri obstet, vel æmulationem fuscitent, sed mutuam inter se pacem foueant, non inflati.

B

Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis. Ab encomio statim exordium ducit: pro ipsis nanque gratias agere deo, indicat persecutos ipsos esse talia, quorum causa deus glorificetur.

C

D cetur. Simul autem humiliter sapere docet, tanquam deus omnia operetur. *Memoriam uestri faciens in orationibus meis.* Quòd gratias agit deo, isthuc est propter virtutes eorum: q̄ verò meminerit eorum in precationibus suis, charitatis est. *Incessanter recordantes.* Nedum, inquit, in orationibus meis vestri recordor, verùm & aliàs semper, id quod vehementis charitatis est indicium. *Operis fidei.* Hoc est, instantiæ vestræ. Isthuc enim opus est fidei, solidè & firmiter consistere & instare, nō solis verbis in fide gloriari. *Et laboris charitatis.* Qualis autem labor est charitatis? Nullus simpliciter, reuera tamen multus labor est. Quando enim quispiam ob dilectum sibi vel quiduis sustinuerit, quo pacto labor non erit?

Act. 17. Thessalonicenses autem charitatis nomine multa perpessi

E erāt, vt disces ex Actorum libro. *Et patientiæ spei domini nostri Iesu Christi.* Multas, inquit, & longas tentationes sustinuistis. Sustinuistis autem spe roborati. Cum certitudine enim credebant repositis præmiis. Deus enim in principio tētari eos pmittebat, ne diceret aliquis, quòd simpliciter adulatio verbi præconium commendasset & constabilisset, vtque monstretur non esse humanam istam persuasionem, verùm dei potentiam & vim, quæ animabus persuadeat. *Ante deum & patrem nostrum.* Bifariam hoc intelliges, vel recordantes coram deo & patre nostro, vel operis fidei, quod est ante deū. Ne enim existimetis quòd citra lucrum quicquam faciatis, cæterum omnia sunt coram deo, itaque & mercedem reddet.

F *Scientes fratres dilecti, ex deo electionem uestram.* Meminimus, inquit, ac mentionem vestri facimus. eò quòd sciamus vos esse electos ab deo. electi enim estis ad fidem præ multis aliis. Et vnde hoc planum diue Paule? Audi sequentia. *Quoniam euangelium nostrum non fuit ad uos in uerbis tantum.* Inde, inquit, perspicuum est q̄ electi sitis, eò q̄ deus prædicationē euāgelij in vobis glorificet. Non enim simpliciter adeò prædicauimus, quin etiam signa sunt edita quibus testatus est deus fidem sibi vestram probari, tùm quòd electi sitis & prædestinati. *Sed & in uirtute.* Hoc est, in signis quæ facta sunt ad beneficentiam & retributionem gratorum, & ad pœnam & condemnationem ingratorum. *Et in spiritu sancto.* Vel in sapientia spirituali & non externa, vel quia spiritus sanctus datur credentibus. *Et in certitudine multa.* Hoc est in ærumnis & afflictionibus. Perinde enim vt signa spiritusque sancti suppeditatio

peditatio ob credentium certitudinem fiebant, sic & proverbi prædicatione afflictiones, magna sunt eiusdem cōfirmatio. *Quemadmodum nouistis quales fuerimus in uobis propter uos.* Vos, inquit, testes estis, quomodo in vobis conuersati sumus, & q̄ cum alacritate multa prædicauerimus euangelium, idque propter vos. Quia enim electi eratis, propterea nihil nō vestri causa laborauim⁹. pro dilectis enim ab deo, quis quid non patiatur? Hic autem & virtutes & opera eorum notat, etiamsi tectè. vult enim primùm eos commendare. *Et uos imitatores nostri facti estis, & domini.* Confortat eos laudādo, & ad memoriam reuocādo q̄ & ipsi nō defecerint ab eo in pericu

A

lis nec sint in periculis eo facti inferiores, deus bone, q̄tū est encomiū, eos statim p̄ceptoris sui imitatores factos esse? nec eius tantum, verumetiam Christi domini? Quî verò domini

B

imitatores facti sunt? Quoniam & ipse multa passus lætabatur: sponte enim accedebat afflictionem, vt adeò diceret pa *Iohā.17.*
tri: Glorifica me. *Accipientes uerbum in tribulatione multa, cū gaudio spiritus sancti.* Non simpliciter suscepistis cum tribulatione verbum, sed cum multa, hoc est, cū pereculis: atque hoc disces ex Actis Apostolorū. Attamen afflictionem hāc, seu pericula læti suscepistis. Interpretans autē quomodo liceat, & *Actu.17*
fieri possit vt quispiam in afflictione lętetur, dixit, cū gaudio *Dauic.5.*
spiritus sancti. non enim permisit vos spiritus sanctus dolere. Potrò dolor est in rebus corporalibus, gaudiū verò à spiritu dabat. Quēadmodū enim in flāma seruati sunt pueri, spiritu flāmam irrorāte & infrigidāte: hūc ad modū & vos in periculis spiritus lætos faciebat, futurā vobis pmōstrans retributionē. Animaduerte aūt tū quēpiā fieri imitatorē dñi, quā do pericula sustinet cū lætitia spiritus. *Vt sitis uos exēplar omnibus credentibus in Macedonia & Achaia.* Etsi postremò ad eos

C

Paulus pueniſſet, sic tamen, inquit, luxistis, vt eorū q priores accesserint euangelio, vos sitis doctores. Atque hæc est dui Pauli imitatio. Nam & ipse postremus accedens, omnes superauit. Expende hic, quòd non dixerit eos factos exemplar vt crederent alij, verū iam credentibus forma facti estis, vt sciant & videant quomodo sese oporteat credere, nimirum cum feruore, & ad pericula promptitudine. Per Achaiam autem Græciam intelligit.

A uobis enim insonuit uerbum. Hoc est, de vestra virtute fama, fecit vt prædicatio innotesceret omnibus

vt

D vt ita omnium vos institutores ostenderemini. Insonuit autem verbum, veluti de tuba dictum est, quæ cùm clarè sonat, tũ sonitus eius ad multòs peruenit. *Non solũ autẽ in Macedonia & Achaia, uerum & in omni loco fides uestra quam ad deum habetis, egressa est.* Macedoniam, inquit, & Græciam verbo & doctrina implestis exemplo vestro: miraculo verò omnem locum, quòd adeò in breui tempore fidem longam ostendistis. Tanquam autem de re animata loquatur, dixit, egressa est. *Vt non habeamus quicquam opus loqui.* Adeo, inquit, est vehemens & efficax fidei vestræ fama, vt neque expectent nos homines quicquam de vobis dicere verumetiam si sæpe conemur narrare, vt & illos ad parem æmulationem inijciamus, præueniunt nos illi vestra nobis bona prædicantes.

E *Ipsi enim de nobis annunciant, qualem ingressum habuerimus ad uos.* Hoc est, quòd noster ad vos aduentus refertus fuerit innumeris mortibus, vos tamen non estis offensi in nobis. Quinetiam vos in pericula propter nos incidentes, non auersi estis à nobis, sed sic nos tenebatis, ceu innumeris bonis à nobis aucti essetis. Secundus autem ille accessus eius erat. Etenim profectus in Berrœan persecutionem passus est, ac inde veniens, sic est receptus, vt & animas suas adeóque vitam pro eo impenderent. *Et quomodo conuersi sitis ad deum ab idolis, ut seruiatis deo uiuenti & uero.* Hoc est, quam facilè, & cum magna vehemẽtia, ac summo studio. Hîc porrò minus inuisam parænesin adduxit, pulchrè ac cõmodè eos cõmonefaciens, à quibus ad quę transierint, vt & dignã conuersione sua vitã ducant. *Et expectetis filium eius de cœlis, quem excitauit ex mortuis, Iesum, ut liberet nos ab uentura ira.* Et hoc est eiusdem cum pendij. docet enim narrationis specie, expectare filium dei.

F Afflictio autem hæc, est maxima consolatio, quòd qui passus est, excitatus est, iamq; in cœlis est, tum quòd ille venturus est vt nos liberet ab ventura ira, hoc est à pœna, tanquã eos qui illi per fidem placuerimus, pérque immaculatam vitam, neque parcet illis qui nos opprimunt. Quoniam autem pericula iam sunt in manibus, bona verò in spebus, magnam ipsis fidem tribuit. Siquidem expectant & sperant firmiter quæ futura sunt.

CAPVT

Act.17.

CAPVT II. A

1 *Ipsi enim fratres, nostis ingressum nostrum ad uos, quòd non fuerit inanis.* Vestra, inquit, sanè magna sunt, interim tamen neque nos humana ratione vsi sumus, neque inanis fuit introitus noster, hoc est, sine periculis ac sine tentationibus ac nihil vacuum habens. Aeque ac sæpe dictum est, pericula sunt quæ fidem consolidant: citra hæc autem vana fuerit & vacua. *Sed quum antea passi essemus, & iniuria affecti, quemadmodum nostis Philippis, confisi fuimus deo nostro, ut loqueremur ad uos euangelium dei in multo certamine.* Quum euasissemus, inquit, pericula apud Philippenses, in alia incidimus rursus. Reputa hîc, quomodo deo omnia referat accepta. Confisi, inquit, fuimus deo, hoc est, ab eo cõfortati. *Adhortatio enim nostra non est ex errore.* Doctrina, inquit, nostra non est ex errore. Impostores enim seipsos nõ B solent in pericula coniicere, sed potius ad delicias: ego verò meipsum periculis obieci, vnde planum est q; doctrina mea non erret, neque decipiat quenquam dolis, & quòd pro humanis rebus nõ elegerim periculis esse obnoxius, verùm ob diuina ac stabilia bona. *Neque ex impuritate.* Hoc est, non impurum & immundũ aliquid doceo, qualia sunt magorũ & veneficorum incantatorumque. *Neque in dolo.* Non in nouatione vel seditione, vt Dathã. *Sed quemadmodum probati sumus ab deo, ut crederetur nobis euangeliũ, sic loquimur.* Deus, inquit pro bauit nos & elegit, vt crederet cõmitterétque mihi Euangelium. non enim elegisset, nisi dignos nouisset. Tales igitur manemus probati, quales electi sumus ab ipso ab talem præ- C dicationem. *Non ueluti hominibus placentes, sed deo exploranti corda nostra.* Hoc est, non vt vobis placeamus, hæc facimus omnia, sed deo placere volẽtes, q abdita explorat, δοκιμάζει, ad est probat, hoc significat nũc, vel quia recipit corda & coronat. Nemo autem dolosus & impostor & immundus huic placere potest. *Neque enim unquam in sermone adulationis fuimus, sicut nostis.* Postquam in prioribus laudauit eos, vt ne suspectam faciat laudem, ait: Nunquam aliàs adulatus sum, quod est decipientium, proinde neque iamnunc adulatione prædicauimus vobis. Quòd autem non sim adulatus, & vos testes estis: quòd autem non sim pecuniarum amator

Dolosus deo non placet.

Nu.16.

K neque

D neque auarus, deus testis: ipsis enim hoc non constabat. *Neque quærētes ex hominib⁹ gloriam, neque a uobis neque ab aliis,* Non dixit, Quia ignominia affecti sumus, neque quia non sumus honore dignati, vt ne videatur huiusmodi obiicere, ac propterea conuiciari eis: verùm non quæsiuimus honoré, quum tamen prædicatio verbi hoc postulet. Nam si regios legatos magno honore dignamur, multo potius maiori dei legatos. Quomodo igitur gloriæ causa agemus aliquid, qui neque à vobis, neque ab aliis, etiamsi doctores simus vestri, cupiamus honorari? *Quum possemus esse graues uobis, ut dei apo*stoli. Vel honore, & gloria ac tumore, vel potuissemus accipe re à vobis & ali, adeóque graues esse vobis. Etenim dignitas & autoritas nostra hoc postulat, vt accipiamus à vobis. *Sed facti sum⁹ in medio uestri mites.* Hoc est, mites sine grauami
E ne, vel infantes in medio vestri, hoc est, innocētes, vanæ gloriæ expertes. Infanti enim nihil huiusmodi conuenit. *Quod* ait in medio vestrū, talem habet sensum, factus sum vnus ex vobis, vt qui non supernam sortem acceperim. *Tanquam si nu*trix foueat suos ipsius liberos. Amorem suum ac feruidam dilectionem ostendit. Nunquid nutrix adulatur? nunquid à paruulis infantibus pecuniam expetit? pari ratione doctorem conuenit esse mitem, ac deamantem etiam eos qui ei insultauerint, perinde ac nutrix pueros, etiamsi eam feriant. *Sin obstricti uobis, placet nobis impertiri uobis nō solum euangelium dei, sed & nostras ipsorum animas.* ἱμειρόμενοι ὑμῶν, hoc est, obligati vobis, atque à vobis retenti. Compositum est ἱμείρομαι ab ἵμερος simul, & φέρω complico, connecto. Nonnulli verò
F ἱμειρόμενοι legerunt, id est, desiderātes, sed male. Non solū igitur, inquit, nihil à vobis accepimus, verùm si possibile est, ἐνδοκοῦμεν hoc est, omnino volumus etiā animas nostras impendere. Proinde euangelium impertiri, est honorifi centius: animam autem impendere, adeóq; vitam, difficilius est, vehementioríque ac veluti magis insanientis charitatis est: quod ipse infert. *Eo quod dilecti nobis facti estis.* Ne videatur hęc omnia dicere veluti laborans ac defessus pro ipsis, ac qui propterea velit honorari ab ipsis, ait: Nullam ob rem aliam hæc facio, inquit, quàm propter charitatem. Neque enim retributionem quærens, verùm ipsum tantummodo bonum & honestum. *Meministis enim fratres laboris nostri ac de-*
fatigationis. Nocte ac die operantes, ut ne grauaremus quempiam ne

strum, prædicauimus ad uos Euangelium dei. Non dixit, recorda- A
mini beneficia quæ ab me accepistis, sed laborem, nec id sim
pliciter, cæterùm & μόχθον id est laborem cum magna dili-
gentia, studio, & alacritate: nec die solum, verumetiam no-
cte. O quanta hæc est Apostoli alacritas, prōptitudo, & sum
ma, ne quenquam offendat, sedulitas. Innuit autem Thessa-
lonicenses istos non admodum fuisse diuites, quum inquit,
ne quenquam vestrum grauarem. *Vos testes estis, & deus.* Sa-
tis deus autoritatis habebat & fidei, verum quia non erat
perspicuum hominibus quòd deus testimonium dicat, & ip-
sos quibus loquitur, in testimonium vocat. *Quam pie.* Omnia
quæ opus habebant impletione, piè trensegi cum timore cul
tóq; dei. *Et iuste.* Hoc est nemini vim faciētes, vel iniurij, pe- B
cuniarū exactione. *Et irreprehensibiliter.* Hoc est citra offendi
culum & scandalum. *Vobis credentibus fuerimus.* Quandoqui-
dem ab infidelibus impius vocabatur, & circulator, & sper-
mologus, & nihil sani. *Quemadmodum nostis.* Rursus eos testes
vocat, quod argumento est, eum nihil arroganter & cum o-
stentatione dicere. *Sic unum quemuis uestrū, ut pater liberos suos,*
adhortantes uos & consolantes. Nunquid res ardua & mirifica C
est, quòd neminem citra consolationem prætermiserit, sed
vnicuique commodè disserit? Adhortantes autem, vt can-
didè fortitérque ferant aduersa. Non igitur gloriam meam
quærebam. Suprà quidem nutrici seipsum adæquauit, nunc
autem patri, dilectionem indicans & præsidatum, & hu-
militatem omnis fastus inanem. Quis enim pater aduersus *Paternus*
filios ac liberos inflatus est atque accensus? *affectus.*
Ac testificantes, ut ambuletis digne Deo uocante uos ad suum ipsius
regnum & gloriam. Testari iam durioris ac seuerioris, at-
que obiurgatoriæ est doctrinæ, quare non adulabar. Quia
verò prædixit, tanquam pater, intulit, ac testificantes.
Non enim vehementer, verùm vt patres, adhortabamur vt
ambularetis dignè deo, qui vos vocasset ad regnum suum
& gloriam. Animaduerte hîc, quomodo narrationis spe-
cie hîc nos doceat & consoletur. Si enim ad regnum nos vo-
cat deus, omnia sunt ferenda.
Propter hoc & nos gratias agimus deo citra intermissionem,
quoniam quum accepistis uerbum auditus a nobis dei, accepistis non
uerbum hominum, sed quemadmodum est uere uerbum dei.
Hoc loci eos etiam commendat: Non enim nos, inquit,

D tantùm omnia immaculatè agimus, vos autem indignum quiddam mea institutione demonstrastis. Non enim, tanq̃ homines audiretis simpliciter, affecti eratis, sed veluti ipso deo adhortãte, sic aduertebatis animum. Verbum autem vel sermonem auditus dei prædicationem dicit, ac verbum, vt quod quum audiatur, credatur etiam. Quomodo enim credant, si non audiant? *Qui & operatur in uobis credentibus.* Vnde planũ est quòd verbum dei acceperitis? Operatur enim, inquit, in vobis, hoc est, ex ipsis operibus demonstratur. Niũ enim ipsum hac ratione suscepisse tis, non iam in huiusmodi tentationibus perdurassetis. Vt enim, quod neque adulator E sit, neque impostor, ex operibus conuincit: sic & ipsorum fidem ex ipsis oporibus iam indicat. *Vos enim imitatores facti estis fratres, ecclesiarum quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu.* Ne quis per ecclesias, Iudæorum synagogas in Iudæa intelligat, propterea adiecit in Christo Iesu, vt fidelium ecclesias indicet. *Quoniam eadem passi estis & uos a propriis contribulibus quemadmodum & ipsi a Iudæis.* Haud parum hîc consolationis præbet Apostolus. Si enim Iudæi patriæ legis æmulatores, nonnibus, Christo datis, adeóque credentes, tanta sunt perpessi, quanto potius vos debebitis? Non exiguum autem argumentum est, verũ esse verbum, quum Iudæi tanta patiantur eius causa, qui antea illud persequebantur. *Qui & dominum Iesum occiderunt.* Quid igitur mirum si contribules suos adflixerunt, quandoquidem & dominum occiderunt? Animaduerte autem qualis sit consolatio, participem fieri Christi adflictionum, propterea & Paulus semper illud in tentationibus circumfert. *Et proprios prophetas.* At dicet aliquis quòd do F minum Iesum ignorauerint, neque cognouerint. Quid tum postea? Anne prophetas suos non norant, quorum libros tamen circumferunt? Quomodo igitur & hos occiderunt? Quare planum est quòd nihil agant veluti æmulantes prouehementiam & ritate, sed contra veritatem potius in rabiẽ se adigentes & insanientes. *Et nos persecuti sunt.* Apostolos doctores vestros. Necessum est igitur vos discipulos, ad hæc exempla defigentes oculos, patienti animo ista hæc ferre. *Ac deo non placent.* Quomodo enim placere ei queant, qui filiũ eius occiderunt, ac iam olim prophetas etiam eius interemerunt? *Qui omnibus hominibus aduersantur, nosq; prohibent gentibus loqui ut seruentur.* Quòd si vniuerso terrarum orbi salus per Christum parta

Ecclesia. Synagoga.

Iudæorũ rabies ac maligni-tas.

parta annuncianda est, illi autem prohibent, communes A orbis terrarum sunt hostes. Est enim inuidentia immensa, communem & publicam salutem impedire. *Vt compleant peccata sua semper.* Hęc, inquit, iam olim in prophetis, & posthac in Christo atque adeò nobis peregerunt, vt ostendant seipsos perfectissimè & cumulatissimè peccare, peruenireque ad plenam & summam malitiæ mẽsuram. *Peruenit autem ira in ipsos ad finem.* Hoc est, non quemadmodum antehac reditus est ipsis à captiuitate, neque terram suam denuo recuperabunt, sed in finem vsque perdurat erga eos ira dei: perterrefaciens ipsos hoc pacto, hoc est, adusque consummationem permanebit in eis ira dei. Porrò quum dicit ἐς τέλος, id est ira, cum articulo Græco, ostendit hanc ipsis iram prædestinatam, á- B quevatibus sacris prænunciatã. Quũque cõsolatus esset Thessalonicenses ex eo, quod indicet multos habere tẽtationũ sua cum socios ex hoc etiam animum illis addit, quod ostendit pœnam daturos eos à quibus opprimantur. *Nos uero fratres orbati uobis ad horæ tẽpus.* De charitate hîc loquit. Supra nanq; tanq̃ pater liberos, dixit, ac veluti nutrix: hîc verò orbati, qd est filiorum patrem inquirentium: vt ex hoc discamus, qui eos desiderarit. Simul autem infelicitatem & mœrorem in quo erat ob separationem illam à Thessalonicensibus, indicat. Nec est quod dicatur, nos multo tempore fuisse in expectatione, sed breue illud & omnino modicũ tempus fuit, quo nobis orbati sumus, vt vnius vix horæ spaciũ esse reputetur. *Facie, & non corde.* Neque corde tamen, inquit, separati su- C mus, sed facie. Attamen etiamsi in corde vos circumferamus contristamur tamen quòd non liceat nobis corporaliter vestra præsentia vti. Obserua hîc, quòd qui sese vehementer desiderant, indigeant etiam felicitate quæ est ex mutua præsentia & conspectu, quandoquidem inde magis inflãmetur charitas. *Abundantius autem laborauimus faciem uestram uidere in multa cupiditate.* Abundantius, vt verisimile erat, quod eos videre expeterer, quibus orbatus esset ad tempus. Animaduerte autem charitatem: nam ob nihil aliud aduenire vult, inquit, quàm vt faciem vestram videam. *Propterea uoluimus uenire ad uos, ego quidem Paulus semel atque iterũ, & impediuit nos satanas.* Quid ais? Satanásne impediit? Næ: non enim dei hoc opus fuit. In epistola enim ad Romanos ab deo dicit se impedi- *Roma.1.* tum: insuper & Lucas ait quòd spiritus eos impedierit: in *Actu.16.*

Ira dei ad uersus Iudæos.

D epistola ad Corinthios, spiritus isthuc ait opus esse: hic ve-
2. Cor. 1. ro tantummodo satanæ, tentationes graues & inexpectatas
Satanæ adducentis, ex diuino nimirum permissu. Animaduerte hic
gis. quantum charitatem ornet & euehat, innuens, quòd maxi-
mè omnium eos diligeret, ex eo quod ait: Ego quidem Pau-
lus, hoc est, qui mecum erant alij studebant venire, ego verò
conatus sum etiam. *Quæ enim spes nostra, aut gaudium, uel coro-*
na gloriationis? Nónne hæc sunt matrum verba, omnino miseri-
cordiæ & charitatis visceribus commotarum inflammata-
rúmque erga suos infantes & paruulos, ad eos loquentium?
Non satis erat coronam dicere, vt dilectionis suæ feruorem
indicaret, sed apposuit gloriatiõis: propter vos enim, inquit
spero quòd maiorem fiduciam & libertatem nácisc̃ar vestri
causa apud Christũ, atque ob eam causam lætor, & sitis coro
na mihi, & corona gloriationis, hoc est splendidæ gloriæ, &
E hîc estis iamnunc, eritisque posthac tunc in futuro seculo.
Nonne & uos coram domino nostro Iesu Christo, in aduentu ipsius?
Quid igitur? Thessalonicenses spes tua sunt beate Paule? At
non illi soli, propterea adiecit & vos, ostendens quod & alij
fuerint. *Vos enim estis gloria nostra & gaudiũ.* Quanta enim est
gloria, tantam ecclesiam adducere Christo?

CAPVT III.

Propterea non porro sustinentes, probauimus relinqui
P *Athenis soli.* Probauimus, id est, elegimus atq; de
creuimus. *Ac misimus Timotheum fratrem nostrum,*
F *& ministrum dei, & cooperatorem nostrum in euangelio Christi.*
Tanta fuit cura discipulorum diuo Paulo, vt siquando ipse
impediretur necessarijs quibusdam causis, alios tamen mitte
ret, qui discipulos inuiserent: hoc tum etiam fecit, Timotheũ
ablegans. De eo autem tanta encomia cõcinit, non ipsum so
lummodo extollens, cærerùm ipsos etiam honorans atque
obseruans, quandoquidem eorum causa tanto tempore adeò
necessarium euangelij cooperatorem ab opere ministerij a-
uulserit. *Vt fulciat uos, & consoletur uos per fidem uestram.* Qui
concuterentur ob tẽtationes afflictionésque præceptoris sui,
indigebant fulcimento & consolatione, vt iã non excidãt à
fide. Nõ modicã autẽ discipulis perturbationẽ, ꝑceptoris tẽ-
tatiões præbẽt, perinde ac militi siquãdo ĩperator vulneret.

Vt nemo concutiatur ob afflictiones has. Exponit in quo com- A
modatur⁹ esset ipsis Timothe⁹, seu à Timotheo cõfirmatio.
Vt nemo, inquit, concutiatur, hoc est turbetur, laxetur in
tentationibus. Nam satanas si inuenerit tempus tentatio-
nis, turbat minimè firmatos, quietis ac remissioris vitæ sug-
gestione, vt à contristante adeoque mœrente resiliãt. Non- *Christiani*
nulli σαίνεσθαι, pro turbari posítum esse dicunt, metaphora *affligi de-*
à canibus sumpta. Nam & illi caudas suas, quum adulantur, *bent.*
turbant. *Ipsi enim nostis, quòd in hoc positi sumus.* Audia-
mus hîc, quod Christiani, vt affligantur, sint constituti.
Non enim de apostolis hæc tantum dicta sunt. Quum ita-
que ad hoc positi simus, quid nouum si affligamur? Quo-
circa nedum in præteritis malis oportet nos esse pacatos at-
que turbationis inanes, verumetiam in futuris. Hoc enim
nobis est magis proprium. *Etenim quum apud uos essemus,* B
prædiximus uobis quòd affligendi essemus, quomadmodum & factum
est, & nostis. Magnæ consolationi est discipulis, quòd præ-
ceptor imminentem sibi afflictionem ipsis prænunciet. Sic
enim vsu venit, vt deinceps ob eas non ita perturbentur, at-
que fieret si inexpectata & insperata contingerent. Hinc &
Christus apostolis dixit: Hæc priusquàm fuerent, prædixi *Iohan. 14*
vobis, vt quum facta fuerint, credatis. Non hoc autem so-
lum eis Paulus denunciauit, verum & multa alia quæ etiam
euenerunt, vaticinatus est. *Quocirca ego non porrò sustinens,*
misi. Si prædixisti eis diue Paule quòd in calamitatem sis
venturus, & quòd fidei causa eos non oporteat conturbari,
quid rursus mittis? apparet enim, quòd non admodum eis
fidas. Præ nimia, inquit, charitate hoc facio. Diligentes C
enim, quæ tuta sunt, etiam metuunt, deque iis suspicantur.
Præterea multæ fuerunt tentationes, ac excessus malorum
seu magnitudo terruit me. Propterea non dixit, desperans
de vobis, misi, sed enim non porrò sustinens, quod amici-
tiæ erat. *Vt cognoscat fidem uestram.* Quærunt hîc aliqui: *1. Cor. 12.*
quid nam, qui tertium adusque cœlum conscenderat, non pa
tefaciẽda verba audiens, nõ norit quo in statu sint res Thes-
salonicensium, sed Timotheum mittat, vt cognoscat fidem
ipsorum? Potest igitur dici, quòd non omnia norint sancti,
cum qui ante Christũ vixerunt, tum qui post Christũ. Nam *4. Re. 4.*
& Helisæus ignorabat quid deesset Sunamitidi, Helias pu- *3. Re. 19*
tabat etiam se solum relictum, quum adduc septem millia es- *1. Re. 16*

D sent: quinetiam Samuel ante hos, docetur non attendere
in faciem primi fratris Dauidis. Hunc admodum Apostoli
nō nouerant omnia. Hoc autem factum est, vt neque ipsi at-
tollantur, neque alij de ipsis maiora quàm par sit imaginen-
tur, néve nos posteri dicere possemus quòd humanæ natu-
ræ modum illi transcendissent, neque homines tantum es-
sent, quandoquidem maiora quàm vires hominis admitte-
rent, præstitissent, ac propterea nos socordes planè ac tan-
tum non desperantes maneremus: sed vt discamus quòd ne-
que ipsi absque diuino auxilio, deique gratia hæc transege-
rint, neque propriis laboribus perfecerint bona. *Ne quo mo-*
do tentarit uos tentans, & uanus factus sit labor noster. Non suspi
E do metui, quòd tentati sitis. Animaduertis hîc diabolicum
catus sum, inquit, vos concussos esse, verum hoc tantummo-
esse, in afflictionibus turbari, maximè si alij offendantur,
Iob. 1. vnde & alij affliguntur: æquè atque in Iobo fecit, vxorem
eius tentans, ex iis quæ maritus patiebatur, tentabat, non
compertum habens satanas, an deiiciat eum: quod ex Iobo
planum est, attamen pro sua impudentia adoritur eum. Ac
si quid videat imbecille, expectat & permanet: sin forte, de-
sistit. Et vacuus fiat labor noster. Etiamsi autem permuta-
ti sunt & inuersi, ô Paule, quid ad te? Tuus labor perfectam
habet apud deum mercedem. Præ nimia tamen charitate,
inquit, euacuatum mihi laborem arbitror meum. *Nuper*
autem quum uenisset Timotheus ad nos a uobis, & annunciasset fi-
F *dem & dilectionem.* Hæc quidem expectaui, inquit, euene-
runt autem contraria. Reputa hîc tecum immensam lętitiam
ac clementiam Pauli. Non dixit, denunciasset verùm bene
ac commodè nunciasset: adeò ingens bonum putabat illo-
rum in fide confirmationem. Charitatis porro eorum no-
mine haud parum etiam lætabatur, nam fidei signum erat.
Et quòd habeatis memoriam nostri semper bonam, desiderantes nos
uidere, quemadmodum & nos uos. Hoc est meministis nostri
cum laude & præconio. Audite hîc discipuli, atque disci-
te præceptorum vestrorum mentionem facere semper cum
laude: vobis ipsis nanque proderit, non illis. Consolatio
autem maxima est Thessalonicensibus & lætitia, discere,
Paulum nouisse se ab ipsis diligi: maiorem enim in eis amo-
rem accendit. *Propterea consolationem accepimus, fratres, in*
omni afflictione & necessitate nostra. Nónne hoc mirificum
est, ad-

est, admirationeque dignum? Agit illis gratias, adeoque A
gratificatur illis, quòd non sint commoti. Non sentimus
enim, inquit, tristitiam, verùm consolationem accepimus,
non in vna quapiam calamitate, sed in omni. Lætitia enim
quam vestri causa recepimus, omnibus nostris necessitati-
bus æquipollet, easque vincit & exuperat. *Per fidem ue-*
stram. Vos me firmastis, inquit. Atqui diuersum erat, ip-
se nanque tētationibus haudquaquam cedens, fulciebat eos:
attamen in illos ipsos encomion transfert. Vos non per-
misistis, inquit, tentationes & pericula me sentire. *Quoniam*
nunc uiuimus, si uos statis in domino. Non dixit, animati su-
mus, aut consolationem accepimus, sed viuimus, indicans
quòd eorum scandalum mortem suam existimarit, ac vitam
eorundem in Euangelio progressum, & statum & confirma- B
tionem in Christo. *Quam enim gratiarum actionem possumus*
reddere deo pro uobis super omni lætitia qua lætamur propter uos
coram deo nostro? Tantum, inquit, est gaudium nostrum
propter vos, vt neque dignè ac pro decoro deo gratias age-
re queamus pro vobis. Vestram enim virtutem & actio-
nem, donum dei arbitramur: non enim est humani cona-
tus, animæ tanta prudentia. Quare quum illi sint per nos
eam ob rem agendæ gratiæ, non inuenimus dignam gratia-
rum actionem. *Nocte ac die abunde precantes ut uideam faciem*
uestram. Expende excessum: plus quàm abundè precaba- *Similitu-*
tur vt posset videre eos, quemadmodum si quisquàm colo- *do pul-*
mus, quòd cultus ab eo ager fertilem lætamque segetem pro- *chra.*
ferat, atque ea grauis sit, percupit eam suis intueri oculis. C
Ac consummare defectus fidei uestræ. Atqui paulò antè testa-
tus est stare eos: quî ergo nunc dicit, defectus fidei? Non in
omni firmi fuerunt institutione, religionisque Christi capi-
tibus, sed deerant fortasse ipsis quædam de resurrectione, id-
que genus alia. Præterea haud parum multi pseudapostoli
tum floruere. Hanc ob causam dixit defectus fidei vestræ.
Hîc itaque fidei eorum metuebat, quum diceret: Misi Timo-
theum, vt vos fulciat. Iam nunc verò consummare ait, quod
institutionis potius est, quàm confirmationis. illud enim
perfici dicimus, cui parum deest. *Ipse autem deus & pater no-*
ster, & dominus noster Iesus Christus, dirigat uiā nostram circa uos.
Planum hic facit, quòd per seipsum etiā precabatur & opta-
bat videre eos, vnde & in epistola votum & precationem il-
lam

D lam exprimit, ac defendit seſe, quòd non ex segnicie relinquat ipſos, eíſve deſtituatur, perinde quaſi dicat: Ipſe Deus excindat tentationes vndique circuntrahentes me, vt recto itinere ad vos veniamus. *Dominus autem uos abundare & exuberare faciat in charitate cum erga uoſipſos, tum omneis.* Vidēn' dilectionis hîc vehementiam, adeoque maniam, quæ ſe continere non poſſit? Nam & excellere & abundare eos in dilectione precatur, non ſolùm erga ſe mutuò, verumetiam erga alios omnes. Iſthuc enim eſt diuinæ charitatis, priuatim omnes complecti. Nam ſi hunc diligas, illum verò non item, humana iſta amicitia eſt. *Quemadmodum & nos erga uos.* Noſtra, inquit, dilectio iam ſe rectè habet, veſtram autem deinceps rogamus creſcere: habetis enim menſuram & exemplum dilectionis, Chriſtum, & nos. *Vt ſulciat corda ueſtra inculpate, in ſanctificatione, coram deo & patre noſtro, in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis ſuis.* Charitatem ipſis lucrum gignere aſſerit, non amatis. Abundare nanque vos dominus, inquit, faciat in charitate, vt ſulciat firmétve corda veſtra. Per dominum autem ſpiritum intelliges, perinde ac magnus Baſilius interpretatus eſt. Quis enim alius ſulciet vt ſint irreprehenſibiles, carentes næuo, coram deo & patre in aduentu Chriſti, quàm ſpiritus omnino? Non dixit autem vos ſulciat, ſed corda. E corde enim egrediuntur cogitationes prauæ. Fieri etiam poteſt, vt aliquis nihil mali perſequens opere ipſo, prauus tamen ſit, vt ſunt inuidus, impoſtor, iniuriarum æſtimator ac vindex, peruerſa dogmata habens. Immaculatus ergo tum verè eſt homo, quando cor ſuum purgat: tum enim & ſanctitatem habet. Sanctitas autem propriè dicitur continentia, quemadmodum & impuritas fornicatio, & adulterium. Vniuerſim autem omne peccatum eſt impuritas, & omnis virtus eſt ſanctitas. Immaculatos autem vult eſſe coram deo & patre, etiam nunc quidem. ea nanque eſt ſyncera virtus, quæ coram deo eſt, non coram hominibus: quandoquidem fallax ſit humanum iudicium. Ac in aduentu domini, nam ab ipſo iudicamur ante conſpectum patris. Vt igitur, inquit, ſitis immaculati, quemadmodum omnes ſancti.

Charitas Chriſtiana qualis.

Matt. 15.

Peccatum oĩe impuritas.

CAPVT

CAPVT IIII.

A

Q Vod reliquum eſt fratres, rogamus uos & obſecramus in domino Ieſu, quemadmodum accepiſtis a nobis quomodo oporteat uos ambulare ac placere deo, ut abundetis magis. Quia de continentibus vos, atque iis quæ inſtituāt, vobis locutus ſum, audite porrò de iis quæ ſemp auditu ſunt neceſſaria. Quod reliquū eſt, hoc indicat, hoc eſt ſemper & ꝑpetuò. Expéde verò minimè elatā apoſtoli mentem, quomodo nec ad hāc obſecrationē & adhortationē ſibi ſatis eſſe autoritatis putarit, ſed Chriſtū dñm aſſumat hęc dicens, nempe quòd Chriſtꝰ vos per nos admoneat. Quod ait, accepiſtis, non eſt verborum tantùm, verumetiam operum. per opera nanque docebat. Quid verò obſecramus? vt abundetis magis, hoc eſt, vt aliquid ſupra mandatum etiam cupiatis facere, vt adeò imperata ſuperetis. Quēadmodū enim terra non ea ſolū quæ in ipſam deiecta fuerint, profert, ſic animus non debet cōſiſtere in præceptis, ſed ea etiam vincere. *Noſtis enim quæ mandata dederim uobis per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Mandatū eſt de iis quæ fugienda ſunt, quæ ſi tranſgantur, pœnā ferunt: non peracta verò, nihil merētur præconij. Sunt autem quædam, quæ non ſunt præcipienda, hoc eſt, cum minis exigenda, enímuero in méte atque arbitrio auditorum relinquenda, vt facultates omnes vel relinquere, vel in pauperes ſpargere, virginitatis ſtatum ſeruare, vel perma- B nere cœlibem. Nā qui poteſt capere, capiat, inquit dominus. Veriſimile eſt igitur Paulum quædam illis cū magno etiam terrore demandaſſe, vnde & ea verbis non exprimit, ſed ad memoriam tantum reuocat. Rurſus autē Chriſtum in mediū C profert. Nō mea em̄, inquit, præcepi, ſed illius ſunt hæc. itaque & ille vel exaudietur vel reprobabitur. *Hæc enim eſt uoluntas dei, ſanctificatio ueſtra.* Id eſt, temperantia. Vbique huius meminit, & nuſquam non de hacce dat mandatum, Timotheo nimirū ſcribēs, Corīthiis, & Hebræis. Tyrānicū em̄ malū eſt ĩpuritas, vnde & multis & cōtinuis pharmacis indiget. *Abſtinere ab omni fornicatiõe.* Siquidē multę & varię humani mali ſpecies ſunt, quas ne dicere quidē ſuſtinuit, ſed ſimpliciter ab oĩ dixit. *Vt ſciat unuſquiſq; ueſtrū, ſuū ipſiꝰ uas poſſidere in ſanctificatiõe & honore.* Vas, corpꝰ ipſum appellat. Quādo igiur cōtinētes erimꝰ, & purū fuerit, nos ipſū poſſidemꝰ.

Conſilia & præcepta in ſcriptura.

Mat. 19.

1. Tim. 5.

1. Cor. 7.

Hebr. 13.

Quando

D Quando verò impurum fuerit, peccatũ ipsum possidet. quæ enim peccatum imperat, isthuc facit serui instar. Verùm tum est in honore, quando sobrium est & pudicum. peccatum igitur ipsa est contumelia. Obserua autem quod ait, vt sciat. admonet enim castitatem & continentiam opus habere exercitio & disciplina. Vbi sunt de natura disputantes, eique virtutem tribuentes Manichæi & Marcionistæ? *Non in passione concupiscentiæ.* Hoc est, non in cupiditate affectum vel motum prauum habente: nam est etiam cupiditas prauo affectu vacans, diuinarum rerum. Vel quòd omnia cõcupiscentiam inflammantia & accendentia, concupiscentiæ passiones nominet, veluti delicias, opes, ocium, torporem. quodlibet nan-
E que horum concupiscentiæ vel passio vel affectio dici possit. Fuerit igitur precium operæ, si velimus esse temperantes, nullam affectionem quę cupiditatem accendat, susciperе, perinde ac gentes quæ non nouerunt deum. Qui deum porrò nõ nouerunt, neque permutationis & retributionis spem habent, proinde omnia voluptati tribuunt.

Vt non transcendat, neque circumueniat in ulla re fratrem suum. Paulò antè de quauis alia fornicatione, nunc verò de adulterio loquitur, quod & circunuentionem & trãgressionem me
Matt. 19. ritò nominat. Nam deus cuiuis vxorem dedit, ac terminos
1. Cor. 7. naturæ posuit, mixtionem videlicet quæ est cuique cum propria vxore. Excessus itaque est & circunuentio in re, hoc est, in congressu, si fiat cum vxore proximi. *Eò quòd ultor est do-*
F *minus de omnibus his, perinde atque prædiximus uobis ac testificati sumus.* Ne existimes, inquit, quòd de fratribus hæc tantum dicam, sed neque infidelium vxores, neque simpliciter maritis vacantes, neque publica scorta habere licet. Nam hæc omnia vlciscitur dominus, nec impune ista perficimus, sed innumeras pœnas sustinemus pro insita nobis in talibus voluptate. Considera hîc probè: primum adhortatus est & obsecrauit: deinde pudefecit, quemadmodum gentes inquiens, post-ea à ratione absurditatem commonstrauit, rem circunuentionem dicens: deinceps etiam terret. Reuocat autem eis ad memoriam, quòd sæpe hæc ab ipso audiuerint. *Non enim uocauit nos deus in immunditia, sed in sanctificatione.* Igitur qui reiicit, nõ *hominẽ reiicit, sed deum qui dedit spiritum suũ sanctum in nos.* Quia dixerat quòd fratrem iniuria afficias, atque intulerat quòd deus hoc vlciscatur, dilatat hoc nunc, ostendens quòd etiam si

si infidelis hoc patiatur, supplicium, qui hoc fecit, dabit. Nõ A
enim illum vlciscitur quum te punit deus, sed seipsum. Ipse nanque vocauit te ad puritatem, ipsum itaque iniuria afficiti per impuritatem, qui dedit spiritum sanctum tibi. Itaque si famulam tuam aut seruam corrumpis, & non alienam, æquale peccatum est, parquè culpa. etenim vnus est, qui iniuria affectus est, deus. Et si forniceris, deus vlciscitur, cuius spiritum polluisti. Quinetiam deus conspiciens nos aspernati sese, vltionem sumit de nobis, sui causa, maiori quàm homines solent acerbitate. Hominum enim oculis videre eum nõ conamur, ipsum autem videntem nos contemnimus. *Cõtẽptum sui deus ulciscitur.*

De fraterna autem charitate non est opus scribere uobis. Non B
dicit iam de charitate erga omnes, verùm de ea quæ est erga fratres. Per præteritionem autem, adhortationem facit, duo hæc conficiens, alterum quidem, quòd adeò sit res necessaria vt ne indigeat quidem institutione vel admonitione, quæ enim prorsus magna sunt, omnibus sunt manifesta. Altero autem maiorem illorum curam gerit, excitans eos ne decidant ab opinione quam habeat de ipsis, existimans eos iam perfe esse quæ charitatis sunt. *Ipsi enim uos estis à deo docti, ut diligatis alter alterum.* Obserua quanto cum encomio hæc dicat, deum enim ipsis virtutis huius doctorem citauit, quod & propheta dixit: Erunt omnes à deo docti. *Etenim hoc facitis er-* Esaiæ. 54
ga omnes fratres qui sunt in uniuersa Macedonia. Non simpliciter dico vos esse theodidactos, sed scio ex iis quæ facitis. Macedoniæ autem meminit, quãdoquidem Macedoniæ metropolis sit Thessalonice. C *Adhortamur autem uos fratres, ut exuberetis magis & studeatis, ut quieti sitis, & operemini, ac labore tis propriis manibus uestris, perinde ac præcepimus uobis.* Quòd sitis amantes fratrum, equidem noui: hoc autem obsecramus abundare vos, hoc est exuberare in fraterna charitate, esseq; vos honoratiores, atque honesti amãtiores. Hîc igitur distinctionem facito, deinde ab nouo principio lege, vt quieti sitis, atque quisque sua agatis, vel cupiatis sedulò quieti esse, & agere propria. Ex hoc autẽ ostendit q̃ ocioſi, curioſi turbulẽtique sint. Quum autem dicit manibus vestris operari, pudet eos qui corporale opus tollunt, solum spirituale quærẽtes. Dicite enim vos stolidi, nónne ieiunium aliquis operatur manibus? nónne quòd humi cubet? Minimè sanè, verùm de opere loquitur spirituali, quod & magis spirituale est. La- *Manibus laborãdũ.*

borare

D borare enim, vt ex labore tuo aliis etiam impertias, verè est opus spiritus. Quja verò pauperes fuerunt, quippe qui bonis suis spoliati essent, laborare eos docet, vt indigentibus impertiri eleemosynam possint. Quòd si hos operari iubet, qui propter Christum spoliati erant, quanto potius alios? *Vt ambuletis decorè ad eos qui foris sunt, & nulla re indigeatis.* Hoc est, vt ne sitis indecores, si apud infideles mẽdicetis. Pulchrè autem & eleganter hoc posuit, vt ne eos feriat aut obiurget. Si enim fideles offenduntur si conspexerint hominem sanum mendicare, vnde & huiusmodi Christemporos, hoc est, cum Christo negociantes appellant: multo magis infideles. *Nolumus autẽ vos ignorare fratres de iis qui dormierunt.* Hîc sermonem de resurrectione mouet. Quanuis enim de hac iam an-

E tea his loquutus fuerat, iam nunc tamen mysterium quoddã reuelaturus est. Vel omnia de resurrectione probè tenebant, lugebant autem amicos: ei nunc luctui curam adhibet. Quia verò pleræque res ignoratæ nos turbant, cognitæ autem tristitiam tollunt, propterea inquit, nolo vos ignorare. Non dixit autem, de iis qui mortui sunt, verùm qui dormierunt, ex isto etiam vocabulo futuram resurrectionem ostendens.

Vt ne contristemini, quemadmodum cæteri qui spem non habent. Cuius rei spem? resurrectionis. qui enim non habent spem resurrectionis, lugere non debent. Audiamus deinceps & horreamus. Quid igitur? propter hoc non vis ignorare, vt ne tur-

De moriẽtib⁹ nõ dolendum. bentur? Ecqui non dicis, vt non puniantur, verùm vt ne mœreant? Næ, inquit, nam tristitia ipsa adiunctam pœnam ha-

F bet, quam largitur. *Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit, sic & deus eos qui dormierũt per Iesum, adducet cum eo.* Quemadmodum, inquit dominum Iesum excitauit, qui corporaliter & passus erat, & mortem obierat, sic & nos excitabit. Obserua autem quomodo de domino, propterea quòd resurrectio eius iam facta sit, confidenter dixerit, mortuus est: de nobis verò, quia nostra dum futura est resurrectio, eos qui dormierunt, inquit, indicans simul nostri esse excitationem.

Psal. 40. Nunquid enim qui dormit, inquit, non adiiciet vt resurgat? Quod ait, eos qui dormierunt, per Iesum adducet, bifariã in-

Resurrectio ptieularis & generalis. telliges: vel ducet per Iesum, hoc est, fideles. Christum enim habentes in seipsis, dormiũt per Iesum. De particulari igitur resurrectione hîc loquitur, hoc est, celebri, quæ est fidelium, quæ cum domino est, quam adducet cum ipso, hoc est, cũ do-

mino in nubibus rapiet vndique. Nam de vniuersali resurrec- A
tione omnes Thessalonicenses norant. Verùm in hoc iam vult consolari eos, per hoc quòd ostendat celebrem & gloriosam resurrectionem fidelium, vt non contristentur. Omnes enim resurgent, sed non omnes erunt in gloria, verùm fideles tantùm, hoc est, qui opera corporis doctrinæ simul adiuncta habent. Expende autem quæ sequuntur omnia.

Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini. Nouum aliquid dicturus est, eam ob rem sibi fidem conciliat à verbo dei. Nõ à meipso enim, verùm vt à Christo didici, sic loquor. Etenim hoc tam apertè audiuit à præceptore, atque illud, Beatius est dare, quàm accipere. Cætera verò ex spiritu dicebat.

Quoniam nos qui uiuimus, qui relinquimur in aduentum domini, Actuũ. 20
haudquaquam præueniemus eos qui dormierunt. Quod in epi- B
stola ad Corinthios ait, in momento, in ictu oculi, idem & 1. Cor. 15.
nunc ait, quia enim difficile videbatur eos qui computrescerant resurgere, inquit, Quoniam viuẽtes haudquaquam anteuertent illos. Ac quemadmodum facilè est deo, totos viuentes adducere ad Christum, sic & mortuos. Viuentes porrò non de se ipse dicit, nec enim ad resurrectionem vsque viturus erat, sed fideles intelligit: propterea adiecit, qui relinquimur in aduentum domini. Sua enim persona, omnes qui tum inueniẽtur viuentes, indicat. Methodius autem beatus ille, per viuentes, animas intelligit, asserens quòd animæ non anteuertent corpora. Primum enim excitantur corpora, vt animæ fruantur illis, quas & relinqui dicit, quandoquidem immortales sint.

Quoniam ipse dominus in iussu, in uoce archangeli, & in tuba dei C
descendet de cœlo. Ne hæsites in iis, inquit, quæ dico. nam ipse dominus iubebit hoc. Quomodo autem iubebit? in voce archangeli, qui aliis angelis præsidet, & clamantis, Apparate vos omnes. iudex enim præsto est. Aequè enim vt pater in monte Sina tubas habebat & angelos ministrãtes, hũc ad modũ iã filius veluti rex aut imperator eadẽ habitur⁹ est. Vel iussio dei faciet reddere terrã corpora ad immortalitatẽ transformata: vt verò omnes in vnum colligãtur agmen per diuersa loca dispersi, vox archangeli efficiet angelis administrantibus. *Et qui mortui sunt in Christo, resurgent primi.* In Christo mortui, id est fideles. Tanquam enim in nubes subleuandi primi resurgent, cæteri postremi resurgent: vt qui

neque

D neque rapiendi sint in æthera, neque Christo occursuri.

Deinde & nos qui uiuimus, qui residui sumus, simul cum ipsis rapiemur in nubibus, in occursum domini in aëra, & sic semper cum domino

Actuũ. 1. *erimus.* Etsi mortui primi excitentur, attamen & nos viuentes similiter rapiemur, digni videlicet, in nubibus, perinde ac dominum quoque nubes susceperit. Cuius autem rei causa, si descensurus est, rapiet fideles? honoris causa. Vt enim regi cuipiam in vrbem ingredienti, honoratiores occurrunt, condemnati autem intus expectant iudicem: sic & tum contingeret. peccatores nanque manebunt infrà, etiamsi Christiani fuerint, iusti verò rapientur, hôcque pacto summam bonorũ decerpent ac referent, nimirum vt semper Christo cohabi-

E tent. *Proinde consolamini uos mutuò in uerbis hisce.* Vt non conturbemini cæterorum instar, qui resurrectionem non habent, & non sperant.

CAPVT V.

E temporibus autem & occasionibus illis fratres non habetis opus ut scribatur uobis. Superuacaneum

D autem est & inutile, tempora & momenta consummationis nouisse. Nam neque apostolis hoc

Actuũ. 1. reuelauit dominus, quando accedentes ipsum

2. Cor. 12 rogarent. Paulus autem fortasse ex arcanis verbis hoc didicit. *Ipsi enim exactè nostis, quòd dies domini, sicut fur in nocte, ita ueniet.* Per diem domini, publicam omnibus consummatio

F nem, & priuatum cuiuslibet finem intelliges. etenim & ipse

Diei nouiss. cuilibet incerto tempore imminet. Id enim multis nobis no-

simæ igno- minibus commodat. Primùm quidem ideo, si nouisset vlti-

ratio, uti- mum suum diem homo, nihil non scelerum conaretur patra-

lis nobis re aliis diebus, deinde fine vitæ appropinquante baptizare-

est. tur. Deinde plerique si nouissent in crastinum forsan sese mo rituros, innumeris malis hostes affligere meditarentur. tanquam iam de seipsis desperantes, hostiúmque sanguine conuiuari cupientes. quod nunc non fit, mortis terrore eos remorante, vitæque æternæ cupiditate atque amore. Præterea vitæ suæ amantiores, præ nimia desperatione ac tristitia peritissent, si mortis suæ tempus ac momentum nouissent. Ad hęc iusti non tantum mercedis habuissent periculis obiecti. Existimassent enim, quia compertum haberent se nunc haud morituros

rituros, sed post tot fortasse primùm annos, non esse necessa- A
rium vt sui rationem haberent, sed se periculis intrepidè obiecissent, mortem etiam acceleraturi. Atenim quum incertũ sit euadántne pericula an sec⁹, nec vel sic tamen mortem euadere laborant, perspicua eorum virtus est. Quemadmodum enim tres pueri ea de causa maiorem admirationem meren- Danie. 3.
tur, quòd non satis nouissent num ex igni essent euasuri nec-
ne, neque sic tamen idola statuamve colere dignati sunt & adorare: propterea obitus noster, tanquam fur in nocte, sic veniet. Nouistis igitur hoc ô Thessalonicenses, quia domi- Lucæ. 12.
nus dixit, Nõ nouistis autem, qualinam hora fur vẽturus sit.
Quum enim dixerint, pax & securitas, tum repentinus eis astat interitus, tanquam dolor parturientis, & non effugient. Quoniam
qui afflixerant & oppresserant hos, fortunati erant, consola- B
tur iam eos. Ne existimetis eos euasuros pœnam, veniet esñ eis pernicies, etiam si nondum appareat, certò tamen aduenturã est ærumnosa profectò, multa secum tristia afferens atque amara, non secus atque dolor parturientis. Quomodo autem si Elias venturus est, & Antichristus primùm, Paulus nunc dicit eis adesse & instare interitum? Quoniam consummationis quidem signum est Antichristus & Elias, Christi autem aduentus non porrò. Subitaneus enim & repentinus & incertus aderit (incertus dico quo ad horam & momentum) nobis. Obserua autem hic exemplum doloris in parturiente. Etenim nouit mulier quòd pariet: quando verò, non nouit. Nam non paucæ octauo mense pepererũt, etiam in iti
nere, nihil præscientes. Quemadmodum illæ iocantes ac ri- C
dentes ineffabilibus cruciatibus repente tunduntur, hunc ad modum etiamnum deliciis affluentium animæ, die illa adueniente haudquaquam effugient. *Vos autem fratres, non estis in tenebris, ut dies illa uos ueluti fur apprehendat.* Hoc est, non tenebricosam neque impuram vitam habetis. Quid igitur? nonne & illis mors incerto tempore obuentura erat, etiamsi puram & ab omni labe immunem vitam ducerent? Incognita quidem & incerto tempore instabit illis mors, enimuero in nullam eos tristitiam coniiciet. Nam excubias agentibus, commorantibusque in luce, etiamsi prædo aliquis ingressus fuerit, nihil nocebit, neque vastare eos poterit. Eos verò qui sunt in tenebris, atque dormiunt, spoliat atque nudat, præda tur, sicque tandem prædam reportans abit. *Omnes uos filii lu-*

D *cis estis, & filii diei.* Perinde ac filii sunt gehennæ, qui
Matt.23. gehenna digna peragunt, ac filii inobedientiæ, inobedien-
Ephe.2. tes: haud secus filii sunt luminis ac diei, qui quæ lucis sunt, persequuntur. *Et non sumus noctis neque tenebrarum.* Hoc est, peccati. Non igitur dormiamus vt cæteri, sed vigilemus, sobriique simus, hoc est, non negligamus bona opera. Vigilarum autem augmentatio est & robur, sobrium esse, perinde quasi dicat, sobriè agamus quæ bona sunt & attentè. *Qui enim dormiũt nocte dormiũt: & qui inebriãtur, nocte sese inebriãt, nos aũt, quũ diei simus, sobriè uiuamus.* Dormientes dicit, q malitia dormiunt, ad virtutem nullis præditi viribus, atque omnino visione veluti & somniis obruti huiusmodi enim est præsens vita, à somniis nihil differens. Ebrietatem porrò dicit, non eá
Ebrietas. quæ ex vino tantùm est, verumetiam eam quæ ex omnibus motibus animiq; perturbatiõibus, vt quæ ab natura deficiat, necnon obscuret dominantem rationis partem. Haud igitur vos debetis tales esse. non enim estis noctis ac tenebrarum filii, sed diei, per baptismatis mandatorúmque dei assumptionem. *Induentes thoracem fidei ac dilectionis.* Non satis est vigilare ac sobrium esse, verùm opus est etiam armari: vt si qs & vigilans sit & sobrius, non habeat autem arma, facilè eum latrones & prædones conficiunt. Thoracem verò fidei ac dilectionis dicens, cum institutiones, tum bonam vitam adum
Vera sobrietas. brauit. hoc enim est verè sobrium esse. Non simpliciter autẽ hæc habenda, cæterùm veluti thorax. Hanc enim non facilè dissecat, sed veluti munimentum quoddam est pectori, ac ni
F hil ignitorum Satanæ telorum nos tanget. *Et galeam spei sumentes.* Quemadmodum galea, quod in nobis est potissimũ & principalissimum, caput nimirum, seruat & cõtinet regẽs: hunc ad modum spes conseruat mentem, & salutaris ei fit, nihil eorum quę ab extra sunt incidere sinens in ipsum. Ani-
1.Cor.13. maduerte aũt quod & alibi dixerit, fidem, spẽ, charitatẽ, tria hæc: nunc igitur ea possidere iubet. *Quoniam non posuit nos deus ad iram, sed ad acquisitionem salutis per dominum nostrũ Iesum Christũ, qui mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus siue dormiamus, simul cum ipso uiuamus.* Hanc ob rem, inquit, hæc arma nobis induenda sunt, eò q non posuit, hoc est, non segregauit nos deus, vt ira fruamur, sed vt acquirat nos sibi ipsi, atq; seruet,
Roma.8. dãs q nobis filiũ suum in mortẽ. Debemus igitur sperare in periculis bona & magna. si eũ credidimus q filio suo nõ pe-

percit, speremus quòd & multo magis ex periculis hisce nos A
eruet, videamusque exemplum, ac diligamus cum ipsum tum cognatos. Propterea, inquit, mortuus est Christus, vt siue vigilemus nos, hoc est, viuamus: siue dormiamus, hoc est moriamur, cum ipso viuamus. Aliud enim suprà dixit soporem, & aliud hic. Quod igitur ait, est huiusmodi. Ne metuatis corporalia pericula & mortes. etiamsi enim moriamur, viuemꝰ tamen. Etenim & qui sic dilexit nos, vt pro nobis moreretur viuit. *Propterea adhortamini uos mutuò, & ædificate alter alterum quemadmodum facitis.* Viden'? Quid igitur deinceps præteximus, quia non sum doctor, non sum præceptor? Ædifica te, inquit, alter alterum, postquam doctores non sufficiãt ad singulorum & omnium adhortationem. *Rogamus autem uos* B
fratres, ut cognoscatis laborantes in uobis. Quia dixit, ædificate alter alterum, vt ne existimẽt q ad doctoris eos dignitatẽ retulerit ac prouexerit, atque ita attollantur aduersum illos, ait: Vobis etiam permisi, vt vos mutuò ędificetis, verumtamẽ adhortor vos, vt illos honore suo afficiatis. multa eñ docto Doctores
res difficilia ferre coguntur, quæ honor ipsis parum saltem honorãdi-
leniora reddet facilioráq;. *Ac præsidentes uobis in domino, & adhortantes uos.* Si enim præsides tuos in humanis rebus in precio habes, quanto potius iis qui in diuinis rebus tibi præsunt, & gratiam & honorem te debere fateri debes? Quod ait in domino, hoc est, non in mundanis tibi rebus præsidet, sed in iis quæ ad dominum pertinent: orat pro te, regenerauit te per baptisma, incitat præterea te & adhortatur, medicus tibi C
est, mediis si noctibus voces, veniet. Animaduertis in quonam tibi præsit?

Ac habete eos abundantius in dilectione propter opus ipsorum. Ne simpliciter eos diligite, inquit, sed abundè, æquè ac parentes suos liberos. Qui enim Christum diligit, amabit & ipsius ministrum, qualis fuerit cunq; etiam, quoniam per ipsum tremenda mysteria est assecutus. Si vxorem tibi conuenientem & honestam ducis, nõne eum diligis, & honoras qui hãc tibi dedit? Regnum cœlorum accepisti, ac despuis & cõspuis eũ q tibi donauit? Audi nanq; Paulũ: Propter opus ipsorum, inquit, honorate ipsos. *Pacẽ habete in uobis ipsis.* Scribitur etiam in ipsis, hoc est, doctoribus. Nouit eñ inimicitias aduersum hos oriri. Quia eñ arguũt, & à malis arcẽt, odio habẽtur: oportet igitur pacẽ vos habere cũ ipsis

D non externa forma vel ſpecie, ſed in vobiſipſis, in mente etiã
veſtra. *Adhortamur autem uos fratres, admonete inordinate ſe ge-*
rentes. Hic ad doctores conuertit ſeſe. Ne, inquit, ex pote-
ſtate vel amore veſtri eos obiurgate, ſed manſuetè adhorta-
mini. dementatus enim fit aſperior, ſi obiurgetur. Inordina-
ti autem ſunt quotquot non agunt ea quæ apud deum decre-
ta ſunt. ordinem enim cuique finiuit ſtatuitque deus, quem
qui tranſgreditur, inordinatus eſt, ut temulentus, conuicia-
tor, auarus, circunuentor: adeóque omnes peccata committẽ
tes ordinem tranſgrediuntur. *Conſolamini puſillanimes.* Pu
ſillanimis eſt, qui non ſuſtinet tentationes. Hic eſt qui in pe-
Matt. 13. tram ſeminatus eſt, opus habet igitur & is vt perferatur.
E *Suſtinete infirmos.* Hoc eſt tolerate ſiue fulcite languentes
circa fidem, perinde ac alio in loco: infirmum in fide ſuſcipi
Roma. 14 te, inquit, *Longanimes eſtote erga omneis.* Et erga inordina
tos, & puſillanimes, & imbecilles: hoc enim doctori eſt con-
uenientiſſimum, quòd omnes inuertere & permutare poſſit,
etiam agreſtes maximè. *Videte ne quis malum pro malo reddat*
cuipiam. Si malum pro malo non eſt reddendum, quãto po
tius pro bono non eſt reddendum malum? & quanto minus
in malum dominari decet, ac eum qui non læſit, affligere?
Sed ſemper bonum perſequimini alter erga alterum, & erga om-
neis. Non ſatis eſt, inquit, non reddere malum pro malis,
verum eſt etiam operæprecium bonis compenſare malefa-
ctorem. Hoc enim indicat quum ait, perſequimini bonum,
F hoc eſt, impenſe ſtudete benefacere, alter erga alterum, hoc
eſt, erga fideles, & erga omnes, id eſt, infideles. *Semper gau-*
dete. Etiamſi in tentationes incideritis. Obſerua autem q
quum dixiſſet non eſſe malum malo penſandum, præceperit
lætandũ eſſe. Nam qui inſtitutus eſt vt de nemine ſe vlciſca-
tur, ſed beneficiis potius proſequatur eum qui contriſtauerit
Gaudium ſe, vndénam amabò mœroris ſtimulum accipiet? *Citra inter*
ppetuũ ut miſſionem orate, in omni re gratias agite. Iter monſtrat quo fiat
paretur. vt ſemper gaudeamus, orationem nimirum, quæ non ceſſet,
atque gratiarum actionem. Quj enim aſſueuit conuerſari
deo, eique gratias agere in omnibus rebus, ceu commodè cõ
tingentibus, planum eſt quod perpetuum ſit gaudium habi-
turus. *Hæc enim eſt uoluntas dei in Chriſto Ieſu ad uos.* Quo-
modo autem ſemper gratias ages? Si agnoueris hanc eſſe vo-
luntatem dei, vt ſis gratus erga ipſum, vt qui ſemper tibi be-
nefaciat.

nefaciat. In Chriſto Ieſu, hoc eſt, per domini Ieſu Xpi coope A
rationẽ. Etenim ipſe nobis ad gratiarum actionẽ adiutor eſt,
qui & docuit nos iſthuc facere, æquè atque ex euangelio di-
dicimus. *Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite contemne* Iohan. 15
re. Quia nox eſt præſens hæc vita noſtra, dedit nobis lu-
cernam deus, ſpiritum paracletum, ſed hanc alii quidẽ ſplen
didiorem fecerunt, vt omnes ſancti: alii verò extinxerunt, Matt. 25
perinde ac quinque virgines olei inanẽ hanc dimittentes, vt 1. Cor. 5.
qui Corinthi fornicatus erat, cœnũ ſanè huic ſuperfuderat. *Spiritũ nõ*
Ait itaque, Spiritum ne extinguite, hoc eſt, donum illud: con *extinguẽ*
cludite ianuas ſiue ſenſus, vt ne ingrediatur ſpiritus malitię, *dus.*
nec extinguatur lampas. Ne iniiciatis puluerem ſeu terrenas
curas. ſic fiet vt inextinguibilis conſeruetur. Vel hunc ad
modum interpretari poſſis. Fuerũt apud ipſos prophetæ dei, B
& prophetæ vani: poſtquam autem incertum eſſet vtri eſſent
veri, vtroſque pariter auerſabantur. Ait itaque, Spiritum, hoc
eſt, donũ in veris prophetis, ne extinguite, eò quòd ex æquo
eos auerſarentur cum pſeudo prophetis: neque in nihilum re
digite ex ſpiritu ſancto prophetias. *Omnia uerò probantes,*
quod bonum eſt retinete. Quid igitur? recipiemus ergo & va-
nos vates? Minimè gentium, inquit. Omnia verò probate,
hoc eſt, & vana & vera cum probatiõe iudicate, túmq; quod
reſum eſt vobis bonum, hoc eſt, veras prophetias, continete,
hoc eſt, honorate, curate. *Ab omni ſpecie mala abſtinete.* Nõ
ab hac vel ab illa tantùm, verùm ſimpliciter ab omni, & à
propheta mendaci, & peccato. *Ipſe autem deus pacis ſanctifi-*
cet uos totos. Poſt paræneſin, votum & precationem addu-
cie, vt vtrinque tuti ſint, ſecuritatémve habeant. Totos verò C
quid eſt? hoc eſt, corpore & animo, vt & deinceps diſces.
Ac integer ueſter ſpiritus, & anima & corpus, immaculatè in aduẽ
tu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Spiritus, id eſt chariſma
quod accepimus per baptiſma. Si enim lucidam lucernã hu-
ius conſeruarimus, & inextinguibilem, ingrediemur ad ſpon
ſum: & anima verò & corpus tum immaculata erunt, ſi ſpiri-
tus in nobis fulſerit. Gregorius auté Nyſſæus, Quia, inquit,
homo per omnem animarum ſpeciem commiſcetur, vegeta-
tiuam, ſenſitiuam, & rationalem ſeu intellectualem: ſpiritum
docens apoſtolus, rationalem partem indicauit: animam ve-
ro, ſenſitiuam: corpus, vim qua vita noſtra redditur vegetior
atque creſcit. Totos igitur ex omni parte eos immaculatos

D conseruari precatur, vt per omnia ita deo placeant. *Fidelis est qui uocat uos, qui & faciet.* Expende hîc minimè elatam Pauli mentem. Quum esset eis imprecatus, ac pro eis intercessisset ad dominum, Ne existimetis, inquit, quòd ex meis orationibus seruabimini, verum ex bonitate eius qui vos vocauit dei. Si enim ad salutẽ vocauit, fidelis est, id est, verus, omnino faciet, secundum voluntatem suam, & seruabit vos. *Fratres orate pro nobis.* Vide modestiam Pauli, qua se horum precibus indigere testatur. *Salutate fratres omnes in osculo sancto.* Quia enim absens ille non potuit proprio ore salutare ipsos, hisce id ꝯmendat, perinde ac dicimus, Osculare illum pro me. Quoniam autem & fallax est osculum, quale fuit Iudæ Iscariotis, in sancto adiicit. *Adiuro uos per dominum ut legatur*
E *epistola hæc omnibus sanctis.* Non solum institutionis gratia, verum vt illis etiam per epistolam hanc loquatur, quod est argumentum ardentis desiderii. Adiurat autem, vt si aliás ipsum negligerent, per adiurationem tamen quod iniunctum est persequantur. Adeò enim veteribus Christianis horrēdæ fuerunt adiuratiões, hodie verò nulla harum nobis cura. At ò miseros nos. *Gratia domini nostri nostri Iesu Christi uobiscum. Amen.* Omnia, inquit, bona ille vobis donauit, operam itaq; nauate, vt vberiorem gratiam attrahatis, vt vitam iis quæ vobis donata sunt dignam ostendatis. Per ipsius gratiam & nos custodiamur ab omni vita praua, vt & ad gloriam viuamus patris & filii & spiritus sancti, quem decet omnis gloria in se
F cula. Amen.

Ad Thessalonicenses ptima scripta est ab Athenis.

THEOPHYLACTI BVLGARIAE ARchiepiscopi in secundã diui Pauli ad Thessalonicenses epistolam Exegesis. A

ARGVMENTVM.

Ecũdã ad Thessalonicẽses epistolã diuus apostol⁹ S Paul⁹ hãc ob causam scribit. In priore epistola scripserat eis, valde se laborasse vt eos videret: quia verò non sit assecutus quod expetiuerat, misisse se Timotheũ, non porrò sustinens eos absq; vel sui vel suorũ visitatione & consolatione relinqui, per hæc omnia significans quanto desiderio flagrarit videndi eos. Quia verò non contigit eũ pro sciscet ad ipsos, atq; perficere quæ in fide illis deessent, huius B rei gratia alteram etiamnum epistolam apponit, defectũ prę sentiæ aduentusq; sui per literas replens. Quòd enim ad eos non abierit, perspicuũ est inde: nam in priore epistola, de eo quando sit venturus aduentus domini, prætermisit scribere, cẽ rem non admodum illis necessariam: nunc verò hac de re scribit. Atqui si ipse eos accessisset, haud scripsisset iam de hoc ipso negocio. Scribit autem hac de quæstione necessario. Nonnulli enim corruptores vastatoresq; fideliũ, dicebãt adesse domini aduentũ etiã tũ, & quod periculosius ac difficilius erat, verba quædã fingebãt tanq̃ à Paulo dicta, & epistolas tanq̃ ab illo scriptas. Atq; hęc excogitauerat diabol⁹, vt labefactaret credentes. Quũ enim credẽtes pro magna cõsolatione resurrectionis spẽ haberẽt, quippe q̃ expectarẽt se- C se recepturos mercedẽ virtutis, visurósq; se oppressores suos digna cruciari pœna, subornauit ministros suos, qui docerẽt q̃ iudiciũ & aduẽtus Christi iã institerit præterieritq;, vt in dicaret nõ secuturã in posterũ cõpẽsationẽ, neq; iudiciũ aut pœnã, vt hoc pacto spes sanctorũ confringerẽt & cõminuerẽt, hostes aũt verbi cõfidẽtiores redderẽt, imò & ipsum Christũ mẽdacij, prò pudor, arguerent, qui signa q̃dã futura prędixerat, quæ quum non facta essent, quumque resurrectio, vt ipsi ferebant & mentiebantur, accidisset, Christus apertè pa tum mendax demonstrabatur. Propter hæc Paulus epistolã scribit, dicens de aduentu domini, ipsum sanè tempus nõ relans, signum autem ipsius indicans, ipsum videlicet Antichristũ. Adhortatur autẽ eos valde à prturbationib⁹ cõditos, datq; eis indicia quibus agnoscãt germanas suas epistolas.

Caput I.

PAulus & Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro, ac domino Iesu Christo. In priore epistola consimilem ad modū orsus est, & quæcunque illic dicta sunt nobis, hic etiam repetiit.

E *Gratia uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo.* Postquā dei gratia sua quempiam donarit, nihil illi graue erit neque triste, sed omnia facilè soluentur. Sciens igitur beatus ille Paulus, quāta res sit dei gratia, propterea hanc ipsis imprecatur. Si enim hæc ipsis affuerit, nullarum tentationum sensus percipient, quinetiam pace dei fruentes, inconcussi & pacifici permanebunt. Simul autem & eis ad memoriam reuocat diuinā gratiam, vt etiamsi eos afflictio inuaserit, memores gratiæ per quam sint seruati, consolationem recipiant, atque ex præteritis & maioribꝰ certiores redditi, in minoribus non deficiāt animo. *Gratias agere debemus deo semper uestri causa fratres, quemadmodum dignum est.* Tria hæc docet, primum, quòd nostras ob virtutes & opera quæ transegerimus, non sunt nobis gratiæ habendæ, sed deo, atque illi totum imputando non

F arrogantes esse: Alterum, quòd non sint lachrymis neque lamentis digna quæ patiuntur, sed gratiarum actione ad deū: itaque lætari eos oportet, & non decidere animo. Tertium, quòd non sit inuidendum rectè agentibus, quin potius gratias agēdas deo pro fratribus. Quocirca qui macerantur ob quorundam laudata opera atque virtutes, deum ignominia adficiunt. Quemadmodum dignum est, dixit, vt neque ob gratiarum actionem ipsi extollamur, ceu nouum quiddam adduxerimus: facimus enim quod dignum est fieri, propter ea & rem ipsam debitum nominauit. Vel quia & verbis & operibus exhibeatur: ipsa enim gratiarum actio est dignitas. *Quoniam supercrescit fides uestra.* Quando fidei tentatio num

num inundatio accedens non submerserit vos, nullius alterius rei hoc indicium est, q̄ ꝙ augescat, necnon altior redda A
tur fides, perinde ac in prisco illo diluuio altissima mōtiū nō *Gene. 7.*
facilè submersa sunt. Hinc supercrescit dixit, vt altitudinis & 8.
excessum indicet. *Ac exuberat dilectio uniuscuiusſibet omnium uestrī erga uos mutuo.* Obserua hîc dilectionem. Non hunc quidem diligebant, illum verò non item, verùm æqualis erat omnium erga omnes dilectio. Quod enim ait, vniuscuiuslibet, atque erga vos mutuò, hoc significat, nimirum si diliga aius partem vel aliquos, nō est charitas, sed dissensio potius. Si enim dei causa diligis omnes dilige: sin particulariter diligis, humana ea est amicitia. Considera autem quòd plurimum aduersus afflictionem valeat, coniunctos, constructos, simulque firmatos esse, atque mutuis nexibus fideles teneri. *Vt nos ipsi de uobis gloriemur in ecclesiis dei.* In priore epi- B
stola dixit, Sic nouerunt omnes res vestras, vt non esset opus nos quicquam loqui de vobis: quomodo igitur nunc dicit in ecclesiis gloriari de ipsis? Ex ipsa dilectione hoc planum est: non enim ait, docemus eos de vobis, sed gloriamur, atq; nobis laudi & honori adscribimus vestram fidem & charitatem. Si igitur nos gratias agimus deo propter vos, & gloriamur apud homines, quanto magis hoc vos oportet facere in iis quæ vobis contingunt, nec despondere animum, neq; desperare in tentationibus? *Super patientia uestra & fide in omnibus persecutionibus uestris & afflictionibus quas sustinetis.* Multo eos tempore tentatos dicit patientia enim nō in duobus aut tribus diebus apparet. Est igitur patientia, æquo animo fer- *Patiētia.*
re bonorum promissorum, quæ nōdum accepisti, dilationē. Nunc autem & maiorem dicit, quæ est in persecutionibus & afflictionibus. hostibus enim citra inducias conuersaban C
tur, solidaq́ue patientia opus habebant, atque hoc in principio verbi & Euangelij, quum pauperes etiā homines essent. Suffundātur ergo rubore & pudefiāt, quotquot propter præfecturam hominum, vt ipsi videlicet excellant, ad praua dogmata transferuntur. *In exemplum iusti iudicii dei, ut digni habeamur regno dei.* Cum per commemorata addidit illis animum, tum per hoc qnod ait, gratias agimus & gloriamur. Maximē verò nunc ponit à quibus, quòd omnis in dolore constitutus quærit liberationem videlicet ab afflictionibus, & pœnam affligentium hominum. Quod igitur dicit, est huiusmodi:

D iusmodi: quoniam sustinetis afflictiones, vt demonstretur iu
stum iudicium dei, quod est, vt digni vos iudicemini atque
adeò donemini regno dei. Quando enim vos quidē afflictos
coronat, illos autem punit qui affligūt, iustitia eius apparet.
Valde autem consolatur eos, ostendens ꝙ non gratia corona
tur, sed iustè, ac veluti retributionem accipientes propriorū
laborum & sudorum, regnum videlicet. *Pro quo & patimini.*
Itaque non quia potentiores sunt, vestri propterea domina-
tur hostes vestri & oppressores, verùm quia ex afflictionib⁹
acquiritur regnum cœlorum. Necesse est autem huiusmodi
Matth. 7 permutationem sic fieri, neque id citra laborem. Per multas
enim afflictiones oportet nos ingredi cœlorum regnum, di-
cit dominus. *Siquidem iustum est apud deum, reddere tribulatio-*
E *nes uos tribulationem, & uobis afflictis quietem.* Siquidem, nō est
Siquidē. dubitationis, sed potius confirmationis, pro eo quod est, quā
doquidem iustum est apud deum. si enim apud hominem,
multo magis apud Deum. Solemus enim dicere consueto &
familiari colloquio, Si odit deus sceleratos, &, Si curam ge-
Psal. 138. rit Deus rerum. Est autem hoc tale quiddam. quasi audien-
tes necessariò dicāt, Atqui odit. Hūc ad modum & hîc, Si iu
stum est: consectarium enim inferre, Atqui iustum est. Non
autem quemadmodum quæ inferuntur vobis afflictiones,
temporariæ sunt, hanc ad rationem pœnæ à deo super op-
pressores vestros adducendæ, temporariæ erunt: sed nullum
sunt habituræ finem, sic & requies vestra erit infinita. *Nobi-*
scum in reuelatione domini Iesu de cœlo cum angelis uirtutis eius.
En aliam consolationem, siquidem in coronis futuri erant
F consortes, qui tot tantaq; peregerat, Paulo. Reuelationem
autem domini aduentum eius dicit, in hoc etiam eos conso-
lans. Nunc enim, inquit, occultatur quidem, sed ne erretis, re
uelabitur enim deus & dominus. A cœlo enim quod est thro
nus dei: & cum angelis terribilibus, potentiæ nanque ange-
li sunt, hoc est, terribiles & potentes. Quid igitur animū de-
spondetis, quandoquidem eiusmodi sit vobis dominus, cuius
ministri sint potentiæ angeli? Dabunt igitur pœnas qui nūc
vos affligunt, haudq; effugient. *In ignis flamma dantis ultionem*
iis qui non nouerunt deum, & iis qui non obediunt Euangelio domi-
ni Iesu. In superioribus dixit eos, qui vos affligunt, nunc aūt
generatim addit, iis qui non nouerunt deum, hoc sapientissi
mè confirmans, ꝙ omnino sit vltio futura. Si enim non pro-
pter

ptervos, ꝓpter se tamē ipsum hostes suos arcebit & vlciscet. A
Hoc igitur dictū est, vt certo sciant, habeántq; cōpertū, ōnes
eiusmodi esse puniendos, vt ita sentiant, veluti in gratiā ipso
rum, deum afficere pœna eos à quibus affligebantur. Quòd
si euangelio non obedientes puniat, quanto potius eos qui a-
lios vt obediant prohibēt? quales sunt qui hodie vos angūt.
Quod ait in flamma ignis, vel construendum est cum dantis
ultionem, perinde ac si dicat, in gehenna punientis inobedié
tes: vel sic, In reuelatione Christi, quæ in flāmma ignis ven-
tura est. Ignis enim coram ipso præcedet, & flamma combu- Psal. 96.
ret in circuitu inimicos eius. Cui Daniel adstipulatur, in- Danie. 7.
quiens: Fluuius ignis trahebatur. Obserua autē posse esse in
flamma ignis, pro in igni ardente tantum, non etiam lucen-
te. Iustis autem lucens tantum, non etiam flammans vréns-
ve ignis est. *Qui pœnam dabunt interitu sempiterno.* Vbi nūc sunt B
Origenistæ, qui pœnæ finem esse fabulosè ponunt? Aeternā
hanc Paulus eam hîc adserit, ecquî apud vos æterna est tem
poraria? *A facie dei, a potentia roboris ipsius.* Facilitatem hic iu-
dicij & condemnationis ob oculos ponit. Nulla hîc, inquit,
difficultas erit, verùm satis est tātummodo visum esse adeó-
que apparuisse deum, & omnes inobedientes atque incredu-
li in pœna erunt. Tantummodò enim facies ipsius & ad-
uentus vel præsentia, aliis quidē lumen erit, aliis verò suppli
cium. Nō enim simpliciter, verū enim cum gloria roboris ad
erit, neq; gloria eius robore carebit, neque robur erit inglo- C
rium, hoc est, tanq̄ rex potens conspicietur. *Quando uenerit,*
ut glorificetur in angelis suis & sanctis. Quādo cōspexerint qui
nunc sunt inobedientes, duræque ceruicis, à se oppressos, in-
finitæ gloriæ esse participes factos, in gloriā dei ea res cedit:
illorū nāq; gloria ipsi⁹ etiā est. Itaq; in quo sanctos glorifi-
cat, in eo ipse etiā glorificatur. Vt enim diuitiæ eius sunt, es-
se fideles, sic & gloria eius est, esse qui fruantur bonis ipsius.
Vēq; mirific⁹ *uideatur in omnib⁹ qui crediderūt.* Id est, ꝙ credētes.
Ecce eñ (in) est ꝓ (per). Quādo eñ miserabiles, ab omnibus
repulsos ac reiectos tāto splēdore dignat⁹ fuerit, idicat ipsi⁹
fit robur. Aliàs etiā, quādo ī mediū, ꝓducti fuerint: q innume
ris fuerūt obiecti calamitatib⁹ vt à fide deficerēt, & nō defe-
cerūt: tū eñ ostēdit gloria dei & ipsorū. *Quoniā creditū est testi*
monio nostrō apud uos in die illa. Admirationi erit de⁹ ī die illa,
mirificūq; videbīt, ꝙ prędicatio nostra & verbū credita sint
à vo-

D à vobis, hoc est, eò quòd vos ipsi credidistis, ac dignos vos fe-
cistis bonis tantis illis quæ tum fidelibus dabuntur. Pulchrè
autem dixit, in die illa: tum enim monstrantur reuera qui ve-
rè sunt fideles: nũc enim plerique fidem simulant. Quocirca
& sapiens dixit, Ne beatum prædicaueris hominem ante obi-
tum. *Ad quod interpellamus semper pro uobis, ut uos dignos faciat*
Matt. 22 *uocatione deus noster.* Quid ergo? non fuerunt vocati? Ne, ve-
& 25. rùm hac de vocatione nunc non loquitur, quandoquidem se-
Vocatio cundum hanc non pauci sint vocati. Quinetiam sordidis ve-
dei du- stibus amictus, vocatus erat, & quinque virgines, sed nõ sunt
plex. ingressæ. Sed vocationem hîc dicit eã, quæ per opera confir-
mata est, quæ & propriè vocatio est, quemadmodum & fides
propriè, quæ in opere versatur. Infert igitur. *Et impleat omnẽ*
bonam uoluntatem bonitatis. Hanc, inquit, vocationem dico, vt
E omnis bona voluntas dei, id est, quicquid ei bene placuerit,
impleatur in vobis, & omne bonum transigatis; hacque ratio
ne sitis tales, quales vos deus esse exigit, nihilq; vobis desit.
Hîc autem pariter demittit cristas eorũ, ne extollantur mul-
tis encomiis: ostendit enim quòd nondum sint consummati.
Patientia *Et opus fidei in uirtute.* Patientiam, inquit, in persecutionibus
op⁹ fidei perfectam in vobis faciet. quomodo? roborans vos & confor
tans: nam patientia est opus fidei. Proinde qui non habet pa
tientiam, neque opus fidei indicat. *Vt glorificetur nomen do-*
mini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in ipso. Si quæ prædicta
sunt, per vos transigantur, glorificabitur etiã in vita hac no-
men domini in vobis. Si enim videant vos tolerantes nul-
lam non tentationem ex dilectione quam erga dominum ge
F ritis, quî quæso ist huc non est gloria eius, quoniam adeò bo-
nus est, vt pro ipso moriãtur etiam serui? & quia adeò potẽs,
vt vos ad patientiam corroboret? & vos in ipso cõfortemini,
quoniam hanc ad rationem fideles inuenti estis, vt omnia pa
tiamini? gloria enim serui est, quòd fidelis domino inuenia-
tur. Maximè verò afflictio propter Christum, glorię est: nam
reddit splendidiores nunquam non morti quidem traditos,
potiores tamen ac superiores morte demonstratos. *Iuxta gra-*
tiam dei nostri, & domini Iesu Christi. Hoc ipsum etiam dei est,
non nostrũ, sed gratia ipsius est, quòd celebretur in nobis, &
quòd nihil ipsi præferimus, vt qui sit dulcior omnibus, & vt
nos in ipso celebremur, quoniã potentiã ab eo suscipimus vt
sufferamus vel quasuis tentationes.

CAPVT

CAPVT II. A

R *Ogamus autem uos fratres per aduẽtum domini nostri*
Iesu Christi, & nostri collectionem ad ipsum ut nõ cele-
riter moueamini à sententia. Quando sit futura re
surrectio, non dicit: quòd verò nunc non instet, hoc ve-
rò docet. fuerunt enim nonnulli impostores, qui asseuerarent
iam instare tẽpus consummationis aduentusq; domini. Non
parum autem ad consolationem facit, quòd ait ad ipsum fide
les congregandos, vt cum eo pariter sint. Sic & in priore di-
xit. Statim enim à resurrectione ad dominum attollentur di-
gni. Quid igitur est rogamus? hoc est, adhortamur & obsecre 1. Thes. 4
eramus vos, vt non concutiamini & auertamini à mente nec-
non sententia quam hactenus habuistis, rectè in ea consisten
tes. *Neque turbemini neque per spiritum.* Hoc est, per pro-
phetias. Quidam enim prophetiam simulantes, impone- B
bant populo, ceu iam præsens esset dominus. *Neque per*
sermonem. Hoc est, doctrinam viua voce factã. *Neque per*
epistolam tanquam per nos. Etenim epistolas fingẽtes tanqàm
ab ipso missas, autoritatẽ conciliabant dictis suis. *Tanquam*
instet dies domini. Ne turbemini, inquit, quòd instet dies do-
mini, id est aduentus Christi. *Nemo uos decipiat ullo modo.*
Neque tanquam propheta, neque tanquam doctor, neque ve
lut me scribente talia. *Quoniam nisi uenerit defectio primum, &*
reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Non aderit ad-
uentus domini, nisi venerit defectio, id est, Antichristus. de- Antichri-
fectionem enim ipsum uocauit, quum reuera sit, quippe qui stus.
multos faciet deficere, etiam electos, si fieri possit. Hominem Mat. 24.
autem peccati illum ipsum vocat, vt qui omne peccatorum C
genus peracturus sit, & alios ad peccatum supplantaturus.
Filius etiam perditionis est, quandoquidem & ipse sit perdi-
tus. Quis autem ille est? nunquid Satanas? Haudquaquàm,
sed homo quispiam omnem, Satanæ operationem osten-
dens, *Aduersarius, qui extollitur supra omne quod dicitur deus, &*
colitur am. Non enim ad idololatriam homines perducet il-
le, verùm omnes deos demolietur, & culturas eorũ, sine ido-
la, seque ipsum solum prædicabit deum. *Vt sedeat ipse in tem*
plo dei tanquam deus. Non in templo proprie, quod est Hie-
rosolymis, sed in ecclesijs simpliciter, & omni diuino delu-
bro. *Ostendens seipsum quòd sit deus.* Non ait dicens, verùm
conans demonstrare: nã & opera & miracula edet, omnia ad

errorem.

D errorem. *Non recordamini quòd quũ adhuc essem apud uos, hæc uobis dicerem?* Vel hinc liquet, quòd haud pauca Paulus mysteria tradiderit quæ literis non sint mandata. Considera hîc necessarium esse, hæc dicere statim, atque ex ipsorum verbis haurire. Ecce enim præsentem audierunt apostolum, qui hæc dixerat, ac rursus tamen opus habuerunt confirmatione. Nihil, inquit, noui affero, sed quæ semper dixi. Nonnihil autem ruboris suffundit eis hisce verbis, quum ait, Nõ meministis? adeò citò obliuioni tradidistis? *Et nunc continens nostis, ut reueletur ipse suo tempore.* κατέχον, continens, prohibens, impediens. Quid verò hoc est? Nonnulli spiritus gratiam dicunt, alij Romanum imperium intelligunt, quibus & diuus Iohannes Chrysostomus assentitur. Nisi enim isthuc dissolutũ fuerit, non habebit aduersarius additũ, vt faciat quæ velit. Propterea tectè etiam & opacè dixit Paulus: neque enim vanas inimicitias recipere volebat, stultaq; pericula. Si enim dixisset paulò pòst Romanũ imperium dissoluendum, statim eum defodissent tanquam impostorem, aliosque fideles cum ipso, vt qui super tanti imperij demolitione lętarẽtur. Porrò quòd de sancti spũs gratia hîc nõ loquatur, planũ est. primũ eñ nõ dixisset obscurè, sed manifestè, nimirũ quõ nũc ipsum detineat spũs gratia, hoc est, charismata seu dona. Deïde si charismatibus deficiẽtib⁹ oportuit ipsũ venire, debuit sanè apparere. Nã iã olĩ charismata defierũt. Animaduerte aũt quòd nõ dixerit celeriter eum adfore, sed reuelandum ipsum suo tẽpore. Rursus autem tẽpus incertum reliquit. *Mysteria enim iam operatur iniquitatis.* Neronem hic intelligit, qui erat figura Antichristi. Etenim immundus erat, ac deus quærebat nominari, Pulchrè autem mysterium dicit: nõ enim palàm Nero aduersus omnem deum incedit, vt ille, neq; citra ruborem & verecũdiam. Quod autem dicit, est huiusmodi: Priusquam instaret tempus Antichristi, inuentus est alius nõ multo inferior: quid igitur mirum, si iam Antichristus est? Obscurè aũtẽ hoc de Nerone dixit, non metus sanè causa, verum vt erudiat nos ne superuacaneas inimicitias susc̃ipiamus, si nihil vrgeat. *Tantummodo detinens, tantisper dum e medio tollatur, ac tum reuelabitur iniquus.* Hoc est, Romanum imperiũ quando sublatum fuerit è medio, tum ille veniet. Quandiu enim huius imperij robur steterit, nõ facilè quisquam subiicietur ei. Eo verò dissoluto, inducet ei anarchiã, hoc est, libertatem, vel potius turbulentum

Nero Antichristi figura.

bulentum rerum statum, qui capite & principe careat, conabiturq; cum hominum, tum dei imperium rapere. Nam perinde ac alia, ante Romanũ hoc, imperia dissoluta sunt, veluti Medorum à Babyloniis, Babyloniorum verò à Persis, Persarum à Macedonibus, Macedonũ ab Romanis, hũc ad modũ Romanũ ab Antichristo, is verò rursus à Christo. Atq; hæc multa cũ perspicuitate Daniel nobis ꝓponit. Quidã ꝓ contiñẽs, idololatriã intellexerũt. Quũ enim, inquit, cõtinẽs error defierit, idolorumque cultura fuerit extincta, tum Antichrist⁹ adueniet, quemadmodum & dominus dixit: Prædicabitur Euãgelium hoc in testimonium eis, tumque aderit finis. Alij autem continẽs, Dei terminũ nominarunt. quãdo enim cõpletus fuerit terminus dei, qui nunc detinet Anthristi adẽtum, insistiteritque finitum tẽpus, tum reuelabitur. Dictum est autem, à nonnullis asseueratum, spiritum sanctum esse remoram. Quum enim ille propter scelera mortalium è medio sublatus fuerit, ac defecerit, locus tum relinquetur iniquo, vt reueletur. Ac principium, inquit, sumpsit mysterium iniquitatis. Etenim Simõ & Nicolaus hæresiarchæ, quæ Antichristi erant operabãtur, cæteriq́ue hos sequuti omnes, Marcion, Montan⁹, qui & seipsum παράκλητον nominauit: idq́ue genus non pauci. Tu verò diui Iohannis Chrysostomi enarrationem vt veriorẽ recipe. *Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet splendore aut apparitione aduentus sui.* Proxima est cõsolatio, interficiet enim ipsum dominus. Perinde enim vt ignis etiam ante aduentum suum, quum adhuc procul fuerit, bestiolas tamẽ exiguas torpere ac stupere facit, absumitq́ue, hunc ad modum Christus vel solo imperio, siue afflatu spiritus sancti pleno, delebit & obscurabit ipsum, soloq; aduentu suo abolebit, hoc est, omnino torpẽtẽ faciet. Vbi enim vitius tantum fuerit, sistet deceptionem. *Cuius aduentus est secundum operationem satanæ.* Quisnam ille sit, nos docet, nimirum homo satanam in sese habens per se operantem. *In omni potentia, & signis, & prodigiis mendacii.* Hoc est, omnem exhibebit potẽtiam & virtutẽ, sed nihil veri habebit: omnia nanq; ad impostura vergent. Prodigiis enim mẽdacij, hoc est, vanis & mẽtitis, vel ad mendacium ducentibus eos qui hisce accommodarint aurem. Hæc autem prædicit Paulus, ne sedu cantur qui tum victuri sunt. *Et in omni deceptione iniustitiæ in perentibus.* Horribilis erit vndique, ex potestate, ex crudelitate

Imperiorũ alternatio.

Daniel. 2.

Matt. 24

Paracleti

D litate omnia faciens, vt imponat, atque iniuriam inferat mortalibus, salutem ipsorum vastans. Vt ne verò quis ambigens quærat. Quur ergo permisit eum deus venire, quum tantum sit incõmodi daturus miseris mortalibus? subdit, Ne metuas: in pereuntibus enim fortis est atque robustus, qui etiamsi ille non aduenisset, increduli tamẽ permansuri erant. *Eo quòd dilectionem ueritatis non susceperint ipsi, ut seruarẽtur.* Dilectionem veritatis Christũ appellat. vtraq; enim erat, & per vtraque aduenit, cùm vt diligeret homines, tum vt veritatẽ submonstraret. Indicat autem clàm, quòd plurimum sit roboris habiturus impostor ille apud Iudæos. Illi enim non receperunt Christum, neque crediderunt ei, id quod & Christus eis
Ioham. 5. dicit: Ego veni, inquit, in nomine patris mei, & non suscepi-
E stis me. Sin alius venerit in nomine suo, istum recipietis. *Ac propter hoc mittet eis deus operationem erroris, ut credant ipsi mendacio.* Mittet, id est, sinet ipsum venire. Animaduerte autem, quòd primum repulerint veritatem, tũque reliquit eos deus, ac dominatum est eorum mendacium. Operationem autem erroris, opera Antichristi vocat, quæ facit vt decipiat. vel illum ipsum sic nominauit operantẽ per satanam, vt multos seducat. *Vt iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed oblectati sunt iniustitia.* Non dixit, vt puniantur, nam etiamsi Antichristus non venisset, debebant puniri increduli: verùm vt condẽnentur, inquit, vt sint ipsi inexcusabiles. Quid enim dicere queant, Propterea non credidimus Christo, quòd diseri-
F puli eum deum prędicarint, nòs autem audiuimus vnum esse deum, ex quo omnia. Quomodo igitur credidistis Antichristo, qui seipsum deum facit? Christus enim patri omnia referebat accepta, hîc verò è diuerso. Sed dicent, Quoniam signa eius perspeximus. Atqui per Christum facta sunt etiam multa & magna: nam & Christus prædicabatur seruator à prophetis, hic autem filius iniquitatis & interitus. Hanc ob causam condemnabuntur, quoniam veritatem dimittentes, oblectati sunt, hoc est, placuit eis, ac lubẽter appositi sunt iniustitiæ, hoc est, vastatori, omnem iniustitiam & iniuriam aduersus mortalium animos adducenti, qui & re ipsa est iniuria. *Nos autem debemus gratias agere deo semper de uobis, fratres dilecti a domino.* Quia horribilia dixerat, quæ possent accendere mentem auditoris, nunc mitigat cordà eorũ, docens hęc aliis quidem esse terribilia, nempe iis qui pereant, aduersùm quos etiam

etiam hæc valoris ac roboris plurimum habent. Nos autem A
debemus gratias agere deo pro vobis, quòd electi sitis, quòd dilecti sitis à deo. Si autẽ nos pro vobis gratias agimus, multo magis vos isthuc facere decet pro vobis ipsis. *Quoniã elegit uos deus a principio ad salutem in sanctificatione spiritus, & fide ueritatis.* Hãc ob rem gratias agimus, quia elegit vos deus, & prædestinauit vos ad salutem, quum dignos videlicet vos præfecisset. Quomodo? in sanctificatione spiritus, hoc est, seruauit, nos sanctificans per spiritum Deinde, vt ne quis dicat, Quid igitur nos? Nihil ne attulimus? subdit, & fide veritatis, id est, verarum rerum. Non enim mẽdaciis quibusdam fidem adhibuimus, sed veritati ipsi. Præsertim autem hîc secundæ si dei meminit, quandoquidem post sanctificationẽ eius auctibus indigeamus, ne concutiamur. *Ad quod & uocauit uos per* B
euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi. Vt ne audiẽtes fidem, extollantur apud sese, vt quam ipsi contribuerint ad salutem sui, non simpliciter hoc dimittit, verum hoc etiam, inquit, Dei est. Ad hoc enim vocauit vos, ad quale hoc? vt seruemini per sanctificationem & fidẽ. Proinde etiã si credidistis, gratia id vocantis est: nisi enim per veritatem quod prædicauimus vobis, vocasset vos, quomodo quæso audiuissetis? Nec exiguam esse sibi gloriã, salutem nostram, Christus arbitratur. Gloria enim boni est, multos esse qui eo seruentur. Quis igitur non diligat tantum dominũ? quis non velit huius gloriam, siue suam ipsius salutem? *Proinde fratres state, ac tenete traditiones quas edocti estis siue per uerbum, siue per epistolam nostram.* Vel hinc etiam perspicuum est quòd ple- C
raque viua voce, quæ literis non mandarint, tradiderint, neque per epistolam significarint, quæ tamẽ perinde parem autoritatem & fidem habuerint. Itaque & ecclesiæ traditionem ratam censemus. Traditio est, Ne sis auarus, Ne circũuenias quenquam: quã quis calumniabitur? Indicat autem hîc haud paucos esse à scopo dimotos. *Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deꝰ & pater noster, qui dilexit nos, ac dedit cõsolationem eternam & spem bonam in gratia, consoletur corda uestra, & fulciat ea in omni opere & sermone bono.* Adhortationem oratio excipit, hoc enim verè est succurrere, æquè ac si dicat, Ego quidem dixi, at totum deo acceptum referẽdum est. Vbi sunt igitur qui filium propterea imminuunt, quòd in baptismate post patrẽ nominetur? Ecce enim hîc diuersum accidit: prius

D enim nominauit filiũ. Dans, inquit, consolationem ęternam. Qualem hanc? spem, inquit, futurorum. Hæc enim est quę sustineat corda nostra in tentationibus decidentia, tantumque non desperantia, futurorum bonorum spes. Dedit autem hãc nobis deus, non pro laboribus meritísve nostris, verũ ex gratia. Hoc autem dixit vt illorum animũ deiiciat. Obserua autem quomodo precationis modo excitet illorum corda nec non mentes, curæ adeoque prouidentiæ dei pignora & signa ponẽs. Nam si nihil laborantibus consolationem impertiit, multo magis afflictis ac laborãtibus pro fide, dabit. Quocirca bonã de deo spem cõcipite. Cõsoletur porrò, inquit, corda vestra, & fulciat in omni opere verboq; bono, hoc est, per
E omne bonum cum opus tum verbum. Hæc enim est consolatio Christiani, facere quod cõmodet, ac deo placeat, Vel confirmet vos in doctrina recta operibusque bonis, adeò vt non deferamini neque abducamini à Christo, neq; succumbatis in tẽtationibus periculísve. id enim cõsolatio est. Qui enim firmat⁹ est, quæcunq; patitur, fert ingenuè, nec permutatur. Quũ enim dogma rectum seruat, persuasus est de futuris stabiliter. Quia verò bonam vitam ducit, lætatur quòd non ve-
1. Pet. 3. luti maleficus, sed velut dei minister hæc patiatur.

CAPVT III.

Vod reliquum est, orate fratres pro nobis, vt uerbum
Q *domini currat, & glorificetur, quemadmodum & ad uos.* Ipse quidem orauit pro eis, vt firmentur: deinceps petit ab eis, vt pro sese orent etiam, non vt non peri
F culis obiiciatur, in hoc enim positus erat, vt periculis obnoxius esset: sed vt verbum currat & glorificetur. Nec laude ca ret hæc petitio. ait enim, quemadmodum & vos, hoc est, vt omnes sic obediant, quemadmodum & vos. Adeò nihil prætermittit. *Et ut liberemur ab absurdis & praui hominibus. non enim omnium est fides.* De repugnantibus contradicentibusque verbi prædicationi loquitur, deque aduersantibus doctrinæ, qualis erat Alexander ærarius. Hoc enim occultè notauit, inquiẽs. Non enim omniũ est fides, hoc est,
2. Tim. 4 non omnes credunt, sed digni, perinde ac si quis dicat: Non omnium militare in regiis vel regalibus insignibus, cæterum eorum tantum, qui ad hoc sunt idonei. Simul autẽ excitat & commendat eos, siquidem tantam habent fiduciam, vt & doctorum prædicationẽ facilem reddant. Latenter autem & pericula

ricula indicat, quæ sibi sint ab resistentibus verbo adducta. A
Hoc verò satis erat eis ad cõsolationem, quòd talis tãtusque esset Paulus, adhuc tamen cũ periculis luctaretur. *Fidelis autem est dominus, qui fulciet uos & seruabit uos à malo.* In superioribus dixit, Elegit vos deus ad salutem, hoc est, selegit è multis. fidelis igitur est, id est, electº & verº, & omnino perficiet quod orsus est, & fulciet vos, æquè atq; orauimus, vt nõ porrò concutiamini. Custodiet aũt, vt non præualeat contra vos satanas. *Cõfidimus autem in domino de uobis, quòd quæ præcipimus, & facitis & facietis.* Postquam imprecatus erat eis, ac dixerat, fidelis est deus, qui faciet quæ orsus est, ne iã existimantes totum esse dei, ipsi torpeant, ecce iamnunc & ab ipsis cooperationẽ postulat, ceu talia quædam dicat: deus quidem fidelis est, & omnino faciet quæ sua sunt, sed si vos etiam ope B
remini. Expende hîc sapientiam. Non dixit simpliciter, Confidimus de vobis, sed in domino, hoc est, clementiæ eius credimus, quòd ea sit cõfortatura vos, vt indicet ipsis omnia ex deo pendere. Rursus non dixit simpliciter, confidimus domino, verùm ad vos, & ꝙ facitis & facietis, vt ne totũ in deum trãferentes, ipsi ociosiores reddãtur. Totum enim ad deum referiẽdum est, sed ita vt vos etiam operemini. Nec fuit contentus dicere facitis, sed facietis adiecit, ostendens necessum esse vt nobis ad extremum vsque spiritum virtus adsit. *Dominus autem dirigat corda uestra ad dilectionem dei, & ad patientiã Christi.* Iterum pro eis intercedit & orat, quanta illorum cura tangatur indicans. Quia enim nonnullos eorum obiurgatus est, corda ipsorũ præmitigat, vt videatur ex multa cha- C
ritate obiurgare. Ait igitur, Dominus dirigat corda vestra, hoc est, ad rectum tramitem venire faciat, & non permutari nec aberrare. Haud pauca nanque sunt quæ ab recto charitatis calle abducant, vt pecunia, facultates, vana gloria, adflictio, tentationes, pericula. Hæc aliaque multa non sinũt nos ad charitatẽ rectã accedere, diligereq; ipsum perinde ac necessarium est. Quod præterea ait, ad patientiam Christi, vel sic intelliges, vt patientes simus ac sustineamus, illius instar: vel vt cum patientia expectemus Christum, & non desperemus, sed firmiter credamus, quòd quæ promiserit, completurus sit. Patientiæ autem métione facta, adflictiones iuxtà veluti per transennam ostendit. Charitati autem dei, adiunxit patientiam. hoc enim est diligere deum, per ipsum patienti

Universidad de Deusto
Biblioteca

D animo esse, nec ciere turbas, vel contristari. Per dominum autem hîc spiritum intellige, perinde ac magnus annotauit Basilius. *Mandamus autem uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi.* Non semel indicauimus, Paulum seueriorem iustitiae tionem appellare præceptum. Nunc verò terrificù magis faciens præceptum, Non nos præcipimus, inquit, sed Christus. Quæ enim ego dico, ille profectò dicit. nusquã enim ille præcepit vt torpesceremus. *Abstinere uos ab omni fratre inordinate obambulante.* Hoc est, separari abs quouis inordinate viuẽte, siue diues, siue pauper, vel sanctus etiam fuerit. Nam à bonis sibi operibus tẽperantes, ad nugas rerumq; cœlestium contẽptum excidunt. Hæc autem inordinationis sunt. Quomodo? propter torpere ipsum, & quia excedat positũ à præce
E ptore ordinẽ. Infert igitur: Et *non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.* Quam per opera vobis tradidi, typus vobis factus: propriè enim huiusmodi est traditio. *ipsi enim nostis quomodo oporteat uos imitari nos, quoniã non inordinate nos gessimus apud uos, neque gratis panem mãducauimus a quoquam.* Non
Actu. 20. inordinatè nos gessimus, id est, non torpuimus, non fuimus ociosi. Inordinationem enim, ociũ nominat, vt & suprà. Sic nanque res habet mortalium. Deus posuit hominem ad laborem, artusque ad hoc effinxit: quocirca qui ociosus est, ab ordine suo deficit & creatione. Obserua hîc, quomodo gratis edere vocauit alimoniam qua ab eis alebatur. Atqui non gra-
Matt. 10. tis suppeditabatur alimentum, prædicabat enim. Est autẽ di-
F gnus operarius alimento suo. *Verum in labore & defatigatione nocte & diem operãtes.* Viden' epitases, exaggerationeue cũ laboris tũ defatigationis, pro quibus parum pręmij habuit ab hominib⁹? Nos verò nisi vel ipsi deo pręferamur etiã ab iis qui nunquam quicquam à nobis edocti sunt, ægro animo ferimus, ceu maxima iniuria affecti. *Vt ne quenquam uestrum grauarem.* Grauamen propriè est, ab inuitis accipere. Nunc autẽ hoc dicit, quòd pauperes fuerint Thessalonicenses. *Non quòd non habeamus potestatem, sed ut nos ipsos exemplar demus uobis, ut nos imitemini.* Erat enim ei potestas ociari, vt qui maiori opere occupatus esset, prædicationis nempe ministerio eratq; ei potestas vt alereẽ ab discipulis, attamen liberalitate quadam laborabat, seque ipsum & eos qui secũ erãt, enutriebat, vt illud ipsum discipulos etiam doceret. *Etenim quãdo eramus apud uos, hoc præcipiebamus uobis: Quoniã si quis non*

uult operari, neque mãducet. πρὸς ὑμᾶς, ad vos, id est, apud vos, A
vel vobiscum. In priore sanè epistola clementius & mansuetius de his disseruit, hic verò austerius agit. Si enim ipse nocte ac die operabatur, nónne hoc Thessalonicenfibus parum laudis cõciliat, quòd hæc tulerint? Porro quum nulla esset ei necessitas vt hoc faceret, multo potius & alios oportebat hunc imitari. *Audiuimus enim quosdam obambulantes in uobis inordinatos, nihil operantes, sed curiose agentes.* Quum enim mẽs nostra semper mobilis sit, necesse est, si cõmodum opus non aggrediatur, vt incommodum attentet, perinde ac suprà commemoratum est adeoq; aliorum scitari vitas, & hinc ad obtrectationem, aniles fabulas, atq; adeò nugas deferri. Operari igitur oportet opera manibus. neque enim elemosyna
est impartiẽda bene valenti, qui laborare potest, atque ociatur. At oro, inquit: inedia corpus macero. Enimuero id non B
est opus manuum, præsertim quum possis post hæc operari manibus & laborare. Quia verò id renuis & aspernaris, tanquam ociosus condemnaris. Ecquî, inquiunt, qui docet, non cogitur operari? Ideo non cogitur, quia maius ac difficilius opus aggreditur, quod impedit ipsum à manum operatione. Tibi autem plebeo, vel verbi ministerio non addicto, quisquis es, nihil huiusmodi incumbit. Peccas itaque si laborem negligas. *Talibus autem præcipimus, eos adhortamur per dominũ nostrum Iesum Christum.* Quia seuerius eos inuaserat, dicens, præcipimus vobis: mitiorem ac blandiorem facit sermonem, obsecramus, inquit, mediatorem assumentes Christum. Terribilior hoc pacto est adhortatio, plusque autoritatis & ponderis nancisci tur. *Vt cum quiete operantes suũ ipsorũ panem manducent.* Vtrunque exigit, tum vt inordinatè se gerentes sint C
quieti, tum vt ocioſi laborent, quò edãt panẽ suum, non alienum. Non enim oportet eos defigere oculos in alienas manus. *Vos autem fratres, ne deficiatis bonũ operantes.* Animaduerte quàm illico paterna viscera sint confracta: statim enim eos miseratus est. Segregamini ab ipsis, inquit, atque separemini, sic tamẽ, ne fame eos interire sinatis. At quid si ille cõfident quòd ego alam ipsum, in ocio perduret? Satis est tibi ab eo diuelli, & nihil inpertiri ei fiduciæ, ostendens te ei irasci. At si neque hac ratione corrigatur, tu interea tamen ne cesse, ne deficias benefacere ipsi. *Sin quispiam non obtemperauerit uerbo nostro, per epistolam hunc significate.* Quidam sermo-

Dni seu λόγῳ ἡμῶν, verbo nostro, per ꝛ legerunt, vnde & sic intellexerunt: sin quisquā non obediat verbo meo, qui sum Paulus per epistolam vobis loquens, hūc significate, atque habete veluti segregatum. Diuus autem Iohannes Chrysostomus legit ὑμῶν, id est vestro, per υ, sicque intelligendum hunc locum nobis ostendit: Si quis non morem gerit vobis, dicentibus ad ipsum quæ per epistolam hanc meam didicistis, illum mihi denunciate. *Et ne conuersemini ei, ut suffundatur rubore.* Viden' quę sit cōmoditas eum separari? erubescere nimirum. Si enim simpliciter accipere, pudore dignum, quanto magis si cum segregatione prębeant? Magna quōdam pœna erat segregatio, atque adeo excommunicatio, sed hodie minus habet ponderis, neque in vsu est. Si enim ab simpliciter ocio tor-
E pente fugiendum est, operaque danda vt ab eo seiungamur, quanto magis ab aliis indigna facinora cōmittentibus? *Nec ueluti hostem putetis, sed adhortamini ut fratrem.* Perinde ac quū supra dixisset, Qui non operatur, neque manducet, metuit ne iam fame pereant eiusmodi, & intulit, Vos autem ne deficiatis bonum agere: hunc ad modum & nunc dicēs, Ne commisceamini vel cōuersemini ei, metuit ne hoc ipsum excinderet cum omnino à fraternitate desperātem, propterea & intulit, Ne putetis eum veluti hostem, verùm adhortamini eum tanquàm fratrem. ac post admonitionis impartitionem, iniūxit ne conuiciarētur illi, vt & animo & corpore beneficium iam in illum conferatur. Porrò frater qui admonet, non publicè traducit iniuriam, sed priuatim hoc facit, idque cum mansuetudine. Doleat nobis, inquit, non quia impertimus, sed quia
F trāsgreditur legem dei, ac veluti super morbo & ægritudine lugeamus. Audiant itaque qui non solum non impertiunt aliquid, verūmetiam contumelia afficiunt & iniuria pauperes, atque lapidibus petunt. Propter te pauperie iste affligitur, vt curare tu queas vulnera tua per clementiam tuam quam illi exhibes: tu verò eum qui tui causa inops est, repellis. Quantæ sunt ista insipientiæ? quantæ ruditatis ac stupiditatis? *Ipse uero deus pacis det uobis pacem semper in omni loco.* Vbique post parænescs precationem & votum ponit, veluti sigilla quædam & indicia vel obsignationes repositarum rerum, orationes adiiciens. Hic verò quia verisimile erat pugnas oriri ab huiusmodi occasionibus, quum ij qui separantur, asperiores redduntur, opulentioresque non

non porrò elargiantur egentibus segregatis alacriter, haud A immeritò pacem eis exoptat, eāq; semper. Hoc em̄ est quod quæritur, vt semper ipsam habeant, atque adeò omni modo, vt nulla ex parte contentionis eis occasio relinquatur, neque ex verbo, neque ex opere. Sic enim fiet, vt citra difficultatem & illos ad rectiorem vitam reuocetis. nihil nāque adeò prodest ad perficiendum ea quę volumus, atque pacificum esse, necnon turbatione vacare, neque ex odio vel inuidia videri B quenquam obiurgare. *Dominus cum omnibus uobis.* Hoc & Matt. 28 dominus promisit. Ecce, inquit, vobiscum sum ego per omnes dies. Si ille cum omnibus vobis fuerit, tam ociosis quā laborantibus, omnia bona contingent. ociosis enim medicabitur, & operantes firmabit. *Salutatio mea manu Pauli.* Saluta tionē appellat orationem, indicans quòd & salutatio, siquando ea perficienda sit, cum lucro spirituali sit votum & oratio. Verùm non simpliciter hoc amicitiæ symbolum est. *Quod est signum in omni epistola, hoc sic scribo.* Vt ne depraue- C tur epistolæ meæ à quibusdam impostoribus (hoc enim, perinde ac in principio diximus, faciebant plerique) Ego, inquit, subsigno mea manu. In omni autem epistola, quæ forte ad vos mittenda est: vel simpliciter in omni, ad quoscūque etiam missa fuerit. *Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.* Et a gratia orsus est, & in gratiam rursus finit epistolam, vtrinque veluti magnis munimentis muniēs & firmans quæ dicuntur, cùm fundamenta firma tutáque ponens, tum finem firmum adducens. Si enim gratia vobiscum fuerit, quæ à principio seruauit vos, omnes infirmitates vestras negliget: hoc enim est gratiæ. Manebunt autem iniquitates vestræ, nisi hanc persequamini. Gratia pias gratásque mentes incolit, simplicitatem & fraternam dilectionem habentes. Faciat Christus vt & nos eiusmodi mentibus imbuti, fraternam dilectionem demonstrantes, & errantes forte fortuna, tanquam fratres nostri sint, commonefacientes, omnibusq; modis ipsorum correctionem, vitæq; sanctioris formā erga eos cum pace efficientes, à gratia custodiamur domini nostri Iesu Christi, qui assumpsit nos, perduxitq; ad patrem in spiritu sancto, quem decet omnis gloria in secula. Amen.

Paulinarū epistolarū symbolū.

Scripta est ab Athenis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D THEOPHYLACTI BVLGARIAE Archiepiscopi in priorem Diui Pauli ad Timotheum Epistolam Enarratio.

ARGVMENTVM.

EX Pauli discipulis Timotheus erat, adeò probatus,& adiunctus Paulo,vt ab eo etiam circunci-
Actuũ. 16 Gala. 2. di voluerit per dispensationem, quum tamen aliis circuncisionem prohiberet Paulus, ipsique Petro huius causa resistetet. Insuper Paulus plerisque in locis viro huic virtutem tribuit, cui & nunc de variis rebus necessariis scribit. Quærat autem hîc quispiam, Quurnam neque Silæ,neque Clementi,neque Lucæ,nec alii cuipiam,qui multi apud ipsum erant familiares & inseruientes,scribat,sed Timotheo,Titóque solis? Potest igitur respõderi,quod hos secum circunduxerit,illis autem ecclesias cõmiserit.opus igitur erat hos scriptis admonere,tum quæ agenda essent explicare. Si autem quærant,quur non hos prius in omni sapientia perfecerit diuina,ac postea ecclesiis præfecerit,sed committens eis docendi munus, rursum illis scribat ac perficiat: discas ergo primùm, quòd nemo perfectus sit, etiamsi doctor fuerit,quum & ipse in multis,opus habeat institutione atque ductu à perfectioribus: maximè verò in ecclesia primum recèns constituta haud facile erat Episcopum omnia per verbum ipsum efformare atque perficere. Deinde obserua per vniuersam epistolam hanc,quòd non sit talis ad Timotheũ institutio,qualis ad discipulos esse solet,sed qualis præceptori conuenit.

Caput I.

PAulus apostolus Iesu Christi,*iuxta mãdatum dei seruatoris nostri.* Quia legem est laturus Timotheo, fide dignum sermonem faciens,seipsum apostolum prædicat. Non enim mea,inquit,loquor,sed verba eius cuius sum legatus, quare vide ne sis inobediens. Quia verò ingens erat apostoli autoritas ac dignitas, ne videatur arrogans ostentator,adiicit,iuxta mandatum dei. Non ipse, inquit, functionem hãc mihi arrogaui,verùm ineuitabile mihi hoc officium est,cui obstrictus sum,ac herile mãdatum impleo. Secundum mandatum enim,quod ait,est apertius,quàm vocatus. Atqui pater nusquam ei videtur mandare, sed Christus. Ad gentes,inquit,longinquas mittam te. & rursus,Cæsari oportet te sisti. Tum spiritus, Segregate vel exhibete mihi Paulum. attamen quæ filii sunt,& spiritus & patris esse dicit. Audi enim quæ sequuntur. Et *domini Iesu spei nostræ.* Vi den' commune esse mandatum? Animaduerte autem quomodo & Dauid de patre dicat, Spes omnium finium terræ. quin etiam & Paulus ipse alio in loco dicit, Speramus in deum viuentem. nunc autem filius dicitur spes nostra. sic omnia tã patris quam filii sunt communia. Opportunè autem hæc cognomina posuit,seruatoris & spei. Postquã enim præceptor ipse multis colluctetur difficultatibus(vniuersum enim bellum in ipsum conuertitur)quasi eo occumbente cæteri sub eo facilius etiam cadãt,iuxta illud,Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Non oportet,succumbere aut decidere animo. seruatorem enim habemus,non hominem,sed deum ipsum & patrem. At etiamsi celeriter non seruemur ex periculis,commodiora nobis speranda sunt. nam non diu in tristibus nos relinquet. spes enim nostra, quæ Christus est, non pudefacietnos. Duabus enim rationibus his ex periculis eripimur,

A B C

Actuũ. 22. 23. & 13. Psal. 64. 1. Tim. 4. Matt. 26.

D eripimur, vel quòd celeriter ex iis conseruemur, vel quia bonis spebus alamur. *Timotheo genuino filio in fide gaudere.*

1. Cor. 4. Hoc est, per fidem genito mihi. Nam præpositio in, valet per, perinde ac alio in loco dicit: Per euangelium vos genui. Laudans autem eum, Non filius tantùm es, inquit, sed genuinus & germanus filius. Genuinum ideo dicit, quòd Timotheus præ cæteris erga ipsum similitudinem seruabat, & quia ipsum Paulus genuina charitate prosequebatur. Sapientissime autem posuit in fide, vt vehementius Timotheum ad hanc inungat & accendat. Si enim principio tantam exhibuisset fidem, vt propter hanc Pauli germanus dicE retur filius: multo magis nunc ea instructum & armatum esse oportet, nec decidere ab ea, nec turbari. fidei enim est confidere de futuris bonis. *Gratia, misericordia, & pax.* Nusquam in aliis epistolis posuit misericordiam, verum in hac tantùm, ex magno paterno affectu maiora filio exoptans, tà quam metuens ei, atque eius nomine tremens, cui & de stomachi ratione præcipiebat, simul quòd maiore misericordia

Infrà. 5. præceptores indigeant. *A deo patre nostro, & domino Iesu Christo domino nostro.* Rursus hîc est consolatio. Si enim pater noster deus, veluti liberorum nostri curam gerit: nonne igitur & miserebitur nostri, gratiámque dabit, vt omnibus nos grati simus, ac pacem habeamus ab hostibus? *Quemad-*F *modum adhortatus sum te ut permaneres Ephesi, quum proficiscerer in Macedoniam.* Obserua hîc moderationem, qui non doctoris, sed supplicis sit vsus voce. Non enim dixit iniunxi, vel mandaui, sed adhortatus sum vel rogaui. ad mansuetos enim discipulos eo nos imbutos esse affectu oportet: ad perditos autem corruptósve & non genuinos, secus nos affectos esse conuenit. Adhortatur autem hunc permanere Ephesi. Non enim sufficiebat epistola quam scribebat Paulus. ad literas enim minus curæ adhibere solent homines. Fortasse autem & hoc contigit priusquàm eis epistolam scriberet. Quæritur enim nùncne ipsum isthic constituerit Timotheum, vt isthic episcopum ageret. At videtur quòd iam primũ. dicit enim deinceps. *Vt præcipias quibusdam non aliter docere.* Non dixit vt adhorteris, verùm vt præcipias, quod austerius est. Nõ expressit aũt hos nominatim vt ne impudentiores faciat reprehensione publica. Aliter autem docere, est alia præcepta subintroducere. Fuerunt enim multi

multi ex Iudæis pseudapostoli ad legem trahẽtes, gloriæ cu- A
piditate, & quòd cuperent salutari doctores ac præceptores.
Neque aurê accõmodare fabulis. Fabulas nõ legẽ dicit, sed obser
uationes & pfixa dogmata. *Et genealogiæ infinitæ.* Auos em̃ &
prauos denumerabãt, vt historiæ opinionẽ & existimationẽ
haberẽt. Infinitis aũt genealogiis, vel q̃ ad priora tẽpora cõ
scenderent, vel quòd nullum commodum finem reciperent,
vel quòd non facilè quidem concipi animo & videri difficul
terque comprehendi possent, vt quæ variæ & intricatæ es-
sent. Verisimile est autem & Græcos ipsum hîc notare: fa-
bulæ enim sunt eis & genealogiæ quibus deos suos recẽsent.
Quæ quæstiones potius præbent, quàm dispensationem dei quæ
est in fide. Hoc est, deus quidem dispensauit & ordinauit
fide suscipere omnia, ipsi verò quæstiones suas subintrodu- B
centes, dei ordinem atque prouidentiam tollunt è medio.
Vel quia magna Christus nobis donare voluit, ineffabilem etiam dispensationem circa nos exhibuit. Hanc igitur bonitatis ipsius dispensationem fides recipit, genealogiæ verò nequaquam. Quæstiones enim subintroducunt,
Quomodo possit hoc fieri? Quomodo credamus de futuris, iudicio, gaudio, pœna bonorum & malorum? Quæstio itaque fidem eiicit. Ecquî dominus igitur dixit, Quærite, Matt. 7.
& inuenietis? & rursus, Scrutamini scripturas? At quærite Iohan. 5.
isthuc de oratione dixit, & ardenti desiderio: Scrutamini verò, vt exactam illarum rationem addiscatis, prohẽs teneatis eas, vt ita desistatis tãdẽ à petitiõe & inquisitio
ne. *Finis autem præcepti est charitas ex corde puro.* Si præcipias, C
inquit, non aliter docere, hæc perficies. Quòd si charitatem
inseueris, vniuersum dogma prauum atque peruersum abibit & peribit. Antea enim quum non esset dilectio, inuidia
erat, ex hac dominatus cupiditas, ex hac porrò docendi am
bitio nascebatur, indéque hæreses suboriebantur: nunc autem non sic. Charitatem autem postulat synceram, non eam
tantùm quæ in verbis est, verùm quæ ex corde, eóque pu-
ro, non fuco & hypocrisi contecto: quæ ex affectu & con-
dolentia constet atque promanet. *Et conscientia bona, & fi*
de non simulata. Quia prædones prædones etiam diligunt,
at enim isthuc non est ex conscientia bona, sed ex pra-
ua, neque ex fide non ficta. Qui enim synceriter in de-
um credit, non sustinet vnquam à vera charitate excidere:
siquidem

D siquidem ea omnes complectitur & fouet. Latro autem præ
tereuntes occîdit: vnde colligere poteris quòd & charitate
vacet, & minimè fidelis sit. *Quorum quidam iacula sine arte di*
rigentes, conuersi sunt ad uaniloquentiam. ἐκτρ., de iis dicitur
qui sagittas ex arcu citra artem iaciunt. Hic verò, inquit, o-
pus erat arte, vt rectà iacerent tela, neque à scopo aberrarét.
enimuero aberrarunt, iaculis non rectà ad scopum missis, à
fide & charitate: hinc conuersi sunt ad vaniloquentiam, &
quomodo subdit. *Volentes esse doctores legis.* Hoc est lan-
guentes dominatus amore, gloriæque cupiditate insanientes.
Non enim tales fuissent, nisi dilectionem haberent & fidé.
Non intelligentes neque quæ dicant, neque de quibus affirment.
E Hîc reprehendit eos tanquam ignorent qui sit scopus legis,
quippe qui neque durationis eius rationem habuerint, quum
tantisper firma erat, dum dominus adueniret. Si itaque ex i-
gnorantia peccarunt, non merentur condemnationé. haud-
quaquam. nam à cupiditate regnandi ea est ignorantia, tú
ex eo quòd charitatê non contineant. Volentes enim esse, in
quit legislatores, legisque doctores, ignorant: proinde igno
rantiæ istius ipsi sibi sunt autores. De quibus autem affir-
mant vel stabiliunt? de purificationibus cæterisque exter-
nis obseruationibus. *Nouimus autem bonam esse legem, si quis ea*
legitime utatur. Hoc est, nedum eam per verba explicet, sed
per opera etiam perficiat. Nam qui docet quæ legis sunt, nec
facit interim, illegitimè vsus est lege. Aliàs & legitimè vti-
tur lege, qui per eam ad Christum ducitur. Lex enim quum
non possit nos ducere rectè, seu iustificare, ad Christum nos
remittit, atque hic est ipsi scopus. Quocirca lege vtitur legi
timè, hoc est, quemadmodum ipsa lex iubet, qui Christũ le-
gi præfert. *Sciens hoc, quòd iusto non est lex posita.* Quare nõ
F expectat vt ab ea discat quid faciundum sit: hoc enim nouit.
Iustum autem hîc intellige, qui virtutem perficit, qui non
metu legis, sed propter ipsam honestatem, & malitiam odit,
& virtutem complectitur, ac maiora quàm lex postulet, trá
igit, non dignatus eam institutricem habere, quæ sibi flagra
admoueat, sed virilem virtutem spirans, puerilia transcen-
dit, perinde ac medicus vulnera habenti aut ægrotanti para
tus est, non valenti probè: ac frenum inordinatè se gerenti
equo, non parenti vel obtemperanti heniocho necessarium
est. *Iniquis autem & inobedientibus, impiis & peccatoribus, par-*

tricidis, matricidis, fratricidis, fornicatoribus, masculorum concubito- A
ribus, plagiariis, & periuris. Speciatim peccata explicat, vt per
suadeat pudefacere legis præsidentiam & instantiam. Hæc
autem omnia Iudæi fecerunt. Quum enim sæpius idola ado- *Psal. 77*
rarent, liberos suos dæmonibus litarent, Mosem lapidibus *& 105.*
petereat, quorum manus sanguinæ plenæ sunt, nonne im- *Exod. 17*
pij sunt & homicidæ? Aliáq; omnia reuera in ipsis inuenies, *Esaiæ. 1*
si historias perlustres. Propterea igitur data est illis lex, vt *Galat. 3.*
huiusmodi malitias & vitia comprimat: quod & alio in loco
dixit, Lex prævaricationis gratia lata est. Iustis autem, tan-
quam ad transgressiones non repant, lex non est necessaria.
Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur. Quæ commemorata B
erant, satis certè fuerant: attamen per præteritionem genera
tim dixit, Et si quid aliud. Ostendit autem hîc, quòd ex cor
ruptis dogmatibus huiusmodi affectiones aditum recipiãt.
bene valenti enim doctrinæ hæc omnia sunt contraria.
Secundum euangelium gloriæ beati dei. Hanc ad rationem con
strues: Sanæ doctrinæ, quæ est secundum euangelium. Glo-
riæ autem ipsum euangeliũ appellat, propter eos qui in per- C
secutionibus pudefiebant, & ignominia afficiebãtur, & pro
pter Christi supplicium, commonstrans ipsam Christi pas-
sionem & persecutiones esse gloriam & splendorem: vel q
præbeant futuram gloriam. Etiamsi enim præsentia, inquit,
confusionem habeant, futura tamen gloriam: atque hanc no
bis annunciat euangelium. omne enim euangelium futuro
rum est, non præsentium. Vel gloriam cultum appellat dei,
quem euangelium nobis inducit ac prædicat. *Quod mihi cre-*
ditum est. Mihi, inquit, non pseudapostolis: horum enim e-
uangelium, pudoris est & ignominiæ, non gloriæ. *Gratiam*
habeo ei qui roborauit me in Christo Iesu domino nostro. Quia dixe
rat, quod mihi creditum est, ne videatur ideo gloriari, ad
deum isthuc refert. Illi, inquiens, gratias ago, qui vires mihi
dedit vt recipiam tale onus: aduersus enim quotidianas mor
tes consistere, non erat humanæ virtutis. Hæc reuera est hu-
militas & animus minimè alta spirans vel superbiens. Nostra
verò humilitas non est ταπεινοφροσύνη, id est, humilium re-
rum affectus, sed est ταπεινηφροσύνη, id est, in verbis tan-
tùm consistens & lingua humilitas. *Quoniam fidelem me pu-* Paul⁹ cur
tauit, ponens ad ministerium. Ne quis ex incredulis dicat, Si to *elect⁹*, nõ
tum dei est, & nihil à nobis affertur, quurnam Paulum talẽ *itẽ Iudas.*
fecit,

D fecit, Iudam verò non item? eiusmodi obiectionem diluit, in-
quiens: Non simpliciter roborauit me, neque citra iudicium,
sed quia inuentus sum fidelis. Neque sic etiam apertè locu-
tus est, verùm quia fidelem me putauit, suamipsius virtutem
opúsve contegens. Non assero, inquit, me fuisse fidelem, ve-
rumenimuero ille me talem reputauit. Vnde hoc perspicuum
ex eò quòd me posuit ad ministerium, quomodo enim eò me
posuisset, nisi quādam aptitudinem, vt adeò idoneus essem,
in me vidisset? Hanc ad rationem in ædibus œconomi gra-
tias agunt dominis, quòd sibi concrediderint ædium admi
nistrationem, atque hoc signum ponunt, quòd aliis fideliо-
Actu. 9. res habeantur. Insuper deus etiam ipse de eo dicit, Quoniam
vas electionis mihi est, vt portet nomen meum. Erat igitur
idoneus vt portaret. Accepit autem virtutem à deo, vt opus
E isthuc perficeret, qui enim gestaturus est magnum Christi
nomen, vt ipsum infigat animis credentium per prædicatio
nem, non exiguo robore indiget. Gestat autem ipsum, quis-
quis in cogitationibus, verbis & opere se dignum eo gerit.
qui huiusmodi non fuerit, haudquaquam etiam gestat. qui
enim, quum neque Christum omnino in sese habeat? In cæte
ris itaque diuus Paulus commodè se gerebat, vel quatenus
nihil herilium bonorum sibi vindicabat, sed quæ sua potius
1. Cor. 15 erant, domino referebat accepta. Laboraui enim, inquit, om
nibus aliis abundantius, nō ego verò, sed gratia, ac multa id
genus alia. *Qui antea eram blasphemus, & persecutor, & iniuriæ illator.* Expende hîc quomodo extollat misericordiam dei,
priorem suam antéque actam vitam enarrans. Porrò siquan-
do de Iudæis disputat omni condemnatione dignis, nihil ta
F le ad eos refert: aduersus verò seipsum hæc dicit. Nedū bla-
sphemus, inquit, eram ipse, neque ad me vsque ipsum statue-
bam malitiā meam, cæterùm alios volentes pietati & Chri-
sto nomē dare, persequebar, nec simpliciter, sed iniustè & in-
niquè agebā rē meā, cū summa piorū persecutione. *Sed miseri cordiā sum nactus, quoniam ignorans feci in incredulitate.* Osten-
dit seipsum supplicio dignū, reis enim misericordia solet obtin-
gere. Quam verò ob causam reliquis etiam Iudæis misericor
dia non est communicata? Quoniam non ex ignorantia pec
Iohā. 12. & 5. carunt, sed valde scientes. Plerique enim ex Pharisæis crede-
bant quidē, etiamsi non confiterentur: gloriam enim homi-
num maiori sunt amore complexi, q̄ gloriam dei. Et Chri-

stus, Quomodo potestis, inquit, credere, quū gloriā ab homi A
nibus accipiatis? Quin & ipsi Iudæi dicebant, Videte q̄ ni-
hil quicquam efficiatis, en mundus sequitur ipsum. Vndi-
que enim eos regnandi libido vexabat ac turbabat. Ac rur-
sus dixerunt isti, Nemo potest remittere peccata nisi solus Mar. 2.
deus. Statim autem Iesus fecit hoc, quod dixerunt signum
esse dei. quomodo igitur non crediderunt? nunquid hæc i- Actu. 22.
gnorantiæ sunt peccata? Vbi Paulus igitur tum erat? ad pe-
des Gamalielis, non cōmixtus adiunctusq; turbis. Gamaliel
enim homo erat priuata sua curans. Quomodo igitur Pau-
las post hæc obseruabat religionē Christi? Quia videbat ver
bum crescere, ac æmulabat deinceps pro lege, isti autē regnā
di cupiditate æstuabāt. Quomodo aūt in lege exactè institu
tus erat Paulus, & ignorabat Christū p̄ scripturas? Propterea
& seipsum condemnat, q̄ ignorantia elanguerit, quæ & in- B
credulitatem peperit: propterea & misericordiā se cōsecutū
aīt. *Superabundauit autem gratia dei cum fide ac dilectione quæ est in Christo Iesu.* Quū & multa & magna dixisset de clementia
dei, q̄ dignū extremo supplicio miseratus sit, nūc ait, Nō so-
lū hoc, verūetiā filiorū adoptione dignatus est, & fratrē & a-
micū & cohæredē fecit, adeò exuberauit gratia clemētiæ ip
sius. Ne verò dicat aliquis, Quia vbiq; gratia est, sublata est
igīt nostra volūtas ac dilectio: subdit, cū fide ac dilectiōe.
Fidē eīm, inquit, attuli ego, credēs q̄ possīt me seruare: & cha
ritatem, quam & ipsam in Christo Iesu possedi. dilectionis
enim erga deū Christus mihi largitor est, non lex. Indicat
aūt cū fide charitatē simul adducendā: ex charitate enim mā Iohan. 14
datorū legis est peractio, æquè ac dns. dixit, Si diligitis me,
māndata seruate mea. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus,* C
quoniā Christus uenit in mundum peccatores saluos facere. Quia di
xerat, mei, quū persecutor essem, misertus est, Ne mireris, in-
quit, neq; fis incredulus magnitudini doni & gratiæ: nā in
hoc ipsum venit in mundū, vt & omnes peccatores saluos fa
ciat. Fidelis igīt sermo, dignúsq; q̄ suscipiaī. Nō eīm quū ad-
eò magna sint q̄ data sunt, dignum est incredulos pmanere
non, verū qa immēsa est donantis bonitas, hinc dignū est vt
credamus, atq; verbū & beneficiū tantū suscipiamus. Hoc
aūt ad Iudæos q̄ legi aduertebāt animū, deflectitur, vt ostē- Philip. 3.
dat eis q̄ sine fide nō liceat ipsis eternū seruari. *Quorū ego prī*
mus sum. Quo quū aliàs dixisset, Secūdū iustitiā legis factus in
culpatus, nūc primūpeccatorū seipsū cōstituit? Quoniā ad iu-

D ſtitiam quæ eſt in Chriſto,iuſtitia legis collata,peccatũ eſt, vt cui nunc neque tempus neque locus porrò relinquatur. Quãdiu enim tépus ſuũ habebat,tãdiu iuſtitia erat,perinde ac luna & lucerna nocte quidem lucent. Quando verò Chriſtus illuxit, tunc & lunam & legis iuſtitiam occultauit: ac peccatum poſthac committit, planéque eſt ſtolidus, qui lucerna vtitur fulgente ſole. Alio autem in loco hoc etiam dicit. Nondum enim glorificatum eſt,quod glorificatum eſt. *Ac propterea miſertus eſt mei deus, ut in me primo indicaret Ieſus Chriſtus omnem longanimitatem, ad exemplar eorum qui crediturí eſſent in ipſum in uitam æternam.* Propterea, inquit, miſericordiam mihi impertiit Chriſtus,vt nemo deinceps peccatorũ deſperet,ſed bonam ſpem concipiat ſibi condonari noxam,

2. Cor. 3.

E quum & primo peccatori adeóque præcipuo Paulo ſit peccatum condonatum,atque ipſe æternum conſeruatus. Oſtédit autem ſeipſum non fuiſſe dignum condonatione, cæterùm propter aliorum ſalutem ſe clementia dei perfuſum eſſe, eáque vſum. Non dixit autem,vt in me oſtendat longanimitatem,ſed omnem,perinde quaſi dicat, Quum in immenſum peccaſſem, omni miſericordia indigebam, vniuerſáque eius clementia,non parte eius aliqua,vt ij qui ex parte flagitia cõmiſerunt,ad exemplar, inquit, hoc eſt, ad figuram, ad formam,ad oſtenſionem,ad conſolationem & adhortationem omnium volentium credere. *Regi autem ſeculorum, incorruptibili,inuiſibili,ſoli ſapienti deo honor & gloria in ſecula ſeculorum.*

F *Amen.* Quia de filio magna admodum loquutus erat: nimirum quod deſperatos etiam & condemnatos ſeruaret, ne quidem patrem hîc priuari ſua functione,ad illum etiam gloriam refert. Hæc autem omnia & ipſi filio ſunt cõmunia,nã & ipſe rex eſt ſeculorum. Si enim ſeculorum conditor, quomodo non rex,& incorruptibilis,& inuiſibilis diuinitate,ſo lúsque ſapiens? ipſe nanque eſt ſapiẽtia patris. Hæc & de ſpiritu dicuntur. Soli enim ſapienti dixit. non ad diſcrimen filij & ſpiritus,haudquaquam. verumenimuero quia & angeli & homines ſapientiam habent, oſtendit eum ſolum propriè ſapientem eſſe,quippe qui ſit fons & autor ſapientiæ. Quæcunque autem aliæ creaturæ ſapientiam habent,per participationẽ habẽt. Gloria autẽ & honor, non per verba tantũ, verumetiam per opera. Per verba enim gloria gratos tantũmodo nos oſtendit,cui verò ſunt adiuncta opera, imitatores

ipſius efficit, quod & mai⁹ eſt. Gloriam autẽ in verbis pro- A
pterea poſtulat, vt ipſum diligamus,eíq; attẽti ſimus ac gera
mus morẽ, vt adeò hinc adiutemur: perinde ac q ſolis iubar
admiratur,ſeipſum adiuuat,vt q lætetur lumine, eiusq; iuba
te ad opera vtatur,quemadmodum qui ignorat luminis glo
riam,ſeipſum afficit damno, ſi non vtitur eo ad operationẽ
ſuam. *Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee.* Quum præceptum dixiſſet,quod herilem iuſſionem reſpicit,ſubintulit,ſi-
li Timothee. Non enim cum autoritate & ſeuero imperio,
ſed vt filio hæc loquor. Dixit autem commendo, vt naturæ
rei accuratam euram indicaret,tum quòd nõ ſint noſtra quę
habemus,ſed dei. Quæ igitur dedit, ea vt cuſtodiamus par
eſt. *Secundum præcedentes ad te prophetias.* Inſtitutionis & ſa-
cerdotij dignitas quum magna eſſet, dei calculo indigebat, B
vt qui dignus eſſet,reciperet. Propterea antiquitus à prophe *Sacerdo-*
tia creabantur ſacerdotes,hoc eſt,ab ſpiritu ſancto. prophe- *tes a pro-*
tia enim eſt,præſentia etiam dicere. Hunc ad modum Timo *phetia cre*
theus ad ſacerdotium & ſacram hanc functionẽ eſt electus. *abantur.*
Poſtquam autem prophetias dicit multas,fortaſſe quando
ſuſceptus eſt in diſcipulum primùm & quando circumciſus
eſt & electus,omnia cum prophetia fiebant. Ait ergo, Præci
pio tibi iuxta prophetias,ad te præcedentes vel procedẽtes.
hoc eſt,ad illas reſpiciẽs,veluti ab eis doctus, vt dicã tibi qd
te deceat. Adhortor autem te vt dignè illis inambules, nec
eas dedecore afficias. *Vt milites in ipſis bonam militiam.* Quid
præcipio tibi? vt milites in ipſis, hoc eſt, vt non tranſgredia-
ris leges ipſarum,ſed quemadmodum te ipſæ elegerunt. Ad
quod autem elegerunt? vt milites bonam militiam. Eſt enim
& mala militia,ſi quis membra ſua exhibeat arma peccato &
impuritati. Militiæ autem meminit, vt indicet omnibus eſſe
bellum Chriſtianis acre,maximè verò doctori. Proinde nos C
ſobrios eſſe decet,neque quicquam laxi oſtendere. *Habens*
fidem & bonam conſcientiam. Ne exiſtimes,inquit,cum prophe
tia ſacerdotio fungi tibi ſatis eſſe, verùm oportet te habere
fidem,vt verbũ rectè doceas,bonamq; cõſcientiam,hoc eſt,
mores irreprehenſibiles poſſidere. Ex his enim eſt bona con
ſcẽtia,ex puris moribus videlicet,ſanctaq; vita, vt aliis prę
ſidere poſſis. Vt enim imperatorem primũ oportet bonũ eſſe
militem,hunc ad modum doctori cõuenit vt habeat quæ ab
diſcipulis exígat. Hinc autem diſcamus, etiamſi doctores &

D præceptores fuerimus, ne dedignemur, neque aſpernemur ſu
periorum nobis cum rogationes tum adhortationes. *Quam*
quidã ubi repulisſent, circa fidẽ ſunt naufragium paſſi. Quam, bonã
conſcientiam videlicet. Nec immeritò: quum enim vita im-
pura fuerit, doctrina etiam inde peruerſa naſcitur. Vt enim
metu futurorũ non torqueantur impurè viuentes, perſuadẽt
ſibi omnia eſſe vana quæ de religione noſtra dicuntur. Qua
re qui fidẽ repulerit, cogitationibusque & rationibus omnia
permiſerit, naufragium facit circa fidem. fides enim portus
eſt, qui non ſubmergit, mentem ad tranquillitatẽ transferẽs.
Quæſtiones autem fluctus ſunt, mentem ceu naufragum mi-
ſerabilem aliàs aliò rapientes, petriſque & ſaxis allidentes,
E vel ſuffocantes etiã. *Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander. Ani*
maduertis qũo iam olim fuerint vani doctores à fide abſti-
nentes, rationes vanásque quæſtiones ſequentes. Ne igitur
etiamnum deficias, ſi eiuſmodi conſpexeris, ſed reſiſte illis.
Quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare. Alios erudiens
Satanas, quomodo ſe ipſe non inſtituit? Non dixit vt eruditi
ſed vt erudiantur. Non ille hoc efficit, ſed hoc ex re geſta ac
cidit. Vt enim plebeij innumeris referti malis, aliis ſunt exẽ-
plo vt moderatè viuant: ſic & diabolus, quos arripuerit af-
fligens, alios præmonet ne in ſimile diſcrimen adducan-
Actu. 13. & 5. tur. Quur autem non per ſeſe hos Paulus puniuit, perinde
ac illum Bariesum, vt Petrus etiam Ananiam? Vt cum vehe-
mentia & atrocitate pœnæ, maior ſit contumelia: atque vt
oſtendat ſe Satanæ imperare, vt ex eo maiorem eis terro-
F rem & metum incutiat. Imò & infideles ipſi puniebant, vt
diſcerent ſe non poſſe deum fallere. nam & Ananias incre-
dulus erat, quum adhuc tentaret. Porrò qui hoc didiciſſent,
atque è fide euerſi eſſent, Satanæ tradebant, indicantes ipſis
non propria poteſtate, ſed ipſo apoſtolorũ carcere claudẽ
tur. Vel qa eos qui emẽdari volebãt, nõ puniebãt ipſi incor-
Tradi Sa- rigibiles verò puniebãt. Quomodo verò tradebat Satanæ?
tanæ. Eiiciebatur ex eccleſia, abiiciebatur à charitate, tradebatur
Exod. 40 que nudus lupo. Vt enim olim tabernaculũ protexit nubes,
ſic & Chriſti eccleſiam ſpiritus paracletus. Si quis igitur ex-
tra hanc & ſpiritum fuerit, citra laborem ab aliis deinceps
capi poteſt. Talis igitur excõmunicationis multa eſt. Deus
etiam ipſe, morbis tradens & afflictionibus peccatores, erudit per hæc. Dũ iudicamur enim à domino, erudimur. Ani-
maduerte

maduerte autem, ꝙ rationibus inquirere diuina, ſit blaſphe A
mare. Iniuria enim fit diuinis rebus, ſi quis eas humanis ra-
tionibus velit comprehendere.

CAPVT II.

O *Bſecro igitur primũ omnium fieri precationes, orationes,*
interceſſiones, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus,
pro regibus, & omnibus qui in poteſtate conſtituti ſunt. B
Primum omnium, id eſt, in quotidiano cultu. Etenim ſacer-
dos veluti communis orbis terrarum pater, cõſiſtit omniũ cu
ram gerens, quem & pro cunctis oportet mortalibus preces
fundere, perinde ac deus proſpicit cunctis, cui ſacrum facit,
ac ſacerdotio fungitur. Obſerua hîc vehementẽ gratiã. nam
Iudæorum preces eiuſmodi non ſunt. Nec dixit ſtatim pro
regibus, vt non videatur adulari. enimuero quũ primũ dixiſ C
ſet pro omnibus hominibus, ſubiũxit. Etiamſi enim infide-
les fuerint reges, pro ipſis tamen orandũ, vt à cæcitate ſua li
berentur. Duo autem bona oriuntur ex eo ꝙ pro cũctis mor-
talibus intercedimus. Inimicitia diſſoluitur, quæ nobis cum
quibuſdã eſt. nemo enim poteſt hoſtili animo eſſe aduerſus
eũ pro quo preces ad deũ fundit. Ad hæc, meliores ipſi red-
duntur, dũ à vitiis, precum noſtrarũ auxilio transferuntur,
vtpote nõ adeò porrò erga nos efferãtur, venenatarúmque bel
luarum inſtar gerant. Quàm enim arduũ eos qui perſequerẽ
tur, atq; cæderẽt & interficerẽt, audire pro ſe interpellari a-
pud deũ, orarique ab iis quos ipſi cũ cæderent, tum opprime
rent? Precatio dein & oratio, & interceſſio, ceu idẽ ſignificã-
tia ab apoſtolo ſunt aſſumpta ob ſpicuitatẽ, quippe qui tot
vocũ congerie ineuitabiliter citra recuſationẽ facere efflagi
tet eum quod poſtulat, & ad quod hortaẽ. Nõnulli inter hęc
diſcrimẽ curioſe fecerũt, aſſeuerãtes δέησιν eſſe ſupplicationẽ
afferentẽ pro liberatione è triſtibus adeóq; duris: προσευχὴν
verò, orationẽ, petitionẽ bonorũ ἔντευξιν autem, id eſt, inter-
ceſſionem, accuſationem impiè agentiũ, & iniuriã inferen-
tium, qui ſint incorrigibiles. Contemplare autem quomodo
& gratias agere iubemur pro beneficiis in alios collatis, ꝙ
ſolem ſuum oriri faciat ſuper bonos & prauos, quòd omnes
bonis ſuis impleat, infideles, & blaſphemos. Ex hoc autem
ad ſit. æternam charitatem conglutinamur, vnimur, & coniun
gimur. Qui enim gratias agit pro proximi bonis nõne cogi-
tur amare etiã ipſum? *Vt tranquillam & quietam uitã trãſigamus.*

D Quia verisimile erat Christianorum animum turbari, si intelligeret mysteriorum tempore orare pro infidelibus regibus: lucrum adeóque præmium apponit, vt vel sic adhortationem accipiamus. Illorum namque salus, inquit, nostra est tranquillitas. bellum enim gerunt, vt nos extra metum simus. Quomodo igitur non iniquum est, illos pro nostra securitate periricula subire, nos verò ne labia quidem aperire vel mouere vt pro ipsis interpellemus ad deũ? *In omni pietate & castitate.* Hoc adiecit, ꝙ plerisq; à bellis tranquillitas, deliciarum & iniuriæ occasio fiat, ex quibus praua etiam dogmata nascũtur. Vt igitur viuamus, inquit, non in deliciis aut iniuria, sed in omni pietate, omni inquam, non ea solum quæ est in dogmatibus, verùm ea etiam quæ est in vitæ ratione. Est enim

Ad Tit. 2 & in vita impietas, vt quum ait, Deum fatentur nouisse, o-

E peribus autem inficiantur: vel in puritate etiam quæ ab omnibus hæresihus sit disiuncta. Similiter & in omni castitate, non solùm quæ est ab libidine, sed quæ in omni vitate cerni debet. Oportet igitur nos pacem habentes ab ex-

Bellorum genera tria. terioribus, in anima pariter esse pacatos, viuentes in omni pietate & castitate: tum enim verè tranquillam & quietam vitam duxerimꝰ. Tria sunt porrò bellorũ genera, alterũ aduersus Barbaros, & quod priuatim aduersum nos geritur, tertiũ quod intra nos ex prauis motibus excitatur. Bellum igitur dat. quibus & nos orationibus succurrere opus est. Reliqua autem duo nos ipsi sedare debemus, hac sanè ratione, vt illud quod ab osoribus nostris nobis infertur, mansuetudine vincamus atque orationibus nostris afflictiones compensemus: isthuc verò quod in nobis consurgit, per omnia iusti-

F tiæ arma exuperemus. *Hoc enim bonum & acceptum est coram seruatore nostro deo.* Hoc, quale? Orare pro omnibus, & infidelibus & hæreticis. Natura etiã bonũ est, omnes enim eiusdem sumus naturæ consortes: deo verò gratum est & acceptabile. *Qui omnes homines uult seruari, & ad agnitionem ueritatis peruenire.* Si omnes homines vult seruari, & tu ipsum deum imitari velis, si vis, ora. At si ipse hoc vult, quid opus habet meis precibus? Imò plurimum hoc ipsis cõmodat. liquidẽ ad charitatẽ trahit, teq; rursus non permittit in belluinã rabiẽ permutari. Inde autẽ verisimile est eos ad fidẽ adduci. Salutem enim quæ ex fide est, intellige: agnitionem autem veritatis, hoc

hoc est fidei in ipsum: sola enim ipsa est veritas. *Vnus enim* A *deus, unus & mediator dei & hominum homo Iesus Christus.* Quũ dixisset deũ omnes velle æternũ beari, confirmat iam hoc, inquiens: Propter hoc, inquit, & filium suum mediatorem misit, vt recõciliet seipsum hominibus. Quomodo igitur nõ seruati sunt omnes? quia nolunt. Porrò quum ait, vnus deus, nõ ad differẽtiã filij, vel vt filio opponeret dixit, verũ idolo rũ respectu dixit. Quòd enim deus sit, vel inde liquet, ꝙ me diator, sit. mediator eñ duorũ quorũdã mediator est, ac vtro rumq; debet esse particeps. Quia igitur filius, dei & hominũ mediator est, amborum est particeps: quippe qui deus sit & homo. Duæ naturæ, & idem tamen, vel duas naturas in se ip se complexus: neq; deus nudus, non enim suscepissent eum inter quos debebat esse mediator: neque homo exiguus aut vilis, apud deum enim causa agenda erat. Non dixit autem B manifestè de diuinitate Christi, postquam idolorũ cultus ũi regnabat. Ne aũt & ipse existimetur multos deos adducere, neq; vnus & vnus voces hîc cõponere conuenit, ac dicere duos deos, verùm vnus & unus eundem Christum respicit. tanta nanque scripturæ est pietas & reuerentia, vt cautè de deo loquatur. Hinc neque spiritus hîc meminit, vt ne videatur multorum esse cultor deorum. *Qui dedit seipsum precium redemptionis pro omnibus.* Etiam Græcis & infidelibus gentibus. En ille pro omnibus mortuus est, tu verò orare non sustines. Obserua autem: Qui dedit seipsum, aduersum Arrianos hoc C pugnat, qui affirmant quòd inuitus sit traditus. Quid verò est ἀντίλυτρον precium redemptionis? Natura erat obnoxia interitui, reaq; mortis & perniciei sempiternæ: pro illa itaq; seipsum dedit. *Testimonium.* Hoc est, per testimonium filius factus est ἀντίλυτρον, precium redemptionis, vel interpretãs hoc, dicit nunc redemptionis precium, testimonium dico, hoc est, supplicium ipsum & afflictionem suam. Venit enim testimonium dicturus veritati adusque mortem: etenim ipse spiritus manifestauit, veramque doctrinam & institutionem & euangelicam vitam ipse introduxit. *Temporibus propriis.* Id est, conuenientibus. *Ad quod positus sum ego præco & apostolus.* Ad quod testimonium positus sum ego præco, vt prædicem illud, hoc est, crucem & mortem Christi. Nec simpliciter prę eo, vt vni loco tantum prædicem, verumetiam apostolus, vt vndique circumeam. Porrò magna est apostoli dignitas, eã

D ob rem apostolatum hîc sibi vendicat. *Non mentior. doctor gentium.* Autoritatem & fidem verbo suo conciliat. Quia enim alij apostoli ad hoc officium torpebant, partim quòd execrarentur gentes, partim verò quòd eas non susciperent: Ego inquit, verè segregatus sum doctor gentium. Si igitur filius dei pro gẽtibus mortuus est, egóque ipsarum sum præceptor ac doctor, tu ne deses esto, ne pigriteris pro eis orare, precésque ad deum fundere. *In fide & ueritate.* Animaduerte rursus quid dicat. In fide, inquit, non syllogismis aut logicis demonstrationibus, verũ in fide. Deinde vt ne existimes impostruram esse hanc rem, subintulit in veritate. Nõ enim est, inquit, quod in fide docetur atque traditur, mendacium, sed

Matth. 6 iu veritate traditur. *Volo igitur orare uiros in omni loco.* Quid igitur Christus in omni loco prohibet orare (dehortatur enim & auocat ne iu plateis isthuc faciant) quin in thalamũ

E secretiorem ingredi iubet atque secedere? Atqui Christus nõ vetuit in omni loco orare, verùm ex liberalitate docens ne isthuc faciãt vt vidãntur ab homininibus, laudẽ aut vanã venantes gloriolam, cubiculi meminit: perinde atque quum dicit, Nesciat sinistra tua quid faciat dextra, non de manibus hoc dicit, sed supra modum etiam commendat vt citra vanã

Ibidem. gloriam impertiamus egenis. Propterea & diuus Paulus in omni loco vult orare viros. tanq̃ Christus hoc nõ prohibuerit. Hoc autem dixit vt opponeret se Iudaicæ orationi. illa enim in vno loco circunscripta erat, tẽplo videlicet quod est Hierosolymis. Nobiscum autem non sic agitur: gratia enim

F incircũscripta est, ac quẽadmodum pro cunctis Christianis orat, sic & in omni loco. *Attollentes manus sanctas.* Non locum orationis, sed modum exactum esse probéque teneri connexit. Sanctas verò manus expetit, id est, puras ab auaritia, à

Manus sanctæ. circumuẽctione, à rapina, à cædibus, à verberibus, eleemosynas graues ac plenas.

Sine ira ac disceptatione. Hoc est, absque recordatione & iniuria, atque indignatione erga fratrem. Disceptationem autem controuersiam & hæsitationem vocat, hoc est, vt ne dubitanter & cum dubitatione accedas, sed credens, & non diiudicans, hoc est, ambigens quòd vel accipias vel non accipias quod petis. Quomodo igitur isthuc erit? Si nihil pecatas contrarium, si nihil indignum tanto rege, si omnia spiritualia, si cum sanctis ac puris manibus, & sine ira.

Similiter

Similiter & mulieres. Volo, inquit, etiam ipsas sine ira & di- A sceptatione sanctas manus attollere, non rapaces, nõ auaras. Quum enim maritum cogit vxor gemmas ei præbere & aurum, is verò circunuenit, ipsa certè omnino raptricem agit.

In habitu honesto, cũ pudore & temperantia ornare seipsas. Maius & eximium quiddam á mulieribus postulat, nẽpe vt vestiantor ornatè, & nõ superfluè. lux' eñ haud ornat. κατασκλλυθ, hoc habitum lõgiorem dicit, hoc est, vt vndique circum circa̅que vestiantur & contegantur, & ne impudenter reuelentur. Infert enim, cum pudore ac temperantia. *Non implicaturis aut auro, aut margaritis, aut uestimẽto pretioso.* Venit enim vt oret, nõ vt chorum ducat. Quomodo igitur plicaturas adhibes capiti? cæsariem nimirum plicans, & calamistro adornans, & margaritas alias quidẽ suspendens, alias corpori tuo B circumponens, alias verò calciamentis etiam adiiciens & accommodans, quæ est extrema iniuria, idq; ex lachrymis paperum, viduarum, & orphanorum. Priuas viduam lacera vestre, vt tu pedibus calces margaritas. nõne igitur magna Dei tollerantia? Venisti petitura remissionem peccatorum, ac tanquàm scenam sis ingressura comica muliercula, te exornas? Bella hæc compunctio. teque omnino exaudiet Deus, quæ pauperum lachrymis es amicta? Si quæ diuitiarum tantum sunt indicia, prohibet Paulus, multo magis quæ curiositatis sunt & luxus, vt infectiones genarum subscriptiones & picturas oculorum, vocem infractam, oculum vdum, idque genus alia. *Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per operebona.* Sed ornare se per opera bona, deinde per medium C interserit, Hoc enim decet Christianas matronas, quæ verè Deum colunt. Vel aliter etiam: quia licet & fieri potest vt aliquis verbis promittat pietatem atque timorem Dei, adiecit per opera bona. *Mulier in silẽtio discat, in omni subiectione.* Non solum ad habitum vsque & vestitum ornata sit mulier, verumetiam vsque ad vocem. Neque loquantur enim, inquit, de spiritualibus, cæterùm discant tantummodo: hoc autẽ est ipsi commodius, vt sit quieta & taceat. *Mulieri autem docere non permitto, neque autoritatem habere in uirum, sed esse in quiete.* Omnem loquẽdi occasionẽ ademit fœmine. Postquàm enim tacere præcepit, ne cõmodo prætextu docendi loquantur, ne doceant, inquit: hoc enim est ipsas ius habere & autoritatẽ in

Gen. 3. silentium. Nam mulieri, obedire atque subdi mandatum est.

D Ad virum tuum enim, inquit, auersio tua. Proinde decet eam esse tranquillam ac tacitam. per silentium enim maximè subiectionem monstrabit. Noueris autem quòd non simpliciter mulieres docere vetet Paulus, sed in ecclesia. Priuatim enim
Actu. 18. domique suæ non sunt prohibetæ, quandoquidé Prisca Apol
1. Cor. 7. liné instituerit. Sic fidelis mulier infidelem virum inistimit. *Adam enim primus homo formatus est, deinde Eua.* Quia, inquit, primatu donatum virorũ genus in creatione, ac secũdo loco formata est Eua, debent ergo in posterum etiam reliquæ fœminæ secũdas obtinere, obedireque viris. Quod enim tũ cum Adamo aut Eua contigit, vniuerso sanè generi cùm virorum tum mulierum contigit. *Et Adã non est deceptus, mulier autem*
E *decepta in transgressione fuit.* Quomodo Adam non est decep tus? Quia neque scriptura hoc testatur, sed mulier inquit, ser
Gene. 3. pens ipse decepit me. Adam autem nõ dicit, mulier impositit
Adã nõest mihi, sed dedit mihi. Non est autẽ idem & æquale persuaderi
deceptus, ab eiusdé generis socio & adiutore, & à bellua serua & subie-
sed Eua. cta. illud itaque deceptionis fuit. Ad comparationem igitur fœminæ, dicit ipsum non esse deceptum. imò nec Adam qui dem lignum nouit quòd bonum esset ad cibũ, sed mulier con spicata seducta est, deinde marito etiã sic suo dedit. Illa itaq; à cupiditate seducta est, is verò à muliere psuasus est. Semel igitur, inquit, mulier docuit, & omnia subuertit: eam ob rem non doceat genus illud muliebre. Leue nanque est, quodque facilè recipiat ac transferatur aliò. Expéde porrò, non dixit
F Eua decepta, sed mulier, de ipsa videlicet muliebri natura di sputans. perinde nanque vt in Adam omnis natura moriebatur, sic per Euam in omnes leuitas peruasit, per quã leuitatẽ sanè ipsa transgressio locũ habuit primum. *Seruabitur autem per filiorũ generationem.* Quis, vel quæ? Euánes? Non, sed mu lier, id est, muliebris natura. Ne cõtristemini, inquit, ó mulieres, dedit vobis Deꝰ occasioné salutis, filiorũ generationem, hoc est, vt geniti rectè educẽtur. Non enim satis est gignere, verùm institutionem etiam accedere necessum est. hæc enim reuera liberorũ est generatio. Quòd si liberorũ hæc generatio non sit & educatio, corruptio certè erit eorunde, non generatio. Quid igitur cũ virginibus, quid viduis agetur? perierunt? haudquaquàm. nõ enim hoc dicit ꝙ ex propria virtute seruentur, sed quòd liberorũ educatio sit ipsis occasio futura salutis. Est enim planum, honestam virtutibusq; cõptam fœminam

minam liberos suos pariter ad virtutẽ instituere: nã virtutem A
quæ illi est insita, simul trãsfundit in sua pignora. Nõ ne igi
tur & virgo virtutibus redimita, citra cõtrouersiã seruabitur
æternum? Mihi quidem ita videtur. Quum enim vetuisset ne
mulier doceret, veluti cõsolans eam, tradit ei quos doceat. Si
enim docere expetis, institue liberos tuos. Nõnulli, haud scio
qua ratione persuasi, per liberorum generationem intellexe-
runt progenerationẽ Deiparæ virginis matris. ipsa enim ge-
nito seruatore, saluas reddidit mulieres. Verũ prorsus nihil
cohæret hæc sententia, neque conuenit cum sequentibus. *Si*
permanserint in fide. Id est, si conseruarint veram fidem atq;
doctrinam. *Et charitate.* Hoc est, recta vita. Non enim sa
tis est fides: caput autem & fons rectæ vitæ est charitas. *Et*
sanctificatione cum modestia. Sanctificationẽ corporis purita- B
tem intelligit. Quia autem nõ omnes sunt virgines, apposuit
cum modestia vel temperantia. σωφροσύνη enim, hoc est conti
nentia vel temperantia, dicitur de iis qui legitimas nuptias
contraxerũt: vel σωφροσύνην mundicié simpliciter dicit. Quid
igitur si mulier prauis & impudicis infecta moribus fuerit,
recténe educabit liberos? Nę haud verisimile est vt faciat, at-
tamen si contingat, accipiet pro his mercedem. Quid verò si
bona & honesta sit, liberos verò suos malè educet? Quòd si
eos negligat, multaque donet, habebit exéplum pœnę & vin
dictæ, liberos Eli. Quòd si omnia fecerit, & nihil quod ad
curam attinet prætermiserit, non potuerit tamen ad rectum 1. Re. 3.
perducere tramitem liberos, non fraudabitur sudorum mer- &. 4.
cede: quandoquidem & filius dei nihil non faciens & dicens C
paucos tamen habuerit qui sibi morem gesserint.

CAPVT III.

F *Fidelis sermo.* Quia ambiguum erat, posséntne li
berorum suorum virtute frui matres, néene, sub-
dit, fidelis sermo, nõ est mendaciũ quod dictum
est, nemo dubitet. *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus ex-*
petit. Quæ Timotheo de episcopatu iniungit & scribit, o-
mnibus in vniuerso terrarũ ambitu iniũgit & disserit. Si quis
expetit, inquit, præsulatum aut præfecturam, non prohibeo:
opus enim & laborem desiderat. ne igitur dominatum & au-
toritatem solã expetat, quãdoquidé & Moses laboré deside- Exod. 3.
rarit, non potestatem. præfuit enim iniuriã passo, feriés eum

qui

D qui iniuriam intulerat. Episcopatus enim dicitur κατὰ ἐξ
ἰσχοντῶν κάντας id est, ex eo quòd omnes visitet, omnesque
considereat & obseruet. *Oportet igitur episcopum irreprehen-
sibilem esse.* Hoc est, omni virtute conspicuum, neque ab a-
liis neque ab seipso reprehendi. Itaque si quis sibi sit ipse pec
catorum conscius, ne desideret episcopatū, à quo seipsum per
praua opera eiecit. Præsidē enim ac pricipem, veluti stellam
& illuminatorem decet esse, vt ad ipsum omnes defigētes o-
culos, illustrentur atque ducantur in rectā viam. *Vnius uxo-
ris maritum.* Si qui duxit vxorem, solicitus est, & anxiè curat
res huius mundi, episcopū verò non conueniat in huius mun
di negociis solicitum esse, quî dicit, Vnius vxoris maritum?
Nonnulli hîc dicunt quòd obscurè & clanculum cœlibē hîc
E indicarit vel petierit. Quòd si fieri hoc non possit, habeat
coniugē vnam, veruntamen sit tanquàm non habeat, hoc est,
non redigatur in seruitutem cupiditatum ipsius. Porrò nō vt
legem sanciat, hoc dicit, quòd omnino oporteat episcopum
vxoratum esse. qui enim istuc statueret, quum aliàs dicat, Vo
1.Cor.7. lo vos omnes esse sicut meipsum? verum quia tempus ita tum
postulabat. At si contingat, inquit, sit vnius vxoris vir. Id ve-
rò Iudæorum causa dicebat. illis enim permittebatur polyga
mia, hoc est cum multis connubia iungere. Quidam hîc, re-
rum citra omnem rationem, senserunt Apostolum hęc de ec-
clesia dicere. Ne transeat, inquit, ab ecclesia ad ecclesiā: hoc
enim totum est adulterium. *Sobrium.* Hoc est acutum, pet-
F spicacem, mentis compotem, qui curis & infelicitatibus non
mergatur, sed semper expergefactum, vt omnia videat, o-
mnibusque astet. *Temperantem.* Hoc est, moderatum, de-
missum. *Ornatum.* Id est, honesto habitu conspicuum. *Hos-
pitalem.* Si enim indigenis tantum commodat, affectu labo
rat. Oportet igitur eum erga hospites etiam candidiorem es-
se ac simpliciorem: hoc enim maximè ad fraternam charita-
tem attinet. *Doctrinalem.* Qui docere possit. Præmemorā-
ta sanè subditi etiam exigunt, hoc verò maximè omnium epi
scopo adesse conuenit. *Non uinolentum.* Non temulentum
vel ebrium hîc dicit, sed eum qui vim faciat cæteris, sibi pla-
centem. *Non percussorem.* Non eum qui manibus feriat tan
tummodo, hîc dicit, sed eum qui importunè feriat fratrū con
scientiam. *Sed moderatum non pugnacem, non auarum.* Docet
quomodo non sit vinolentus vel percussor. Si mansuetus, in-
quis,

quit, extiterit, vacabit etiā pugna. Quoniam verò suprà dixit A
ꝓ oporteat eū esse hospitalē, adiecit nunc, auaritia carentem,
simul quidem docēs, quis sit hospitalis, nēpe qui non est aua
rus, simul vt ne occasione hospitum thesaurizet. *Qui suæ do
mui bene præsit.* Hoc & exteri dicunt, quòd sit œconomicus
& politicus celeriter. *Qui liberos habeat in subiectione, cum o-
mni castitate.* Oportet enim eum domestica præbere exēpla.
quis enim credat eum alienum subiecturum, si filiū non sub-
iiciat? Quomodo alios castos & honestos faciet, qui propria
viscera finit impudicè & inhonestè vitam ducere? Cū omni
castitate dicit, quæ sit & in verbo, & habitu, & opere, cum ad
omnes, tum in omni tēpore. *Si quis propriæ domui præesse ne-
sciat, quomodo ecclesiæ dei curam geret?* Nihil eīn aliud est do-
mus: atque parua ecclesia. Si igitur modicæ & facilè circun- B
scriptibili & cognoscibili nō possit præesse, quomodo tot ani
marū mentes incognitas, quas cognoscere non possit, guber-
nabit? Haud ab re porrò fuerit hîc quærere, cui⁹ rei causa, qui
à vulgo & oībus sacris nō initiatis postulet. Occidite mēbra *Colos.3.*
vestra quę sup terrā sunt. & iterū, Qui verò sūt Christi, carnē *Galat.5.*
suā crucifixerūt: nunc verò ab episcopo regrit exigua quędā,
ac rēn nō tāto fastigio indigna, Ne sit vinolēt⁹, neq; pcussor,
& q̄ sequūtur? Atq; Christ⁹ etiā iubet vt crucē suā tollam⁹, &, *Lucæ.9.*
Pastor, inqt, bon⁹ aīam suā ponit ꝓ ouib⁹ suis. Debebat igit
Paul⁹ ab episcopo poti⁹ angelicā, quā inchoaret & viueret vi *Iohan.10*
tā, exigere, q̄ affectib⁹ careret, quantū ad dignitatis sūmitatē *Malac.2.*
attinet. Audi igīt ꝓ parū exactè huiusmodi vitæ liceat inue-
nire. Episcopis aūt multis in quauis vrbe habebant opus, qui
pregederēt, ꝓpterea moderatā ab eis virtutē postulauit, quæ C
in multis inueniri potuit. At nūc prò dolor, quòd excidim⁹ e-
piscopi, vt adeò ne vmbrā quidem adeò moderatę virtutis in
nobis deprehēdi liceat? O parce nobis Christe dñe. *Nō noui-
tē.* Nō hîc iuniores natu dicit, quādoquidē & Timothe⁹ iu
uenis erat, quēadmodū discemus dicēte Paulo, Nemo adole- *Infrā.4.*
scētiā tuā conténat: verū eum qui nuper in fide sit institutus. *1.Cor.3.*
Ego enim, inquit, plantaui. Quia enim ex Græcis quidam
accedebant, & baptizabantur, non statim, inquit, recens ba-
ptizatus ad tantum principatum ducatur. *Vt ne inflatus in iu
dicē incidat, & rete diaboli.* Si priusquàm discipul⁹ fuerit, ex-
istimet eū esse doctorē contingat, inflabitur, inquit, & in iudi
cium & condēnationē Satanę incidet, quę à demētia sustinuit.

Oportet

D *Oportet autem ipsum bonum etiam testimonium habere ab iis qui foris sunt.* Hoc est, à Græcis & infidelibus, vt & illi non habeant quo possint eum carpere aut reprehendere, sed potius eum reuereri & venerari. Quid verò si videatur bonus & nō sit? Difficile sanè hoc est, neque facilè fieri potest vt nequitia contegatur, quandoquidem & prorsum honestos & virtute conspicuos, hostes reprehendant: veruntamen neque hoc solum reliquit, sed cum alia virtute dixit, Oportet ipsum testimonium habere bonum. Quid igitur si calumnientur, falsóque illum accusent? At verò hoc fieri non solet. nam qui in-
E culpatæ vitæ est, illum & ipsi venerantur. Vituperant quidé dogma, sed non ipsius vitam, quemadmodum apostolos non dicebant fornicatores, neque reprehendebant tanquàm libidinibus deditos, sed impostores, quod solius erat prædicationis & verbi. Si verò demus hoc fieri per calumniam & sycophātiam, vt episcopus criminibus quibusdam notetur falsō, ne constituatur episcopus: non decet enim nonnullorum animos propter lumen & illustratorem suum perturbari. Luceat
Matth. 5. enim, inquit, opera vestra, vt videāt homines. Quòd si ab hostibus testimonium requirendum sit, multo magis ab amicis.
Vt ne in opprobrium incidat. Græcorum enim conuitiis & op-
F probriis exponendus erat, quod & prædicationis adeóque verbi impedimentum est. *Ac rete diaboli.* Siue quòd celeriter eum tollent eiusmodi, vel quòd in eadem peccata incidet, in quę illi. Porrò in offendiculum multis quempiam vel quicquam præstitui, rete est diabolicum. *Diaconos similiter.* Quur hîc presbyteros prætermisit? Quia quæ de episcopis dixit, ea presbyteris etiam conueniunt. nam & ipsis institutio & præfectura ecclesiæ commissa est, sola electione cedentes. Diaconis igitur eadem inesse debere ait, nimirum quòd sint hospitales, mites, non pugnaces, idque genus alia. *Castos.* Præter commemorata iam eniteat etiam in eis castitas vitęque puritas & honestas. *Non diuerbios.* Hoc est asperos, exulceratos, dolosos, alia corde sentientes, alia ore proloquentes, aliaque his, alia verò illis. *Non uino multo attendentes, non turpis lucri cupidos.* Non dixit, non temulentos, non ebrios, hoc
Vino' multo nō uten dum. enim omnino est indignum, verum non multum potantes.
Leuit. 10. Etiamsi enim non sint temulenti, potatio tamen, ac multum temeti sumere, animæ mentisque vim luxat. Apud veteres enim templum ingredientes omnino non vtebantur vino.

Turpilu-

Turpilucris autem est, qui nihil quæstus, vndecunque etiam A proueniat, reiicit. Hic autem pro non auaro accipe, non turpi lucro inhiantem. *Habentes mysterium fidei in pura conscientia.* Hoc est, qui præterquàm quòd synceram doctrinam retineant, vitam etiam irreprehensibilem habeant. Pura enim conscientia est in vita quæ non damnatur. *Ac illi probentur primum, deinde ministrent, irreprehensibiles quum sint.* Quemadmodum episcopum postulaui qui non esset neophytus, sic & hos nolo non probatos sanè produci atque prouehi, cæterum tempore exploratos, ita vt irreprehensibiles & inculpati sint visi, æquè atque recens empto mancipio non statim quisquàm præsidatum committet, priusquàm tempore proba tus videatur. *Mulieres similiter castas.* Non de quibuslibet B mulieribus hæc dicit, cæterum de diaconissis. Admodum enim & necessarium & vtile est hoc mandatum ecclesiæ, nisi enim de his loqueretur, quid erat necessarium, quum de diaconis verba faceret, ad mulieres sermonem traducere? *Non calumniatrices.* Hoc est, non obtrectatrices, quod anus solent ædes circumeuntes transeuntésque, atque de hac ad illam murmurantes. *Sobrias.* Hoc est, vigilantes & expergefactas. Postquàm enim leue hoc, & facilè decipi possit genus hoc, operæprecium est eas esse expergefactas, & vigiles esse & prudentes. *Fideles in omnibus.* Hoc est, constantes cum verbo tum operibus. *Diaconi sint unius uxoris mariti.* Obser- C uas qui eandem à diaconis virtutem exigat, quam ab episcopis? Etenim peræquè casti & irreprehensibiles debent esse. *Qui liberis bene præsint, & propriis ædibus.* Vbique liberorum curam ponit, vt ne ex horum negligentia cæteri scandalum patiātur. *Qui enim bene ministrant, gradum sibiipsis bonū acquirunt, multāque fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu.* Gradum, id est progressum. Qui enim in inferioribus ostendunt sese diligentes ac vigiles, celeriter ad superiora venient, vt multam fiduciam & libertatem in fide habeant, hoc est, vt celebriores efficiantur, non in mundanis dignitatibus, non in pecuniis, sed in fide, quod est, in omnibus quæ sunt secundū fidem & verbis & operibus. Huiusmodi sunt in ecclesia fulcientes è diaconis in presbyterio & episcopali gradu. *Hæc tibi scribo sperans me uenturum ad te celerius: si autem tardauero, ut scias quomodo oporteat in domo dei uersari.* Vt ne de his præsipiendo in tristitiam coniiciat discipulum, ceu Paulus non

sit

D sit porrò eum visurus, Non propterea, inquit, hæc scribo, tam quàm porrò non sim venturus, veniam enim: at verò si contingat me moram nectere, vt habeas formulam & exemplar quomodo te oporteat viuere. Bene aũt dixit, sperans. Quum eñ spiritu ductus ignoraret quò sibi abeundũ, nõ immeritò dubitat de ad Timotheum accessu. *Quæ est ecclesia dei viuentis.* Id est, terribilis & vltoris, nõ mortui & infirmi, quales sunt Græcorũ dii vani. *Columna & fundamentũ ueritatis.* Hic ad Iudaicum alludit tẽplum, ecclesiãq; ei confert. Siquidẽ il-
3.Reg. 7. lud habebat figuras & vmbras, veluti tintinabula seu nolas,
E & mala punica, & pontificem cũ victimis & sacris. Ecclesia aũt, veritatis est cõstitutio: omnia nãq; quæ in ea peragũtur, vera sunt, & nihil in ea est opacum & vmbrosum, qualia sunt quæ lege sanciuntur. Pro nolis enim verbum & prædicatio est splendida: pro malis punicis vita est coronata, intus fructum habens. Porrò pontifex & princeps sacerdos nobis filius dei: ingens aũt sacrum, diuinum ipsius corpus. *Ac reuera ingens est pietatis mysterium.* Mysterium est ipsa diuina prouidentia, qua nobis Christum deus pater donauit. Magnũ sanè hoc arcanum est, ad pietatem pertinẽs, ac reuera magnũ: non enim quisquam de hoc dubitat. Quomodo autem mysterium, quod omnes nouerunt? maximè sanè, non omnes nouerunt. Etsi autem omnes nouisse videantur, id hodie euenit,
F antehac verò non omnibus palam fuit. Præsertim autem quum deus incarnatus est, omnes nouerunt: quomodo verò, occultatum est, eamque ob rem mysterium est, & sacramẽtum charitatis dei erga nos, siquidem mysterium suum omnino no-
Leuit. 18 bis patefecit. *Deus manifestatus est in carne.* Quia de sacerdotibus præcipiens, nihil tale dixit quale est in Leutico, Nemo, inquit, demiretur si non huiusmodi tenuia requiram: magnum est quod nostrum est, cui nihil quod in Leuitico traditur, simile est. Deus manifestatus est. quomodo? in carne, secũdũ nãq; diuinitatẽ est inuisibilis. *Iustificatus est in spiritu.* Vel hoc dicit, q̃ quia omnia faciens ad salutẽ mortaliũ, du-
1.Pet. 2. ris quibusdã nõ persuasit, ipse tamẽ iustificat' est, quia quod suum erat fecerit. vel quoniã peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. At alii quidẽ iuxta legẽ iusti, spiritu seruituti obnoxii erãt. metus eñ & pœnas cõtinebat lex, quippe quæ nõ haberet filiorũ adoptionẽ. Dominus aũt omnẽ iustitiã impleuit in spiritu sancto, cum quo homousius erat, id est eiusdẽ

eiusdem substantiæ, habẽs ipsum naturaliter sibi conuenien A
tem & coniunctum, ac per seipsum nobis communicans atq;
donans ut per illum iustificemur. Qui enim secundum euan
gelium iusti, reuera spirituales multis parasangis præcellunt
eos qui olim in lege iustificabantur. *Visus est angelis.* Næ
mysterium nobiscum viderunt angeli, filium nimirum dei,
antea non cernẽtes. Ecce enim angeli, inquit, accesserunt eũ, Matt. 4.
ministrãtes ei. Ac simpliciter à tẽpore quo natus est, tantis- Lucæ. 2.
per dum in cœlum receptus est. in natiuitate enim angeli eũ Actuũ. 1.
celebrabant, & annunciabant pastoribus ipsius natalẽ, tum
in assumptione angeli ministrabant. *Prædicatus est gentibus, creditus est mundo.* Gentibus condẽnatis & eiectis: nec prædi
catus est tantum, verumetiam creditus est vniuerso mundo, B
quod ingens indiciũ est prædicati potentiæ & veritatis. *Assumptus est in gloria.* Hoc est, in nubibus, angelis etiam mini
strantibus. Nam in cœlum assumptus est, non iuxta Eliam
velut in cœlum, vt ne dicam q̃ & ipsa receptio vel assumptio
& gloria.

CAPVT IIII.

Piritus apertè dicit. Hoc est, palàm, perspicuè, &
S non tectè veluti per vmbram, quemadmodum C
lex obscurè prophetias proponebat. *Quoniam in extremis temporibus deficient nonnulli à fide.* Quia
supra dixerat q̃ nõnulli naufragium essent pas
circa fidem, Ne mireris, inquit, quosdam etiamnum Iudai-
zare: nam tempus aduenier quo peiora designabunt q̃ Chri-
stiani videri volunt. Hæc aũt de Iudæis nõ dicit, siquidem il
lis prioribus temporibus floruerunt, sed tum etiam de Marcio
nistis, Encratistis, Manichæis, & vniuersa illorum officina.
Adhærentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis dæmoniorum. Ab *Hæreses*
hoc enim instituti, cum cibos, tum nuptias calumniabantur. *à dæmone*
Notat autem & omnes alias obscurè hæreses. omnes enim *oriuntur.*
hæ ex deceptione ac doctrina dæmonum oriuntur. Apertè autẽ
eorum non meminit, vt ne iam vel inde animis eas inserat: ve
rum quæ iam cœperat. demõstrauit, ciborum nimirum & nu
ptiarum hæresim. *In hypocrisi mendacium loquẽtium.* Hoc est,
qui quæ mentiuntur, nõ per ignorantiam mentiuntur, verùm
scientes vana esse, simulant se tanquam vera docere.

Cauterio

D *Cauterio inuſtam habentium propriam conſcientiam, prohibentium nu*
bere. Hoc eſt, prauæ vitæ. Quia verò conſcii ſibi ſunt mul-
tæ impuritatis, propterea conſcientia eorum indelebiles ha-
bet inuſtas notas ſordidæ vitæ, ac nuptias reprehendit calli-
niaturque. Nam ſi pura eſſet ipſorum vita, conſcientia ſimul
munda fuiſſet, nec criminata eſſet, quibus deus benedixit,
quemadmodum ſtomacho laborãs cibos reprehẽdit ac reii-
cit, quum in ſeipſo prauis ſit humoribus infectus. Quid igi-
tur? aunquid & nos matrimonium prohibemus? haudquaquã
cæterùm eas quæ nubere nolunt, ad virginitatem adhorta-
mur: honoratior enim eſt ipſa. Atqui nuptiæ & matrimoniũ
propterea non ſunt in gloria incelebriave, quemadmodum
neque quia aurum precioſius eſt, argentum gloria precioque
E vacat. Quod verò precioſius eſt, precioſo precioſius eſt: &
quod melius eſt, bono melius eſt non malo. Qui ergo poteſt,
virginitatis aurum retineat: ſi verò non poſſit iſthuc, matri-
monii argentum recipiat. *Abſtinere à cibis, quos deus creauit*
ut ſumantur cum gratiarum actione fidelibus. Non debes hic re
petere prohibentium, ſed ſubaudiendum eſt, conſulentium
abſtinere à cibis. Quid verò? nónne & infidelibus deus cibos
creauit? Næ, ſed ipſi ſeipſos arcent. Quid igitur? nónne deli-
cię & voluptates ſunt prohibitæ? Omnino, ſed non ipſa ſum
ptio: nam ſumptio mediocritatem habet, deliciæ verò & lu-
xus immoderationem. Quinetiam ipſę delicię non veluti ita
mundiæ ſunt prohibitæ, verùm quòd animum per immodera
F tum vſum diſſoluant. Et *agnoſcentibus ueritatem.* Iudaica i-
Leuit. 11. gitur figura erant, nunc verò veritas regnat. Vetabantur au-
tem Iudæis multa, non quòd immunda eſſent, verum vt à lu
xu cohiberentur, vtque à multis rebus afflicti, & boues & pe
cudes mactantes, agnoſcerent qualéſnam deos feciſſent Ae-
gyptii. Per veritatem igitur, aut fidem in Chriſtum intelli-
ges, vel ſimpliciter agnoſcentibus veritatem. Qualem autẽ,
Genes. 1. ſtatim infert. *Quoniam omnis creatura dei bona eſt.* Omnia,
inquit, valde bona erant. Dicẽs autem creaturam dei, de om-
nibus cibis qui ſunt edendo, clàm loquutus eſt. Iamque hic
reuellit hæreſin materiam ingenitam adſerentium, ac cibos
illi attribuentium. Et *nihil eſt reiiciendum, quod cum gratiarum*
actione ſuſcipitur. Sanctificatur enim per uerbũ dei & interceſſionẽ.
Proinde ſi ſanctificatur, nónne immundus eſt? Minimè, ve-
rùm per conceſſionem hoc ponit. Nam primum per inſtan-
tiam

tiam dicit nihil eſſe immundum: deinde per conceſſionem, A
Demus, inquit, ꝙ quiddam ſit immũdũ, ſed habes medicinã:
ſigna, gratias age, glorifica deum, ac defecit immũditia. Nã
gratiarũ actio cuncta purgat, qui verò ingratus eſt, ipſe eſt
immundus & pollutus. Proinde quod idolis eſt immolatum,
haud mundare poſſumus, ſi ignoremus idolothytõ eſſe. Enim-
uerò ſi ſcientes ſumpſerimus, immundi ſumus, non quia illud
idolothytum ſit, ſed quia legem tranſgreſſi ſumus præcipien
tem non communicandum menſæ dæmoniorũ. Voluntas ita
ꝙ & mens tua coinquinata eſt, nec cibus natura ſuit pollu-
tus. *Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Ieſu Chriſti.* Hęc,
qualia? Quoniã myſterium magnũ eſt, & ꝙ abſtinere à cibis
& nuptiis, doctrina dæmoniorum eſt, & alia quæcũq; prædi B
xit. Quid autem eſt ὑποτυπούμενος, ſuggerẽs? pro conſulens v- 1. Cor. 10
ſus eſt. Non dixit aũt præcipiens, nequaquã enim hic eſt mã
dans autoritas. *Perſeuerans in ſermonibus fidei & doctrinæ bo-*
næ, quam aſſecutus es. Vt aliis hęc conſuleret, dixit: iam verò
tibi. Tu ipſe etiam ἐντρεφόμενος, id eſt, innutritus, continuò &
ſedulò eadem vertes ac tractabis, ac veluti ruminabis. Inceſ-
ſabilem enim ad hæc attẽtionem indicans, dixit, perſeuerãs,
immorans. Perinde enim vt corporis alimentum ſemper ſu-
mimus, ſic fidei rationibus & ſermonibus ſemper nos opor-
tet innutriri immorariq́ue. *Prophanas autem & aniles fabulas*
fuge. Hoc eſt tuos commonefac eorum quæ dixi. Ad peruer
ſos autem ne deſcenderis in arenam, non enim eſt quod com
modes, niſi ſiquando ſcandalum ſubnaſcatur, noſtris propter C
imbecillitatem fugientibus pugnam aduerſus eos. Fabulas *Iudaicæ*
autem, Iudaicas obſeruationes dicit, tanquã eas quę præterie *obſeruatio*
runt: vel quia porrò nõ ſit illis relictus locus. Cogita nãq; in *nes, fabu-*
animo virum triginta annos natum lac ſugere, ſeu lactere vo *læ aniles.*
lentẽ, nõne perridicul⁹ erit, ꝙ importunè & intẽpeſtiuè hoc
faciat? Aniles igitur, ꝙ antiquatæ ſint, prophanæ aũt & im-
mundæ, ꝙ fidẽ impediant. In trepidationẽ eñ & metũ conii
cere animam, quæ his omnibus ceremoniis excellentior ſit
facta, immundorum eſt præceptorũ. *Exerce teipſum ad pieta*
tem. Hoc eſt, ad fidẽ puram, vitãq; rectam: id eñ eſt pietas. *Pietas.*
Opus eſt igitur exercitio & cõtinuis laboribus: qui eñ exer-
cetur, etiamſi certamen nõ ſit præſto, certat ad ſudores vſq;.
Corporale nãque exercitium parum eſt utile. Quidã ieiuniũ adſe
rebant corporale exercitiũ eſſe, ſed nõ eſt, nã illud ſpirituale

D Verùm corporis exercitium intelligit, quod multos labores habens, parum commodat id corpori, & tempore admodum exiguo. *Pietas ad omnia utilis est, promissiones habens uitæ quæ nunc est, & futuræ.* Hîc etiam, inquit, pietas hominem possidet. Qui enim nihil sibi mali cõscius est, in hoc æuo delectatur, promissiones futurorum bonorum firmas habens. Illic autẽ veram vitam viuit. A collatione autem pietatis excellentiam commonstrat. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.* Hoc est, verus & dignus est qui accipiatur, vt omnibus sit minimè dubius. Qualis sermo? quòd & hic & istic pietas commodet.

E In tota autẽ vndiq; epistola hoc agit, nec opus habet confirmatione, planum enim est: ad Timotheum enim ei sermo. *In hoc enim & laboramus, & contumeliam sustinemus, quoniam speramus in deo uiuente.* Quæ sit pietas, in medium promit, quã nimirum apostoli exerceant. Confirmat porrò quomodo futuræ vitæ spes habeat, inquiens: In hoc, id est, propter hoc laboramus, contumeliaq; afficimur, & conuitiis petimur. Quã enim ob causam concidimur & interimimur, nisi futura expectaremus, quæ dabit post mortem nobis viuens deus? Hic

F fuere, perdunt compensationes & mercedem, rege seu imperatore illo defuncto: noster autem rex semper viuit, itaq; & semper dat. *Qui est seruator omnium hominum, maximè fidelium.* Omnes quidẽ vult saluos fieri, & hic & istic, maiorẽ aũt diligentiam hic circa fideles ostendit. nisi enim ipse hos seruaret, quomodo sustinerent ab omnibus debellati? Per hæc aũt incitat Timotheum etiam ad pericula tolerãda. Ne deficias, inquit, quum talem habeas deum: neq; ab aliis auxilium implora in afflictione, sed enim spera in illum. viuit enim, & ser-

Rerũ aliæ uator est. *Præcipe hæc & doce.* Rerum aliæ quidem doctrinæ *præcipiun* & institutione indigent, aliæ verò mandato, veluti de rapi- *tur, aliæ* na nihil docendum, sed præcipiendum est, hoc est, cum ma- *docentur.* iori autoritate prohibenda est ea. De facultatum verò in pau peres distributione, de virginitatis statu, de fide, quo crede dũ sit, hîc doctrina opus est: propterea vtraq; ponit apostol⁹ Præcipe ac doce. Rursum si sciẽtes malum esse, ea tamẽ agimus, opus est præcepto: si verò ignari peccemus, institutione locus est relictus. *Nemo adolescentiam tuam aspernetur.* Quia cõmunis præsumptio & opinio cõtẽptibilẽ rem putat adolescentiã & iuuentam, Præcipe, inquit, maiori autoritate, ac nemo

nemo te contẽnat. oportet enim incontemptibilem esse præ- A ceptorẽ. Vbi igitur mansuetudo manet? Si igitur iniurias qui bus ipse afficitur, vlcisci velit, mansuetus esto. vbi verò aliorum salus agitur, opus est austeritate, ita vt cum fiducia imperet. Vel vitam ostendet honestam, sic fiet vt non veniat in contemptum iuuenta tua, in quã natura contẽptus cadere soler, sed admirationi potius erit. Infert igitur. *Sed forma esto fidelium.* Hoc est, vitæ sis exẽplar, optimáq; morum regula. *In sermone.* Vt loquatur facilè, & mansuetè colloquatur cũ fidelibus, vtq; sermonem promptum & præparatum habeat. *In conuersatione.* In vita & moribus, vel ecclesiastico ordine. *In charitate erga omnes in spiritu.* Vel in spirituali statu, vel charitate, ne eius causa extollatur & superbiat. *In fide.* Recta B & indubitata, quando quis deo credit, etiam in impossibilib⁹ ante conspectum nostrum. *In castitate.* Hoc est, puritate, virginitate, vel temperantia etiam. *Tantisper dum uenero, incũbe lectioni.* Si Paulus iubet incumbere lectioni scripturarũ, quid nos posthac facere decet? Quinetiam ipse Paulus ad finẽ vsq; vitæ suæ legendis sacris incubuit, qui & alios ad idem studiũ cohortabatur. Addit verò ei animum per hoc quod dicit, do nec venero, spem faciens ei venturum præceptorem. Verisimile est enim quum iuuenis esset, multa ipsum ignorasse, ege sque eum præsentia Pauli, vt hæc disceret. Ait itaq;, Interea C vsq; dum venero, lege scripturas, & inde habebis, vt fieri possit, legislationes & præcepta: simulac verò venero ego, tibi exponã reliqua. *Consolationi.* Erga mœstos videlicet ac perturbatos, vel aliàs deficiẽtes animo adeóque afflictos. *Doctrinæ.* Quæ est erga omnes simpliciter, ac de quauis re. *Ne negligas donum quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam.* Doctrinæ donum hic intelligit, quod accepit episcopus fatente per prophetiam, hoc est, imperante spiritu, vt suprà commemoratum est. *Cum impositione manuum presbyterii.* Hoc est, episcoporum. non enim presbyteri eũ episcopum eligebant. Vide autem horrendum, quantum possit impositio sacerdotalium manuũ. *Hæc meditare, in his esto.* Sæpe de eisdem ei præcipit, vt ostẽdat ei q̃ maximè oĩm in his oporteat versari episcopũ. *Vt tuus profectus manifestus sit in oĩbus.* Nõ in vita tã modo, verũetiã in verbo doctrinæ. Animaduerte aũt q̃ p hoc voluerit eũ magnifieri & admiradũ. *Aduerte animum ad teipsum, & doctrinam, & perseuera in ipsis.* Hoc est, attentus

D sis erga teipsum, ac institue alios. *Hoc enim faciens, & teipsum conseruabis, & eos qui te audiunt.* Nam qui in institutionis sermonibus immoratur, prius quidem ipse adiuuatur, & in quo alios adhortatur, seipsum emendat & instituit.

CAPVT V.

Eniorem ne obiurgaueris, sed obsecra ut patrem. Non de eo qui in ecclesia dignitatem habet, S loquitur, sed de quouis grādiore natu. Quid E igitur si indigeat correctione seu emendatione? Hunc, inquit, ad modum cum eo age, tanquam sit pater. *Anus, ut matres.* Quia obiurgatio molesta maximè si ab iuuene proficiscatur, idq; erga grandeuum (cui plex enim tum est immodestia ac temeritas) cura eam per mansuetudinem. *Adolescentulas, ut sorores.* Postquam ætas asperitatis nonnihil habet, nec recipit obiurgationes, mānsuetudo, inquit, media esto. *In omni castitate.* Quia conuersationes cum adolescētulis aut puellis suspiciones pariunt, & episcopū talibus nōnunquam conuersari oporteat, cúmq; eis colloqui, In omni, inquit, castitate conuersare, cúmq; eis col F loquere, non solum mistionis peccatū fugiēs, verumetiā omnem aliam suspicionis occasionem. Timotheo autem hęc iungit, non illius gratia, sed nostri potius causa, vt suspiciones fugiamus. *Viduas honora, quæ uerè sunt uiduæ.* Quur nihil de virginibus præcipit? quia nōdum erant tum illic. Honorari autem viduas præcipit, eò q̄ non habeant maritos qui illis pręsideant, earúmve curam gerant: tū res ipsa cōtumelię obnoxia, viduatus nimirum, videtur esse reiectitia. Hāc ob rem operæ profectò est preciū, vt à multis multo honore afficiantur, maximè quum dignæ sint, vt verè viduæ. Quales igitur huiusmodi sint, in procursu dehinc discēs. Proinde licet & *Honorare quid sit.* maritum habere, & viduam non esse. Honora autem, est pro miserere earum, & necessaria suppedita. *Sin vidua quæpiam filios habeat, aut nepotes, discant primùm domum propriam probè colere.* Hoc est discant liberi venerari matrem suam, ac benefacere ei, & alere eam. hoc enim appellat ἀνταπόδοσιν, hoc est matrem senio confectam curare, vel auiam: quandoquidem diuina sit dignitas parentum, quemadmodum è diuerso impietas est senium non curare. *Ac compensationes dare maioribus, hoc*

hoc enim est acceptum coram deo. προγόνοις .i. progenitoribus, A matri vel auiæ. Obserua hic Pauli prudentiam, quomodo primum, quod bonam conscientiam faciat, in medium proferat, nempe progenitores venerari & colere, eisque vicem rependere, q̄ nos educarint atque enutrierint, & curam nostri gesserint, adiiciens rationem, quoniam & hoc deo gratum est. *Quæ autem uerè uidua est ac sola relicta, sperat in domino.* Quū dixisset suprà, honora viduas, quæ verè sunt viduæ, habentes liberos per quos curari debeant: iam quænam sit verè vidua, subdit, Quæ nullum, inquiens, hābeat curatorem, non sobolem, non nepotem, verùm in solum deum sperat: quæ sanè honore est afficienda, & misericordia dignanda in omni suppeditatione necessariarum rerum.

Ac perseuerat in precationibus nocte ac die. Idque non im- B meritō: nullum enim alium habens, ad deum confugit. Quū autem verisimile esset eas contristari, vt quæ vndique tutore & præside careant, consolatur eas, vt quæ deum vice humanorum omnium amicorum protectorem habeant. Si enim *Suprà. 2.* quæ liberos alit, mercedem recipit, tua ideo tibi dignitas non est imminuta, nec honor ademptus ex eo quòd liberos non habeas. *Quæ autem lasciuit, uiuens est mortua.* Quia non paucæ viduatus statum eligunt, vt maiore pudicitia & reuerentia agant quæ grata sunt, inquit, Quoniam deliciis dedita atque petulantiæ, etiamsi videatur viuere sensibilem hanc vitam, mortua est secundum spiritum. Sin autem mu- C lieri non permittitur deliciari, vbi tamen & natura & ætas sæpe habet infirmitatem, quid dicamus si viri lasciuiant?

Hæcque præcipe, ut sint irreprehensibiles. Viden' quòd hāc rem ceu legem esse velit? Non enim voluntati permittit non deliciari, sed veluti peccatum hoc prohibet: præcipe nanque hæc significat. *Sin quisquam suorum, maximè domesticorum, non gerit curam, iisque non prospicit.* Deliciis & voluptatibus *Cōsangui neorū cu rā habēda* dedita, propterea viuens mortua est, adeóque periit, quoniam omnem prouidentiam in seipsam impendit. Atqui propriorum est habenda cura, estque suis cuique prospicientium, hoc est, iis qui ad genus tuum & sanguinem pertinent, omnis est adhibenda cura & prouidentia, cùm animi, tum corporis nomine. *Fidem negauit.* Quomodo? nam eorum sunt opera credentis. Si enim credidisset deo, audiuisset *Eccle. 42* eum qui dicit: Domesticos vel propagatos ab semine tuo nō *ad Tit. 2.*

D negliges, non despicies. Deum, inquit, confitentur nouisse, operibus autem negant. *Et est infideli deterior.* Nam ille etsi alienos, sanguine tamen sibi iunctos & liberos suos non despicit, naturæ suasu ductus: hic verò tam dei quàm naturæ legem tollit, & iniurius est. Quis verò hunc crediderit amico esse affectu circa alienos? etiamsi enim miserentur alienorum, ex ambitione & gloriæ vana cupiditate hoc facit. Expende autem tecum, si infideli est deterior qui suis non prouidet, quem in ordinem is collocabitur qui iniuria eos afficit? Nec satis est cuipiam ad salutem propria virtus, si ipse virtute redimitus, ad genus sanguinémque suum perti-
nentes negligat.

Vidua eligatur, quæ sit nata sexaginta annos, non minor, quæ fuerit unius mariti uxor. In superioribus dixit, lasciuientem de-
liciisque inhiantem, quæ suis non prospiciat, indigniorem es-
se quàm vt referatur in catalogum viduarum: nunc nos do-
cet quid eam habere oporteat, ac primùm de ætate illarum exactè disserit. Causam verò in progressu dicet: non enim simpliciter sexagenariam ita seligit, posset enim eiusmodi etiam indigna esse. Deinde ab ea exigit monogamiam, id est quòd vni marito copulata fuerit, ceu signum honestatis, pu-
dicitiæ, honestiorúmque morum. Alia quæ requirat, audi in sequentibus. *In operibus bonis habentem testimonium.* Hoc est propriè dignans eam catalogo. posthac & opera eius ipse ciatim denumerat. *Si liberos educauit.* Liberos educare, non est simpliciter liberos alere, sed perinde alere atque o-
portet, quemadmodum & suprà dixit, si permanserint in sanctificatione & fide. *Si hospitio recepit.* Animaduertis quo-
modo curæ liberorum appositerit etiam hospitalitatem & be-
neficentiam erga exteros & alienos. Quum enim prædixis-
set si liberos educauit, intulit, si hospitalis fuit. Etiamsi enim cæteris indiguerit quispiam, si domum habeat, & hospita recipiatur, magni beneficii sibi loco ducit, quòd sub æthere adeóque dio non cogatur manere.

Si sanctorum pedes lauit Hoc dixit, quia multæ quidem hospitales sunt, & hospitio recipiunt peregrinos ac sanctos, ipsæ autem per seipsas non inseruiunt, sed per ancillas. Volens ergo viduam per se laborare, nec ignauam esse, ipsam per sese ministrare iubet: ignauia enim & mollicies deliciantis potius est & voluptuariæ. Porrò ne omnino

no penuriam prætexat aliqua quo minus sit hospitalis, vt A
quæ non abundet re familiari, neque diues sit: Abluere, in- *Sancti quid*
quit, pedes, non est magni sumptus, neque copiæ. Sancti au- *sint.*
tem sunt omnes, quotquot fidem rectam cum vita habent, etiamsi signa non edant aut miracula. *Si afflictis opem tulit* Pecuniis, præfectura, & intercessione. *Si omne opus bonum fe-*
cerit est. Veluti si ipsa operari non potuit, consors tamen fuit alterius quæ operaretur, atque subseruiit. Corporale enim ministerium afferre adhortatur, quale est lectum sternere, reclinare, ad quæ magis sunt idoneæ fœminæ. *Iuniores au-*
tem viduas fuge. Cuius rei gratia de virginum ætate atque tē pore nihil præcipit, quum tamen maius sit virginitatis certamen? Nec enim iniuria maioris ísthic est alacritatis certamen, vehementiorisque feruoris in virginibus lucta est. Nā dum requiritur in virginibus vt Christo assideant, & adhæ- B
rent adeò, vt nūquam ab eo diuellantur, atque vt in iis quę
domini sunt, solicitæ sint, multam certè curam præbet & exi
git ab eis. Enimuero quum viduæ iuniores à Christo sponso excciderint, in virginibus autem nihil eiusmodi obseruatum sit, occasionem dedere Paulo viduæ istæ quur has leges sanxerit. *Quum enim luxuriatæ fuerint aduersus Christum, nubere*
uolunt. Hoc est, quando lasciuierint & deliciatæ fuerint, ac quando superbæ fuerint aduersus Christum, non excipien
tes neque retinentes Christum sponsum, ad nuptias deinceps exeldunt. non enim viduatus statum, adeóque cœliba-
tum elegeruut cum iusta consideratione. Animaduerte hîc quod & vidua Christum sponsum habeat, perinde ac virgo. C
Habentes condemnationem, quoniam primam fidem reiecerunt. Viduark
Fidem appellat fœdus. Fefellerunt, inquit, pactum quod *etiã spõs*
cum Christo sponso fecerunt, ac propterea habent condem- *Christus.*
nationem.

Simul autem ociosæ discunt circuire domos. Præter
hoc commemoratum iudicium, aliud peccatum commit-
tunt, discere ociari ex eo quòd ædes circumeant. Omnis *Ocium.*
enim mali & vitij autor & initium est ocium, quare nedum viris sed ne mulieribus quidem ocium conuenit. *Non solum*
autem ociosæ, uerbetiam nugaces & curiosæ, loquentes quæ non
conueniunt. Non immeritò quidem. Circūeuntes & palan-
tes nihil aliud agunt, quàm quòd quæ de hac audiant, ad illam perferāt, & è diuerso quę de hac, ad illā, ac necessario tā

D dem ad curiositatem labuntur omnia perscrutandi, & ad nugas ac deliramenta, quũ quæ de omnibus nouerũt, omnibus etiam dicunt. *Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, matresfamiliàs esse.* In primis ac peculiariter dicit, optarim equidem eas non reiicere fœdera: quia verò matrimonium illæ cupiunt, volo & ego vt nubant, indulgens & acquiescens earum votis. Satius enim eas matresfamiliàs esse, hoc est, propria curare, suaéque domus curam gerere, & operari, quàm alienas ædes curiosè pererrantes nugari & ociari. Quum autem dixit, liberos gignere, ostendit quòd propter liberorum procreationem contrahendum sit matrimonium, vt plures animas ad deum adducant. *Nullam occasionem dare aduersario conuiciandi & calumniandi: iam enim quædam auersæ sunt post* E *Satanam.* Quja dixerat eas matres esse familiæ debere, vt ne videatur libertatem eis dare ad delicias, intulit, nullam occasionem dare. Sic enim, inquit, domus curam habe, ne animam tuam lædas. Perspicuè autem hîc scopum suum indicat quur eis acquieuerit condescenderítque, ne dent, inquit, occasioné Satanæ illudendi se, vt quæ sponsæ Christi quum essent, factæ sint adulteræ, propter iuuentutis & adolescentiæ minimè firmatam constantiam. Eam ob rem sub matrimonij iugum eas duco, vt ne remissæ sibi, & laxis habenis viuentes, præmemorata mala adducant attrahántque.

Si quispiam fidelis, aut fidelis aliqua habet uiduas, sumptum illis F *suppeditet.* Fidelium viduas non conueniebat ab infidelibus ali, ne viderentur eorum opera indigere. Quum autem dixit sumptum suppeditet, quantum satis est intellexit, non luxũ & superfluitatem. *Et non grauetur ecclesia, ut uerè uiduis sumptus sufficiat.* Proinde fideles si suas ipsorum viduas alant, ecclesiæ viduis pariter commodant: quandoquidem per illas non grauetur ecclesia, quæ iam cõmodius & opulentius alit, quas alit, verè nimirũ viduas, destitutas ac desertas. *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore dignandi sunt, maxime qui laborant in uerbo & doctrina.* Quinam illi sunt qui maximè laborant in verbo & doctrina, qui bene præsunt? Dominus docet inquiens, Pastor bonus animam suam ponit, sibi in nulla re parcens, ouium curæ causa. Honorem porrò dicit, liberiorum suppeditationem, vt ex iis quæ inferuntur, liquet. Nam precium est operæ doctores haud laborare rerum necessariarum penuria, sed copia potius earũdem affluere, vt ne hisce

ne hisce conquirendis incumbentes, verbi ministerium ne- A
gligant, quemadmodum & Leuitæ in veteri testamento vixerunt. Duplici autem honore dixit viduarum respectu, vel diaconorum, vel simpliciter duplici pro multo. Vbi nunc sunt qui dicunt non esse opus verbo, sed vita? Audiãt isti nũc Paulum, quantónam honore verbum afficiat. est enim eo nobis opus, vt quoquam alio. Si enim de dogmatibus adeóque doctrina inciderit quæstio, ratio, vel disputatio, qualis hîc vita proderit? Verbum autem aut sermonem non fastuosum exigit, sed scripturæ sacrosanctæ potentia refertum, adeóque sententiis, quacunque tandem ratione proferatur. *Dicit enim* Deut. 25
scriptura, Non obstrues os boui trituranti: &, Dignus est operarius mercede sua. Testimonia producit & applicat, alterũ quidem ex lege, alterum verò Christi. Animaduerte autẽ vtrinq; labor à doctore requiratur. Triturare nãq; est laborio B
sus, atq; difficilius omnib⁹ laboribus operibúsq; aliis. Quo circa oportet præceptorem instructum esse ad suffocationẽ, ad necessitates, ac labores. Dein quum ait, Operarius, indicat q⁹ hîc non sint deliciæ quærendæ, & requies vel cessatio: nam operarius dignus est mercede sua, siue alimento. Ex superfluo enim hoc ostendit: nam si mercede dignus, quãto potiùs alimonia? Qui verò non est operarius, indignus est iis.
Aduersus seniorem accusationem ne suscipias. Aduersus iuuenẽ po- Senũ dela
test accusatio recipi, aduersus senem nõ item: quasi dicat, ne- tores non
que aduersus alios, maximè verò aduersus seniorem non su- facile au-
scipiatur accusatio. Non dixit non condemnes, sed ne suscipias omnino. etenim propter ætatem nonnulli adolescentium peccant. Presbyterum hîc senio confectum appellat. C

Nisi coram duobus aut tribus testibus. Quia multa ex suspicione iudicantur, Oportet, inquit, esse testes qui conuincant secundum veterem legem. Quid igitur si & illi vanisunt & mentiantur? Raro sanè hoc contingit, potest ta- Deut. 17
men hoc ab iudicio explorari & videri. Solent autem & duo ad peccata testimonia adhiberi, eò quòd clanculum committantur. Quid autem si peccata sint in confesso, testes autem non habeant, sed solam prauam suspicionem? De hoc supra dixit, Oportet eos bonum etiam testimonium habere ab Supr. 3.
iis qui foris sunt. *Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteros timorem habeant.* Hoc est, perseuerantes in peccato, & quos inueneris si inquiras & scruteris, argue vehementer &

fun-

D funditus, non vt indignationem & furorem seu animum tuum expleas curésve, sed vt reliqui castigentur terrore perculsi. Quemadmodum enim simpliciter condemnare, ex affectu & sui amore prodit, hunc ad modum nocentes ac noxios non reprehendere pestilens est, ad multos morbum extendens. Quomodo igitur dominus dixit in euangelio, Si peccauerit in te frater tuus, argue eum inter te & ipsum solum? Atqui & illum in peccatis perseuerantem permittit publicè argui. Quid igitur? num offendit publicè coram omnibus reprehédi? imò è diuerso magis offendit si ab omnibus peccans agnoscatur, nec arguatur. Hanc ob causam deus Pharaonem & Nabuchodonosor & plerosque alios in medium producens puniuit, vt vita mortalium hisce exemplis emen-

E detur. *Propterea testor coram deo & domino Iesu Christo, electisque angelis.* Quum de multis differuisset suprà, hìc quando de iudicio verba fecisset, testificatur, ac ratum vult esse hoc ipsum quod ait, valde horribiliter adductis in testimonium deo & angelis. Non enim quia Timotheus erat, reuerebatur eum Paulus, sed muniuit firmauitque eum. Si enim de seipso dixit. Ne quo modo aliis, inquit, prædicans, ipse reprobus inueniar? multo magis de Timotheo hoc dicere nō est veritus. Vocat autē testē patrē & filiū, tanquam in futuro die defendere non possit si quicquam quod non deceat, præcipiat. At cuius rei gratia angelos simul assumit? eò quòd angeli in futuro iudicio, domino futuri sint etiam satellites. Est autem & nobis in more & maiores & minores personas in testimonium accipere. Hanc ad rationem Iacob deum & aram in testem assumit. Quinetiam Moses, Testificor, inquit, cœlum & terram. Adeò enim est manue-

F tus & clemens dominus noster, vt & seruos in testimonium productos recipiat. Coram electis autem angelis dixit, quandoquidem & dæmones sint angeli, sed reiecti.

Vt hæc custodias citra præiudicium, nihil faciens ad acclinationem. Hoc est, vt æqualis sis & idem disceptantibus vel litigantibus, vt non fiat præiudicium, hoc est, vt nemo te præoccupet, sibique adiungens & proprium faciens, sit in causa vt pro ipso sententiam feras, atque hinc iam decernas & præmonstres affectum tuum, priusquam alterius causam agnoueris vel audiueris. Neque facias quicquam secundum προσκλισιν, id est per acclinationem seu affectum, vni parti ac-

clinatus, eique fauens. Quòd si προσκλισις per Ita scribatur, retinebit eundem sensum. Ferè enim hoc dicit, Si inuitet atque accersat te altera pars vt ei succurras, ne accesseris, neque eius inuitationi accommodes aurem. A

Manus cito nemini imposueris. Venit ad peculiarius quoddam, & quod maximè episcopum continet, ad electionem videlicet, & manuum impositionem, inquiens: Ne celeriter, ne ex prima probatione, neque ex tertia, sed sæpe & exactè explerans rem, non semel tantum. Quomodo verò audi. *Neque communica peccatis alienis.* Nam committendorum ab ipso flagitiorum tu causa. propterea quemadmodum operum est particeps, sic & peccatorum. Insuper & præteritorum peccatorum es reus, quòd ea neglexeris, ac tenebras fecisti lucem, nec dimisisti eum vt lugeret, atque ob commissa sua plangeret. B

Teipsum castum serua. De temperantia & modestia hìc adhortatur eum, & pudicitia.

Ne porro aquam bibas, sed uino modico utere, propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Animaduerte quantos labores habens, adhuc seipsum contriuerit, afflixeritque aquæ potu. Discе itaque non ægreferre si qui nos ad temperantiam inhortentur. etenim & Paulus Timotheo adeò aquam bibenti, vt & frequenter & grauiter decumberet, præcepit de moderatione. Nō dixit autē vino vtere, sed correxit apponēs modico. ad sanitatē, inquit, non ad delicias. feruida C enim est iuuentus & adolescentia, facileque à vino permouetur & accenditur. Quare autem non curauit ipsum Paulus, Act. 19. qui mortuos etiam per sudaria excitauit? Vt etiamnum, si-quando videamus sanctos affligi, non offendamur: & vt ne arbitremur veteres quo ad nostram naturam exuperasse nos, verùm vt & ipsos homines esse credamus: atque ne ipse etiam Timotheus ob virtutem extollatur. De hoc autem latius ac fusius disputatum est ab diuo Iohanne Chry- Chrysosto
sostomo in principio libri qui de statuis & imaginibus in- mi liber
scribitur. Videtur autem natura fuisse lāguidus & infirmus de statuis
Timotheus, nec solùm ex stomacho, verumetiam ex aliis partibus & artubus laborasse: adiecit enim, & ob frequentes & densas infirmitates tuas. *Quorundam hominum peccata manifesta sunt, procedentia ad iudicium, quorundam autē & sequuntur.* Quia de electionibus differēs dixerat, Ne sis pticeps alienorum

D rum peccatorum, verisimile erat ex aduerso inferre Timotheum, ac dicere, Quid si ignoré? hoc corrigens iam ait, Quidam apertè palàm delinquunt, & committunt ea quæ ad iudicium eos perducant, hoc est, inde iam eos cõdemnantia, ac ante ipsos præeuntia, quæ & tu agnosces. Quorũdam autem obscura sunt adhuc peccata, fortasse explorãs deprehendes. Insequuntur enim, tale quiddam clàm indicat. licet igitur tibi hos obseruare in electionibus. Vel quia etiamsi hìc lateãt, eosque elegeris, innocens & nullam habens in ipsis causam,

Pctã defũctos sequũtur.

non fallent tamen illic æternum iudicé. Non enim simul peccata dissoluuntur cum vita, sed sequuntur etiã defunctos. Magnus autem Basilius hunc ad modum intellexit, quòd caput sit aliud ipsum per sese, nec pertineat ad rationem de electionibus vel imitationibus. Vt fornicatur quispiam fortasse, aut furatur etiam, hunc peccatum ipsum detinet ac præcedit, ad iudicium trahés eũ solum. Sic docet aliquis praua, pernicioseque sapientiæ institutionem dogmàve profert. huius peccatum, ipsum insequitur. Non enim vnà cũ ipso extinguitur, sed post eum prodeũt correptionis eius successores, quod gẽnus sunt Græcorum sapientes, quales sunt omnes qui præter ecclesiasticum dogma commentaria scripserunt. Dabunt autem illi pœnas, non solũ quòd ipsi sint seducti & errauerint, verumetiam quòd sequẽtibus autores erroris extiterint. Si-

Errorũ autores dupliciter puniendi.

militer opera bona manifesta sunt, & aliter habentia occultari nó pos sunt. Maximam hæc consolationem præbent rectè agentibus, tum quòd vel hic sint manifesta opera omnia vel bona
1.Cor. 4. vel mala, tum quòd illic in futuro seculo cuncta sint futura
F nuda.

CAPVT VI.

Q *Vicunq; sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos iudicent, ut nomen dei ac doctrina non blasphemetur.* Adhortare, inquit, seruos & institue, vt etiamsi infideles sint domini, obtemperent eis serui, omni honore cum verbis tũ operibus eos dignos iudicantes. Ne enim existimes te liberum ideo esse, quia fidelis sis: liber quidem es natura, sed seru⁹ es corpore, quod & ipsum est libertas, seruire nimirum pro nomine Christi. Nam infidelis si cõspexerit te contumacem, vituperabit verbum euãgelij ceu seditiosos faciat. Sin cum gratitudine obedictem viderit, admirabitur

tur potius verbum, ceu perficiens seruiles mores alioqui non A
parum morosos. *Qui autem fideles habent dominos, nõ aspernentur quoniam fratres sunt, sed magis seruiant, quoniam fideles sunt & dilecti, beneficium rependentes.* Nõ enim quia fratrem nactus es dominum per baptisma, eũ asperneris, sed magis propterea seruias, quoniã fidelis est ac dilect⁹, hoc est, frater ꝓ dño. Cogita porrò in animo, ꝙ benefactor tuus est, ꝙ pro te angitur, & solicit⁹ est vt te alat, vt vestiat, aliaq; tibi necessaria curet. Itaq; multũ habet iuris in te præter hoc ꝙ emerit te. Per hoc autem quod ait dilectus, eiicit metũ, qui quum seruis infit sæpe ad odium erga heros trahũtur: ac introducit in meum locum charitatem. Magis igitur seruiant, inquit, beneficium recipientes, serui videlicet. Per hyperbaton enim posi-
tum est quod dicit: per medium enim insertũ est. Quia fide- B
les ac dilecti, subaudiẽdum est domini. Vel simpliciter quẽadmodum iacet textus, intelligendus est: *κοπιλαμβανόμενοι εὐεργεσίας*, id est beneficium permutantes, nẽpe domini, quum solicitè cogitant quomodo seruis rursus beneficium imperti-
ant. *Hæc doce & adhortare.* Nedum opus est autoritate præceptori, quę in verbo doce aut prẽcipe indicatur, verumetiam mansuetudine, vt in verbo adhortare vel obsecra. Medicens enim est, qui nonnunquam emollientia, nonnunquam verò constipantia adhibet. *Si quis aliter docet, nec accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & secũdum pietatem doctrinæ, inflatus est, nihil sciens.* Obserua ignorantiam ad demen- *Ignorãtiæ malum.*
tiam quempiam perducere, atque adeò inflatum reddere, at-
que eum qui sanam & synceram institutionem euãgelij non C
recipiat, esse inflatum. Inflatio enim est tumor ægrotãtis animæ, quemadmodum adustio vel inflammatio in corpore. Si igitur susciperet domini sermones, non inflaretur: siquidem *Philip. 3.*
ille, dominus nimirũ, seipsum euacuauit, pedes discipulorum *Ioan. 13.*
eorum lauit: is dixit etiam, Discite à me, quia humilis sum. *Matt. 12.*
Ille beatos prædicauit spiritu humiles, ille publicanũ ex hu- *Mat. 3.*
milli mente iustificatum protulit. Hæc quisquis non recipit, *Lucæ. 18*
neque nouit, necessariò inflatus est. *Sed languens circa quæstiones pugnasq; uerborum.* Aegrotare igitur, est haud perinde necessaria quærere. nam vbi non est fides, isthic omnia languent & ægrotant, neque quicquam aliud atque pugnæ verborum nascuntur, eloquentiore & persuasibiliore alterũ persentire viso. Fides oculus est. qui non habet oculos, nihil inuenit, sed

D uenit,sed solūmodo quærit. *Ex quibus nascitur inuidia,lis,blasphemia,suspiciones prauæ.* Hoc est,praua dogmata è quæstionibus nascuntur. Tum enim blasphemamus, ac de deo quæ non sunt cōmoda suspicamur, quādo ad quæstiones incidimus. *Paradiatribæ* Hoc est,vana ocia. Diatribas enim ocia solemus appellare. Vel quomodo scabiosæ pecundum attritu suo,vel dum apud alias commorātur, morbo etiam adeoque scabie bene valentes inficiunt,sic & illi aliis conuersantes atq; cū ipsis cōferentes,corrūpunt eos. *Mēte corruptorū hominū, priuatorūq; ueritate,existimātiū quæstū esse pietatē.* Viden' quòd verborū pugnæ turpē quæstū pariāt? Etem plures discipulos, quos ad sese perttrahūt,cōtentiosi adipiscūtur, atque; excellēti⁹ pugnas verborū exercēt, vt plures attrahāt atq; venentur.

E *A talibus desiste.* Nō dixit,collidere cū illis,vel pelluctare eis, sed desiste,vdelicet post vnā & alterā admonitionem. Hoies enim pecuniarū causa dimicātes, quando in tuā sentētiā adduces? Incorrigibiles igitur huiusmodi auersator. *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.* Illi quidem existimant quæstum esse pietatem, est autem reuera quæstus, non quemadmodum illi arbitrantur, sed longè alia ratione, non ūq; quando pecunias quis habuerit, sed si quando non habeat. Sufficientia enim magnæ sunt stabilesq; opes. Proinde non deficiant animo pij,si pecuniis destituantur. *Nihil enim intulimus in mundum,neque efferre quicquam possumus.* Quæstum illum cui incumbunt,ostēdit nullum esse: hic enim manet,neq; nobiscum ex hoc seculo migrat. Itaq; quid opus est nobis superfluis,si nihil nobiscum eò abducturi sumus? *Habentes autem uictum & amictum,his contenti erimus.* Definit hic quæ sit αὐτάρκεια,id est sufficientia. Tātum,inquit,nos habere oportet,quantum opus est ad hoc vt alamur tantùm,non vt genio indulgeamus ac deliciemur, ac eiusmodi vestiri quæ corpus contegant & amiciāt,hoc autem & vulgare pallium faciet. *Qui autem diteſcere uolunt, incidunt in tentationem & rete.* Adhortatur sumpto ab caducis huius mundi rebus argumento. Prætermitte,inquit,futura, sed quæ hîc sunt tantummodo respice. Non dixit autem ditescentes, sed volentes ditari. potest enim quispiam pecunias habere,atque eas probè dispensare, quippe qui aspernetur eas,atq; in vsum pauperum erroget,quod non est volentis ditescere. In tētationem autem & rete incidūt,quatenus ab fide aberrāt, ac periculis obiicuntur,

Pecunias nō habere quæstus.

tur,opum causa quæuis formidantes. *Et cupiditates stultas ac* A
noxias. Quomodo enim non est stultū simias alere & æluros & belluas, ac pisces in viuariis vel receptaculis concludere, equos exornare auro,intraq; tectum aquam ducere,ac in solio seu pauimento domus tuæ faciem tuam ceu in speculo contemplari ob radiantiam ac nitorem? Hæc stulta sunt sanè ac noxia,quæ animæ diuitias lædunt,sensusque absumunt. Plerique autem tyrannidem affectantes, sibi ipsis malum dedecus. *Quæ mergunt homines.* Vt ne emergere quidem possint. *Ad perniciem & interitum.* Et præsentem & futurum, vti dictum est. *Radix enim omnium malorum est auaritia.* Neque enim viuentibus parcit, neque mortuis, sed hos quoque deprædatur: tū in parētes & fratres insurgit,ac quæ dei sunt spoliat. Tolle hāc è medio,& nullū bellū aut inimicitia ade- B
rit,neque erit fornicatio. scortum enim argēti causa sese prostituit. *Quam quidam expetentes,a fide aberrarunt.* Non sinit
cognitionis veritatis viam intueri auaritia,oculos ad seipsam re-
flectens. Quomodo enim credet paupertatem docenti euan- Matt.19.
gelio,quæstui deditus & lucro? Minimè gentium. *Confixerunt seipsos doloribus multis,etiam in hac uita.* Quantum enim
lugent,quantum lamentantur? Pulchè autem dixit,confixerunt. Spinarum enim instar sunt diuitiarū solicitudines, per-
turbationes ac dominus dixit. Vnde si tetigerit has quisquā, manus Mat.13.
illaqueantes faciunt,vulnera infligētes,atque dolores parientes. *Tu uerò ô homo dei.* Ingens hæc est dignitas. Omnes quidem
sumus homines dei,peculiariter verò iusti, non sola creationis
ratione, sed vendicationis etiā,quòd dominus eos sibi pecu- C
liariter vendicet. Porrò si dei homo es, ne quæras auertentia
te ab deo. Sed quid ait? *Hæc fuge,sectare iustitiam.* Vtraque
rem exaggeratione protulit. Nō enim dixit, Desiste vel declina,& accede, sed fuge & sectare: iustitiam autem,non circumcisionem,hoc auaritiam,quemadmodum qui volunt diuitescere. *Pietatem.* Quæ est dogmatum. *Fidem.* Quæ est cō
tra impia quæstioni. *Charitatem.* Sanctam ac diuinam vitam.
Finis enim summa est dilectio. *Patientiam,mansuetudinem.*
Cum charitate, patientia & māsuetudop romanat: qui enim pa- 1.Cor.13.
tiens est,longanimis etiam est. *Certamen bonum fidei certa.*
Hoc est,pro fide firmus ac stabilis persiste, per verbi potentiam,ac vitæ puritatem. *Apprehende uitam æternam.* Ecce
premium & præmium,æterna vita, ad quam vocatus es: ad

spem

D spem enim æternæ vitæ vocatus es. *Et confessus es confessionem bonam coram multis testibus.* Hîc fiduciam & fortitudinem eius commendat, vt qui in periculis confessus sit dominum Christum. Vel confessionem dicit, quæ in institutione baptizandorũ fit, qua profitemur nos defecturos ab Satana, atque castra nostra ad Christũ locaturos, vt planè ei adhæreamus. Animàduerte verò non solùm confessione esse opus, verùm etiã patientia, vt semper perduremus in confessione: certaminêque vehementi opus est, vt ne vel auertamur vel vincamur. *Præcipio tibi coram deo.* Metum augens, ac securiorem Timotheum reddens, testem vocat deum, ostẽdens non esse humana præcepta, vtque testem istum semper in mente gerens, memoria & recordatione eius animum permoueat.

Cõfessionis & patientiæ necessitas.

E *Qui omnia viuificat.* Magna hæc est aduersus quæuis pericula consolatio, ipsa resurrectionis recordatio, perinde quasi dicat, Ne metuas mortem, dei enim seruus es, qui potest omnia viuificare. *Et Christo Iesu, qui testatus est coram pontio Pilato confessionem bonam.* Adhortatio est sumpta à doctore vno & summo Christo. Testatus est ille, debemus igitur & nos ipsum imitari. Interroganti enim Pilato, Túne rex es? respondit, Ego in hoc natus sum & veni, vt testimonium dicerem veritati, multaque alia confessus ac testatus est. *Vt serues mandatum immaculatum & irreprehensibile.* Hoc est, ne aduersus dogmata vitæ, labem quandam sibi ipse vel atterat vel aspergat. *Tãtisper dũ illuxerit dominus noster Iesus Christus.* Hoc est,

Iohan. 18

F vsque ad obitum & exitum tuum ex hoc seculo. Atqui sic nõ dixit, verùm interea vsque dum illuxerit vel apparuerit, vt magis ipsum excitet mentione facta gloriæ illius tremendæ. *Quam apparitionem ostendet temporibus propriis.* Hoc est, conuenientibus, destinatis, ne igitur mœreas quòd iam non veniat. *Beatus ac solus potens, rex regum, dominus dominantium.* Et hæc consolationem præbent, ne ad hæc quæ in hoc mundo beata vidẽtur, defigat oculos, verùm ad illum potius, qui per sese est ipsa beatitudo, in quo nihil triste est aut injucundum: nec metuat qui hic sunt potentes & reges. Simul autem confirmat quòd ostendet per apparitionem suam beatitudinem suam atque potentiam. solus enim potẽs est. Hæc enim omnia de filio dicuntur. solus autẽ ad discrimen mortalium, vel vanorum deorum, nõ sanctarum personarum. *Solus habens immortalitatem.* Propriè enim ipse essentialiter habet immortalitatem: angeli autẽ etsi immortales sint, hoc tamen non natura, sed gratia possident, itaque non habent, sed participant. *Lucem inhabitans inaccessibilem.* Nunquid igitur comprehensibilis est? Aliúdne lumen, & aliud ipse est? Atqui ipse per sese lumẽ est. Animaduertis quòd si quicquam ardui loqui velimus, lingua nostra sit impotens? Inaccessibilem autem dicit, quã nemo accedere possit ob nimium splendorem. *Quem nemo hominum uidit, neque uidere potest.* Secundum diuinitatem videlicet, nam secundum humanitatem visus est. Diuus autem Iohannes Chrysostomus superiora quidem de filio, deinde quæ veluti cum excellentia ac primatu dicũtur, de patre omnia intellexit, etiãsi & filio & spiritui etiã conueniãt. *Cui honor & imperium sempiternum. Amen.* Si igitur

Ἀυτομακαριότης

B semper est ipsi imperium, ne metuas, etiamsi nunc non ostentatur. Semper honor ipsi, ne igitur excidas animo, ne desperes, si nunc cernas ipsum contumelia affici. Glorificare eam ac celebrare tantum possumus, nec decet nos curiosos esse in alios. Egregiè autem hîc Theologum agit. quũ enim testem vocasset deum, gloriam eius recenset, vt maiorẽ sibi demãda rum rerum curam gerat Timotheus. *Diuitibus in præsenti seculo.* Sunt & alij diuites, verùm non in hoc præsenti sæculo, cæterum in futuro, iusti videlicet. *Præcipe non altum sapere.* Dementiam enim & ostentationẽ diuitiæ pariunt. *Non sperare in opũ incertitudine.* Statim illos carpsit. Quid enim at

C tollerís, inquit, ob diuitiarũ incertitudinẽ, de re incerta, quæ facilè permutari possit, & inconstanti? *Sed in deo uiuente, qui præstat nobis omnia abunde ut fruamur.* Hoc est, aërem, aquam, tenuas temporum permutationes & horas, cæteraq; omnia. quæ in magna copia, etiamsi auaritia omnia sibi asscribat quæcunque ab deo accipit. Porrò solæ futuræ opes stabiles sunt. Hinc autem discres, quòd deus omnem hominem diuitem fecerit, quippe qui cuncta donauerit communia. Vanus igitur est qui vt pauper contristatur. *Bonum operari, diteſcere operibus bonis.* Repete, præcipe eis bene operari, & quæ sequuntur. Si enim ditari cupis, in beneficentia, seu boni operatione ditare. *Vt faciles sint ad impartiendum.* Hoc pecuniarum est. *Vt communicent.* Illud est charitatis. Per communicantes hic, societatis amãtes & humanos intellige, quibus cæteri despicatui non habentur. *Reponentes sibiipsis fundamentum bonum in futurum.* Vbi fundamentum est, ibi omnia

Οὗτος homo diues a deo factus

A

B

C

D sunt stabilia, firma, & immobilia. Quia verò virtus, & futuri seculi bona stabilia sunt, eam ob causam fundamenti meminit. Vt *accipiant uitam æternam*. Bonorum enim operum peractio, quam & fundamentum nominauit, vitam æternam præbere potest. O *Timothee depositum serua*. Hæc omnia, quæ ab me tibi sunt commissa, tanquam à domino prouenientia custodi, neque imminuas. *Deuitans prophanas uocum uanitates*. Impuras nimirum & pollutas. Vocum autem vanitates, matæologias seu vaniloquentias dicit. Est igitur vocum quædam vacuitas, quæ non sit prophana. Diuus autem Iohannes Chrysostomus recentes quasdam ac nouas adhortationes, vocum nouitates appellauit, καινοφωνίας per αι diphthongum, non καινοφωνίας per ε legens & scribens, ut
E videtur. Et *obiectiones falsi nominis scientiæ*. Quando enim fides non fuerit, sed ab humanis cogitationibus omnia nascuntur, scientia non est, sed mentitur nomen. Obserua autem obiectiones quasdam esse, ad quas ne respondendum quidem sit, sed euertendæ sunt eiusmodi & excutiendæ. neque enim est quòd cum talibus conflictentur fideles. *Quam quidam promittentes, circa fidem inordinate se gesserunt*. Necesse est eum qui humanas rationes sectatur, à fide excidere: fides enim rationes non admittit neque recipit. Opinor autem apostolum hæc dicere de iis qui tum sic nominabantur Gnosticis, omni impuritate repletis: propterea & prophanas nominauit καινοφωνίας ἀ καινοφωνίας, vocum vel vanitates vel nouitates. Horum autem hæreseos præses & autor
F fuit Nicolaus ex septem diaconis vnus. *Gratia tecum. Amen.* Sigillum omnium imprecatur ipsi, gratiam videlicet dei, à qua datur etiam omne bonum, & custoditur, qua & nos larga quoque fruimur, non perdentes bona quæ ab ipsa accepimus, sed conseruantes hæc per ipsam, glorificantes iustà Christum charismatum datorem, cum patre & spiritu, cui gloria in secula. Amen.

Scripta est ab Laodicea, quę est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

THEO-

THEOPHYLACTI BVLGARIAE ARchiepiscopi in posteriorem diui Pauli ad Timotheum epistolam Enarratio.

ARGVMENTVM.

QVrnam alteram hanc Timotheo epistolam scribit? Dixit sanè, Spero me ad te venturum celerius. non contigit autem hoc, detinebatur enim ab Nerone. Animum itaque addit ei per literas, pro aduentu & præsentia sua. fortasse namque affligebatur iam propter absentiam, tum propter onus episcopatus. Nam & magni viri ad ecclesiæ gubernationem labefactantur multis immersi vndique procellis, tumique maximè, quando vndique bella instant. Reuocat autem Timotheum ad sese, quandoquidem proxime finem iam vitæ erat.

CAPVT

D

Caput I.

PAulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, *secundum promissionem uitæ quæ est in Christo Iesu.* Ex ipso statim procemio excitauit eius animum. Non enim hîc mihi pericula, inquit, dicas, nam illa nobis pariunt æternam vitam. Apostoli facti sumus vt moriamur, & viuamus in sempiternũ. Ne enim quum audiat præceptorẽ suum in E periculis esse, turbetur potius, quàm quòd cõsolationem accipiat. propterea ipso statim principio eum consolatur. Si autem secundum promissionem est, ne queras eam hinc iam. In Christo autem Iesu vita est, id est, cum Christo, vel quia ipse hanc nobis donat & continet. Sensibilis enim & corporea vita in cibo potuque, spiritualis autem in Christo consistit, ipse enim est nobis omnia. *Timotheo dilecto filio.* Potest aliquis esse filius, sed non dilectus. Timotheus igitur dilectus erat propter virtutem omnino. Ostendit igitur ex hoc quod non veluti iratus ipsi, aut aliqua in re de ipso desperãs, ipsum F relinquat. Dilectus enim mihi es, inquit, sed vis & necessitas quæ mihi ex Cæsare imminet, me remoratur quo minus sim apud te. *Gratia, misericordia, pax a deo patre & Christo Iesu domino nostro.* Quæ & prius, eadem etiamnum ipsi imprecatur. Lege igitur quæ in priore epistola sunt annotata ad hûc locum pertinentia. *Gratiam habeo deo.* Vides charitatis vehemẽtiã & magnitudinẽ? Gratias ago, inquit, deo, quoniam diligens te memini tui. Hæc est vera dilectio, quando quispiam amicitia erga quendam exornatur & charitate. *Cui seruio a maioribus in pura conscientia.* Quomodo ex pura cõscientia, quum ignorarit Christum primum? Aut igitur conscientiam hîc vitam dicit. etsi enim Iudaizaret, puram tamen & honestam vitam ducebat: vel quia tum etiam quum persequeretur Christum, ex zelo persequeretur, & non ex humana ra-

Vita sensibilis, & uita spãlis.

Pauli conscientia pura.

na ratione vel cogitatione, perinde ac pleriq; ob vanam gloriam hæresin constituentes, in qua conscij sunt sibi multi putoris & putredinis. Quod autem dicit, tale est: Ne suspiceris me alia cogitare, & alia dicere: pura est mihi conscientia vt semper, sic etiamnum. Non mentior igitur, quoniam amo te, ac semper memini tui. *Proinde incessabilem habeo circa te memoriam in precationibus meis nocte ac die, desiderans te uidere.* Gratias ago deo, quòd memini tui. Non simpliciter autem, sed in precationibus, die ac nocte deum interpellans pro te, vt impleas desiderium meum quod habeo vt videã te. Quomodo igitur priuarem meipsum tanta voluptate, si modò venire possem? Quur igitur manifestè non dicit causam, quòd retineatur impediaturque à Nerone? ne perturbet ipsum primùm. in fine autem hanc causam reuelat. *Mentionem faciens lachrymarum tuarum, ut gaudio implear.* Sic coordina: Desiderans te videre, vt gaudio implear, deinde per medium, recordatus lachrymas tuas. Etsi enim natura ab amicitiæ charitatisque affectu alienus essem, lachrymæ tamen tuæ sufficiunt vt me flectant, quum ad memoriam mihi redeunt. Verisimile enim erat Timotheum à Paulo diuulsum, contristari magis, quàm infantem ab mamma abstractum. *Recordationem accipiens minime simulatæ in te fidei.* Non solùm lachrymarum tuarũ recordatus, desidero te videre, verùm fidei etiam minimè dolosæ. Magna enim hæc tibi causa est vt diligaris ab me. *Quæ primum inhabitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunice.* Aliud encomium, quòd non ab infidelibus est, sed à fidelibus, etsi ex Iudæis. Pater sanè eius Græcus erat. Obserua hîc quomodo lex cœperit dissolui huiusmodi factis iam tum matrimoniis. *Persuasus sum autem quòd & in te.* Quoniam maiorum bona, si quidem nos tales simus, nos celebrant: sin minus, contumeliæ nobis loco sunt: propterea inquit, Maiorum fides etiam in te est, perinde ac satis edo Maiorum uirtus. dus sum. Meritò igitur non fucatam hanc habes, vt quæ ex maioribus vsque tuis in te etiam fundata sit, vt adeò non possit concuti. *Propter quam causam admoneo te ut exuscites gratiam dei.* Quia, inquit, noui te non simulatam habere fidem, excito te, vt gratiam spiritus quam accepisti ad præfecturam ecclesiæ, ad signorum operationem, & simplicitatem ad omnẽ quæ scopo tuo conueniat virtutem, vt hanc semper exuscites, ac virentem & floridam facias. Quemadmodum

Dum enim ignis lignis indiget, hunc ad modum gratia spiritus opus habet promptitudine, & attentione, & sobria mente, vt semper ferueat: vt nisi hæc præsto sint, extinguatur. Sic & alio in loco dicit: Spiritum nolite extinguere. *Quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Quoniam in te habitat ipsa gratia, quam accepisti quum imponerem ego tibi manus, quando episcopum te seligebam & consecrabam. Atqui ignem istum vehementiorem & maiorem efficere: quod accepisti verbum, fiducia libertateque imple ac fortitudine, staque ingenuè. *Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed potentiæ.* Hoc est, non propterea accepimus spiritum, vt submittamur, verùm vt potentes simus aduersum tentationes, & liberè loquamur, magnam spem in deum collocantes. plerisque enim dat spiritum timoris, vt in Regum libris memoriæ proditum: Ac cecidit spiritus timoris super eos, hoc est, metum ipsis incussit. *Et charitatis.* Tum erga nosipsos, tum erga proximum. Quod enim deum vt patrem diligamus, ex spiritu habemus faciente nos clamare Abba pater. Nec excidere vel decuti à proximi charitate, donum est ab diuina potentia factum, quemadmodum rursus offendi, est à metu & pusillanimitate. Veruntamen oportet & nos priores ostendere quæ sunt à nobis ipsis. *Et sobrietatis.* Vel vt sobrij simus, & sani mente & constitutione, vt spiritum ipsum habeamus eruditionis castigationisque loco, ac siqua nobis tentatio aduenerit, ad castigationem seu institutionem illam ipsam recipiamus. Vel vt & aliis simus castigatores & institutores. *Non igitur pudeat te testimonii domini nostri.* Plerique terreri, humanis cogitationibus explorantes quæ sunt vltra humani ingenij captũ, ignominiã putãt asseuerare filiũ dei crucifixum esse, ignorantes quòd per crucem hanc condemnatus homo adeoque reus, filius dei factus est. Te itaque ô Timothee, haud pudeat testimonij necnon mortis Christi quam in cruce sustinuit, sed eò potius liberius loquere & confidenter, diuulgaque mortem illam. Non dixit autem ne metuas, sed ne verecunderis, ne erubescas, non pudefias, vt ostendat nihil esse periculi in re, sed solam ignominiam, quam si contempseris, salua erunt extraque periculum cætera. *Neq; mei uincti ipsius.* Ne pudefias, inquit, si ego mortuos excitans, orbis terrarũ doctor & præceptor, vinctus sim. non

Spiritus timoris. 1. *Reg.* 7

Roma. 8.

1. *Thes.* 5.

non enim vt maleficus vinctus sum, sed ipsius Christi nimirum vinctus sum, hoc est, propter ipsum. Si enim ille crucem non erubuit, quomodo me vinculorum pudebit? *Sed simul affligere cum euangelio.* Hoc est, non simpliciter iudices te minimè pudere euangelii, verum experientia & per opera ostende, efficiarisque particeps Christi & mei in iisdem afflictionibus. Hæc autem & per superiora indicauit, dicens: Quoniam dedit nobis spiritum potentiæ. Quid autem est συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ, hoc est simul adfligere, vnà adflictionem patere cum Euangelio? an ne Euangelium adfligitur, seu mala patitur? Atqui ita non habet, sed vel hoc dicit, compatere mihi, ac simul mecum affligere propter Euangelium: vel Euangelion appellat omnes Euangelii præcones & mystas, æquè ac in priori ad Corinthios. Simul igitur compatere afflictionibus quibus diuexantur euãgelii ministri. Fortasse autem curiosius afflictionem toleranti & malorum Euangelii dicet impedimentum & incredulitatem. Tu igitur vnà pericula subito eum adeò patiente Euangelio. *Secundum potentiam dei.* Quia durum erat affligi vnà, lenit ipsum quadam consolatione. Non enim, inquit, tua potentia, sed Christi, hoc facies: tua est quidem electio & promptitudo, propensioque. *Qui seruauit nos, & uocatione uocauit sancta.* Potentiæ dei signa ob oculos ponit. Seruauit enim, inquit, nos, & qui procul eramus, vocauit ad seipsum, vt sanctos nos faceret. Qui igitur nolentes seruat, multo potius volentibus succurret. *Non secundum opera nostra, sed secundum proprium propositum & gratiam.* Nullo cogente, nemine consulente, verùm ex proprio proposito ac cõsilio vel prædestinatione, hoc est, per sese ex sua bonitate motus. *Quæ data nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* Hoc est, præformatam, vt priusquàm vel imperiũ aliquod vel seculi esset, daretur nobis per Christũ Iesum dominũ nostrum. Non parui autem est momenti res, deũ non ex posteravel cõsequenti quadã deliberatiõe, sed priusquã cõderetur mundus ac tẽpora, hæc voluisse. Ait ergo: *Manifestata autem nunc per epparitionẽ seruatoris nostri Iesu Christi.* Etiamsi enim prædefinita erat gratia, nunc tamen primũ manifestata est, quãdo illuxit & apparuit Seruator. *Qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem uitam & incorruptibilitatem per euangeliũ.* Non eñ re ipsa mors in nobis deleta ac destructa est, sed obuentu-

Dei prædestinatio

Dram nostri ex morte liberationem speramus, atq; hanc spem euangelium nobis firmauit. *Ad quod positus sum ego præco & apostolus, doctorq; gentium.* Cuius rei gratia doctorem gentiũ etiãnũ se appellauit? Vt Timotheo ostendat, oportere etiam ipsum gentibus conuersari, neq; propterea decidere animo, sed me potius, inquit, imitaberis, qui propter euangelii præconiũ iam vinctus sum, captiuúsq; detineor, atq; hæc patior, ꝙ sim præco gentiũ. non eñ vt sceleratus seu malefactor hęc sustineo. Simul autẽ sermoni suo parit fidem. Nisi enim, inquit, credidissem mortem esse abolitam ac deiectã, næ haud eiusmodi paterer. *Sed non pudefio.* Animaduertis qũo operibus probet quod Timotheũ docebat, ne puderet eum afflictionum. *Noui enim cui credidi, & persuasus sum quòd potens est* E *depositum meum seruare in illum diem.* Deus bone, quanta hęc fiducia? quàm indubitata spes? Noui, inquit, sũmq; certo persuasus. Depositum autem, vel fidem ac prædicationem, quoniam ipse qui hæc apud me reposuit, Christus, eadem seruabit: omniaq; patior, ne thesauro isto meo spolier. Vel fideles intelligit quos ipse apposuit domino, vel ad dominum reposuit: vel quos deposuit apud eum Christus, perinde ac alio in loco dicit: Appono vos domino. perinde ac si dicat, Non erubesco sperare me non paucos adhuc adducturũ deo, quos & custodiet, neque prætermittet vt me eorũ causa celebrem faciat. Vel depositum dicit mercedem seu compensationẽ laborum. qui enim boni quicquam agit, veluti apud deum isthuc reponit, vt per ipsum coronetur. *Exemplar habe sanorum ser-* F *monum.* Pictoris instar depinxi atque expressi tibi eiconẽ & archetypum, ad quem respiciens & ipse, lineas ducere pingereq; possis. Hoc exemplar, eam formam, hoc est, archetypum meorum sermonum habe: ac si quid pinguendum fuerit, ab hac imagine sume, ac pinge, omnia enim illa reposita sunt in ea. *Quos à me audiuisti.* Non per literas tantum, verùm coram, ore ad os. Ne igitur mancas putemus epistolas, vel aliquid eis deesse, vt quæ non de omnibus tradiderint: multa nanque apostolus coràm etiam commendauit, ac sine literis docuit. *In fide & charitate, quæ est in Christo Iesu.* Hoc est, sermones mei fidẽ & charitatem tradunt, hoc est, doctrina & vita differunt, ac si quid docere vel dicere oporteat vel agere quod virtutem spiret, hinc tibi petere licet.

Depositũ Pauli.

Actuũ, 20

Bonum depositum custodi, per spiritum sanctum inhabitantem in nobis.

nobis. De fide, de vita reposita apud te, traditaque tibi præ A
cepta, vel donum seu gratiam quam accepisti, quemadmodum suprà dixit. Quomodo autem custodies? non humano robore, sed per spiritũ sanctum, qui demoratur in nobis per baptismа: quem spiritum si seruauerimus, nec persequemur prauis operibus, custodit & ipse nobis quæcunque ab deo habemus. Da igitur operam, vt custodias spiritum, & ipse rursus seruabit tibi depositum. Nisi enim dominus custodierit vrbem, frustra vigilauit custos ipsius.

Nouisti hoc, quòd auersi sint à me omnes qui sunt in Asia, quorum *Psal. 126*
de numero est Phygellus & Hermogenes. Tentationes recenset, non vt deiiciat discipulum, sed vt magis persuadeat, ne si in consimiles tentationes incidat, noua se pati arbitretur, sed B æquo eiusmodi animo ferat. Quum enim ab Nerone compellensus esset, dereliquerunt eum omnes qui in Asia erant, hoc est, qui ex Asia Romæ tum præsentes erant.

Det misericordiam dominus Onesiphori domui. Obserua hîc diuii Pauli honestatem ac prudentiam & modestiam. Eos qui ab se defecerant, non execratus est, sed simpliciter rem gestam denarrauit. ei autem qui sui curam gesserat, imprecatur misericordiam dei, non ipsi tantummodo, verumetiam vniuersæ eius domui. Adeò enim virtute fulserunt, adeò præclarè eos Onesiphorus instituerat.

Quoniam sæpe me refrigerauit. Tanquam athletam quempiam squalore afflictionum detentum, refrigeratione me dignatus est, non semel, sed sæpius. Hanc ad rationem & nos C facere oportet, vndique ac semper iuuare, bonum aliquod exercentes: sic enim fiet vt participes præmii eorum reddamur. Atqui de Paulo hîc mihi verba non facias. siquidem Paulus etiamsi neminem habuisset adiuuantem se, permansisset tamen firmus. At fortasse si quis alius in tentationes labatur, haud perseuerabit, nisi habuerit suffulcientem. Si igitur aliquis inuentus fuerit qui eum adiutet, eiúsque curam gerat, planum est talem victoriæ eius consortem fieri. quòd & victoriæ, coronarum etiam. Nam & in bellis apud veteres qui vasa custodiebant, æqualem cũ militibus prædam sortiebantur. *Nec puduit eum cathenæ meæ.* Vbiq; cõfusionẽ dicit aut pudorẽ vel ignominam, nõ periculum, commonefaciẽs & consolans Timotheum, ꝙ sola contumelia seu pudor, quod periculũ præsto sit. Atqui periculum certè aderat, nã &

Nero

D Nero sæuiebat aduersus eum, vt qui instituerit quempiam ex domesticis suis. *Verùm quum esset Romæ, diligentius quæsiuit me, & inuenit.* Non solum, inquit, nõ fugit meum occursum, sed quæsiuit etiam, & inuenit, quod magnæ est fortitudinis & fidei argumentum. *Det ei deus inuenire misericordiam a domino in die illa.* Misertus est mei, inquit, recipiat igitur retributionem in tremenda die, quando multa misecordia opus est etiam omnibus sanctis. Si autem Onesiphorus, qui pro Christi nomine periculis sese obiecit, per misericordiam seruatur, quanto potius nos? Hîc prosiliunt Marcionis dogma sequentes. Enduo, inquiunt, domini. Enimuero hoc nõ est. vnus est eñ dominus, perinde ac ipse Paulus alio in loco ait,

Ephe. 4. Est autem in more scripturæ sic vti sermone, vt, Pluit domi-

Gene. 19. nus à domino, hoc est, à seipso. Hunc ad modum & hîc. Ac

E si patrem & filium hîc significari acceperis, nihil absurdi admittetur: nam & pater dominus est, & filius dominus, & spiritus dominus, sed vnus tamẽ dominus tribus illis personis indicatur. Animaduerte quòd hic non dixerit, Det ei dominus aliud quiddam: sed misericordiam. *Et quanta Ephesi ministrauit mihi, tu nosti.* Familiaris est, inquit, boni operatio. non semel enim fecit, sed Ephesi & Romæ. Talem itaque operæprecium est esse Christianum, vt semper bonum operetur, per omnem etiam vitæ cursum.

CAPVT II.

F *V igitur fili mi cõfortare.* Quid ais? Dixisti paulo ante te vinctum esse, adeóque omnes te deseruisse: iam verò quasi nihil triste patiaris,

T infers, Tu igitur fili mi confortare. Næ, ob hoc ipsum tu magis, quia ego captiuus detineor, cõfortare. Si eñ ego præceptor non paterer, potuisses forsan tu succumbere in pericula incidens, vt inuenis, & rerum inexpertus. Iam verò haud parũ tibi consolationis præbet vt dextrè feras quæ tibi eueniẽt, quandoquidé & ipse huiusmodi patiar, tanquàm rei natura pericula habeat, non tua imperitia: quoniam in vniuersum vnusquisq; inferior in qua cũq; causa periculis incidens, magnam accipit consolationẽ si videat maiorem iisdem immergi. Expende autem quàm

paterno affectu adhortetur, fili mi dicens, veluti enim ani- A
mam verbo immisit. Si filius es, patrem imitare. *In gratia quæ est in Christo Iesu.* Non solùm meo exemplo confortare, verùm per gratiam maximè Christi. Illam habe colluctantem tibi, per quam accepimus potestatem vt conculcemus omnem potentiam hostis, vt ab nemine iniuria nobis inferatur. *Et quæ audiuisti à me coram multis testibus.* Quæ audiuisti, non quæ conquisiisti, non de quibus disputasti vel dubita

Roma. 10 sti. fides enim ex auditu. Audiuit autem non clanculum, sed habere, multis præsentibus. Nonnulli autem alios testes legẽ & prophetas intellexerunt, scripturis enim innumeris firma batur & coagmentabatur mihi sermo, adeóque verbum. *Hæc depone fidelibus hominibus.* Non ait, dic, sed depone, veluti in thesauro, quod enim reponitur, vt in tuto sit repositum. Reddit autem per hæc discipulum attentiorem. Fide- B libus, non disputatiuis, aut ratiocinantibus, disceptantibus: fidelibus, depositum non prodentibus. *Qui idonei erunt & alios docere.* Quid enim prodest si quis ipse fidelis, omnia citra hæsitationem accipiat, non possit autem apud alios excellere doctrina, nec in alios transfundere institutionem? Ac rursus non prodat ipse quidem verbum, non possit autem alios eo instituere? Duo igitur habere oportet doctorem, alterum, vt fidelis sit: alterum, vt docere possit. Hæc nimirum de presbyteris & episcopis ipsi tradit atque ordinat, non de prophanis vel laicis: nam hoc abs- cordium est, siquidem & Græcis & Iudæis scripserit. Opinor autem ipsum de quibusdam secretioribus hæc dicere, quæ sint fidelibus ac doctrinę capacibus, qui & alios instituere C possint, committenda. *Tu igitur aduersa patere, vt bonus miles Christi.* Animaduertis, aduersa duraque pati esse militis. Non est igitur egro ferendũ aio, si qs acerbas calamitates sustineat, quum sit in militum ordine. At quanta dignitas est, militẽ esse Christi, quũ valde arduã rẽ existimãt quidã, militeni regis quempiã militẽ esse? *Nemo qui militat, implicatur negotiationibus, ut imperatori suo placeat.* Hæc ad oẽs tam episcopos q̃ doctores dicta sunt. Significantẽ aũt vim habet, implicatur. reuera nãq; nexus & serpẽtes sunt talia. Negocia uero porrò dicẽs tumultũ ac turbas notauit, ab ipsis etiã voca tis dehortãs. Quid teipsum innectis? qd in turbas atq; uelut teipsum iniicis & implicas? Solã militiã cura, sic placebis

D cebis imperatori tuo Christo, qui ad militiam te selegit.

Sin certauerit quispiam, non coronatur nisi legitime certauerit. Hoc est, non si certamen inierit, hoc satis est, neque si inunctus fuerit, neque si complicatus sit, nisi & aliàs de cibo potuque ac temperantia athletis sancitas leges obseruarit, atque eas quæ luctæ modum & morem respiciunt. Non enim simpliciter pro sua cuique libidine permittitur luctari, verùm leges sunt hac de re athleticæ. Hîc Pauli sapientiam expende. Militis meminit, vt indicet q̃ ad cædem & mortes oporteat paratos esse. Porrò athletæ est, vt in omnibus perseueret, ac in exercitio semper viuat. *Laborantem agricolam oportet primum a fructibus sumere.* Tertium hîc exemplum profert, quod præceptori maximè est conueniens. Militis enim & athletæ paradigmata subditis etiam propria sunt. colonus autem nõ E subiipsius curam gerit, sed terræ, exiguamque compensationem accipit à frugum prouentu. Hunc ad modum præceptor non inutiliter laborat, verùm præ aliis ipse fruetur suis sudoribus, deo abundè mercedem ei reddente. Ne quis igitur ægro sit animo erga futuram quæ differtur compensationem ac mercedem: iam nunc, inquit, recipis, ac in ipso tibi labore est retributio, si nihil aliud, securitas certè animarum tibi ingens inde lucrum est. Nonnulli autẽ de honore doctrinæ exhibendo hoc dicunt, at non habet id locum. Animaduerte porrò, quòd non simpliciter agricolam dixerit, sed laborantem, hoc est, qui cæditur affligitúrque, non qui simpli F citer operatur. *Intellige quæ dico.* Quia obscurè quadantenus omnia dixit de milite, de athleta, de agricola: intellige, inquit. Huius eĩ rei gratia hæc dixi, vt te exacuãt atq; excitent. Deinde imprecatur ei vt genuino filio. *Det enim tibi dominus intellectum in omnibus.* Non solùm in his quæ dixi, verumetiam in verbis & operibus aliis. *Memento dominum resum excitatum ex mortuis ex semine Dauid.* Hoc dicit propter hæreticos. Nam & tum fuerunt qui ignominiam arbitrabantur filium dei pati, ac propterea fortasse imaginationem & visionem induxerunt. Adeò enim humiliatus est deus propter nos, vt erubescant etiam homines talem tantámque humiliationem deo applicare. Producit autem ideo etiam hæc in medium, vt animum ei addat, ostendens quòd & ipse præceptor noster Christus, per passionem & afflictionem, vicerit mortem. Isthuc, inquit, recordare, & haud labefactabe-

Christi humiliatio.

ris

ris ad afflictiones. *Iuxta euangelium meum.* Fuerunt enim A quidam aliud euangelium prædicantes, atqui non illis, verum euangelio est intendendum. *In quo affligor ad uincula usque, tanquam malefactor.* Iterum à seipso sumpto argumento consolatur discipulum, per hoc quòd sese affligi dicit, & quòd etiam opinionem aufert. *Sed uerbum dei non est ligatum.* Ne quis dicat, Ecquæ est commoditas? quid verò mirum q̃ ligatus es? Ostende mihi lucrum, ostende mihi aliquid mirandum. Hoc est, inquit, mirandum, quia verbum non est ligatum. Nunquid enim sensibile opus est, vt impediatur ligatione corpore? Diuina res est verbum, deíque verbum. Nobis autem ligatis solutum est & currit. ecce enim ligati scribimus & prædicamus: vidisti miraculum, vidisti lucrum. *Propterea omnia patior propter electos.* En & isthuc habet adhortatio- B nem. Non pro meipso enim patior, inquit, sed pro aliorum salute, nõ vt ego glorificer, sed vt alij. Qui verò sunt illi? electi dei. Si igitur de⁹ ipsos elegit, omnia oportet nos pati propter ipsos. *Vt & ipsi salutẽ consequantur, quæ est in Christo Iesu.* Et ipsi quemadmodum & nos salutẽ consequantur. Queadmodũ propter nos deus passus est vt seruemur, sic & nos patiamur pro illos. permutatio itaque hęc res est, non gratia. Prętera si quis ei obiiciat, Quid ais? Tu in vinculis periturus es, & illis salutis futurus es autor? Arrogans es ostentator. inquit, non hanc corpoream salutem dico, sed eam quæ est in Christo Iesu, verã ac celebrem: corporalis enim salus est in gloria. Audi enim quæ sequuntur. *Cum gloria æterna.* Non solũ vt seruentur, sed, quod maius est, vt glorificentur nobiscum C in sempiternum. Quare etiam si ignominiam & pudorẽ habeant vincula, gloriam tamen præbent electis, eámque sempiternam. Quòd si aliis, multo magis & mihi, qui his ce sum constrictus. Ne igitur mei causa contristeris. *Fidelis sermo.* Quia plerique ambigunt de futura vita & gloria, dicentes, quando viuo, tum mortibus trador: & quando morior, viuã? denique genus alia: propterea stabilit ac firmat sermonem, inquiens, Fidelis sermo. qui & qualis? Quòd electi celebrem & æternam salutem adsequentur. *Si enim simul mortui sumus, simul etiam uiuemus.* Confirmat idem humanis etiam rationibus. Nam & suprà indicium dedit quum diceret, Memento Iesum excitatum ex mortuis. indicat enim quòd post mortem resurrexerit. Quomodo igitur confirmat? Si in tristibus

commu-

D communicamus, in commodis non porrò? Atqui hoc ne homo quidem faceret, quanto minus deus, qui fons est iusti
Mors in baptismate. tiæ & bonitatis? Mortem autem dicit quæ per baptisma est, ac passiones & tentationes. *Si sustinemus, & conregnabimus.*
Non satis est semel in mortem se quempiam tradere, sed sem
p morti te obiicias necessum. In singulos enim dies, inquit,
1.Cor.15 morior. Multa igitur patientia nobis opus est ad hoc, vt si-
mul regnare cum Christo nobis obueniat. *Si negabimus, ne-*
gabit & ille nos. Ex iis quæ à contrario contingunt, confir-
mat rationem suam. Non enim in bonis tantummodo, verùm
etiam in malis sunt permutationes compẽsationésque. Qui
Mat. 10. enim, inquit, negauerit me coram hominibs, negabo & ego
eum coram patre meo. Cogita autem tecum in animo, quan-
ta sit ille passurus, & in quantam sit verisimile calamitatem
ipsum lapsurum, qui ab Christo abnegatus fuerit. *Si incre-*
duli sumus, ille fidelis manet. Si nõ credimus q surrexit, nihil is
inde læditur: ipse nanq; verus & stabilis est, siue qd dicamus
siue nõ dicamus. *Negare seipsum non potest.* Hoc est, nõ potest
E non esse, non habet naturam, vt id quod nõ sit, eum apprehe
dat capiat ve. semper enim manet, etiamsi nos non confite-
mur illum. Proinde non ad illum venit commoditas aut no-
xa, siue profiteamur ipsum, siue negemus, verùm ad nos u-
traque perueniunt. *Hæc adhortare.* Ne quis existimet Timo
theum ipsum habuisse opus hac institutione, Alios, inquit,
adhortare. *Testificans coram domino, ne sint uerborum inteti pu-*
gnæ, quæ ad nihil est utilis, cum subuersione audientium. Quia co-
piditas huic rei inest, adeóque humana natura nunquam nõ
cupit inquirere atque verbis contẽdere disputãdo de rebus
Tu, inquit, testificare coram domino, ne sint contentiosi,
hoc est, præcipe ipsis, in testem deum assumens, vt sciant eũ
F iudicem istorum fore, si ad dementiam prolapsi fuerint,
qua ab sana doctrina excidant. Nihil enim commodat ver-
borum pugna, neque quicquam lucri habet, sed multum hinc
Verborũ pugna uitanda. detrimenti nascitur. Subuertitur enim fides auditorum, vt
turris aliqua, à vectibus disputationum. *Stude teipsum proba-*
tum exhibere deo, operarium qui pudefieri non possit. Interpreta-
tur quomodo probatus fiat, nimirum si operarius sit quem
operis non pudeat, hoc est, si nihil eum eorum quæ ad pieta-
tem pertinere videantur, facere pudeat. Sic enim probaberis
apud dominũ, quippe qui omnia eius causa sustineas, omnia
opere-

opereris. Vbique sedulò mentionem facit pudoris, eò quòd A
multis ignominiosa res videbatur crux Christi, ac prædica-
tio eius plebeia & rudis, tandem & ipsi apostoli viles & con 1.Cor. 4.
tempti habebantur, vt qui extrema paterentur. Tu igitur, in
quit, ne rubore suffundaris. *Qui recte incidat uerbum ueritatis.*
Plerique enim diuellunt ipsum, quò volunt distrahentes: tu
verò ad id quod rectum est, duc. Vel quia non dixit, dirigat
vel rectificet, aliud quiddam nobis intelligere dedit per ὀρθο-
τομῆσαι. Veluti enim de pelle quapiam & corio superflua
quædam & minimè genuina cõtinente, rectè incidas vel dis
seces inquit, hoc est, Disseca aliena ex præconio verbi, & ex-
tunde gladio verbi. *Vanas autem uocum inanitates fuge.*
κενοφωνίας, hoc est, fuge. Vbique autem diuus Iohannes Chry B
sosto. pro κενοφωνίας, καινοφωνίας legit, hoc est, pro inanita-
tes, ipse nouitates vocum legit & intelligit, studium nouan-
di vel nouarum rerum seu sectarum accipiens. Nonnulli ἀν-
τιθέσεις, pro statue abunde acceperunt, vt videlicet intelligãt
desistere atque prohibere, quòd sanè non conuenit huic lo-
co. *Ad maiorem enim impietatem promouebunt, quorum sermo, ut*
cancer, pabulum habebit. Malum est, inquit, quod retineri non
possit, nec medicinam admittit: nam omnia vastant & per-
dunt incorrigibiles permanentes. Gangræna enim vel can-
cer, morbus est putredinem efficiens, adeóq; circuncirca o-
mnia, depascens. *Ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui cir-* C
ca ueritatem errarunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, ac
subuertunt quorundam fidem. Rectè Pauloante dixit, ad maio-
rem impietatem promouebunt. Nam hoc solum satis pericu
li, imò plurimum impietatis habet ac religionem Christi
funditus euertit propemodum, quod de resurrectione disse-
minant: siquidem multa inde alia absurda nascuntur. Si e-
nim resurrectio iam facta est, sublatum est iudicium, & re-
tributio, tum boni hîc retulerunt mœrores & afflictiones,
mali autem per delicias hîc scilicet ac voluptates puniti
sunt. Porrò quid deinceps boni est reliquũ, si huiusmodi sint
hominũ assiduitates? Non dixit autem omnium fidem subuertunt,
sed quorundam, nẽpe debiliorũ, magísque marcidorũ. Infert
igitur. *Solidũ fundamẽtũ dei cõsistit.* Quod dicit, est huiusmodi:
Nõ omnes subuersi sunt, sed instabiles tantũ. nisi enim tales
fuissent, nõ excidissent à fide, quẽadmodũ neq; Adã ante in-
stabilis Satanę firmꝰ erat. Nã q Christo sunt affixi steterũt fir
mi &

D mi & immobiles. Obserua autem, vt & firmamentum tibi sit, Idque solidum: sic enim teneri oportet fidem, hoc est, si fixè & solidè in Christum credideris, solidum tuum firmamentum, fides, non labefactabitur. *Habens sigillum hoc, Nouit dominus qui sunt sui: ac, Desistat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini.* Hoc est, habens sigillum, haud secus ac lapis seu gemma quæpiam literas & insculpta sibi signa & indicia tenet, per opera artificis sibi conuenientia. Pari ratione tu signum isthuc habes, Nouit dominus, & quæ sequuntur: hoc est, à deo sunt prægogniti, vt qui omnino ad eum pertineant, atq; electi sint vt ne peruertantur cum marcidioribus atque putridioribus. Iniquitatem autem, errorem appellat in dogmatibus, vel simpliciter ab omni iniustitia. Qui enim iniurius est, non est ex fundamento, non est dei. Quomodo enim? Ille lius qui iustus est, non habet sigillum. Expende autem tecũ rectius. Quòd si is qui nominat nomen domini, ab iniustitia desistere debet (nam qui non desistit, ne dignus quidem est nomen domini in os impurum sumere) quanta ergo integritas ab syncerè Christianis requiritur? Non est enim formosa laus in ore peccatoris. *In magna autem domo non sunt solùm uasa aurea & argentea, uerumetiam lignea atque testacea.* Quia multi turbati quærunt quam ob causam sint in mundo praui, aliis causis dimissis, nunc hanc reddit: propterea & in magna domo vasa sunt diuersa. Magnã autẽ domũ mundũ dicit. nõ enim ecclesiã: in ea enim nihil vult esse ligneum, sed omnia sunt aurea & argẽtea. Hîc enim Christi corpus est, hîc virgines non habentes maculam. *Et alia quidem sunt ad honorem, alia uero ad ignominiam.* Aurea sanè vasa, hoc est, virtutibus compti, ad honorem: lignea verò ac testacea, hoc est, scelerati, ad ignominiam seruantur. Non dixit ad vsum, vel abusum: praui enim etsi ad virtutem nihil, ad mundi tamen constitutionem commodant, & ad quædam dei consilia, vt Pharao. *Si igitur quispiam purgarit seipsum ab hisce, erit uas in honorem sanctificatum.* Animaduertis quòd non est naturæ, neque materialis necessitatis, vt Manichæi dicunt, esse aureũ ac testaceum quempiam, sed voluntatis nostræ. Licet enim cuiuis seipsum expurgare, hoc est, perfectè mundare à testacea ac lignea deliberatione aut voluntate, aureámque & argenteam efficere vel constituere. Paulus erat testaceus, sed factus est aureus: Iudas erat aureus, sed factus est testaceus.

Electorũ sigillum.

Voluntatis nostræ libertas.

Atqui

Atqui si testacea reiiciuntur, quomodo alio in loco dicit, Habentes thesaurum hunc in vasis testaceis? Isthic de corporis natura loquitur, quo modo enim testa nihil est aliud atque lutum torrefactum, sic & corpus nostrum nihil aliud est atque lutum, animæ calore & calefactione viduatum. Hîc autem de voluntate verba facit & consilio. *Quod possit esse usui heros.* Lignea igitur inutilia sunt ad præcipuum scopum domini dei, qui vult omneis homines seruari, etiamsi videantur alia quadam ratione, vt dictum est, commodare. *Ad omne opus bonum paratum.* Hoc est, etiamsi tempus vel opportunitas agendi non fuerit, attamen paratum ac præparatum erit, siue vt sanguine & vita Christum testetur, siue vt virginitatis statu sese deo dedat. *Iuueniles autem cupiditates fuge.* Iuueniles cupiditates nõ solius fornicationis sunt, verùm omnis absurda concupiscentia, vt si quis potestatem vel imperium expetat, si pecunias & diuitias: stultæ enim sunt eiusmodi cupiditates & imaginationes, instabiliumque mentium. Repugnas autem tecum, quomodo nonnunquam grandæuus ac senio confectus aliquis, iuuenilibus affectibus ducatur. *Persequere iustitiam.* Per iustitiam, omnem virtutem complectitur. Fidem. Veram & stabilem, & erga amatos cum affectione & propẽsione, perinde quasi dicat, Ne sis infidelis & instabilis. Statim igitur infert: *Charitatem, pacem cũ inuocantibus dominum ex puro corde.* Hoc est, illis fide tantũmodo, qui citra exulcerationem ac dolum inuocant dominum, pacificis, pugnacibus, inuocantibus dominum: illis inquam conuersare. *Stultas autem & ineruditas quæstiones deuita, sciens quod generent pugnas.* Viden' quomodo nusquam non abducat ipsum à quæstionibus? non quòd non abunde satis posset eas diluere atque cassare, poterat enim, verùm quòd inutile erat omnino in huiusmodi sese certamina iniicere, nihil enim boni ex eis proficiscitur, sed vel pugnæ vel odia inde prodeunt. Hasce igitur deuita, stultas nimirum. Proinde sunt & aliæ quæstiones, nempe de scripturis, quæ non sunt fundæ, vt quæ non generent contentiones. Expende deinceps quomodo labantur ac nutent etiam illi qui in quæstionibus scripturarũ dimicant. *Seruum autem domini non oportet pugnare, sed mitem esse erga omneis.* ἤπιον id est mitẽ, mãsuetum. Quomodo igitur dicit, Argue ipsum cũ omni imperio & Nemo tuam adolescentiam aspernetur? Eò q; ve

Q hemens

2. Cor. 4

1. Tim. 2.

Infrà. 4.

1. Tim. 4.

D hemens reprehensio tum maximè mordeat, quum cum mansuetudine contingat. Licet enim, licet vehementius cum mansuetudine carpere, quàm cum asperitate ruborem iniicere.

Ad Tit. 3 *Doctrinalem.* Id est qui docere possit volentes discere. Hæreticum enim post vnam & alteram admonitionem deuita.

Tolerantem mali. Hoc enim potissimum eum habere conuenit, vt expectet nimirum conuersionem, ac semper quidè indicet malum & peruersitatem, non statim tamen excindat delinquentem. Considera enim quod sequitur. *In mansuetudine erudientem renitentes & aduersarios.* Cum exasperatione nanque & pugna haud quiequam commodorum cernere poterit tua anima, eò quòd eum qui velit aliquid commodum discere, operæ sit precium præ omnibus aliis amico esse affectu erga præceptorem. Quomodo autem illum diligat, qui cum exasperatus sit, tum iniuria afficiat? Quî igitur dicit,

E Hæreticum hominem post vnam & alteram admonitionem deuita? Isthic inemendabilem dicit, quem nouit immedicabiliter ægrotare: hîc autem illis loquitur, qui nondum omnem medecinam refugiunt: quod è sequentibus etiam planũ est.

Fortassè dederit eis deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis. Fortasse, inquit, obueniet eis correctio, & in melius animũ suum permutabunt. Fortasse autem est de incertis ac dubiis. Proinde ab iis qui palam medelam non admittunt, qui sunt inemendabiles abstinendum est: de quorum autem salute ad huc hæsitatur, correctio est tentanda. Porrò hîc tecum reputa, quomodo docẽs humilẽ mẽtis affectũ, non dixerit, fortasse possis, sed fortasse dederit eis dñs resipiscere. Ac si quid

F fiat, domini isthuc est. tu itaq; ne attollere. Porrò etsi cupiũ nos persuaserimus, ne existimemus q̃ ipsi persuadeamus.

Vtque resipiscant ex diaboli reti. Hæc non de doctrina tantum, verumetiam de vita intellige. In reti nanque diaboli sunt homines, non solùm dogmatum causa, verumetiam vitæ. Quocirca & qui circa vitam vacillant, toleranter corrigẽdi sunt. Vt enim passer etiamsi vna tantum parte, pede nimirum, contineatur, sub manu tamen est & potestate eius qui

Comparatio pulchra. rete laqueumve fixit: consimilem ad modum & nos, etiamsi nõ vtrisq;, hoc est, fide & vita detineamur, ex sola tamẽ vita ĩ potestate diaboli sumus. *Suscitati ab ipso ad illius voluntatẽ.* In errore, inquit, natant, sed capti ab deo sunt ad illius voluntatem, id est dei: fortasse resipiscent ab aquis erroris. Voluntas

tas autem dei est, non solùm credere, verumetiam rectè vi- A
uere. Quare de vita etiã hæc intellige, non solùm de dogmatibus. Quidam autem viui capti ab ipso, hoc est diabolo, intellecrunt, & reliqua ad eundem modum.

CAPVT III.

H *Hoc autem noueris, quod in diebus nouissimis instabunt tempora difficilia.* Quia non pauci scelerati temporibus Pauli fuerunt, vt ne propter huiusmodi perturbetur Timothe⁹, prædixit ei, in domo magna, & quæ Supr. 2.
isthic sequuntur. nunc verò ait tales etiam posthac futuros. Quinetiam temporibus Mosæ Iannes & Iambres fuerunt, quare non est hodie noua isthæc res, neque ad te vsque per- B
uenget tantum. ne igitur ægrè feras. Tempora porrò difficilia, id est, omnino praua. Non de diebus autem hoc intelligendum, quæ enim diei malitia est? verùm de in diebus, prauis & rebus & hominibus. Nam & nos in consuetudine nobis sermone tempora dicimus mala, & non malos homines, ab rebus quæ in iis eueniunt, atque hominibus.

Tempora difficilia & mala.

Erunt enim amantes sui. Statim quod omnium malorum est causa, ponit, non quæ proximi sunt, sed quæ sua tantum ipsius, spectare. Φίλαυτος enim ille est, qui se solum tantum modo amat: ex quo contingit, vt ne seipsum quidem tandem verè amet. Quẽadmodũ enim & in artubus, vnius quidem damnum ad reliqua etiam membra pertransit, & in ædificijs pari ratione: sic & in ecclesia qui fratrem suum negligit, seseq; tantũmodo curat, seipsum etiã perdit. *Auari.* Quũ C
diuisset radicẽ, infert speciatim & ab ea enatos ramos, quorũ primus & maximus, argenti est cupiditas, vel auaritia. Perinde nanque ex charitate omne bonum, sic ex philautia, id est amore sui, omne malum profluit. Charitati ea est opposita: nã charitas est lata, & vndiq; effunditur, philautia verò latitudinẽ eius in arctum constringit, & in vnum tantũmodo contrahit. *Arrogãtes.* Hoc est aduersum homines superbiẽ & gloriantes, ostentantesque. *Superbi, blasphemi.* Procedente malitia ad deũ vsque iniuria pertingit. Quando enim aliquis aduersus homines arrogans fuerit, sibiq; omnẽ virtutẽ adscripserit opusque, & non diuinæ gratiæ, tum iam blasphemus est. *Parentibus immorigeri, ingrati, scelesti, ab charitatis affectu alieni, fœderis experies, irreconciliabiles.*

D Idque non immeritò: nam qui deum blasphemant, quomodo parentes venerabuntur? Qui autem parentes suos non honorat, erga omnes erit ingratus planè. Huiusmodi autem impurus est & sceleratus, quoniam pietatem & id quod debet reiicit. Quinetiam à charitatis affectu sunt alieni. quem enim alium dilectionis affectu complectetur, qui benefactorem suũ respuit? Et irreconciliabilis nemini reconciliatur, cum nemine fœdus sancit. ne cum ipso quidem benefactore. *Calumniatores.* Hoc est, omnibus maledicentes. Qui enim nullius boni sibi conscius est, omnes alios criminatur, sibi ipsi hoc pacto consolationem quandam acquirere visus, quum intelligit atque intuetur incontinentes lingua, ventre, aliisque cupiditatis. *Non tranquilli.* Animaduertis quosnam faciat amor sui

E & auaritia? belluas nimirum pro hominibus. *Non amantes boni.* Omnis boni hostes. *Proditores.* Amicitię. *Immodesti.* Hoc est instabiles, nihil stabile habentes. *Inflati* Dementia impleti. *Amantes magis uoluptatum, quam amantes dei.* Necessario hoc sequitur. vbi nanque amor est delectabilium huius mundi, isthic diuinum desiderium non est. *Habentes quidem formam pietatis, uirtutem autem eius abnegantes.* Hoc est, figuram & speciem quandam pietatis præ se ferunt, ac simulant tantum, operibus autẽ eã negãt. Obserua autẽ hic vim & virtutem fidei atq; adeò neruos per opera monstrari: meritò igitur dicitur sine operibus esse mortua. Formam autẽ alio in

Iaco. 2. loco apostolus de bono assumpsit. præceptor enim formationem cognitionis & scientiæ habet, hoc est, fingit & formae scientiam in discipulis. *Et hos auersare.* Si in extremis temporibus erunt, quomodo dicit, & hos auersare? Verisimile enim est tunc etiam tales fuisse quosdam, & si non omnino tã

F ta potentia & copia, fuisse tamen, perinde ac si dicat, eiusmodi quales etiamnum inueniuntur deuita, perinde ac infert. Ex his sunt subeuntes ædes. Vel quia postremos dies, eos dicit diuus Paulus, qui obitum statim suum secuturi essent, in quibus Timotheus adhuc superstes futurus erat. Vel, quod etiam verius magnus ille Chrysostomus indicat, per Timotheum, omnes verbi ministros adeóq; fideles adhortatur vt huiusmodi fugiant. *Ex his enim sunt ingredientes domos.* Impudẽtiam eorum indicat per hoc quod ait ingredientes, vel subeuntes, tum adulationem & impostura, quibus reuera sunt pleni. *Et captiuantes mulierculas.* Non dixit decipientes, sed captiuas ducentes, ac tanquam mancipiis vten-

ter. talis enim est qui decipitur, seruus nimirum. Obserua autem mulierum esse decipi, imò potius mulierculam dici queat. A

Cumulatas peccatis. Peccatorum copiam indicat, & inordinatam & confusam vitam, hoc est inhonestam. Non enim simpliciter mulieribus imponunt, nec enim natura est accusanda, verùm habentes cumulum peccatorum, in laqueum inducunt. Qui enim nullius sibi boni conscius est, prauis doctori bus citra negocium obtemperat, seipsum consolans quasi nõ sit daturus pœnas ob perpetrata scelera. *Quæ uariis cupiditatibus aguntur.* Pecuniarum videlicet, gloriæ, deliciarum, mundi muliebris. notat autem & turpes cupiditates. Obserua autem q̃ agẽdi verbo hic vtatur, tanquam de brutis pecoribus loquatur. *Semper quidem discentes, & nunquam ad agnitionem ue* B *ritatis pernenire possunt.* Venia itaque dignæ sunt? Nequaquã, sed venia potius illis deneganda. Quia enim seipsas peccatis accumularũt & cupiditatibus: excæcata est illarum mẽs. Quare quod non possint discere, non est naturæ, sed voluntatis earum adscribendum. *Quemadmodum Iannes & Iambres* Exod. 7. *resistebant moſi, sic & illi resistunt ueritati.* Magi isti fuerunt Mosi temporibus. Vnde autem nomina horum norat Paulus, quum scriptura non indicarit? Vel citra scripturam tradita sunt per maiorum memoriam & commemorationẽ: vel per spiritum sanctum verisimile est ea nouisse Paulus. *Homines mente corrupti reprobi circa fidem.* Quando mentem quispiã perturbationibus, prauisq; affectibus corruperit, tum reprobus efficitur circa fidem. Dixit enim insipiens, non est deus. C Videlicet quia corrupti sũt, & execrabiles facti sunt in iniquita Psal. 13. tibus. Incorrupta igitur mens fidem recipit. Est ergo nauã- Ezech. 7 ta nobis opera, ne prauis affectionibus corrumpamur, vt locum apud nos inueniat fidei adulteratio, deprauatióve. *Sed non promouebunt admodum.* Quomodo igitur alio in loco dicit, ad maiorem impietatem promouebunt? Isthic affirmat, Orsi praua dogmata, non desistent ab impo ra, sed semper magis noua inuenient: hîc autem hoc dicit quod non decipient neque arripient multos, uerùm etiãsi maximi impostores videantur, deprehendentur tamen. Ideo igitur:

Dementia enim eorum perspicua erit omnibus perinde ac illo-

D *rum etiam fuit.* Si non adhibes fidem dictis meis, ex iis quæ Magis contigerunt, disce. Nam illi conuicti sunt & reprehẽ si, qppe qui p vanã illusionẽ miracula ederent, atq; seduce rent spectatores, quum Moses reuera signa & prodigia osten deret & operaretur. Quocirca omnis impostura ad tempus durat. *Tu uero assecutus es meam doctrinam.* Illi quidem tales sunt, tu verò nostra exactè nosti, ac tenes q̃ nõ sint talia: nõ enim simpliciter apud me moratus es: enimuero es etiã secta tus, id est, lõgo apud me tẽpore permãsisti, & omnibus meis rebus attendisti animum: fortis itaque esto, ac resiste ad uersariis. Doctrinam, quod ad verbum attinet. *Conuersationẽ.* Hoc de vita & moribus accipiendum. *Propositum.* Id est, promptitudinem, adeóque virilem animæ constitutionem.

E Non enim dicebant solùm, verùm & faciebant. *Fidem.* Hoc est, in doctrina veritatem & stabilitatem, vel eam fidem quę in periculis non sinit desperare, sed fidere deo facit, q̃ is nos sit erepturus. *Longanimitatem.* Erga hæreticos. non enim tu multuabar, neque ciebam turbas, sed omnia & quemuis cum mansuetudine excipiebam.

Patientiam. Erga persecutiones. *Persecutiones, afflictiones.* Nedum, inquit, persecutionibus obnoxius eram, verum etiam patiebar. Quia verò hæc duo maximè perturbant do ctorem, cum quòd hæretici sint, tum quòd afflictio immi neat ceruicibus suis: de hæreticis multa sanè disseruit, per suadẽs Timotheo ne perturbetur. Quod ad afflictiões attinet, suas ipsius calamitates renarrat, discipulo animũ addẽs hoc

F pacto. *Quales obtigerũt in Antiochia, Iconio & Lystris.* Antiochiã Pisidiæ dicit: ex Lystris autem erat Timotheus oriundus. Quam ob causam autem harum tantũmodo meminit? Quia Timotheo notiores erãt, vel aliis recentiores etiam afflictio nes. Obserua hîc, quî non hæc speciatim dicat: non enim de monstrationis causa, sed vt discipulum consoletur, hæc ne cessario scribit. *Quales persecutiones sustinui, & ex omnibus me dominus liberauit.* Vtraque hæc indicat Timotheo. Ego, inquit, pronus & paratus erã ad eas quas me sustinere opor tebat afflictiões, ac deus nõ deserebat me. Quare & tu sis pro nus, sic futurum est vt non derelinquaris ab deo.

Omnes autem qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Et hæc sanè maxima est consolatio. quid enim de me solo uerba facio? Quotquot enim piè

uiuere instituunt, & secundum Euangelium, persecutionem A patientur, persecutiones autem hîc dicit non eas solas quę ab *Persecutio* incredulis imminẽt, sed afflictiones istas simpliciter, & mœ- *nes Chri-* tores ac dolores, quæ virtute compti sustinent. Tentationis *stianorũ.* enim locus est vita hominis, iuxta diuũ Iob: & qui angustum *Iob. 14.* iter ingreditur, necessariò premitur, vel affligitur. *Praui au tem homines & uenefici promouebunt in peius, errantes, & in erro rem inducti.* Nihil angaris animi, si isti felicitate gaudeãt, tu verò tentationibus quatiaris. sic habet natura rerum. Nuda tus es, exutus es ad certamen: necesse est igitur sudoribus te refertum esse. Stolidum est igitur in certamine ipso & lucta mentum quærere. Ac etiamsi videãtur feliciorem habe re successum, non est tamen isthæc res successus, quòd prospe ri sint in errore ac deceptione. Interpretans enim quid sit pe B rire, dixit errare, & in errorem induci. *Tu uero mane in iis quæ didicisti, & in quibus certior es redditus.* Tu autem, inquit, im permutabilis esto, neque prouoceris ad iracũdiam aduersum scelleratos, neque aduersus hominem cuius orsis in iniquitate prosperi successus dantur. Non simpliciter autem didicisti, sed fidelis es creditus, hoc est, cum certitudine didicisti. Pro- *Gen. 21.* inde etiãsi diuersum cernas ab eo quod credidisti, ne turbe- *& 22.* ris: quandoquidem & Abraham audito quoniam in Isaac vo cabitur tibi semen, quum posthac iugulare eum iuberetur, nõ turbabatur. *Sciens a quo didiceris, & quia ab infantia sacras lite* ras nosti. Duas causas adducit propter quas oporteat ũe im permutabilẽ permanere, vt adeò non moueatur à firma mẽ tis sententia: Quoniam non abs quiuis, inquit, didicisti, sed C a Paulo, perinde est autẽ ac si diceret, à Christo: Et quia non heri, aut nuper didicisti, sed ab infantia, ac radices egit in te scientia pietatis: quare non permittet aliquid stultè facere, vt plerique solẽt. qui enim scripturas perinde nouit vt oportet, nunquam peruertetur. Sacras autem literas, diuinam appel lat scripturam. Hoc porrò est aduersus Simonem & Mane tem, & omnes qui veterem scripturã adeoque vetus testamen tum prauum appellãt. *Quæ possunt te instituere ad salutem, per* fidem Iesu Christi. Non quemadmodum externa scientia homi nem instituit ad fraudem & impostura, & verborũ pugnas, ex quibus animæ interitus prouenit, sic diuina cognitio, sed ea instituit ad salutem. qualem? non eam quæ est per opera, sed quæ per verba, sed quę est per fidem Iesu christi. Perdu-

Dcens enim sacra scriptura hominé vt Christo credat, salutem ei cõciliat. *Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est.* Quum non paucos consolationis modos dixisset, maximam iãnunc profert, quæ est ex lectione sacrarum literarum. Denunciatus est enim ei quidpiam triste, nimirum quòd instet sibi vitæ terminus. Ne igitur despõdeat animum, qui orbetur commendatore ac præceptore suo: Habes, inquit, scripturas, quæ mei loco te iuuare possunt. Solet autem hîc quæri ab nonnullis, quomodo dixerit, omnis scriptura diuinit° inspirata: nũquid igitur & Græcorum scripturæ diuinitus sunt inspiratę? At vim facientes quidam huic loco, punctum interponunt ante diuinitus inspirata, dicẽtes, Omnis scriptura, quę est diuinitus inspirata, illa est etiam vtilis. Oportebat autẽ eos noE uisse quòd suprà dixerit, sacras literas nosti. Ait ergo, quòd omnis scriptura, qualis? de qua disputabatur, ac de qua dixit ꝙ sacra. Ois igitur huiusmodi, diuinit° inspirata, & vtilis est ad omnia quæ deinceps recensẽt. *Ad docendum.* Prodest nobis, docens nos si quid sit dicẽdum. nihil enim est quod non possit sacra scriptura dilui. *Ad redargutionem.* Si vana sint arguenda, inde etiam fieri potest. *Ad correctionem, ad institutionem quæ est in iustitia.* Si quid sit, inquit, corrigendum, si instituendus quisquam, hoc est, erudiendus ad iustitiam, hoc est vt iusta transigat, hoc etiam è scripturis tibi præsto erit. *Vt sit perfectus homo dei.* Correctio & emendatio fit ex scripturis, vt nihil bonorũ desit homini dei. Quocirca si tu quoque velis perfectus esse & sanus, vel semper idẽ, neque in triF stibus contractus, neque, in commodis inflatus, quod euenire solet iis qui instabili mente fluctuant, has habe consulteri-

Lectione sacrarum scripturarum, utilitas.

Sacrarũ literarũ lectio necessaria.

ces (scripturas dico) pro me. Quòd si Timotheo spiritus sancti pleno scripsit de lectione sacrarum literarum, quanto potius hoc nobis præcipit? Obserua autem quòd sine scripturis quisquam non possit esse perfectus. *Ad omne opus bonum consummatus.* Non simpliciter bonorum operum particeps, sed summatus, hoc est perfectus, non ad hoc quidem, ad isthuc vero non item, sed ad omne.

CAPVT IIII.

Estificor igitur ego coram deo, & domino Iesu Christo
1. Tim. 6. T *iudicaturo uiuos & mortuos.* Perterrefecit Timotheum quum suprà dixisset, Præcipio tibi coram deo

deo viuificante omnia, nunc autem horribiliorẽ facit sermo- A
nem, iudicij illius mẽtione facta. Illum enim, inquit, qui pœnas exacturus est, testem facio, quòd neq; hoc te celauerim. Viuẽtes autem & mortuos, vel peccatores dicit & iustos, vel qui iam abierunt ex hoc seculo, & qui tum relinquendi sunt viuentes: quidam autem & animas & corpora hîc intellexerunt. *Per aduentum suum, & regnum suum.* Qui iudicaturus est, inquit, in apparitione vel aduentu suo cum gloria & vero regno. non enim adeò tum vilis & cõtemptus aduenier, vt antehac. Prædica verbum. Quid est quod testificor? Prædica verbum, ne cohibeas donũ & gratiam quæ in te est. Terreantur ergo hîc qui non prædicant. *Insta opportune, importune.* Veluti cum immoratione & instantia loquere, non semel, sed semper. Non sit tibi statum tempus, sed importunè B etiam, hoc est, quum in periculis fueris, & extra ecclesiam, loquere & prædica: & oportune, hoc est, quum in pace & extra trepidationem fueris, & in ecclesia. Opportunum enim & importunum iuxta opinionem multorum dixit. arbitrantur enim opportunitatem, quietem & laxationem, importunitatem verò, tempus periculosum. Ac rursus oportunitatem doctrinæ vocat in ecclesia esse: importunitatem verò, extra hãc esse. Vel aliter, Ne expectes tẽpus lapsus, enimuero priusquam impingat peccator, doce. *Argue.* Quum videris opus esse reprehensione, hoc est, quum videris peccantem vel peccaturum, ne prætermittas. *Increpa.* Postquam argueris atque demonstraueris eum deliquisse, tum increpa, id est, pœnam & supplicium impone. *Consolare.* Obiurgatio similis C datur sectioni, consolatio verò pharmaco læto. Consolatio ne ergo pharmacum appone, vt ne sola sectio dolores vehementiores faciens, ad desperationem præcipitet. *In omni longanimitate ac doctrina.* Hoc ad omnia prædicta construe. Reprehendere nanque in longanimitate oportet, vt non omnino simpliciter credas: & in doctrina, vt doceatur quomodo quis peccauerit, & quodnam sit peccatum. Sic decet, operæque pretium est doctores per longanimitatẽ increpare, nec tanquam hosti pœnam iniungere atque decernere, sed velut filio institionem dare, & docere eum quisnam sit quęstus mulcę quæve commoditas. Consolatio autem maximè opus habet longanimitate & doctrina, nec in vulgari longanimitate, sed in omni quę omnibus in modis demõstratur, operibus nimirum,

Increpationes ut faciendæ.

Dnimirum,& verbis,& pecuniis. *Erit enim tempus,quando sanam doctrinam non sustinebunt.* Priusquam ergo labefactẽtur, anteuerte eos. propterea & suprà dixit,opportunè,importunè,tãtisper dum obtemperent,omnia age. *Sed secundum proprias cupiditates sibiipsis accumulabunt doctores.* Inæstimabilem doctorum multitudinem per verbum accumulabunt significauit,& ꝓpterea ꝙ à vulgo deligãtur, quod nihil proratiõe facit,sed eos Vuchit qui cupiditatib⁹ ipsi⁹ cõsentiãt,ac quæ ad voluptatẽ eius faciãt,tũ dicant,tũ agãt,hos elegit, hos ꝓmouet. *Pruriẽtes auribus.* Hoc est,oblectati aurib⁹,ac titillati,cõ cupiscẽtes audire q̃ placeãt. *Et a veritate quidẽ aures auerẽt,ad fabulas aũt cõuertentur.* Animaduertis quod nõ veluti ex ignorãtia errẽt,sed suapte spõte? Auertẽt eñ aures,inquit, & auertẽtur: malũ itaq; volũtariũ est. Hoc aũt dicit,nõ vt ad mœrorẽ cõiiciat discipulũ, sed vt indicet ei, vt præsenti,quod formidine vacet, tempore vtatur quemadmodum conuenit pro necessitate sua. Sin aduenerit periculosum, vt dextrè ac strenuè ferat,quemadmodum & Christus dixit, Tradent vos, & flagellabunt. Et idem ille: Post abitum meum aduenient lupi graues. *Tu autem sobrius esto in omnibus,malã sustine.* Videndum quòd propterea vt sobrius esset ac vigilaret, hæc prædixerit? perinde ac si dicat,priusquã aduenias vastatio illa donec adsint lupi,sustine afflictiones,vel volũtarius,vel inuitus, vt in tuto res tuas colloces. *Opus fac euangelistæ.* Proinde opus Euangelistæ est malum sustinere,tum quod ab sese imminet, tum ab aliis. *Ministerium tuum certifica.* Hoc est,imple. Tum itaque ministerium completur,quum aliquis malum & iniuriam sustinet. *Ego enim iam libor,ac tempus meæ resolutionis instat.* Non dixit sacrificor,sed quod maius est. Nõ enim vniuersum quod ex victima est,tribuitur deo, verùm quod libaminis est,totum ad deum refertur,illiq̃ totũ adfertur. *Certamen bonum certaui.* Quur Paulus hæc de sese magna prædicat & gloriatur? Non gloriatur,neque fastu turgidus hæc dicit: verùm discipulum suum adhortatur ne doleat super ipso, quippe qui finem iam bonum assequatur, & ad coronas per obitum abeat. Quemadmodum si pater emoriens consoletur filium assidentem sibi, atque plorantem, dicit, Fili mi ne plora, bene viximus, trophæa statuimus & ereximus, rex noster magnas agit nobis gratias, poteris etiam tu admirari res ab nobis gestas. Est enim planum quòd hæc dicat pater

cat pater, gnatum suum laudibus excitans, vt haud ægro A
ferat animo obitum. Cõsimilem ad rationem Paulus hîc Timotheum consolatur, hanc veluti testamentum condens epistolam. Certamen, inquit, bonum certaui, proinde tu etiam Timothee idem apprehẽde. Atqui hîc cathena, hîc vincula: bonũmne id certamẽ est ò Paule? Næ, inquit, propter hoc ipsum quòd vinculis & carcere teneor, bonũ est. Propter Christum enim hæc fiũt. In certaminibus Olympicis multos dies transigunt mortales, & in vna hora coronã accipiunt: hîc autem in perpetuũ splendor apud certantes perdurabit. Ea propter bonum est ac delectabile certamen atq; decorum. *Cursum consummaui.* Ab Hierosolymis enim & circuitu eius, ad- *Roma. 15*
usque Illiricum. Currebat itaque innumera dissecans impedimenta, mortes, insidias, calamitates, perinde quasi ab igni ha B
beret alas, quibus celerrimè omnia peruolaret. *Fidem seruaui.* Haud pauca enim erãt quę hãc deprædari tentabãt, minæ, mortes, suauiũ rerum promissiones, verùm ipse ad omnia restitit, sobrius, semperque vigilãs, ac furem obseruans. De- *Lucæ. 12.*
inceps mihi reposita est iustitiæ corona. Sufficiebãt sanè quę deterrat, ad consolationem, atqui præmia etiam hîc apponit, vt eo excitet vehementius Timotheum. Non enim dolere oportet quòd abeam coronam accepturus. Iustitiã autem hîc rursus omnem virtutem appellat. *Quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.* Nõ dixit dabit, sed reddet, veluti debitum soluẽdã & creditũ. iustus eñ quũ sit, oĩbus laborib⁹ mercedẽ definiet. Debitũ itaq; est corona, ꝓpter iudicis iustitiã. *Non solũ autem mihi, uerũetiã oĩbus diligẽtibus aduentũ ipsius.* Hîc Timo C
theũ ipsum rursus excitat. si enim omnib⁹, multo magis tibi. Quis aũt diligit eius aduentũ? qui digna eo trãsigit & opera *Aduẽtum*
sua. Quare qui nõ trãsigit, nõ videtur diligere apparitionem *Christi qs*
aduentũq; eius, imò deprecari etiã ipsum, ne digna operibus *diligat.*
recipiat. Apparitio autem dicitur, eò quòd à supernis apparet ac è supernis oriatur. Ante vniuersalem autẽ apparitionem eius, altera quædam est, secundum quã seipsum dignis exhibet atq; ostendit, sed non mundo. Et rursus: Ego, inquit, *Iohan. 14*
& pater veniemus, mansionemq; apud ipsum faciemus. *Studiose venire ad me celeriter.* Quur ad sese Timotheũ vocat, maximè quum ecclesia Ephesina ei esset cõcredita cum tota illa ciuitate? Quia vinctus detinebatur, & conclusus erat ab Nerone, nec poterat ipse ad eum venire, hãc ob rationem Romam

illum

D illum accersit, volens fortasse multa ei, priusquam mortem oppetat, commendare, ac velut apud ipsum deponere. *Demas enim me reliquit, diligens hoc seculum.* Non dixit, vt te vidéam priusquā ego moriar, vt ne perturbet eum, verùm quia solus sim, nec habeam qui succurrat mihi vel adiuuet me in euangelio, da operam vt venias. Quid autem est quod ait, di

Seculi huius amor. ligens hoc sæculum? hoc est, amans ocium & laxamentum huius vitæ, hoc est, vitam periculorum expertem, ac quietis plenam: ac maluit potius domi suæ in deliciis agere, quàm mecum affligi. Hunc autem solum accusat, non eo consilio, vt accuset eum tantummodo, enimuero vt nos fulciat atque cōfirmet, vt ne in periculis langueamus, simul autem vt Timo

E theum ad sese citius pertrahat. *Et profectus est Thessalonicen, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.* Hos non accusat iā, nam Titus ex admirandis erat admodum Euangelii ministris, adeò vt Creta insula ei committeretur. Hi duo igitur, non veluti diligentes mundum hunc abierunt, sed prædicandi forsan verbi gratia, vel aliam ob rem. *Lucas est solus mecum.* Hic enim citra diuulsionem vllam tenebat Paulum, qui & Euangelium conscripsit, actáq; catholica. De hoc scri

2. Cor. 8. bens Paulus, Cuius laus, inquit, est in euangelio per omneis ecclesias. *Marcum recipiens duc tecum, est enim mihi utilis ad ministerium.* Non ad sui recreationem hæc dicit, verùm ad ministerium Euangulii. Etenim in vinculis agens, non desistebat prædicare verbum. Timotheum igitur non suiipsius causa vocabat, verum enim Euangelii nomine, vt nulla pertur-

F batio fidelibus nasceretur obitus sui tempore, multis eius discipulis præsentibus, prohibentibúsque turbas & mœrorem, adhortantibúsq; & consolantibus eos qui eius obitum egerrimè ferebant. Etenim verisimile est homines fuisse graues & autoritate magnos qui Romæ crediderant. *Tychicum ad emandaui Ephesum.* Solus itaque relictus, opus habeo præsentia tua. *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, ueniens tecum affer, & libros.* Pallium quoddam hic dicit, quod querit, vt non habeat opus ab alio accipere. Vbique multam prouidentiam facit, vt non indigeat aliis. Nonnulli capsulā hic intelligunt in quam libri repositi erant. Quid autem libris opus habebat, migraturus ad deum? vt ipsos fidelibus leget, vel commendet vt eis suo loco vtantur. *Maximè membranas.* Forsan commoda quædam continebant. *Alexander ærarius*

multa

multa mala mihi ostendit. Meminit tentationis huius non vt eum accuset, verùm vt persuadeat strenuè & æquo animo fer re, à vilibus & ingloriis, nempe incredulis, adductas tentationes. Plerique enim à grauibus viris & magnis tētati, isthuc fecunt, consolationem habentes ipsam affligentium excellen tiam: verùm à vilibus & abiectis pati, vehementer angit. Pro pterea & Paulus dixit, multa mala mihi ostendit, pro excel lenter afflixit atque vehemēter. Aliàs enim inglorii & igno biles minima pro multorum opinione curantes, si cœperint affligere eos aliqui, haudquaquam parcunt, sed statim exulceratio eorum apparet. *Reddat ei dominus secundū opera eius* Confide, inquit, haud impunè hæc ei succedēt, sed reddet ei deus, pro persoluet. Nam prophetia potius est, quàm execratio. Non tanquam sancti consentiant suppliciis, vel accurrāt hoc ab diuo Paulo dictum est, verùm quod verbi prædicatio indigeat impedientium se compressione & cohibitione, tum quod & imbecilliores hinc plurimum cōsolationis recipiāt. *Quem & tu obserua.* Non dixit supplicio affice, aut puni, nā licebat per gratiā spiritus facere hæc: sed obseruare, hoc est, fugere, ac declinare ab eo iubet, Deo vindicta pœnáque relicta. *Valde nanque restitit nostris sermonibus.* Hoc est, pugnat aduersum me, aduersatúrque prædicatiōis meæ verbis. *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me reliquerunt.* Rursum alias tentationes renarrat, vt acrius discipulum permoueat. Primam autem defensionem qualem dicit? Astitit primùm Neroni, & effugit mortē, adeò vt ab eo etiā tempore prædicaret verbum. Postquam autem pincernam suum ad Christum conuertit & instituit in religione Christi, insania exæstuans Nero, obtruncauit eum. Tristitiam autem indicat quod ait, Omnes me dereliquerunt: perinde quasi discat. Domestici mei me prodiderunt, omnique consolatione destitutus sum. Quocirca & tu periculis comprehensus me exemplum tibi sume. *Non imputetur ipsis.* Animaduertis quomodo parcat suis? Atqui rem arduam admiserant familia res atque domestici eius, adeóque cooperatores, quum deserierunt eum. Non enim iuxtā habetur, ab externis & domesticis contemni, atque ab amicis. Attamen precatur ne isthuc imputetur eis apud Deum videlicet, quum aliàs peccatum sit negans ac dignum quod imputetur. *Sed dominus mihi astitit.*

A *A uilibus & abiectis pati, durissimū.*

B

C

Actu. 28.

Pauli ædes.

En

D En rursus consolatio discipulo. Statuit enim ante conspectũ, quòd Deus non sinat eum grauia pericula sustinere, qui ab hominibus derelinquitur. *Et confortauit me.* Hoc est, fiduciam dedit, nec permisit me occumbere. *Vt per me prædicatio mea impleatur.* Obserua ingentem eius humilitatem. Nó enim vt dignus sim eius dono, confortauit me, sed vt prædicatio per me, impleatur, hoc est, stabiliatur, vel ad finem perueniat, & impleatur: quemadmodum si quis purpurã ac diadema regium gestet, ac per hæc seruetur.

Et audiant omnes gentes. Hoc est, vt perspicua fiat & verbi gloria, & cura Dei circa prouidentiam mortalium.

Ac liberauit me ex ore leonis. Hoc est, Neronis. Leonem hunc adpellat, propter imperii robur, & inuictas vires. Ani-
E maduerte autem, quomodo propemodum in ipsas fauces leonis morti vicinus inciderit. *Et liberabit me dominus ab omni opere prauo.* Tum quidem à corporali morte me extraxit, eripuitque. Quia verò satis prædicaui, venio in spem quòd & liberabit me deinceps, non à morte quidem corporea, iam enim libor, cæterum ab omni peccato, hoc est, non sinet me languere ac labefactari ad mortem, verùm dabit mihi vt ad sanguinem vsque resistam aduersus peccatum, quod est liberari ab spirituali leone. Maior igitur hæc salus est, quando videtur esse traditus in mortem, quàm prior, quando euasit.

Et seruabit ad regnum suum supercæleste. Hoc est, eripiet
Iohan. 12 me ex omni peccato, illic autem custodiet. Hoc enim est ser-
F uari ad regnum, in hoc mundo propter illud mori. nam qui odit animam suam, in vitam æternam custodiet eam. Proinde ea vera salus est, quando istic refulgeamus, & clari simus.
Actuũ. 18 *Cui gloria in secula seculorum. Amen.* En gloriæ faciẽs more suo mentionem, quam perinde filio tribuit, vt patri, nam ipse est dominus. *Saluta Priscillam & Aquilam.* Hi sunt qui Apollinem assumpserunt, instituerunt que, ad quos & ipse Paulus perductus est, quorum frequenter meminit. Priore autem loco fœminam ponit, vt quæ in fide magis & fidei operibus enituerit. nam & apollinem ipsa instituerat in fide: vel citra aliquod discrimen hoc facit. Salutationem porrò texit, partim vt consolationem præbeat, partim vt honorem & charitatem indicet per hanc, ac quod maius est, multam gratiam per hanc impertiens. Sufficit enim vel sola bea-

ti diuiúque illius Pauli salutatio, multa implere gratia salu- A
tatum. *Et Onesiphori domum.* Hoc est, eos qui sunt in ædibus eius. Nam ipse Romæ erat, Paulo in vinculis seruiens, vt prædictum est. Per salutationem autem hanc & ipsos promptiores reddit vt talia aggrediantur.

Erastus mansit Corinthi. Trophimum autem reliqui Mileti ægrotantem. Quia horum nondum meminit, etiamnum mentionem illorum facit, ostendens vndique sese destitutum, vt attrahat ad se Timotheum, quò celerius veniat. Cuius autem rei gratia non curauit Trophimum ægrotantem? Quia non omnia potuerunt sancti, Deo hoc faciente, vt ne homines, ipsos Deos faciant. Sic & Moses quum ex puero
B
graciliş vocis esset, non sanauit seipsum, neque in terram promissionis ingressus est, vt ne Deus existimetur. Hunc ad modum ille ipse Paulus palum habebat. Miletus autem prope Ephesum est. Num igitur quando nauigarunt in Iudæam, reliquerit ipsum Mileti Paulus, vel postquam Romam venisset, rursus in eas terras redierit, adfirmare haud possumus. *Stude uenire ante hyemem.* Quia vndique refectus sum, vt videre licet, matura aduentum tuum ad me. Non dixit autem priusquam moriar ego, triste nanque hoc erat, verùm vt ne prohibearis hyeme, & non videas me videlicet, etiam si hoc non sit dictum.

Salutat te Eubulus & Pudens & Linus. Hunc Linum tradunt nonnulli alterum fuisse Episcopum Romanorum eccle
C
siæ. *Et Claudia.* Animaduertis quomodo & fœminæ feruidæ fuerint, spiritusque sancti igni accensæ fuerint, & crucis æ mundo. Nam illarum genus virili non est inferius, si uelis, atq; in rebus ad vitam conseruandam necessariis pluri
Mulierũ commendatio.
bus conferunt & commodãt humanæ societati, quippe quę domus curam susceperint, atque viros à curis liberent, quò liberius ciuilia negocia tractẽt. Quinetiam in spiritualibus tẽ perantiam exercentes, magis possunt quàm viri sanctificatiõem & puritatem exhibere, atq; ieiunium. Adeò nihil est ob stauli fœminis ad virtutem, si modò velint. *Et fratres omnes.* Non porrò nominé tenus horũ meminit. Quum igitur tot sint fideles, illorum duntaxat meminit nominé tenus, vt qui maiori splendore præ cæteris luceãt, ceu qui excesserint iam ex huius mundi rebus, feruẽtioreq; sint spiritu. *Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo.* Ne doleas, inquit, quòd discedam, do

minus

Dominus enim tecum est. Nec dixit tecum, sed cum spiritu tuo est. Duplex est auxilium, alterum gratiæ spiritus, alterum Dei succurrentis ipsi. Præsertim autem hoc subobscurè indicat, tum nimirum dominum esse nobiscum, quando spiritum eius nobiscum habuerimus, non abigentes ipsum per malitiam. *Gratia nobiscum. Amen.* Sibiipse tandem etiam imprecatur, vt semper sint grati, deoque bene placeãt, gratiamque apud ipsum inueniant. Perinde ac qui imperatorem cernit, apudque eum gratiam habet, nihil tristitiæ sentit: hunc ad modum si amicis destituamur, & in pericula incidamus, nullius sensum percipiemus, ac nihil acerbi planè sentiemus, illius gratia nos muniente firmanteque. Hoc autem aliaratione contingere non potest, quàm si placentia domino operemur, æquè atque illi in ædibus apud heros suos gratiam inueniunt, qui grata ipsis persequuntur. Hac ratione vnusquisque nostrum gratiam habebit apud communem dominum, siquæ illius sunt curemus. Sic & illius prouidentiam per omnia consequemur. Ipsi gloria in secula. Amen.

Dominus quãdo nobiscum sit.

Scripta est ab Roma ad Timotheum secunda, quum Paulus iteratò Cæsari Neroni sisteretur.

THEOPHYLACTI BVLGARIAE ARchiepiscopi in Diui Pauli ad Titum epistolam Enarratio.

ARGVMENTVM.

INter omnes qui paulo inseruierunt, & cum ipso fuerunt, probatissimus erat Titus. Episcopus propterea Cretæ magnæ illius insulæ electus erat, totque episcoporum cùm iudicium tum ordinatio ei demandata erat. Porrò quæ desint, replere ipse, ceu omnino probatus, per hanc iubetur epistolam, quam scripsit ei Paulus priusquam vinctus teneretur, atque adhuc extra metum consisteret. Verùm autem tentationum hîc meminit, vnde hæc mihi videtur prior esse ea quam ad Timotheum dedit. nam illam scripsit quum proxime finem esset. Frequenter autẽ hîc gratiæ meminit, qua seruati sumus, sufficientem isthanc consolationem esse sciens. Qui enim apud sese reputat quisnam olim fuerit, quantis sit beneficiis donatus ex dono & gratia, dabit operam omnino, ne ad iracundiam prouocet benefactorem. Couertitur autem & in Iudæos. Ne mireris, inquit, si vniuersum Hebræorum genus iniurium sit aduersus te. Non enim vt iniuriam inferat, cæterum vt amans Dei & zelatrix ea gens hoc facit, perinde ac Christus innumeris modis increpabat scribas, non sui nomine, sed quia alios perdebant. Breuem autem conscribit epistolam, vt vel hinc Titi virtutem discamus, quòd huiusmodi non habeat opus multis verbis, sed veluti admonitione tantum.

Mat. 15. & 23.

CAPVT

R

Caput I.

D

Aulus seruus Dei, apostolus autem Iesu Christi. Indiscriminatim hæc ponit, aliàs quidem seruum Christi, apostolum autem Dei, nùc vice versa seruum Dei, apostolum autem Christi sese vocat. nullam enim nouit differentiam inter patrem & filium. *Secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis quæ est secundum pietatem.* Multipliciter hoc intelliges, vel quia apostolus sum, vt electi per me credant: vel quia apostolo mihi commissi sunt fideles, nó quia operibus id meruerim, verùm quòd placuerit ita Deo, vt crederet mihi electos suos. Quocirca totum est gratiæ eius qui concredidit mihi, quòd legatione fungar: nec quia dignus sum, sed propter electos accepi dignitatem autoritatéque hanc. Deinde vt ostendat & nos quicquam adferre, intulit, & agnitionem veritatis, hoc est, eò quòd agnoui veritatē conditoris, ac dogmatis huius, & verbi quod mihi cōmissum est per ipsum. Imò verò ne agnitio quidē nostra est, sed eiusdem ipse etiā autor est. prius enim præcogniti, sic agnouimus. Vel quia credidi, perinde ac reliqui electi, agnouiq; veritatem. Ad discrimē porrò Iudaicarum ceremoniarū, dixit veritatem, illæ nāq; non sunt veritas, neque iam mendacium, verùm typus & vmbra sunt. Et quia nos electos dicit, istos tamē non sunt. nè tollit. etsi enim olim illi fuerunt electi, iā tamē non sunt.

Cognitio à fide est, non à rationibus. Obserua autem primo loco fidem occurrere, deinde agnitionem emergere, non à rationibus. Porrò quum dixisset veritatem, secundum pietatem adiecit, eò quòd in mundanis rebus vera sit cognitio. Exempli gratia: nouit aliquis vel rē georgica, rationem colendi agri, vel extruendi ædes: de illa autem veritate ei hic non est sermo, verum de ea quæ est secundum pietatem. *In spe uitæ æternæ.* Denumeratis beneficiis quibus in præsenti seculo nos exornauit deus, recensuit simul iam quæ in futuro bona daturus sit. Siquidem ipsa veritatis cognitio magnæ nobis beneficentiæ loco est, liberans nos ab errore. is verò pro hac ipsa compensationem nobis largitur, vitam æternam. Quia enim agnouimus ipsum, vitam pariter sempiternā firmiter speramus. Animaduertis qui ex ipso statim exordio beneficia dei recenseat, vt & ipsum episcopum atque adeò discipulos eius alacriores pronioséque reddat, quò placeant benefactori. Porrò quum ait in spe vitæ æternæ, Iudaicos ritus discutit & quassat. nam illi præsentis vitæ bona pro mercede habebant.

Quam promisit qui non mentitur deus, ante tempora secularia. Si verax est, si non mentitur, omnino dabit quæ promisit, etiam post mortem. Ab æterno autem hæc ita decreuit, nec eum huius decreti pœnitebit. Neque quia Iudæi Christo nó accesserunt, propterea nobis tanta bona dedit, verùm à superis & æterno sic destinatum erat, ac antequàm mundus & tempora conderentur, dilexit nos. Est autem ingenuitatis, & ingenui ortus nostri demonstratio, quòd a principio nos dilexerit. *Manifestauit autem nunc temporibus suis uerbum suum in prædicatione.* Ne quis dicat, quur distulit impertiri quæ ante secula præfiniuerat ac destinarat? diuini consilii sui causa, inquit, & vt opportunè istuc faceret. Tempus enim, opportunitatem etiam scriptura vocat, vt illo in loco, Tempus faciendi domino. Propriis itaq; temporibus, id est cōuenientibus, opportunis, ac debitis. Quid autem manifestauit? Verbum, inquit, suum. id est euangelium. Quomodo? in prædicatione, hoc est, manifestè, cum libertate ac fiducia. Qui consignatur, neque adiicit quicquam, neque adimit: sic & nos, quæ nobis iniuncta sunt, prędicamus tantum quidem coram omnibus apertè, palàm, æquè ac Christus dixit, Prædicate super tecta. per locum & modum, dogmatis libertatem commendās. Obserua autem, quòd rerum consecutio sic requirat dicere, Manifestauit autem temporibus suis ipsam, hoc est, æternam vitam: verùm is sic non intulit, sed manifestauit verbum suum. Et non immeritò, nam Euangelium omnia complectitur, etiam ea quæ in præsenti nobis temporē data sunt, vt pietatem, fidem veritatis, & quæ in futurum nobis euenient, seu vitam æternam. Quidam autem per verbum ipsum filium intellexerunt. *Quod creditum est mihi, secundum mandatum seruatoris nostri Dei.* Quę prędicatio, inquit,

Tempus, opportunitas.

Mat. 10.

D mihi cõcredita est. Si igitur mihi concredita est, precium sanè fuerit operæ, non indigna me sapere vel cogitare eo qui tanta mihi concredidit, neq; affligi, neque ægrè ferre, vel ini

Præcepta quædã sũt quædã cõsilia.

quo esse animo erga id quod mihi creditum est. Quinetiam secundum mandatum, hoc est pro eo quod est, Inuitus ista cogor facere. Res enim quæ transiguntur, nõnullæ ex mandato fiunt, nonnullæ per adhortationem: quemadmodum,

Matth. 5. Reconciliare fratri tuo, mãdatum est, & qui nõ facit isthuc,

Matt. 19. punitur. Quod verò ait, Vẽde omneis tuas facultates: &, Qui potest capere capiat: adhortatio est, & qui nõ facit, non punitur. Mihi igitur, inquit, credita est prædicatio verbi per mandatum, itaque me isthuc persequi necessarium est. Væ enim mihi, inquit, si non euangelizem. Neque est ambitionis

1. Cor. 9. hoc, neque cupiditatis regnandi, sed necessitatis. Cuius verò mãdatum est? seruatoris dei. Proinde quum deus seruare nos volens hæc egerit, quomodo non inseruiam ei ad salutiferũ isthuc opus? *Tito genuino filio.* Potest etiam aliquis esse filius, sed non genuinus, quemadmodum Christianus si forni cetur, aut auarus sit, vel circunuentor, filius quidem est, quatenus ex baptismate renatus est: non genuinus autem, postquam indigna patre committat. *Secundum communem fidem.* Quum Titum filium nominasset, ipse patris adsumpto officio, hunc honorem rursus imminuit. Nulla inquiens in re excello, téve maior sum, quod ad fidem attinet: communis enim est, & per ipsam natus sum & ego & tu. Quomodo igitur filium ipsum vocat? Vel ideo, vt ostendat paternum fuisse ipsum affectum: vel quia ipse ipsum baptismate tinxerit. Quatenus enim eadem vtrisque fides, fratres sunt inter se: quatenus verò Paulus Titum baptizarit, pater. Quod igitur ait, iuxta communem fidem, fraternitatem indicat.

Gratia, misericordia, pax, à deo patre, & domino Iesu Christo seruatore nostro. Ex hoc etiam fraternitatem denunciat, quũ ait, ex deo patre, excitatque Titum, vt recordetur cuius filius, nempe dei. Animaduerte autem hîc, quomodo quæ vulgo exoptet, eadem quoque imprecetur episcopo ac doctori. Magis enim ipse gratia dei indiget, vt qui multa onera baiulet: & misericordia, vt qui multorum sit reus: & pace, vt qui innumeris turbis, bellis, ac tumultibus impetatur. Nam vnũ opus strenuè peractum, vnaque actio & virtus, episcopum ad cœlum ducit, & vnum peccatum eũdem ad inferos deducit.

Huius

Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut quæ desunt, corrigas. Perinde ac in domo alius aliud quiddam agit ex iis qui ministe A
riis prefecti sunt, nec enim omnes eadem agere possunt: hũc ad modum apostoli aliis aliam terrarum orbis partem distribuerunt, omnésque operabantur. Hoc igitur & hic tacitè indicat, quum dicit: Reliqui te in Creta, vt illic interim Titus operetur, dum Paulus aliò proficiscitur. Animaduerte autem quomodo non erubescat neque vereatur scribere discipulo, vt corrigat à me prætermissa. Ad publicum enim commodum spectabat, non ad priuatum honorem. Obserua porrò quomodo quæ labores habebant & certamina, ipse per sese transigebat: quę autem vel honorem vel laudem proferebãt, hæc discipulo committit, episcoporum nimirum electiones, & alia quæcunque maiori perfectione indigebant. *Et constituas per ciuitates presbyteros, quemadmodum tibi iniunxi.* Epi- B
scopos hîc presbyteros etiam vocat, vt & in epistola ad Timotheum. Per ciuitates autem inquit. Noluit enim vniuersam insulam vni commissam esse, sed quodlibet oppidũ proprium habere pastorem. Sic enim & labor leuior est, & cura exactior. *Si quis est inculpatus.* Si ab accusatione liberam *Matt. 6.*
vitam ducit, si nemo ejus mores suggillauit. Si enim lumen, inquit, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ? *Vnius uxoris ma-* *Matrimonium episcopatui non repugnat.*
ritus. Vt hæreticorum ora compescat, qui nuptias criminabantur, recipit ad episcopatum matrimonio iunctum. Adeò enim preciosa res est matrimonium, vt possit cum eo ad sanctum thronum, episcopalémque sedem ascendere. Vt autem petulantes ac lasciuos cohibeat, vnius, inquit, vxoris ma C
ritus. Qui enim nullam seruauit benevolentiam erga eã quæ obiit, quomodo ecclesiæ bene præerit? Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse. Digamus autem non est inculpatus, etsi hoc mundanis legibus placeat. *Liberos habens fideles, non in accusatione luxus, aut inobedientes.* Nã qui proprios liberos non instituit, quo alios formabit? Planum enim est, si minùm bene ac sedulo educasset eruditissetque pueros, nõ esset inobedientes facti. Nõ enim natura sunt peccata, vt tantam parentum in liberos curam & pietatem exuperent. Non dixit autem simpliciter intemperantes, sed vt ne omnino qui dem aliquam luxus ac intemperantiæ accusationem habeãt, neque ex suspicione quadam praui sint. *Oportet enim episcopũ irreprehensibilem esse, tanquam Dei dispensatorem.* Quomodo

D autem fuerit irreprehensibilis? Si fideles probéque institutos habeat liberos.nam si Deus ipsum propriæ domui præfecit, locum Dei obtinet.oportet igitur ipsum vndique esse exactū & inculpatum. *Non sibi placentem.* Mundi huius principes etiam in inuitos dominantur,propterea amore sui,& cōplacentia (vt eo verbo vtar) feruntur,agunturq;.Episcopus autem volūtariorum dominator & princeps, sibi placere non debet,neque sui esse amans,vt suo consilio & voluntate extra subditorum sententiam omnia agat.nam tyrannicū hoc. *Non iracundum.* Amorem sui necessariò iracundia comitatur,à qua dejnceps episcopo etiam abstinendum. Quomodo E enim alios instituet vt sibi ab affectu hoc prauo temperent, qui se ipse non erudit? *Non uinolentum.* Hoc est, non iniurium. Quid enim apud eū iniuria faciet,qui alios terrere debet,inobediētes,nempe,gehennæ etiam interminatione, ne sint iniurii? *Non percussorem.* Neque manibus ferientem, neque amarulentis verbis & exasperatis importunè. Medici enim officio fungitur. Porrò medicus curat tectus & vulnera, Quæstus non ipse etiam verberat. *Non turpilucrem.* Hoc est,magnū *sit turpis* pecuniarum contemptum ostendentem. Omnis eñ quæstus *episcopo.* etiamsi iustus fuerit, turpis est episcopo. *Hospitalem.* Non solùm quæstum non inquirentem ab aliis,sed sua etiam peregrinis & hospitibus impertientem. *Amantem boni.* Modestā sic dicit,& mitem,& moderatum,nō inuidentē aliis. *Sobrium.* Hoc est,purum,iustum,quod ad homines videlicet, non re- F spicientem personas. *Pium.* Hoc est,colentem Dei, nihil in diuinis rebus ad Deū pertinentibus omittētem,& cui in hisce nihil desit. *Continentem.* Non solū in cibis, verumetiam lingua,manu,oculis.nam si his impudicis & prodigis dominetur,atque ea cohibeat,verè demū est continens. *Retinentem, qui est secundum doctrinam, fidèlem sermonem.* Hoc est,curantem,opus hoc habentem,in hoc incumbentem . Fidelem autem dicit,hoc est verum,vel per fidem traditum, & non à rationibus humanis vel ratiocinationibus dialecticis.Eā ob rem dixit,qui est secundum doctrinam,indicans quòd citra externam sapientiam verbum Dei docere possit. Non enim opus est fastu verborum , sed scripturarum peritia , sententiarúmq; grauitate ac potentia.ex his eñ verbi doctrina prosperior redditur,quēadmodū & ipsi⁹ Pauli.*Vt potēs sit & ad-*
1.Cor. 10 *hortari in doctrina sana,& contradicentes arguere.* Hoc est, vt

suos & domesticos fidei custodiat & fulciat, hostes verò ar- A ceat: vt si neque cum hostibus dimicare, neque captiuum ducere omnem intellectum ad obedientiam Christi, neq; suos consolari & adhortari possit,pseudepiscopus sit. Nam alias virtutes in aliis sub episcopo constitutis inueniat quisquam, nimirum hospitalem esse,& sobrium,idq; genus alia: quod maximè verò episcopum veluti characteribus quibusdam & signis exprimat,docendi munus est.

Sunt enim plerique inobedientes,uaniloqui, & impostores. Radicē omnium malorum aliorum,inobedientiam dixit. Qui enim inobediens non vult subesse,sed aduersus aliorum imperium insultat,meritò nihil sani rectiue didicit,non enim sustinuit doceri.Mataeologus autem est,& mentium deceptor, cùm se tū alios decipiens. *Maxime uero qui sunt ex circumcisione.* His & B dominus regnādi cupiditatem obiiciebat, q̄ post fidē etiam morbum istum non deposuerunt. *Quos oportet obturare.* Hoc est,vehementer obiurgare,ut ora sua concludant. Ecquid cō modat si inobedientes sint? Ipsis profectò nihil,at aliis corrumpendis alioqui,si taceat episcopus,quorum corruptionis ipse rationem dabit. Eam ob rem horum ora sunt obruenda: quod si non possis,ne sis episcopus.

Qui totas domos peruertunt, docentes quæ non oportet, turpis quæstus causa. Obsaruas inobedientiæ auaritiam turpémq; quæstum adiunctum esse? quomodo domos peruertunt? Vectes sunt diaboli,quibus demolitur domos.

Dixit quispiam ex ipsis , proprius eorum propheta : Cretenses C *semper mendaces, uenenatæ bestiæ, uentres segnes. Testimonium hoc uerum est.* Quæritur hic, curnam ex Græcis testimonium protulerit , commendauerítque isthuc,quum tamē nō admodum rectè habeat? Quis autem est qui hæc dixit? Qui igitur hæc dixit,Epidemenides est,sapientissimus etiam apud Græcos iudicatus, diuinationibus niminúmq; placatio nibus incumbens, vaticinandíque munere clarus. Hic sanè quum animaduerteret Cretenses Ioui sepulchrum extruxisse,atque colere eum tanquam mortalium quenquam,ceu ærumnatione accēsus ꝓ deo suo patrio, hæc in Iouis gratiā carmina condidit: Cretenses semper vani,venatæ bestiæ , ventríque segnes,hi extruxerunt tibi monumentum , atqui tu non es mortuus,cæterùm in sempiternum viuis. Callimach⁹ perinde modum eandem sententiam habet.

D Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κὴ γὰρ τάφον ὦ ἄνα σέλο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' ἔθανες, ἔσχε δ' ἀλήθ.

Callimachi Cyrenæi in hymno Apollinis locũ istum Theophylacto inserere libuit

Cretenses semper vani, struxere sepulchrum
Cretenses rex alme tuum, succumbere morti
Sed nunquam poteras, qui cuncta in secula viuis.

Hoc igitur oraculum diuus Paulus verum esse testatur. Quî ergo hoc facit? nam si ísthic verùm dictum est, Iuppiter igitur immortalis est. Atqui non huc respiciens Paulus, verũ esse dixit testimoniũ, verũ quia & in aliis Cretẽses mendaces appellauit. Ecquæ Græci testimonij est commoditas? imò hoc ruborem eis iniecit, iniuriæ eorum ex domestico teste ac vate testimonium ipsis proferens. Consueuit autem hoc agere Paulus, æquè ac Athenienſibus ex Arato differ-
E uit. Quæ igitur ille vani nominis deo Ioui attribuit, hæc ip-
Act.17. se ad verùm deum refert, quãdoquidem & acrius suis ipiorum testimoniis obstruuntur, quemadmodum & cũ Iudæis perpetuò ex prophetis disputat, non ex Euangeliis. Idem & deus facit, quosuis à consuetis sibi & creditis attrahens, vt
Matth.2. magos per stellam, Saulem per fœminam pithium spiritum
1.Re.18 in se habentem, quia huic fœminæ ille fidem adhibebat: &
1.Reg.6 vates à bubus trahentibus arcam, non quòd verum loqueren
Nu.23. tur vates, sed vt suo eos ore arguat. Hunc ad modum Bala-
& 24. mum permittit benedicere & prophetare. Consueuit enim
Lucæ.4. nunq̃ non nostræ indulgere commoditati. Quî Christus igi
Actu.16. tur, & hic ipse Paulus prohibebant dæmones loqui, ac testimonium sibi dicere? Quia signa satis erant ad persuadendũ
F & ipse seipsum Christus prædicabat, idque satis erat. Dæmones enim non adorãbant Christum, illi loquebãtur, non idolum vel imago quæ colebatur à gentibus, propterea arcentur ne loquantur. *Ob quam causam argue eos funditus.* Quia mendaces sunt, quod est fraudulentiæ, & impudentes, & gastrimargi, opus habent acri & obiurgante admodum sermone: nam mãsuetudo apud eos nihil promouet. Quemadmodum enim qui mitem & moderatum increpat, tollit: sic qui impudenti adulatur, eum perdit, ne seipsum agnoscat. Hic autem non alienos, sed proprios adeóque domesticos oportere adserit arguere. *Vt sani sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis.* Sanitas igitur est, nihil illegitimum, nihil adulterinum, neque alienum fidei introducere: vt seipsum subiicere legi,

legi, non est confidentis fidei quòd ea sufficiat ad saluandũ. A
Hæc ergo ratione Iudaismum spirare, non est exigua ægritudo, quoniam res est importuna, ac præter tempus incedens, ac deinceps inutilis, & quia noxium est his attendere. Quo modo igitur fabulis non est aduertendus animus, sic neque Iudaicis ritibus ac legibus. Sacri autem scripturæ veteris libri rectè intellecti, haudquaquam sunt fabulæ. qua enim ratione fabulæ essent, quum veritatem euangelicam inde doceamur? Enarrationes autem & traditiones Iudæorum, quas in sacra scripserunt, illæ verò sunt fabulæ & nugæ. *Et manda tre hominum auẽrsantium ueritatem.* Viden' quas vocet fabulas? mandata nimirum hominũ, vt & in Esaia & Euangelio scriptum est: alia etiam, vt obseruationes ciborum, æquè atq; ex sequentibus planum fit. *Omnia pura puris, coinquinatis autem & B infidelibus nihil purum, sed coinquinatæ sunt illorũ mens & conscientia.* Itaque non sua natura pura sunt aut impura, sed ex voluntate assumentium. Nam quum illi mente puri sint, per fidem nouerunt omnia esse munda, vt dei creaturas, solum autem peccatum esse impurum. Nam etsi lex immunda quædã haberet, nõ simpliciter hoc agebat, verũ vt delicias & voluptates eorũ cohiberet, vt q̃ sciret Iudæos ceu gastrimargos ac ventri deditos haud obedituros. Quòd si ĩpuri & infideles vere fuerint, his certe õnia sunt immũda. quomodo? quomã & pisces, & quæ videntur puræ aues, si humana carne vescãtur sæpe, si fimum edant, immunda certè: sic omnia exactè exploranti videri queant. Proinde sordida mens, perperam de his cogitans & iudicans, secum hæc coinquinat, quæ tamen natura haud sunt eiusmodi, perinde ac qui stomacho laborat, iudicat cibos esse amaros, etiamsi suaues sint. Hunc ad modum vertigine capitis laborãti, terra videtur circũagi atque volutari, quæ tamen fixa persistit. eius enim morbi ta C men est opinio. Hæc etiam Manichæis conueniunt, & Marcio assiti, & recens ab iis exortis hæreticis, qui apud non paucos dicuntur Galatæ. *Deum confitentur nouisse, operibus autem negant, execrabiles quum sint, & inobedientes, & ad omne opus bonum reprobi.* Vides quid faciat immundos & execrabiles? opera prauа & sordida. Reuera nanque fides sine operibus mortua est. Mortuus autem execrabilis est, & ad quodcunque re probus. *Iacob. 2.*

CAPVT

D

CAPVT II.

V autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Etiãsi
T inobedientes sint illi ac reprobi, tu tamẽ quod in te est fac, fungere officio tuo, ne taceas, etiamsi illi non recipiãt. *Senes, ut sint sobrii.* Quia senij defectus est, vt
Senũ insti-tutio. sit segne & somnolentum, & torpidum, ac difficulter mouea-tur, propterea dicit, Sobrij sint, hoc est, excitati, acuti, vigiles. *Graues, temperati.* Prudentes appellauit σώφρονας, παρὰ τοῦ σάος ἔχειν τὰς φρένας, id est temperatos, sobrios, eò quòd saluas & incolumes mentes habeant. Sunt enim inter senes etiam qui insaniant, ad rabiem adigantur, ac dementes sint,
E alij quidem ex vino, alij verò ex pusillanimitate. *Sani in fide, charitate, & patientia.* Patientia grandioribus natu est commodissimũ præceptũ, ꝙ acri bile laborent, & subtristes sint.
Anuũ institutio. *Anus similiter habitu decenti ornatas.* Anus dicit, quas & ab ipso habitu & ornatu honestas videri decet. Nõnulli ministras ecclesia p anus hîc itelligũt, quas ex ipso vestitu vult sãctè ornatas etiã videri in ipsis sacris atque se decentibus ministeriis. *Non calumniatrices, non multo uino deditas.* Frigida res est senectus, quare vinũ desiderat: deinde quum non possit sustinere, vt imbecilla, ad pugnam luctámque excitatur, non ex moderato vino, sed à multo, ex hoc autẽ & ad calumnias pgit.
1. Tim. 2. *Honesti doctrices.* Qũo igitur alio in loco dicit, Docere mulieri non permitto? Isthic de communi in ecclesia doctrina loquitur, quæ mulieribus est prohibita: hîc autẽ de domestica, quę priuatim fit ad mulierculas. Quòd aũt hęc dicat, audi ex sequentibus. *Vt instituant adolescentulas, ut sint amantes maritorũ.*
Non simpliciter filias solas, verũ in vniuersum omneis adolescentulas. Quælibet enim natu grandior, iuniorem puellã
F erudiat: ac primũ caput domesticorũ bonorum eas doceant,
Maritos suos adolescentulæ ament nempe vt sint amantes maritorũ. Nã si hoc affuerit, sequẽtur etiã reliqua, nẽpe gubernatio domus, facultatũq; copia & abũdantia: quemadmodum è diuerso si abfit amor maritalis, omnia quæ affuerint, diffluent ac defluẽt. *Amãtes liberorum.* Quæ enim radicem seu patrẽ diligit, multo magis etiã fructus seu filios diliget. *Vt sint sobriæ, castæ, domus curam gerentes, bonæ.* Quæ maritum suum diligit, & sobria erit & casta, hoc est, & corpore & mente pura, nec concupiscet cum aliis miscẽri, quinetiam bona domestica, id est, materfamilias erit,

rit. Diligẽs enim maritum, domus etiam curã geret, vt virabundet, ac satis habeat, neque deliciis neq; intẽpestiuis voluptatibus indulgẽs. Cui enim alij placebit, quæ semel dilecto placuit? Cõsidera autẽ qũo deficiẽs atq; abstrahẽs à mundanis negociis Paulus, nũc tantã solicitudinẽ habeat circa domũ. nã his bene habentibus, spiritualia etiã bene habebunt.
Vt ne sermo dei blasphemetur. Vides ꝙ præcelléter & præcipuo scopo verbi, non mundanarũ rerũ curã gerat? Si enim fidelis mulier infideli marito commorans, non sit virtute cõspicua, blasphemia & vituperatio ad fidẽ trãsit. *Iuuenes ipsos simul ad hortare ut sint sobrii.* Adolescẽtulis senio cõfectas doctrices attribuit fœminas fœminis: iunioribus autẽ viris ipsum Titũ præfecit, virũ viris: decorũ enim vbiq; seruat. Quid verò opꝰ B
est adhortari hos vel commonefacere vt sint sobrij? Quia iu- *Sobrii sint*
uenilem ætatem ignis absurdarum voluptatum maximè in- *iuuenes.*
terturbat, qui per sobriam vilemq; mentem est restinguẽdus.
Circa omnia teipsum exhibens formam bonorum operum. Doceant
hanc grandiores ætatem fœminæ adolescentulas, tu verò ipse
minores natu viros & iuuenes. Verùm enim publica institutio exemplárq; virtutis, tuæ vitæ splendor sit, ceu imago
& veluti archetypus, omnibus præpositus quicq̃ in ipso bonorum sibi cùm abstergere tum decerpere volentibus. *In doctrina incorruptibilitatem.* Repete, exhibẽs. Ne sint, inquit, corrupta & vana quæ doces, sed sana, rectíque verbi. *Grauitatem.*
Vt nihil iuuenile, quod insipientes lædat, & in eos transfundatur, contineat doctrina, sed omnia sint pudica & veneranda, dignáque deo. *Sermonem sanum, qui non possit condemnari.*
Hoc est rectæ fidei atque doctrinæ, qui nihil reprehensibile C
habeat. *Vt aduersarius rubore suffundatur aut pudefiat, nihil habens de nobis dicere mali.* Aduersarium vel diabolum dicit, vel
hominis ei ministrantem. *Seruos heris suis obtemperare doce, ut in omnibus bene placeant.* Itaque vxores à maritis disiungens
continentiæ prætextu, seruósque ab heris diuellens prætextu pietatis, non est irreprehensibilis: magnas enim & multas
occasiões dat omnibus, omniúmque ora aduersus fidem ape-
rit. *Vt non contradicant, non defraudent, sed fidem omnem ostendãt bonam.* Animaduerte illa ab seruis apostolũ exigere, q̃ õniũ
maxime heros placãt & cõciliãt, vt nõ cõtradicere, nõ subripere, aut furari, sed fideles eos esse. Mũdi em negociis occupati hęc maximè sunt curæ, atque hęc potissimum expetũt.

Vt

D Vt *doctrinam seruatoris nostri dei ornent in omnibus.* Nam si tales se serui gesserint, ad gloriam hoc Christianismi cedit. Quum enim Græcus viderit seruũ suum adeò ab Christianismo instítutum, quomodo non mirabitur dogma, vt cui tantæ vires insint, vt huiusmodi animã in melius reuocet? Séper enim ser-

Seruorum genus morosum.

uorum genus est violentum, ac durum & morosum, eò quòd non liberaliter instituantur, neque verbis, neque cõuersatione bonorũ virorũ formentur, atque ab dominis negligantur.

Ephe. 6.

Non igitur frustra alio in loco dixit Paulus, Tanquã deo seruientes, & non hominibus. Etsi enim hero tuo inseruias, homos tamen ad deũ recurrit, atque à timore dei, erga herum benevolentia principium ducit. *Apparuit enim gratia dei salutaris omnibus hominibus.* Quum multum & magnũ ab seruis postulasset, nimirum vt ornent doctrinã domini per honestam virtutibusque redimitam conuersationem: commõstrat nunc quòd non immeritò ab illis talia postulet, nam & illis gratia illuxit, etiãsi serui sint. omnibus enim hominibus inquit. Donauit etiam ipsis remissionẽ multorũ peccatorũ, quare par est vt & ipsi in posterũ ad gloriã tãti benefactoris sui vitã suam instituãt. *Erudiens nos, ut abnegantes impietatẽ, & mundanas cupiditates.* Hinc solicitos eos ac diligentes facit. Institutorẽ dei nacti, quomodo nõ debetis dignè eo viuere? Gratia autẽ, inquit, ista non stetit neque extenditur ad condonationem tantummodo præteritorum delictorũ, verùm erga futurũ etiam nos securos reddit. Erudit enim nos, vt deinceps sobriè viuamus, qui omnino prius abnegauimus impietatem atque mundanas cupiditates. Per abnegare quidẽ, auersionẽ significat, quæ ex animo fiat, totoque mentis affectu: per impietatẽ autem, idololatriam significat, prauaque dogmata: per mundanas cupiditates, circũutcionẽ, auaritiã, delicias, & alia quot in cœlũ haud transeunt, nósve transferũt eò, sed in mũdo hoc quicquam cõmodi habent, atque cum ipso dissoluuntur. Eam igitur ob rem venit Christus, vt abnegemus vel impia dogmata, vitamque sceleratã cum omni propẽsione eius, vtraq; odio prosequentes. *Sobrie, & iuste, & pie viuamus.* Sobriè, non tãtum abstinentiã ab fornicatione indicat, sed à reliquis iuxtà affectibus. Nam si pecunias amas, nõ es sobrius, imò verò intemperãtior es eò, quòd neque naturæ est affectio seu malũ. Ac simpliciter, quisquis ab aliis omnibus motibus vincitur, nõ est sobrius. *In præsenti seculo.* Præsens enim est tamẽ

tamẽ habet, futurum autem permutationes ac retributiones. A *Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & seruatoris nostri Iesu Christi.* En præmium, alterum istum aduẽtum, vbi illuxerit dominus secundò in extremo die, quę apparitio verè est beata. Pulchrè autem dixit gloriæ. Duorũ enim aduentum mẽtionem facit. Siquidem primus, quemadmodum & suprà cõmemoratum, gratiã habebat & remissionem, cum manſuetudine & humilitate factam: secũdus autem retributionem cũ gloria mõstrabit, perinde ac in Euangelio inquit: Quando venerit filius hominis in gloria sua. Vbi autem sunt qui filij potentiam imminuentes, ne deum quidem ipsum dicere sustinẽt? Audiant hîc quòd deus sit, & magnus. Magnus autem de deo dicitur, non per comparationem ad aliũ quendam paruum, sed absolutè, vt qui natura ipse per seſe magnus sit. Si autem hostes seruauit, quid nõ tum daturus est, si pro- B nos nos inueniat? *Qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate.* Hoc etiam potentiæ eius signum est & argumentum, quòd dederit semetipsum, non quidem vt hũc liberaret, illũ verò non item, cæterùm ab omni iniquitate. Itaque deueneremur redemptionem. *Et purgaret sibi ipsi populum peculium.* Qualem? liberatum, permutatum, excellentẽ, nihil habentem commune cum reliquis. *Aemulatorem bonorum operum.* Hoc est, cum feruore quodã ad virtutẽ cũtem, zelumque ostendentem in omnibus bonis operibus, ignitãque imitationem Christi. Redemptio itaque ipsius solius est, opera verò æmulari, etiam nostrarum est partium. *Hæc & loquere & adhortare, & argue cum omni imperio.* Loquere primùm & C adhortare, hoc est, tranquillius doce: deinde argue: neque id simpliciter, sed cum omni imperio, hoc est, cum seueritate & auctoritate. Sunt igitur quædam quæ non opus habent seueri tate, verùm adhortatione & persuasione, atque institutione, omnino pecunias cõtemnere. sunt autem quæ etiam opus habeant, vt adulteria, furta, circunuentiones, veneficia. Ne *Reprehẽde alia, alia suadẽda.* *quis contemnat.* Nemo adspernetur te, inquit, quum omnia importunè obstruis & firmas: quemadmodum qui importunè obiurgat, magis contemnitur.

CAPVT

D

CAPVT III.

Dmone eos principibus & potestatibus obedire, magi-
A *stratui obtemperare, ad omne opus bonum paratos esse.*

Vndique & vbiq; fideles Paulus vult obtẽperare magistratui. Ponit autem ob oculos quomodo subiiciantur, nempe si ad omne opus bonum præparati fuerint: videlicet è diuerso ad mala instructi, magistratibus minimè parẽt. Vel vt parati sint q̃ ad bona obsequãtur, nõ ad impietatẽ, vel ad animæ noxam. *Neminem blasphemare, non pugnaces esse, mites.* Si quis fortunatus sit, ac feliciter agat, ne eum blasphema, id est, non conuitiare ei. Oportet enim os nostrum esse purum à conuitio & maledicentia. Siue enim ve-
E rax est conuitium, siue mereatur istuc, non est nostrum iudicare: sin mendax, vide quantum subsit tibi periculi. *Omnem ostendentes mansuetudinẽ erga omnes homines.* Iudæos & Græcos, sceleratos & iniurios. *Eramus enim & nos olim insipientes, inobedientes, errantes, seruientes cupiditatibus uoluptatibusque uariis.* In epistola ad Corinthios ab futuris terret, vt non
1. Cor. 10 iudicent, inquiens: Qui stare sese existimat, videat ne cadat. hic verò à præteritis temperantiores reddit, dicens: Ne conuitiemur aliis, néve vituperemus eos, quandoquidem & ipsi nos olim peius peccauerimus: quod & latro ad alterum la-
Lucæ. 23. tronem dicebat, Quoniam in eadem condẽnatione es. Quãdo autem insipientes eramus? ante Christum natum. Quomodo enim non demẽtia atque stultitia erat huiusmodi diis
F seruire, & hominibus diuina sacra facere, numinisque loco colere? nõne hic maximus error? quinetiam cupiditatibus & variis voluptatibus seruiebamus. Hic masculas nuptias, tum cum matre, cum sorore connubia iungere, celebrareque hymenæos, intellige, aliasque impuritates. variè nanque nobis
Malitia. illusit diabolus. *In malitia & inuidia agentes, inuisi, alter alterum odio prosequentes.* Malitia, id est, in vindictæ cupiditate & inuidia commorantes semper, ac veluti vitam in iis habentes, vnde & digni mutuo odio eramus, vt inuicem nos odio morderemus, idque non immeritò, nam ex inuidia odium nascitur. *Quando autem benignitas & humanitas apparuit seruatoris nostri dei.* Quando incarnatus est videlicet vnigenitus, nobisque assimilatus. *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus, nos, sed secundum misericordiam suam nos seruauit.* Seruauit nos æternùm,

æternùm, non ex operibus quæ fecimus, hoc est, neque feci- A
mus opera iustitiæ, neque per hæc conseruati sumus, sed vni-
uersam salutem bonitas ipsius atque clementia operata est.
Per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effu-
dit super nos abunde per Iesum Christum seruatorem nostrum. O
rem arduam & mirabilem. Adeò vitiis eramus immersi, vt
nulla ratione purgari possemus, sed opus erat regeneratio-
ne. Nam παλιγγενεσία id est iterata generatio, & renouatio, al
iam nouitatem, nouamque formationẽ significat. Vt enim
domum ruinosam & planè veterem non suffulcimus, veràm
ad fundamenta vsque diruimus ac demolimur, nouamque re
ficimus: consimilem ad rationem deus non superstruxit nos,
sed cœlitus cõstruxit & reparauit. Quomodo? Ne enim quæ-
quam modum, spiritus, inquit, totum transegit. Vnde hoc per- B
spicuũ? ex eo quòd effudit eum abundè super nos. Non enim
tantummodo per hunc refinxit nos, sed largè ipsum etiã no-
bis impertiit, vt & illud per hoc mõstretur. Ac meritò. Post-
quam enim mundauit nos, tum & spiritu suo sancto abundè
nos impleuit, hoc est quod ait, effudit. in impuros enim nun
quam ille purusque spiritus non ingrediebatur. Hęc autem per
quam cõtigerũt, siquidẽ ipse est mediator atq; largitor cũcto
rum bonorum. *Vt iustificati illius gratia, hæredes fiamus secun-*
dum spem uitæ æternæ. Rursus gratiæ, non debito seu meri-
to iustificationem tribuit. Hoc autem nos humili mente im-
buit esse facit. non enim ipsi aliquid transegimus. Insuper
etiam esse sperare facit nos de futuris bonis. Si enim adeò despe-
ratos & perditos nos per gratiam seruauit, multo magis iusti C
ficatis ventura bona largietur. Vt efficiamur, inquit, hære-
des æternæ vitæ, perinde ac speramus. Vel quia iam hære-
des simus, quatenus ad spem. *Fidelis sermo.* Quia de futu-
ris loquutus erat, fidem & autoritatem verbo suo apponit.
Fidum enim est à præcedentibus, quòd qui talia dedit, fu-
turum etiam daturus est. *Ac de his uolo te confirmari, ut bonis o-*
peribus præesse soliciti sint qui crediderunt deo. Quia mentio-
nem fecit boni dei bonitatis, Volo te, inquit, docere de his,
ne dedicant fideles non solummodo humiliter sapere, & non
superbitiari aliis, verumetiam misereri aliorum. Qui enim se-
cum reputauerit recta via misericordiam quam ab deo est as-
secutus ipse, aliorum etiam miserebitur. Vt soliciti sint, in-
quit, hoc est, vt cõtinuum opus atque conatum habeant suc-

currere

D curre oppressis, iniuriamq; passis, vt viduis, orphanis, adeoque omnino indigentibus prospiciant. hoc enim indicat bonis operibus præsidere: nec expectent tantisper dum egentes ad eos peruenerint, sed ipsi eorum gerant curam. *Hæc sunt bona & utilia hominibus.* Cura & præsidatus bonorum operum, vel ipsa etiã bona opera. *Stultas autem quæstiones, & genealogias, & lites, pugnasque legales deuita. Sunt enim inutiles & uanæ.* Stultas, inutiles vocat, quales Iudæi Christianis affe-

Genealogiæ Iudæorum. runt. Genealogias autem, quas ipsi fingunt patriarcharũ genus recẽsentes, & successionẽ sãguinis, maiores nimirũ suos, de quibus etiam gloriantur. Deuita igitur, hoc est fuge. neq; enim prætermittenda sunt necessaria opera, tempusque in vaniloquentia inutilibusque pugnis consumendum. Quę enim

E conflictus istiusmodi commoditas, vbi nemo ad Christum

Supra. 2. captiuus ducitur vel perducitur? Quomodo igitur suprà dedit in mandatis, vt obstrueret ora contradicentium? Si alia officiant, næ sunt compensçendi. Propter ipsorum autem, cõtradicentium nempe, commoditatem, non est quod vel verbum cum illis commutes communicésve. neque enim quicquam fructus ex tua disputatione vel colloquio cum eis, referent, vt qui sint incorrigibiles. *Hæreticum hominem post unam & alteram admonitionem deuita, sciens quòd euersus est eiusmodi, & peccat per se ipse condemnatus.* Quî igitur alio in loco ait,

2. Tim. 2. Forsan dederit eis deus vt resipiscant? Isthic loquitur de iis qui spem permutationis suæ in meliorem statum, & emendationis vitæ morumque ostendunt: hic verò inemendabilem

F hæreticum vocat, qui & omnino peruersus est, & per sese condénatus est, hoc est qui defendere sese non valet. Haud enim dicere potest, Nemo me adhortatus est, nemo docuit. Quando igitur post paræneſin in suo instituto pertinaciáque permanserit suo ipse iudicio se condemnauit. *Quando miserò Arteman ad te, uel Tychicum, stude uenire ad me Nicopolin. isthic enim statui hybernare.* Cuius rei gratia, quum tantam ecclesiam & insulam credidisset Tito, rursus ad seipsum retrahit? Auellit eum ab opere suo, vt plus ei commodet, atque magis ad officium suũ & opus perficiat, diiudicans ipsum in iis quæ

Nicopolis Actu. 18. ei credita erant. Nicopolis autem Thraciæ vrbs est, Istro vicina. *Zenam legisperitum, & Apollo celeriter præmitte, ut nihil eis desit.* Iudaicarum legum peritum sic dicit. talis enim erat Zenas. Apollo autem eloquentior, & potens erat in scripturis. Non-

ris. Nondum autem erant illis ecclesiæ commissæ. Quod ait, A vt nihil eis desit, intelligendum est ita. Cura vt quibus opus habent, subministrentur eis, ne quapiam re destituantur, alimento nimirum & vestitu. *Discant autem & nostri bonorum operum curam gerere ad necessarios usus, ne sint infrugiferi.* Perinde quasi diceret, Potuissem aliàs iam memoratos indigentes relinquere, vel citra curam tui ad me reuocare, sed no. Vt nostri, hoc est, qui sunt apud te, discant ex hoc quòd viatico & necessariis ad iter reb⁹ hos exornas, bonis operibus præesse, hoc est rationem habere indigentium, pecuniis, ver-

B bo, omnibusque modis, non vt indigentes tantummodo incommodum accipiant, enimuero vt ipsos etiam fidei fructus ipsi commonstrent, atque humanitatis & clementiæ erga suos congeneres. Nam & dominus quum quinquies mil- *Matt. 14* e-aluisset, potuit omnino & seipsũ alere semp ac discipulos, *Iohan. 4.* tamen à mulierculis voluit cibum accipere & pasci, tan- *& 12.* quam & impertientes pauperibus ipsi etiam lucrentur, commodúmve reportent. Sic & nostris hodie temporibus, non *Eleemosy næ fruct⁹* tantùm pauperes iuuat nostra in eos collata eleemosyna, quantum nos per illos etiam iuuamur. Dimissionis enim peccatorum & fiduciæ erga deum, pauperes nobis sunt autores.

Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta amantes nos in fide. Vel amantes ipsum candidè citráque dolum, vel diligentes ipsum fideles aut Christianos. *Gratia cum omnibus uobis.* A- C men. Exoptat eis vt custodiant donum dei, vel vt humanitas dei cum ipsis sit semper per gratiam eos conseruans, quæ nobiscum sit, qui maximè ea indigemus, & custodiat animas nostras & corpora in spiritu sancto, cui gloria in secula. Amen.

Scripta est ex Nicopoli Macedoniæ vrbe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D THEOPHYLACTI BVLGARIAE Archiepiscopi in Diui Pauli apostoli ad Philemonem Epistolam Enarratio.

ARGVMENTVM.

NEque seruos neque heros sese accedentes Christus reiicit. vnus est enim dominus omnium ipse, imò & pater: atq; id cum ex multis aliis, tum verò præcipuè ex hac epistola liquet, in qua Philemon quidem dominus, Onesimus autem seruus. Vterque igitur, vt nihil dicam amplius, Paulo dilectus, vterque charus. Philemon itaque primùm cõspicuus erat vir & admirandus, genere sanè Phryx, fidelis autem vita & moribus, & necessitatibus sanctorum succurrens, & eleemosynas faciens. Onesimus autem transfuga erat. nam subductis Philemon ex domo Philemonis pecuniis aufugerat. Hic quum Romam veniſſet, ministrauit Paulo, & ab eo institutus & baptizatus, quum in vinculis dum esset, clarus & admirandus ipse etiam factus est. Non pium itaque ratus apostolus perturbare Philemonem per Onesimi fraudulentiã & fugam, volénsque mundare vulnus cordis ipsius, quod serui nomine accepit, remittit illum ad ipsum cum epistola hac commendatitia. Asseuerant autem nonnulli non oportere hanc commerari reliquis, quippe quæ sit de re praua: verùm expende quanta sint ex hac commoda. Primùm quidem instituit nos, vt & pro iis qui nobis videantur esse viles & praui, solicitos simus. Ne contemnatis enim, inquit dominus vnum ex pusillis hisce. Alterum, si seruus adeò durus, violentus & fraudulentus conuersus est, nõ oportet nos desperare de nobis ipsis, maximè qui in libertate versati educatique sumus. Tertium, non oportere nos pietatis prætextu seruos à dominis, inuitis ipsis auellere. Quartum, non esse nobis despicatui habendos seruos virtute insignes, neque eorum nos pudere oportet quandoquidem Paulus filium vocet Onesimum. Quis igitur est qui dedignetur hanc adnumerare cæteris, tanta commoditate refertam?

Philemon
Onesimus
Mat. 18.

CAPVT

Caput vnicum.

PAulus vinctus Iesu Christi. Statim ab exordio instituit Philemonem, ne serui eum pudeat, qui iã cõseruus suus factus sit. nam propter Christum omnia sunt pulchra, ipsa etiã vincula, quibus & ipse gaudet, vt ab eis nominetur. Simul autem & placat, ostẽdẽs par esse vt sibi propter Christum vincto detur hæc gratia, nimirum vt Philemõ Onesimo delictum condonet. Ac Timotheus frater. Tanquã ipse non sufficiat ad supplicationem, assumit etiam Timotheum vtã supplicantem, vt pluriũ intercessionẽ veneretur. Philemoni dilecto & cooperatori nostro. Si dilectus, dabit veniam: si cooperator, non retinebit seruũ, sed rursus remittet ad ministerium verbi, cuius & ipse operator & minister est. Nã opus domini replebit, si denuo reddatur Paulo. Et Appiæ dilectæ, & Archippo commilitoni nostro. Forsan Appia vxor erat Philemonis, Archippus aũt amicus. Quòd si commilito est, in hoc etiam certabit. Hic autem erat de quo scribit Colossensibus: Dicite Archippo, habe rationem ministerij quod accepisti. Ecclesiæ quæ in domo tua est, ecclesiæ. Ecclesiã, omnes qui in ędibus sunt, fideles appellat, assumptis etiam seruis. Animaduerte hic humilem admodum Pauli mentem, qui hos etiam obsecret & adhortetur vt secum pro Onesimo intercedant. Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Quomodo erit gratia dei in nobis? si & nos debitoribus nostris remittamus. Quî verò pax? si & tu reconcilieris seruo. Gratias ago deo meo semper, memoriam tui faciens in orationibus meis. Quoties, inquit, tui recordatus fuero (recordor autem semper quum oro) toties gratias ago deo pro tua virtute. Quæ aũt sit illa, infert. Audiens charitatẽ tuã & fidẽ quã habes erga dominum & omneis sanctos. Hîc veluti misericordem illum prædicat. Porrò haud è Phrygia Romam vsque permansisset fama de charitate & fide eius, nisi maxima fuisset.

Colos. 4.

D Quoniam autē omnes sanctos dilectione cōplecteris, debes etiam Onesimum pari charitate complecti (fidelis enim est) vt & dominum videaris diligere Christum. Vides quanta sit efficacia verborum exorantium. *Vt communicatio fidei tuæ efficax sit in agnitione omnis boni quod in uobis est.* Vt fides tua, quam communē habes nobis, efficax sit, & operibus floreat, ac viuat in agnitione omnis operis boni, hoc est, quū diligit & aggreditur omne opus bonum. Tum enim fides nostra vi uit, quum omne opus bonum aggredimur ac tentamus, ceu mortua sine operibus existat. Adiecit autem, quod est in vobis, vt ostēdat Philemonem ipsum etiamnum omne opus honū in se habere, perīde quasi dicat, omnis operis boni, quod etiam nūc in vobis, hoc est, in te est. Porrò quum dicit, cōmunis fidei, connectit Philemonem sibi ipse Paulus, vnumq; facit. Communis enim fides viuifica est, vel viuit: quocirca: oportet te idem sapere mecum. Vel fidei communitatem, eleemosynam vocat, vt quę à multa fide fiat. Ait ergo, Mētionem tui facio in precibus meis orans, vt communicans tua facileque aliis impartiens mens ac sententia, non facilè cessēt, sed omne potius bonum, quòd in vobis est, hoc est, quod tibi adest, effundas in egentes. *In Christum Iesum.* In Christum Iesum refertur, quicquid boni egentibus impartieris, maximeque sanctis. Proinde si etiamnum Onesimum receperis, mihiique hanc gratiam & beneficium impenderis, Christo impendes. *Gratiam habemus multam, & consolationem super charitate tua.* Hoc est, gaudiū habemus & lætamur. Quinetiam F maximam consolationem in vinculis ex tua charitate accipimus, quod est super clementi, humana, libēter & hilariter aliis impartienti voluntate tua. *Quoniam uiscera sanctorum requiescunt per te frater.* Sapientissimè rem ipsam aggreditur, ad memoriam ei reuocans beneficia quæ in alios contulit, vt eò magis permoueat. Si reputet sese aliis vel incognitis dare, quāto potius par est vt præceptori suo Paulo hęc doneť Nec simpliciter dixit, das sāctis, sed enim recreas viscera sanctorum, hoc est, tota anima recipiūt humanitatem tuam, ceu abunde & humaniter ipsis communicatam. *Propterea multam libertatem habens iniungere quod conueniat, propter charitatem adhortor.* Quia erga omnes, inquit, sanctos talis es, vt corda illorum per te recreentur, multo magis ego in Christo, hoc est, tanquam secundum Christum te generans, libertatem

Fides quā do dicatur uiuere.

Quoniam uiscera sanctorum requiescunt per te frater.

tatē habebā & potestatē mādare imperareq; tibi nō tāquam A dominarer in te, sed ppter charitatē quā erga te habeo, túq; erga me. Quod verò ait quod cōueniat, hoc est, vel iniūgere tibi quod cōueniat, id est, ad vsum meū veniat, vt ipsū repleas vel quia omniū sanctorū curā geris. Et ego igitur secūdū conueniens, hoc est, partem ad me pertinētem, libertatem habeam iniungere tibi & mandare, attamen adhortor. Adeò enim necessaria mihi res est, vt planè egeā. *Quum talis sim, nimirum Paulus senex, nunc autem & uinctus Iesu Christi.* Talis quum sim, legatus, senex, dignus eo vt audiar abs te, vt verisimile est Paulum fuisse presbyterum, hoc est seniorem, præceptoriæ autoritatis ac tēporis nomine, ac propterea reuerētia dignum. Nunc autem & aliud maius assumit, nimirū propter Christum ligatum captúmque sese esse. Viden' quotnam B ad persuadendum occasiones & argumenta sumat? *Obsecro igitur te pro filio meo quem genui in uinculis meis.* Nondum nominis meminit eius pro quo intercedit. primū enim mitigat ac placat Philemonem, seruū filium appellans, commendans ac laudans cū hac ratione. Quam ob causam autem, ipsum sic appellas? Quia genui ipsum, hoc est, in fide Christi institui ipsum, effecique vt baptismate mergeretur, idque quum in summa necessitate essem, nēpe in vinculis. Per hæc igitur in C corē collocans indignationē eius, sic tādem nominis memnit, *Onesimum, quondam tibi inutilem.* Nouit peccati cōfessionem extinguere furorem, propterea sic dicit. *Nunc uerò tibi utilem.* Quia pius sanctúsque factus est, eā ob rem quoque vtilem deinceps dicit. Si enim Paulo commodat, qui deo exactos mores requirit, Philemoni pariter cōmodabit. Pariter autem & hoc adumbrat, quòd si commodus mihi est, remittatur ad me. *Quem remisi.* Hoc est, tibi trado hūc, eo tuo arbitratu tuo vtere. Quia verò reddit ipsum, iracundiam suam vehementius placat. *Tu autem ipsum, hoc est meā uiscera,* Hoc est, cum charitate eum recipe, imò non ipsum, sed mea viscera. Adeò ipsum diligo, mētéq; circūfero. *Quem ego uolo apud meipsum detinere, ut pro te mihi seruiat in uinculis E-* Animaduerte sapientiā, quomodo in heri locū pro- ipsum constituit, vt pro te, inquit, mihi ministret. dit autem quòd & ipsi consultū cupiat, domino nimi- Philemoni. Si enim tua interest vt mihi seruias, ipse au- tui loco isthuc faciat, lucrum certè inde tibi accedit. Ci-

Filius Pau li dicitur, ab eo ī stitutꝰ de iſtitutꝰ

D *tra tuam sententiam nihil uolui facere.* Per hoc maximè Philemonem emollit. Res sanè admodũ est necessaria. in vinculis enim, quibus dei causa tenebatur, ministraturus ipsi erat, attamen præter eius sententiam facere noluit. Quocirca quomodo ei non est obtemperandum, qui quum posset vel sine ipso eam sibi gratiam & autoritatẽ vsurpare, noluerit tamen? Vt *non uelut ex necessitate bonũ tuũ sit, sed uoluntarium.* Nõ dixit ex necessitate, sed veluti secundũ necessitatẽ, perinde quasi hoc dicere velit: Etiãsi præter animi tui sententiã eũ apud me retinuissem, haud te cõtristassem. Videbatur tamen plerisq; p te inuito ex necessitate isthuc contingeret: malui autẽ, vt nulla ratione inuoluntarium quibusdam videatur hoc, sed citra controuersiam spontaneum. *Forsan enim propterea secessit ad*
E *horam.* O sapientiam Pauli. Quum enim Onesimus ex fraudulenta mẽte fugeret, inuertit iã Paulus fugam, vt quæ propter maiorem sit commoditatem facta. forsan enim ex diuina prouidentia fugit. Leni autem loquendi modo, fugã secessionem appellat, ne fugæ nomine herum exacerbet. Porrò quum tempus contrahit, fugam etiam sedat. ad horam enim, inquit, secessit. Pariter autem indicat, quòd quanto tempore cum Paulo fuerit, Philemoni etiam seruierit: in hoc tantummodo aberat, quòd apud Paulum præsto erat, hoc autem exiguum erat, ac velut vnica hora. Proinde si mihi deinceps etiam seruiat, remissus abs te: cogita illum seruire tibi. Vt *æternum ipsum retineas.* Hoc est, fruaris eo. *Non porrò ut ser-*
uum, sed supra seruum, fratrem dilectum, maxime mihi, quanto potius
F *tibi in carne?* Ad multa, inquit, profuit fuga. pro hora enim vna habes ipsum perpetuum. Ac vniuersa vita hominis, æterni respectu nihil est: quanto magis fugæ tempus? Tum pro seruo fratrem, pro inutili dilectum, etiam in carne, hoc est, mundanis officiis & ministerijs dignum qui diligatur, vt qui curare & prosequi ea possit. *Et in domino.* Hoc est, in rebus spiritualibus. *Si igitur me habes socium, suscipe ipsum ut me.* Hoc est, si eadem mecum sapere ac sentire confessus es, haud secus ac me ipsum suscipe. Quem non in sententiam suam induxisset? quis enim noluisset Paulũ suscipere? *Sin in quopiam*
tibi iniuriam intulit, aut quicquam debet, mihi imputa. Non dixit furatus est, sed quod lenius, iniuriam intulit, insuste egit, aut debet. Verisimile nãq; est ipsum insumpsisse quę sublegerat, propterea inquit, mihi hoc p debito adscribe, me habe debitorem.

rem. *Ego Paulus scripsi mea manu, ego rependam.* Blandè & amanter hęc dicit, cum spirituali gratia scribẽs, perinde qua si tantum velit: En, ad maiorem securitatem, vt certus sis per soluturum ea me tibi, chirographum meum habes, has literas mea manu perscriptas. *Vt ne dicam quod teipsum mihi etiam*
debeas. Ne videatur vim facere Philemoni, vt qui non sit aduersus ob furtum ab alieno seruo commissum sic petere ipsum simpliciter, nisi chirographum adiiceret (hoc enim crudele erat, necnon ingratum, & nullo charitatis affectu erga præceptorem suum imbutum Philemonem indicabat) oftendit iam quòd vehementer adeóque plurimum ei confidat. nõ solum enim tua, inquit, verùm etiam te mihi insuper ipsum debes. *Næ frater, ego te fruar in domino.* Amicioribus verbis iam ad grauiora redit, & obsecrat. Ego te, inquit, fruar, hoc est, fac quæso vt contingat me tuis beneficiis perfrui, nõ iis mundanis rebus, sed prorsus diuinis. *Recrea uiscera mea*
in Christo. Refocilla meam erga te charitatem, inquit, non tam propter Christum. non mihi enim beneficium impertis, sed Christo. *Confidens obedientiæ tuæ scripsi tibi, sciens quòd*
supra quàm dico, facies. Non vt imperarem tibi, nec quia mihi ipse placerem, hæc scripsi tibi, sed confidens obedientiæ tuæ. Quale ferrum hæc non emollirent? *Simul autem & para*
mihi hospitium. Quia suspicari potuit Philemon, nisi Onesimi causa scripsisset, ne verbo quidẽ me dignatus esset Paul⁹: hanc suspicionẽ diluẽs, Nõ propter illum tantummodo scribo, inquit, sed eã etiam ob rẽ, vt pares mihi hospitiũ. Simul aũt non terreatur Philemõ si audiat vẽturũ apostolũ: qui si veniat, deprehẽdet eũ nisi receperit Onesimũ. *Spero aũt quòd per ora*
uestra donabor uobis. Duo hic discimus, alterũ, quòd sit ingens orationis virtus, si quidẽ Paulus talis tãtusq;, indigeat tamen ex orationibus ope. Alterũ, q̃ oporteat nos humili spiritu ferri, quandoquidẽ Paulus discipulorũ precibus egeat.
Salutat te Epaphras cõcaptiuus meus in Christo Iesu. Hîc Epaphras Colossensibus ad Paulum missus erat, quare planum est Philemonẽ Colossensem fuisse. Cõcaptiuũ aũt appellat, ostẽdens Epaphrã in multa afflictione esse. Ac propterea ruborẽ Philemoni iniicit. Si enim is cum Paulo affligitur, tristiáque frigora sustinet, ipse autẽ ne Onesimi quidẽ nomine ei obsequi possit, núnne pudori ei est? Cõcaptiuum autem dicit, non ob humanam quampiam rem, sed propter Christum

A

B

C

Orationis uirtus.

Coloss. 1. Epaphras

D Iesum Euangelii nomine aduersa perpetiens. *Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, cooperatores mei.* Demas primùm probatus erat, fide, quare & hîc à Paulo testimonium ei tribuitur, vt qui sit adiutor eius. Tandem ad ignauiam relapsus à
2. Tim. 4 Paulo desciuit, perinde ac in epistola ad Timotheum Paulus scribit, in ea quæ est certè posterior. Demas me reliquit, inquiens, Lucas est solus mecum. Qui igitur postremo hîc est loco collocatus, primus tandem omnium factus est, Demante deficiente. Adeò non oportet quempiam confidere sibi, sed qui stat, videat ne cadat. Quum istos appellat coadiutores & cooperarios, ostendit eos simul secum rogare pro Onesimo Philemonem: quare dignum est vt hisce tot tantisque gratificeris. Animaduertis quantum simus adiuti ex
E hac breui & perspicua visa epistola? Proinde nullius scripturæ locus inexploratus prætermittendus est, verum ex omnibus, vt quę per spiritum sint enarrata, spiritualis quædã & commoda sententia inquirenda est. Omnino qui scripturæ verba loquutus est paracletus, dabit rectè quærentibus, eius quod quæritur, inuentionem. A quo & nos illustrati, semper ducamur ad veritatem diuini verbi, diuinæque vitæ, vt neque vanis opinionibus seducti, neque mendacio mundanæ voluptatis inescati, serui quidem, nos ipsos per fidem & virtutem ingenuos reddamur: domini verò, quum seruos nostros videamus sanctos & apostolos, studeamus non multo ignobiliores illis inueniri in regno domini, qui propter
Phil. 2. nos etiam seruus visus est, Christi veri dei, cui gloria in secu
F la seculorum. Amen.

Scripta est ex Roma per Onesimum seruum.

THEOPHYLACTI BVLGARIAE Archiepiscopi in diui Pauli apostoli ad Hebræos epistolam enarratio.

ARGVMENTVM.

G Entium erat apostolus diuus Paulus, æquè Roma. 11. atque ipse in epistola ad Romanos affirmat. Non enim sustinuerunt ipsum Hebræi prædicare sibi verbum, vt qui maiori eum odio prosequerentur quàm cæteros, vt qui per v- B uersam suam permutationem, inuictam Christi potentiã Actuũ. 9. offenderet, qui acerrimum persecutorem ad sese traxerit. Inprius autem argumentum est veritatis verbi euangelii, Pauum feruentissimum legis æmulatorem, subitò ac de repen- e Christo accedere. Propterea ex animo vehemẽtiq; iracun dia aduersus eum pugnabant, adeò vt ne vocem quidem e- ni sustinuissent. Quinetiam qui ex Hebręis crediderant, ne Actuũ. 21. ipsi quidem illi animum aduertebant, tanquam ab lege abhorreret omnino, ac circuncisionem tolleret. Atqui etiamsi 1. Cor. 2. gentes emãdatus est pręco, ad Hebręos tamen etiam scri- . Vt enim non erat ei demandatum vt baptizaret, ba- C tizabat tamen, neque enim ei vetitum erat: sic & Hebręis ex circuncisione erant scribit hanc epistolam. Nam ma- ia eorum solicitudine tangebatur, pro quibus & anathema ri optabat. Porrò iis qui in Palęstina & Hierosolymis e- Roma. 9. rant scribit. illi enim ab infidelibus Hebręis bonis suis exuerant ac spoliati, innumerisque afflictionibus subiicieantur: vnde solicitus est in colligenda ad horum suppetias 2. Cor. 8. & 9. mosyna, cùm Corinthios tum Macedonas in hos exci- Petro etiam prędicationis officio delegato, qui Hiero- mis erant Hebręos pauperes socios facit. Necessariò igi Gala. 2. illis literas transmittit, consolans propemodum succumtes. Admodum enim contribulium suorum afflictioni- macerati erant: quandoquidem isti, contribules dico, suo & libertate viuebant, potestate sibi facta condemnandi ondemnandique quos vellent. Hoc etiam ipse indicat, vbi Demissas manus ac dissoluta genua erigite. Quum enim Hebr. 12.

Iudęi

D Iudæi essent, ac didicissent maiores suos præsentibus ac ve-
luti ante pedes positis bonis esse vsos, valde animo excide-
bant, vt qui nondum assecuti essent relaxationem. Propter-
ea & multa de fide in hac epistola disputat, ac de sanctis qui
à condito mundo fuerunt, nec tamen bonorum vsum sunt
adepti: duo sanè astruens & efficiens, alterum quidem, om-
nia quæ accidant aduersa, dextrè esse ferenda: alterum, om-
nino expectandam esse compensationem. Non enim negli-
get deus sanctos suos quos ab seculo habuit. itaque & tum
vos recipietis. Facit autem multa verba de veteri & nouo te-
stamento, ostenditque legem non porrò esse ratam, nec pri-
stinum retinere vigorem. Nam si hoc esset, templum Hiero-
E solymis adhuc staret: verùm indicat quòd ad tempus vsque
aliquod sit duraturum, nostram autem in Christum religio-
nem esse veritatem. Scribit autem epistolam hanc ex Italia,
2. Tim. 4 vnde & antiquior est & prior ea quam ad Timotheum scri-
psit. Nam in illa ostendit finem sibi vitæ imminere. Ego enim,
inquit, iam libor, ac tempus resolutionis meæ instat. In hac
Heb. 13. autem promittitur Hebræis quòd ipse, Paulus nempe, sit vi-
surus eos. Nouistis fratrẽ Timotheum absolutum, cum quo,
si celerius venerit, videbo vos. Verisimile est autem hoc acci
disse. biennium enim Romæ vinctus detentus est, deinde di
missus est. Quemadmodum igitur & ipse indicat, dicens, In
2. Tim. 4 prima defensione nemo mihi affuit: &, Liberatus sum ex ore
Rom. 15. leonis. Neronis videlicet, postha c in Hispanias profectus, in
F de fortasse conspexit Hebræos. Romam postea rediit, vnde
& ab Nerone est sublatus.

CAPVT

Caput I.

A

MVltifariam, multisq; modis olim deus lo
cutus patribus in prophetis. Quia af
flicti malis arbitrabantur sese re-
lictos esse ab deo, neque adeò se
illi curæ esse vt maiores sui fuis-
sent, minusque defensionis atque
auxilii accipere se, quàm illos: in B
dicat iam diuersum Paulus. Maio-
rẽ, inquit, gratiã vos adepti estis,
maioraque in vos beneficia deus
tulit, quàm in illos: nã ad illos prophetas misit, ad vos au
filium suum. Quid aũt est quod ait, multis partibus, mul
modis? pro diuersimode, & multis speciebus. Ego enim Osee. 12.
siones multiplicaui, & in manibus prophetarũ adsimilatus
Proinde quid ægrè fertis, estisque pusillanimes, talibus
tisque donati? *In nouissimis diebus hisce loquutus est nobis in*
Per hoc eos etiam excitat & consolatur, inquiens: Cõ-
mmatio adeóque finis seculi mundique huius propè est:
in certamine labefactatus, simul atque audiuerit certami-
adesse finem, respirat paululum. Aliud etiam quiddam C
dicat per hoc quod ait, In nouissimis diebus. Quãdo enim
m reliquum erat tempus ad emendationem, sed pœnis era
obnoxii, quando condemnati eramus, quando dona ces
erant: tunc, inquit, plura cæteris habuimus, aliisque su-
riores fuimus. Quod autem ait, in filio, est pro, per filium.
serua hunc locum aduersus eos qui dicunt præpositio-
(in) attributam esse spiritui, quum hîc filio tribua- *In, præpo*
. Quur autem non dixit, loquutus est nobis Christus? *sitio, filio*
rim quidem quia imbecilles dum erant, nec poterant *etiam tri-*
huc audire de Christo: partim verò vt ostendat vetus *buta.*
ouum testamenta esse vnius & eiusdem. Considera au-
etiam quod ait nobis. vnum enim facit & adæquat di-
alis, cum ipsos, tum sese. Atqui ipsis non est locutus,
dum apostolis, & per illos multis: attamen exaggerat
rem

D rem, indicans quòd & ipsis loquutus sit, ídque ad cõsolatio
nem. *Quem constituit hæredem uniuersorum.* Hoc est, totius
mundi fecit dominum. Non enim pars domini est Iacob, sed
Deut. 32. omnes planè. Hæredem autem dixit, ostendens eum genui-
num esse filium, dominúmque huiusmodi, à quo dominatus
auelli non possit. Quomodo autem fecit ipsum dominum?
secundum humanam naturam, vt hominem, perinde ac in
psalmo secundo ait: Pete ab me, dabóque tibi gentes hære-
ditatem tuam. Qualem autem hîc dominatum dicit? in eos
nempe qui suapte sponte obediunt, adeóque voluntarij sunt.
iste enim dominatus, istucque imperium datum est filio vt
homini, quo omnes eum agnoscunt naturali ex scientia. Tũ
in eos dominatum exercet, qui inuiti obtemperãt, quatenus
dictum est, Omnia tibi seruiunt: atque hoc dominij ante se-
cula habebat. *Per quem & fecula fecit.* Quum de carne filij
E dixisset, quæ heri & nuper consistit, reducit te deinceps ad
altitudinem eius, quam ante secula habuit, diuinitatis. Vbi
igitur sunt asseuerantes, Erat quando non erat? ipse secula
condidit, & quomodo erat seculum, quando non erat ipse?
Quoniam verò pater est autor filij, non immerito causa etiã
erit eorum quæ ab ipso filio facta sunt. Propterea dixit, per
quem fecit & secula. pater enim videtur facere, qui creantem
filium genauit. Sabellius hinc feritur, quũ veluti duæ hîc
personæ introducuntur. Paulus autem Samosatensis oppor-
tunum hîc vulnus accipit, qui recentem dicebat filium, & ex
Maria duxisse principium. Præterea & Arrius hoc loco peri
F tur ac traiicitur, veruntamen non vsqueadeo. apprehendit e-
nim quod ait, per quem, ceu auxilio quodam iuuari patrem
à filio affirmans. At quæ sequuntur, istam eius opinionem oc
cidunt. *Qui quum sit deradiatio gloriæ.* Ad ipsum de filij maie-
state fastigium transit, deradiationem aut splẽdorem ipsum
vocans, vt hoc discas, quòd sit ex patre sine perturbatione &
motu quopiam prauo, citráve patris afflictionẽ, vt adeó ne-
que imminutus sit pater, neque inferior factus, verùm quòd
ex eadem substantia, lumen ex lumine. Nã animas nostras
Iohan. 8. ille illuminauit, ac patrem ipse denunciauit. Propterea etiã
dixit, Ego sum lux mundi, quoniam coæternus ipsi visus est.
etenim deradiatio seu splendor non cernitur absque resplen
dente. Sol enim citra splendorem iubárque suum nunquam
apparuit. sic neque pater intelligitur sine filio. Quòd si Ar-
ria-

nos audias dicentes, Si ex patre filius, posterior ergo est A
pater: oppone eis, radios iubarue solis non esse posteriora
Soleisimul enim sol cum suo splendore deprehenditur ac cer
nitur. *Et character substantiæ eius.* Quum dixisset splen-
dorem, ac propterea filium patri coæternum & eiusdem cum
eodem essentiæ commonstrasset: rursus quia splendor perso
næ & substantia caret, curat iam quod ex demõstratione ad-
modúmque exemplo isto absurdum colligi potuit, ne Marcello &
Sabellio hîc locus relinquatur, qui dicebant non esse filium *Chara-*
rem propria apud patrem persona. Dicit ergo eum esse cha- *cter.*
racterem, hoc est formam & exculptionem vel ideam per-
sonæ eius, vt quemadmodum pater in sua persona subsistens
nullius alterius indiget ad sui perfectionem, sic & filius.
Quum enim ob oculos posuisset filium non differre neque B
permutari in quopiam à patre, proprium etiã primi exẽpla-
re characterem & formam per hoc in filio apostolus exhi-
bet. Character enim aliud quiddam est præter exemplar pri
mum, vt qui subsistat ipse per sese, similis quidem impermu
tabiliter prototypo seu exẽplari primo. Gregorius autẽ Nyss
enus quemadmodum per splendorem connexionem eius in
dicauit, sic per figurã, parilitatẽ personę. Quũ enim personæ
dignitudinẽ animo concepisset, per figurã seu characterem
id videbatur, omnino metiebatur personã. neq; enim perso
na excellit character, ne sit sine subsistẽtia, quatenꝰ excellat:
nã persona maior est figura: nõ excellit characterẽ alioqui
non figuratam neque formatam partem haberet illã. Perinde
autem vt alio in loco dicit filium in forma dei esse, sic iam ip
se quomodo sit intelligendum, docet. Formam enim, per- *Philip. 2.*
stantiam aut substantiam, characterem autem, dominum qui C
ipsa persona cernitur, vocat. Commonstrat autẽ omnino
eum esse patri æqualem. in forma enim patris maiestas ani
maduertitur, nequaquam ipsum exuperans. Aut enim infor-
mis esset, & pulchritudine vacaret extra formam cadẽs, quod
stultum est de patre intelligere. Si autem tanta est maie-
stas patris, quanta & forma est, character autem æqualis est
formæ: habebit etiam tantam amplitudinem & maiestatem
quam character, qui in forma consideratur. *Portans omnia uerbo po-*
tentiæ suæ. Qui iam antea deprehendisti filium, animaduer-
tisti eum à Paulo ueluti conditorẽ, sub patre tamen constitu
tum, audi iam nunc si potes, quomodo hîc filio autoritatem

tribuat

D tribuat. Non dixit autem portãs potentia, sed verbo potentiæ, hoc est, quod refertum est potentia, quod ipsum potenté
Gene. 2. arguit atque probat. Perinde nanque vt audis patrem dicere, Fiat lux, & facta est lux: sic & filius verbo gestat omnia, id est, gubernat, cõtinet: imò maius est, quàm creare omnia, dissidentia, & ad non esse vel ad corruptionem abitura, continere, fouere, conseruare. Nec dixit gubernans, sed ferens, sumpta metaphora ab iis qui digito faciunt vt quiequam moueatur transferaturque. Tale nanque tantúmque põdus creaturarum adeò citra negociũ portat, vt nihil baiulare videatur, solo nimirum verbo, quod omnia potest. non enim perin
Verbum in deo. de exigua res est in deo verbum, vt in nobis verbum nostrũ. Præterea quum tot hæreses in exordio statim huius epistolæ sint euersæ, audent tamen nonnulli asseuerare hanc epistolam non esse Pauli, neque Paulum decere, sumpto argumento & signo ex epistolæ huius charactere seu stylo quia differat ab aliarum à Paulo conscriptarum literarũ dictione. Ve-
E rumenimuero precium certè fuerat operæ, simul eos videre, sententiarum pondus & amplitudinẽ, earúmque robur, quod nemo cassare, debilitare, aut infringere possit, non esse alterius quàm Pauli, Christum in sese loquẽtem habẽtis. Quòd si omnino huius epistolæ dictione offendantur, nouerint epistolam hanc ab apostolo Paulo Hebraica lingua concinnatã, vt qui Hebræis in hac ipsa loqueretur, in Græcam verò linguam ab Luca (vt quibusdam placet) translatam, vel, vt alij sentiunt, à Clemente, cuius & stylum potius retinet. Similé igitur quiddam delinquunt, vt ita dicam, qui hanc epistolam Paulo auferunt, perinde ac si Paulum ab Christo di-
F uellerent. *Per seipsum purificationem faciens peccatorum nostrorum.* Quum loquutus esset de maiestate diuinitatis verbi, deinceps de cura ipsius quam in homines per carnem gerit, differit, quod multo maius est, quàm quòd omnia ferat. Duo autem hîc ponit, tum ꝙ mundarit nos à peccatis, tum ꝙ per seipsum hoc fecerit. Nam per crucẽ & mortẽ quam ipse sustinuit, purgauit nos, non solùm ꝙ mortuus sit pro peccato nostro, quum ipse omni peccato vacaret, darétque victoriã no-
Roma. 6 bis, quam ipse tamẽ nobis non debebat, ac solueret naturam, quæ simpliciter ob Adami peccatum ac transgressionẽ condẽnata erat, veruetiã per hoc ꝙ dederit nobis baptisma, imaginẽ mortis suæ, per quam vndique ac sigillatim præterito-

rum nobis peccatorum condonationem reccipimus dum ba A
ptizamur, atque potẽtiam ne posthac adeò facilè à peccatis intercipiamur. *Sedet in dextera maiestatis in excelsis.* Crucis mentione facta, de resurrectione & assumptione sermonem refert. Non dixit autem iussus est sedere, verùm sedit, seu collocauit se, idque in dextra, & in excelsis, non quòd loco con
stitutur deus, verùm vt idem eius honos & æqualitas erga patrem commonstretur. Ad ipsum enim patrium vsque thro
num peruenit, & perinde vt pater in excelsis est, sic & ipse.
Si quis dicat, Scriptum tamen est: Dixit dominus domino *Psal. 109.*
meo, sede: primùm quidem respondebimus, ꝙ non dexerit,
sed dixit, verùm dixit: deinde ne ipsum expertem principij vel
sedẽ (qui pater est) existimes, eam ob causam verba psalmi
sic figurata sunt. *Tãto melior factus angelis, quãto excellẽtius præ*
eis hæreditauit nomen. Principio quidem prophetis adæqua- B
uit eum, ob auditorum imbecillitatem: iam verò in procuratione angelis ipsũ anteponit, tacitè auditores ad veritatẽ admonens. Factus autem dixit, pro demonstratus, æquè ac diuus Iohannes præcursor ait, Qui post me venturus est, ante me *Iohan. 1.*
factus, hoc est, honoratior me demonstratus est. non enim de substantiæ natura hîc loquitur. Carnis autem causa omnino factum est, hæreditauit. Nam vt deus verbum hoc nomen super habebat, hunc ad modum & nos de homine & subli *Ibidem.*
mia & humilia loquimur, veluti si dicamus magnum quemdam hominem, à potiori totum isthuc appellamus, aliàs ve
rò à carne. *Cui enim dixit aliquando angelorum, Filius meus es*
tu, ego hodie genui te? Vnde, inquit, perspicuum quòd melior *Psal. 2.*
sit angelis? ex nomine. nomen enim filius, germanitatem in-
dicat, quòd ex patre sit genitus. Quòd si ex gratia filius
est, minor est angelis. Quod igitur ait, Ego hodie genui
te, nihil aliud significat, quàm quòd sit à principio, à quo pa
ter. Quemadmodum enim qui est, dicitur à præsenti tem- C
pore, illud enim potissimum ipsi conuenit: sic & hodie.
Quibusdam autẽ hodie genui te, nõ de ea quæ omnia secula præ
cesserunt æterna nimirum, sed de ea quæ est secundum carnẽ na
tiuitate dicta, acceperũt. Nã & ipsa à supernis fuit, ex spiritu
sancto, & voluntate patris bona.
Rursus, Ego ero ipsi in patrem, & ipse erit mihi in filium. *2. Reg. 7.*
Quòd propter carnem apertè palã dictum est. postquam e-
am hîc attigit Paulus, intrepidè reliqua deinceps loquitur.

Assumpta

D Assumpta itaque natura, genuinum nomen, nempe quòd filius sit ac dicatur, quod nominis coniunctum & vnitum
Lucę. 1. naturæ verbum habebat, hæreditauit quippe quæ in illo substat, quemadmodum & angelus dixit, Et quod nascetur sanctum, vocabitur filius dei. Et iterum, Erit autem magnus, & filius altissimi vocabitur. Hoc autem nemini angelorum cõuenit. Etiamsi autem iustorum quidam sint filij dei, ex gratia tamen sunt, non natura. Cum domino autem Christo sese res aliter habet, ἀλλ' ὑπερεκτικῶς ταυτότητι υἱότητος πρὸς πατέρα κοινωνικῶς, hoc est, sed substantiali identitati filialitas accessit, per assumptionem nempe humanitatis, id est, substantiæ vel naturæ quam eandem habet cum patre, accessit quòd filius diceretur, per humanæ carnis assumptionem.

E *Quando autem rursus primogenitum in terrarum orbem introdu-*
Matt. 13. *cit, ait.* Christus sanè in carnem aduentum suum, exitum vo-
Iohã. 16. cat, vt quum ait, Egressus est qui seminat, seminare. & iterũ, Ego à patre exiui. idque nõ immerito, nã extra deũ eramus, ac egressus ad nos veluti legatus, & conuersatus nobis, nõque mundans, reconciliauit regi. Diuus autem Paulus egressum istum, introitum nunc nominat, à metaphora hæreditatem adeuntium, vel distributionem quandam aut possessionem assumẽtium. Hoc enim significat quod ait, introducit, quando committit filio terrarum orbem pater. tum enim ip-
Iohan. 1. sum possedit, voluntariò subiectum, quando & cognitus est. Introducitur autem non aliter q̃ in carne. Vt enim deus verbum, in mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Patrem autem facit introducere filium, vt gratum & acceptabilem
F faciat sermonem. Gregorius autem Nyssenus ac diuus Cyrillus sic introducere ipsum intellexerunt, quoniam ante incarnationem nihil commune habebat cum creatura, vt qui deus esset carne vacans. Quando verò carnem assumpsit, tũ communicans creaturæ, quatenus creatum vniuit sibi, ipse,
Psal. 96. introductus esse in creaturam dicitur. *Et adorent eum omnes angeli dei.* Eum, cum carne videlicet. Indicat autem hic quãto sit melius ipsius nomen, in quantum est dominus seruorum, velut si in domum introducens quempiam, præsides eius illico iubeat adorare hunc. *Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Et maximum inter illos discrimen, quoniam illi quidem sunt creati, hic verò increatus. Nam quod ait, qui facit, significat ex non esse ad esse productionem. Nõ ad angelos A autem tantùm excellentiam habet, verumetiam erga omnẽ Psal. 32. ministrantem virtutem. Non dixit autem, qui fecit, sed qui Iohan. 5. facit, hoc est, conseruans verbo, per quod facti sunt. Huiusmodi est quod & in euangelio dicit, Pater meus hucusque operatur, hoc est, continet quæ facta sunt, & operata seu effecta iam, & custodit perinde ac facta sunt. *Ad filium autem, Se* Psal. 44 *dertua deus in seculum seculi.* Angeli quidem, inquit, creaturæ sunt & opera, de ipsis itaque dictum est, Qui facit. Filius autem non est qui creauit, nec enim de ipso dictum est, Qui facit, sed rex, dominus ac deus. Thronus enim ei tribuitur, qui regni est indicium, ac thronus æternus. Hoc autẽ est adeertius Paulum Samosatensem, exiguum hominem introdu-
centem, qui tamen deus reuera sit, rexque æternus: & aduer- B
sus Arriũ. *Virga rectitudinis, virga regni tui.* Et rursꝰ aliud ipe
ij regniq; symbolũ. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ.* Hæc
cem incarnato deo verbo aptãtur, ceu carne humilia recipiẽ
te. *Propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ consorti*
bus tuis. Hoc aduersꝰ Iudæos & Sabelliũ & Marcellũ pugnat,
qui duas psonas indicãs, Deũ & Deũ, & contra Marcioni-
tas, qui nõ putãt filium assumpsisse carnẽ, quoniã diuinitas
eum vngitur, sed humanitas. Ait igitur, quoniam Deus, hoc
est, ô Deus, vnxit te Deus tuus hoc est, pater quidem tuus se
cundum diuinitatem, Deus verò secundum carnẽ: oleo exul
tationis, id est spiritu sancto, præ aliis hominibus. Nõ enim
ex mensura spiritum sanctum accepit Christus, neque vt is Iohan. 3.
qui per spiritum operatur mirifica, verùm inunctus est præ
cæteris, adeóque toto vnguento, ac toto inungente. Consor- C
tes autem eius sunt omnes spirituales, vt qui eius participa-
tione sint sanctificati: Porrò qui in lege perfecti & spiritua
les erant, per fidem in Christum spiritum sunt assecuti: ob
eam causam & Christi, hoc est vncti, appellati sunt, vt, No
lite tangere Christos, id est, vnctos meos. Atqui in gratia
hac Euangelij, apertius longè Christi sunt participes, vt qui Psal. 104
fuerint ipsius sint facti consortes per baptisma, delibutique
spiritu, qui oleum exultationis dicitur, ut qui à peccatorum
tristitia ac crudelitate liberauerit, ac futurorum bono-
rum spe nos gaudere parauerit. Quòd vero deus, sit pro ô
nus, testis est fide dignus, hostis Symmachus, hunc ad mo
dum exponens: Propterea vnxit te, o deus, deus tuus oleo

D lætitiæ præ sociis tuis. Obserua autem quòd ὁ θεὸς, deus, per articulum scriptum, de filio dicatur, propter eos qui dicunt
λεκτέλο- γία quòd quum Iohannes scribat καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, & deus erat verbum, quum sine articulo ὁ, dictio θεὸς isthic ponatur, nō propriè hîc introduci cū articulo. *Et tu a principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.* Ne quum iurā audis quòd primogenitum introducat in orbem terrarum, existimes esse donum quod ei postremò datum sit à patre, commonstrat eum terræ simul conditorem fuisse, non in nouissimis temporibus, sed iam olim à principio. Hoc ipsum est aduersus pariter Paulum Samosatensem. Affirmat enim & probat Paulus apostolus, aduersus Samosatensis opinionē vanam, Christum ante virginem Mariam fuisse, quippeq
E & autor creationis & conditor iuxta diuinitatem extiterit. Contrauenit etiam Arrio, Christum ceu suboperatorem & instrumentum facienti: propterea & suprà memoratum est, per quem & secula fecit. Ecce enim hic ipse creator & conditor introducitur. Obserua autem quomodo complicētur de increata Christi natura sermo, ac de diuina dispensatione qua incarnatus est. Aliàs enim sublimia propter diuinitatē, aliàs verò humilia propter humanitatem à spiritu sancto de Christo seruatore nostro proferuntur. *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ceu pallium ueterascent, ac ueluti opertorium uertes eos, & mutabūtur, tu autem idem es, & anni tui nō deficient.*
F Maius quiddam quàm sic creatio, hîc aperuit apostolus, trāsfigurationem videlicet mundi. Permutabuntur, inquit. Permutabuntur enim à corruptione ad incorruptibilitatē, adeò facile, vt non plus isthic laboris deo insumendum sit, quàm ei insumitur qui vestem quampiam inuertit. Quòd si transfigurationem & innouationem, ad perfectiorem formā ipsius nimirum mundi, adeò facilè operatur, in minori opere alterius indigebit adiutoris? Minimè gētium. Porrò haud parum solaminis præbet fidelibus in hoc mūdo oppressis no uisse eas res & opera quæ nunc vident, non ita duratura perpetuò, cæterùm acceptura alterationem: tum cum quem ipsi deuenerentur & colant, in sempiternum permanere sempér
Psal.109 que viuere. Anni enim tui non deficient. *Cui autem unquam angelorum dixit, Sede a dextris meis, tantisper dum posuero hostes tuos scabellum pedum tuorum?* En rursus animum illis addit, ac omnis mali casúsque leuamen tribuit. Nam si Christi hostes vin-

centur, eorum etiam hostes prosternentur, quum iidem sint A
cum iis qui Christum persequuntur. Neque tanquam Christus imbecillior hoc nō possit, pater dicitur subiicere hostes. qui enim in extremo die iudicaturus est omnes, quanto potius etiam interea temporis reddet cuique pro suis operibus? verùm hoc ideo fit, vt pater ostendat honorem suum erga filium. Patrem enim indignari hostibus filij, quî non cedat in gloriam & summum decus atque splendorem filij? quomodo non sit magnæ patris in filium dilectionis symbolū? Dictum autem est fusius hac de re in priore ad Co- 1.Cor.15
rinthios, quæ isthic ergo annotata sunt, require.
Nonnē omnes sunt administratorii spiritus, ad ministerium emandati propter eos qui hæreditatem adituri sunt ad salutem? B
Assultantium mentes erigit atque attollit, ingentem dei erga nos curam in medium promens: quandoquidem angelos excellentiores nobis spiritus, collocarit vt ministrent ac inseruiant nobis in rebus ad salutem pertinentibus sempiternam. Videtur autem perstringere, qui angelis nimium intē-
derant, potissimùm verò Hebræos in vniuersum omnes, legi per angelos traditæ planè affixos, eorúmque ministeriis
quæ in lege deprehenduntur, adeò vt hos etiam Christo
praeferant. Ne igitur ipsis, inquit, intenti sitis, nam & Actu. 7.
serui nostri sunt. Obserua porrò quî non perinde mul- Galat.3.
tum discriminis faciat inter creaturas. Etenim quum non
quem intermediet inter angelos & homines, proximè nos
homines ipsos collocauit. creaturæ nanque à creaturis parum
differant. Ministrarunt autē angeli & in veteri sæpe & in no C
nouo testamentis. Nam in nouo Ioseph per insomnium re- Lucæ.2.
uelatum dant, pastoribus euangelium annunciant, & in & 24.
templo nūc to sedentes resurrectionē prædicāt. Sic in ascensio Iohā. 20
saluatoris nostri docebant sic reuersurum, quemad- Act.1.10
modum ascendisset. Hunc ad modum ad Cornelium ve- 8.& 12.
nit angelus, ad Philippum venit angelus, ad Petrum etiam
descendere, ac simpliciter innumera huiusmodi. Consi-
stit hîc angelicum esse, inseruire saluti mortalium, imò ipsi
nomini etiam Christi. Proinde haud venit negligendum eiusmodi ministerium.

D

CAPVT II.

Ropterea abundantius obseruanda sunt quæ dicta sunt.

P Quia, inquit, tanta est excellentia filij qui locutus est nobis, qua excellit prophetas, & angelos veteris testamenti ministros, maiore cura nobis obseruãda sunt quæ dicit, quàm quæ lex loquitur, maioríque honore est afficiendus, quàm lex. Enimuerò palàm hoc non dicit, ne principio eos feriat aut exasperet: voluit autem vt ex consequenti hoc colligeretur. Nec verò quòd conferat aut adæquet veteri nouum testamentum, hæc dicit, haudquaquam: verùm E aduersus opinionem eorum qui plurimum de veteri gloriabantur, nouum cõtemnentes, hæc adducit. *Ne quando præfluamus.* Hoc est, ne excidamus, ne pereamus. Accepit autem Eccle. 19 & 28. dictionem hanc ex parœmiis. Fili, inquit, ne præfluas, ne labaris. vt ne ostendat quàm sit facile ad lubricum declinare iter, & q̃ sit difficilis res interitus. Nam quod præfluit ac præterfluit, haud facilè redit.

Si enim per angelos sermo habitus factus est firmus. Enelat hîc voluntatem suam. Per sermonem autem per angelos enunciatum, vel decalogus intelligendus est. Verisimile est Exod. 19. 20 & 13. enim angelos tum affuisse, quibus gens Hebræa commissa fuerit, qui & tubas faciebant, idque genus alia, vt ignem, ca- Galat. 3. liginem, perinde ac in epistola ad Galatas, Ordinata per an- Actu. 7. gelos. & iterum: Accepistis legem ad mandata angelorum. Iudi. 6. 9 & 13. Vel omnis sermo, omniaque iussa per angelos in veteri testamento dispensata, accipienda sunt, vt inploratu, in iudicibus, in Sampsone. Eam ob rem non dixit lex, sed sermo, vt iã commemorata indicet. Omnia igitur hæc firma sunt, hoc est, vera sunt facta, ad opus interminationes sunt perductæ, neque quicquam horum excidit.

Et omnis præuaricatio & inobedientia accepit ultricem compensationem. Non hæc, inquit, transgressio mercedem accepit, illa verò non item, sed omnis, neque quicquam inultum per Merces inmalum. manst. Pœnam autem mercedem appellat, etsi vocabulum μισθαποδοσίαν, merces in bonam partem accipiatur: at nõ perinde vocum gerit curam Paulus.

Quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem? Isthic semo est, hîc verò salus. Ac etiam si isthic etiã salus fuerit, non adeò tamen magna erat: siquidem ex hostibus liberabantur, bonaque

bonaque terræ accipiebant. Hîc verò magna prorsus salus A est, propterea dixit tantam. mortis enim destructio, dæmonum interitus, ac cœlorum regnum omnia hæc per ea quę nobis deus loquutus est, fiunt.

Quæ quum principium accepisset, ut ab domino enunciaretur, per eos qui audiuerunt, ad nos stabilita est. Fidem verbis suis firmãs, & autoritatem concilians. Salus inquit, hæc non per prophetas aut angelos est promulgata primũ, verũ ab ipso vniuerso rerum domino, ab ipsóque fonte principium sumpsit, deinde translatus est & ad nos firmiter atque fideliter per eos qui ipsi audiere huius verbi spectatores & ministri, id quod & Lucas *In prologo euangelii sui.* scribit. Nam ipsi nos certos reddiderunt ac firmauerunt in ver- *Galat. 1.* bo. Quomodo igitur alio in loco sese nõ ab hominibus audisse dicit? Quia isthic arduum erat & necessarium, quo vrgebatur cõfirmare se nõ esse hominũ discipulũ. cãlũniabãtur B enim eum, ceu dominum non audiuisset. Quare periculum erat ne prædicationi & verbo eius apud discipulos suos non habiberetur fides. Nũc autem non est tanta eius cõfirmationis necessitas. Neque enim Hebræis prædicauit, neque ab his criminabatur tanquam hominum discipulus esset, & nõ Christi. Vel quia & hîc inferens deum sibi testimonium dicere per signa & prodigia, innuit quòd non ab homini- bus hæc, sed ab deo acceperit. *Contestante simul deo per signa & prodigia.* Quum dixisset de stabilita est, indicat iam quasi isthuc ratione factum sit. Ne enim dicat quisq̃, Qui autem fuerunt: finxerũt deus, inquit, testimoniũ simul dicit. nõ C haberet testimonium diceret, si figmenta fuissent. Testantur etiam ipsi, deus verò simul testimonium illis exhibet, non quidem aliquam edens, sed per signa & prodigia confirmans atque stabiliens quæ dicunt. Deo itaque credimus, non hominibus. *Et uarias uirtutes.* Charismatum copiam indicans, dixit varias. nunquam enim tanta támque eximia signa facta sunt. Quoniam autem & venefici & præstigiatores multa edunt, adiecit & virtutes. magorum enim miracula non sunt potentia, sed imbecillitas, & apparentia, imaginatio, vanaque planè res.

Et spiritus sancti distributionem, iuxta ipsius voluntatem. Atque hoc propter eandem causam intulit. Quæ enim verè eorum sunt, non spiritus sancti sunt, verùm immundorum dæmonum impostura. Clam autem & aliud monet. Ve

 risimile

D risimile est haud multos esse apud Hebræos, qui charismata habeant. defecerant enim propter eorum torporem. Vtigitur vel in hoc cõsoletur eos, Partitiones, inquit, spiritus sunt, iuxta ipsius voluntatem: ipse nanque nouit quid cuique conducat, sicq; donum suum partitur & gratiam. Sæpe verò ob impuram vitam aliquis non accipit donum seu charisma: rursus cui pura est vita, sæpe item non accipit, vt non attollatur: propterea & humilibus & simplicibus magis dabantur charismata. *Non enim angelis subiecit orbem terrarum futurum.* Demonstrans adhuc filij excellentiam, qua angelos exuperat: Nõ his, inquit, subiecit terrarum orbem, vel mundum hunc, sed filio. Futurum autem dicit, quia filius dei
E semper erat. terra verò producenda erat, quæ antea nõ fuerat. Quantum igitur attinet ad sempiternam filij dei essentiam, orbis futurus erat, & vniuersitas rerum.

De quo loquimur. Hoc est, de quo suprà diximus, Quum introducit primogenitũ in mundum: ne igitur aliũ inquirat mẽs tua errans, ac seducta: Nonnulli per futurum orbem, post fata secuturum mundum hic intellexerunt. De quo, inquit,
Matt. 25 omnis est nobis sermo. Tum enim angeli vt serui assistent, filius autem vt iudex in throno suo sedebit.

Psalm. 8. *Testificatus est autem quispiam alicubi dicens, Domine quid est homo quod memineris eius? aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Minuisti eum parum ab angelis quiddam, gloria & honore coronasti eum, & omnia subiecisti sub pedibus eius.* Non explicat nomen
F autoris sacri, vt qui disputet cum scripturarum gnaris. Hæc quidem generatim de vniuersa humana natura sunt dicta, speciatim tamen Christo secundum humanitatem quæ-
Philip 2. drant. Nam filius dei humanam naturam, quæ nihil erat & nulla, visitauit, qua assumpta, sibique vnita, cunctis superior est demonstratus. *Quum enim subiecit ei omnia, nihil reliquit ipsi non subiectum. Nunc autem nondum uidemus ei omnia subiecta.* Quia persecutionibus illi obnoxij erant, ac aduersa patiebantur, ne obiiciant, Quî dicis deum nobis omnia subiecisse, quum nos persecutionem patiamur, atque agamur miserè ab hostibus ipsius? Itaque nondum subiecta ei sunt, sed decipis nos: propterea, inquit, ne immultuare, neq; pusillanimis esto, subiiciet enim ei omnia. Hinc & scriptura dixit q; subdiderit iã, quod omnino eueturũ est, etiãsi nondum

nondum contigerit, quasi iam euenerit ponẽs. Ne igitur mœ A
reas quasi acerba tristiaque patiaris. Nondum omnia superaurit verbum, necdum subiiciendi tempus consummatum est, subiicientur tamen omnino. *Eum autem qui parum ab angelis deminutus est, uidemus Iesum per afflictiones mortis gloria & honore coronatum.* Conatur ostendere, ea quæ dicta sunt, Christo conuenire. Si omnia subiecisti, inquit, non videtur quadrare dum ipsi, atqui monstrauimus omnino hoc euẽturum. Atqui parum quiddam ab angelis imminutũ esse, huic conuenit, aut nobis. Etenim triduum apud inferos commoratus vt homo, paululum inferior factus est angelis, quandoquidem illi prorsus nõ sint obnoxij morti. Nos verò qui omnino corpore corrumpimur, haud parum certe, sed omnino multũ ab angelis sumus imminuti. Gloria porrò & honore coronatum C
est illi magis conuenit, quàm nobis, propter mortis dolorem quem sustinuit. Dicens autẽ afflictionem mortis, veram mortem indicauit. non enim spectrum vel vana mortis apparitio fuit, sed efficax afflictio & cruciatus. Meminit autem mortis & crucis, vt persuadeat eis dextrè ferre afflictiones, ad precem intuentem Christum oculos defigendo. Quinetiam gloriæ illi crux fuit, proinde & vobis ærumnæ & cruciatus in gloriam cedent. Quid igitur resilitis ab coronãtibus? Ille pro te seruo factus est, tu verò non sustines pro ipso domino tuo affligi? *Vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem.* Nõ debebat nobis mori quicquàm, sed ex gratia filiũ suũ nobis dedit in mortẽ, non pro fidelibus tãtum, sed pro vniuerso terrarum orbe. Etsi verum non omnes sunt seruati, ipse tamẽ quod sui officij erat, præstitit. Pulchrè autem dixit gustaret. vt enim re vera gusta B
mus sic modica in morte facta mora, protinº resurrexit: vnde secundum hoc præstantior est angelis, quoniam superior morte demonstratus est. Perinde ac medicus animaduertens prorsum præparatos sibi cibos & pharmaca degustare, ipse prior degustat, vt persuadeat ægro quò cõfidat sumere audacter pharmacũ. Hunc ad modũ dominus videns nos metuere mortẽ, gustauit eã prior, quũ nõ esset ei necessariũ. Nõ enim quòd illi ex debito incũbebat, quòd mortem nimirũ gustaret, sed mortũ isthuc ex gratia egit, vt ostensa morte nihil aduersus nos firmũ habẽte impiũ, quippe quę eum retinere nõ potuerit, confidat etiã nobis aduersus illã confidere. Nestoriani aũt peruertẽtes scripturã, dicũt, vt absq; deo, pro quouis gustaret

D mortem, vt constiuát in crucifixo Christo nõ adfuisse simul diuinitatem, vt quę secundum substantiã ei vnita non fuerit, vel personam, sed secundum habitum. Quorum insipientiam orthodoxus quispiã ridens ac subsannãs, Esto, inquit, habeat scriptura vt dicitis, pro nobis tamẽ vel sic erit quod dicitur. Dempto enim deo, pro quouis alio mortẽ obiit dominus, pro angelis etiam ipsis, vt inimicitiam eorũ erga nos solueret, ac lætitiã ipsis acquireret. *Decebat enim ipsum, propter quẽ omnia.* Hoc est, patrem. propter ipsum enim omnia, hoc est, ipse est autor omniũ. *Et per quẽ omnia.* Animaduerte (per quem) patri attribui. nec enim si imminutionis esset, solique filio cõ ueniret, patri apponeretur. Quid autẽ significat per quẽ? Dicit quia dixerat, propter quẽ omnia: ne quispiam absurdum intelligeret, quasi omnibus ipse indigeret: quandoquidem & præpositio, pter, tale quiddam significet, veluti si dicamus, propter hominẽ producta est & cõdita creatura, conditusq; mundus. eam ob causam intulit, per quem, interpretans propter quem, sic intelligẽdum, quasi per ipsum & ab ipso facta conditaque sint omnia. Hunc ad modum igitur & de filio si dicat per quem, accipe pro à quo. *Multos filios ad gloriam ducentem, principem salutis ipsorum per afflictiones perficere.* Adhuc gloria & honore coronasti eum, hîc meminit. Quod autẽ ait, est eiusmodi: Digna honore & splẽdore suo pater transegit, primogenitũ omniũ filiorũ, qui gloriæ eius participes futuri erant, clarioré & splendidioré omnibus cõmonstrãs per passiones, vt ostendat etiã aliis quomodo sit certandum. Principem autem salutis appellat, hoc est, autorẽ & causam. Obserua autem mediũ hîc & discrimen, ipse filius est, & nos filij sumus: sed ipse quidem seruat æternum, nos verò conseruamur: copulamur ipsi & cõiungimur, & rursus disseparamur ac distamus. Obserua hîc, passiones aut afflictiones esse cõsummationem & causam salutis: tum qui pro quopiã patitur, non illum solum adiuuat, verũetiam ipse clarior redditur & perfectior. Consummationem autẽ hîc intellige gloriam qua glorificatus est: atque hãc secundum hominẽ intellige. Vel quia naturaliter quidem habebat gloriam, cæterùm quod ad nos attinet, hoc est, apud homines, inglorius erat, tanquam non agnitus, vel qui non cognosceretur. Quia post crucem verò cognitus est, & glorificatus, accipere dicitur gloriam, quam tamen natura habebat, etiamsi ab nobis ei non deferretur.

Per quẽ, etiã patri tribuitur.

Afflictionũ utilitas

Diuus

Diuus autem Cyrillus perfectionem immortalitatem dicit, quæ deerat Christo secundum hominem. Cõpleuit autẽ hãc ipsũ pater per resurrectionem. Postquàm enim resurrexit, nõ porrò in eum mors dominatur, ac vniuersam naturã in ipso hac perfectione dignatus est, adeoque omneis homines per Christũ resurgere faciet. *Qui enim sanctificat, & qui sanctificãtur ex uno oẽs.* En rursus indicat nos esse fratres Christi, tãquã affectos honore. Qui enim sanctificat, hoc est Christus, & qui sanctificantur, hoc est nos, ex vno omnes, hoc est, ex patre: at ille quidem vt genuinus & germanus filius, è substãtia patris, nos autem veluti creaturæ. Animaduerte autem & in dictionibus excellẽtiam. nam ille sanctificat, nos autem sanctificamur. Proinde est idem ius propemodum, eademq; seruẽ natura & excellentia. *Propter quam causam non erubescit fratres eos uocare.* Hoc etiam loco excellentiã obserua. Per hoc enim quod dicit, non erubescit, indicat hoc non esse naturæ rei, sed amoris, paternique affectus, eius quem non pudeat: siquidem ex vno sumus, quãquam multum etiam sit interualli inter conditorem & creaturas. *Dicens: Denunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ hymnum tibi concinam.* Carne induta, induit simul fraternitatem, ac simul coiit fraternitas. Rursus autem inde excellentia prodit. Denunciabo eis, inquit, iis qui tenebris circunsepti sunt & obfuscati, ac ignorantibus. Non est dissimile ei, Nomen tuum hominibus manifestaui. *Et rursus, Ego ero confidens in ipsum.* Per hoc iterum indicat se hominem fratremque nostrum factum esse. Perinde enim ac quilibet hominum, sic & ipse confidit in eũ, hoc est, patrem: simul mõstrans nobis, vt in solum deũ confidentes simus, quandoquidem ipse qui filius sit, & nihil indigeat, in patrem tamen confidere sese dicat. Nõnulli sic intellexerunt, quia suprà Christum fratrem dixit, infrà autem patrem, in medium promit ea esse nomina dispensationis postremis temporibus patefactæ. Sempiternum autem nomen est, quod omnia secula præcessit, deus est. Quis enim in aliũ proprie confidit, quàm in deum? quisnam in alium spem collocat? Perinde quasi dicat, Ne quum & fratrẽ & patrem eum esse auditis, existimetis eum esse vnum ex multis, vel vulgatum aliquẽ: nam deus est, in quẽ fiduciã esse collocandã scriptura testatur, vt sermo non sit ex persona Christi, sed prophetæ potius dicentis, confidam in ipsum Christum, vt

In solum deum pro prie confidendum.

deum.

D deum. Enimuero huiusmodi intellectus non quadrat. *Etrur-*
Esaiæ. 8. *sus: Ecce ego, & pueri, quos mihi dedit deus.* Hîc patrem nostrum facit Christum. dedit autem accipiendum ob bonam voluntatem patris, quam in incarnatione filij exhibuit. nisi enim placuisset incarnari filium, nunquam ei liberi fuissent. *Quia ergo pueri participes sunt carnis & sanguinis, & ipse similiter particeps factus est eorum.* Pudefiant igitur qui per calũniam asserunt & nugantur per spectrum quoddam & imaginationem & existimationem eum hîc affuisse. Non dixit autem simpliciter quòd particeps fuerit carnis & sanguinis reliquorũ puerorum instar & hominum, ac etiãsi hoc dixisset, satis fuisset, ad confirmãdum quòd verè incarnatus esset, verùm & κατὰ
E παραπλησίως, id est similiter, adiecit, vt impermutabilẽ & veram incarnationem nobis exhibeat. *Vt per mortem destrueret imperium habentem mortis diabolum.* Causam reddit diuini consilij, quur sit incarnatus. Vt per mortem suam, inquit, quã sit-
Rom. 5. scepit vt carnis & sanguinis videlicet particeps, aboleret ac destrueret diabolum, qui imperium tenebat mortis. Quomodo imperium habebat mortis? per peccatum. Quia enim peccare faciebat homines ex prima illa inobediẽtia, ipse fuit qui mortẽ conderet, ceu milite ipso ac fortibus armis vtens, morteméque armorum vice apprehendens aduersus humanam naturã. Hac ipsa igitur Christus etiã vsus est, morte nimirum, aduersus satanam. Quod reuera multæ virtutis ac sapientiæ potẽtiæque symbolum est: iugulare hostem iis armis, quibus ipse ad iugulãdũ vtebatur. Quidã aũt sic intellexerũt, habẽté
F peccatũ hoc est diabolũ. peccatũ eñ est imperiũ roburq; mortis. *Ac liberaret hos, quotquot metu mortis per oẽm uitã obnoxii erãt seruituti.* Hoc est, vt liberaret homines, qui serui erant mortis, metuebantque sibi ab ea, illiq; obnoxij erãt, hoc est detenti seruitute quæ sub ipso erat, vt quæ nõdum erat destructa. Vel quia in timore continuo viuebãt olim mortales, semper sese mox morituros expectãtes, ac præ tanta formidine, nullius voluptatis sensum accipere potuerunt. Hoc enim adumbrauit quum dixit, per vniuersam vitam. Obnoxij itaque fuerunt seruituti, hoc est, semper tremuerũt, ceu serui dominum,
Mortis metu maxima seruitus. amaram mortem, nullam planè voluptatẽ ex aliqua re percipientes. Collige hîc, quòd mortem metuens expers est libertatis, omniumque seruus est. Consolationis hoc est fidelibus qui affligũtur, siquidem acti illi ac carceribus mancipati &

pati & vincti liberius viuunt, ac suauiorem vitam ducunt iis A
qui olim in deliciis vitam ducere summis sibi visi sunt, quan
do mors sceptris suis fortiter & violenter adhuc potiebatur.
Nam illi mortis metu concussi, serui erant, vos autem ab eo
metu eaque morte liberati estis. *Non enim iam angelos sane ap*
prehendit. Hoc est, non angelorum naturã assumpsit aut ap
prehendit, neque eam gestauit. Hoc autem multã erga huma
num genus charitatem dei indicat. quod enim angelis nõ do
nauit, hoc hominibus dedit, vt ex ipsa dilectione & humana
natura carnem assumeret. *Sed semen Abraham assumit.* Nõ
dixit, assumpsit, sed assumit vel apprehẽdit, vt ostendat quòd
fugientem naturam nostram, aque se remotã insecutus sit, &
reuertens apprehenderit, complexusque sit, sibi vniens &
copulans, ac conuertens ipsam ab fuga, qua ab se fugiebat. B
Non dixit autem naturam hominum, sed semen Abrahami,
simul cupiens eos attollere, ac generis ipsorũ splendorem cõ
firmare, tum quòd secundum hanc naturam sint gentibus
excellentiores, quatenus ex ipsis est dominus. Sẽper enim do
nat eis, in quibus nihil læditur, neq; quicquam sibi damni da
tur. Simul autem promissionem eis ad memoriã reuocat, Ti- *Gen. 23.*
bi & semini tuo dabo terram hanc. *Vnde debebat per omnia*
fratribus assimilari. Quia placuit ei semel nostram apprehen
dere naturam, consequens erat per omnia ipsum nobis assimilari, hoc est, vt nasceretur, vt aleretur, vt creesceret, omnia-
que pateretur quæ oporteret pati, tandem vt moreretur: hoc
enim est per omnia adæquari. *Vt misericors fiat, & fidelis pon*
tifex in iis quæ sunt ad deum. Nullam aliã ob causam carnem C
nostrã accepit, inquit, quàm vt nostri misereretur, ac erigeret
oppressos. Qua isthuc ratione? pontifex noster factus, ac of-
ferens carnem hanc quam ex nobis assumpsit, pro alio quo-
uis sacro, vt à peccatis nos mundaret, ac mediator noster
esset apud deum. Hostes enim eius, dei nempe, fueramus.
Fidelis autem pro verus dixit, vt qui posset pontificis opus *Pontificis*
impleque & perficere. hoc enim est veri pontificis, à peccatis *munus.*
liberare eos quorum est pontifex. Vel quia gratus est deo in
ter ad eum intercessionibus. *Vt propitius esset peccatis popu-*
li. Planum facit quid sit fidelis in rebus diuinis, hoc est,
quod placet atque expiet peccata populj. Id enim ingens ar-
gumentum est charitatis suæ, quòd omnia fecit vt peccatum
tolleret. Quur autem non dixit peccata orbis, sed populi?

Quia

D Quia hactenus rationem gerebat Iudæorum dominus, qui populus eius erant, propter quos & potissimum venerat, vt his conseruatis & alii conseruarentur æternùm: etiamsi diuersum factum sit. Vnde & angelus ad Ioseph ait: Ipse seruabit populum suum à peccatis. Claritudinem itaq; gentis hic Iudaicæ indicat, quod ad genus attinet, & quanto in præcio fuerint apud dominum. *In quo enim passus est ipse tentatus, potest & aliis qui tentantur succurrere.* Humile quidem hoc, & vile, Deóque indignum videtur. Quum enim Paulus carnem Christi apprehenderit, omnia humilia loquitur, nõ tamen indignum carne dicit. Neque hoc mirum cuipiam videri debet, quandoquidem & de patre non incarnato pleraque ad hominem pertinentia & humilia scriptura loquatur, vt Dominus de cœlo prospexit, & intutus est in filios hominũ. ac, Descendens videbo, innumeráque alia hoc genus. Multo potius igitur de Christo incarnato, & in carne passo, præsertim verò vt certiores redderétur auditores, propter ipsorum imbecillitatem multa dicta sunt. etenim homines experientiam omnibus aliis certiorem firmiorémque arbitrantur. Quod autem dicit, est eiusmodi: Non veluti deus tantùm nouit, verumetiam vt homo nouit per experientiam. Caro autem Christi haud pauca tolerauit, nouit quid sit afflictio, nouit quid sit tentatio. Itaque potest succurrere, hoc est, promptus est & pronus vt manum porrigat, & compatiatur.

F

CAPVT III.

Vnde fratres sancti uocationis cœlestis participes. Vnde hoc est? postquam talem ipsum pontificem esse dixi, nimirum fidelem, qui propitius esset peccatis nostris, & posset nobis auxiliari: considerate isthuc, & inuenietis omnino sic sese habere. Vocationis autem supercœlestis dixit participes, hoc est, ad cœleste regnum vocati sumus. nihil ergo hîc quæramus, isthic merces est, isthic retributio. *Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ, Iesum Christum.* Propter carnem omnia sunt humilia, vt dictum est sæpius. Apostolus itaque, hoc est, legatus, ideo dicitur, quòd sit ablegatus ad oues domus Israel. Pontifex autem confessionis nostræ

stræ, hoc est, fidei. non enim legalis cultus pontifex est, sed nostræ fidei. *Fidelem ei qui fecit ipsum, quemadmodum Moses in tota domo eius.* Christum Mosi antepositurus, in mediũ profert pontificatum, vel summi sacerdotis functionem, & huic & illi populum commissum inquiés: maiora tamen Christo quàm Mosi concredita fuere. Principio tamen statim non indicat eam excellentiam, ne resilirent. etiamsi nanque fideles fuerunt, omnino tamen adhuc adhærebant Mosi: interim tamen dominum illi adæquat, inquiens: Fidelis est ille patri, qui fecit eum pontificem & apostolum. Non enim hîc de essentiæ ratione sermo est, verùm de commissione & officio. Fidelis igitur, hoc est benevolus, curam gerens eorum quæ curat patris, non sinens ea corrumpi perdíve, sed salutem populus eorum conquirens ac tuens, quemadmodum & Moses in tota domo eius, hoc est, in populo. Domũ enim populum vocat, perinde ac nos cõsueuimus dicere, Ille ex hac domo est. Domus populus. Exod. 32. Erat, siue dei, siue Mosis. nam & Mosis dicebatur populus, vt: Populus tuus peccauit. Tanquam curator & œconomus domus, sic erat Moses in populo. *Maiori enim gloria, quàm Moses, dignus iudicatus est, quanto maiorem gloriam habet domus, qui extruxit eam. Omnis enim domus construitur à quopiam, qui autè omnia construxit, deus est.* Ecce hic est excellentia qua domino Mosen exuperat. Fidelis, inquit, erat & ille in tota domo eius, hoc est in populo, veruntamen & ipse erat vnus ex domo. Homo enim & ipse perinde ac cæteri erat, etiamsi sanctus & conseruus ipsis erat, æquè ac in ædibus procuratores. etiamsi illum cæteros præcellant, aliis tamen conserui sunt. Quoniã fuit & ipse pars domus erat, conditus est & ipse à quopiã: Qui condidit ipsum, excellit eum omnino. Condidit autẽ eum filius dei, carnem accipiens, & pontifex per eam factus. excellit itaque eum. Animaduerte itaque quomodo ceperit comparationem à carne, conscenderit autem ad diuinitatẽ. hinc incomparabiliter conditorem & autorem operibus prę stantiorem esse demonstrauit. *Et Moses quidem fidelis erat in tota domo eius, ut minister, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus autem ueluti deus.* En aliam hic præstantiam adducit. Moses, inquit, fidelis erat veluti minister, propterea constitutus, vt loqueretur atque explicaret domini sui iussa & voluntatem reliquis famulis, atque vt esset deo in iudicio testis eorum quæ dicta essent. Etsi enim cœlum vocet testes ac terrã,

D terram,quemadmodum illud,Audi cœlũ, & auſculta terra: Deut.32. valles,vt in eo loco,Audite valles,& fundamenta terræ,mul Miche. 6 to magis hominem . Chriſtus autem fidelis eſt,vt filius genuinus & hæres res paternas adminiſtrans,ſecundum patris voluntatem.Magnum autem & omnino incomparabile medium eſt ac diſcrimen talis domini & ſerui. *Ad domum eius, cuius domus nos ſumus,ſi modò fiduciam & gloriationem ſpei ad finẽ uſque ſtabilem obtineamus.* Domus ipſi Moſæ erat populus, cuius par & ipſe erat:Chriſtus etiam domum habet, nos videlicet,at ſi ad finem vſque perſiſtamus neque decidamus animo. Hic autem adhortatur eos perſeuerare in afflictioni- E bus,& non labefactari. Hac enim ratiõe erimus domus dei, perinde ac erat Moſes. Celebrat autem eos vehítque præconiis,oſtendens quòd acceperint quidem,verùm oportere eos ad conſummationem ſui apponere finem. Pulchrè autem dixit fiduciam & gloriationẽ ſpei.firmiter enim quiſpiam ſperans futuram compenſationem,gloriatur inde iam, ceu quæ ſperarit,præſto ſint,nec ſupprimitur,nec animo deiicitur,fiduciam potius habet maiorem,ſi quando affligatur propter Pſal. 94. amatum ac dilectum ſibi Chriſtum. *Propterea,quemadmodum dicit ſpiritus ſanctus,Hodie ſi uocem eius audieritis,ne obdituetis corda ueſtra,ſicut in exacerbatione in deſerto,ubi tentauerunt me patres ueſtri,probauerunt me,& uiderunt opera mea. Quadraginta annos exeandui aduerſus generationem hanc,& dixi ſemper, Hi errant corde:ipſi autem non cognouerunt uias meas . Itaque iuraui in F ira mea,ſi introibunt in requiem meam.* De ſpe hic diſputauit, nimirum quòd oporteat firmiter expectare mercedem quãpiam iſthic , & requiem pro laboribus quos hic toleramus: atque hoc è propheta oſtendit, qui inquit quòd venturi ſint in requiem fideles,quemadmodum qui non credunt,non in- Num. 13. gredientur,vt neque olim illi . Quum enim pertranſiiſſent mare rubrum Hebræi,ac innumera dei erga ſeſe curæ & potentiæ indicia & ſigna accepiſſent, decreuerunt ſpeculatores mittere,qui terræ naturam explorarent,ad quam ingreſſuri erant . Hic alii quidem abeuntes reuerſi ſunt naturam terræ admirantes,homines iſthic inuictos inhabitare aſſeuerantes,& inexpugnabiles . Populus igitur quum debuiſſet expendere dei inſuperabilem virtutem atque potentiam, conſternati potius ſermonibus hiſce, murmurabant , atque in Aegyptum reuerti oportere cenſebant.Indignatus itaque deus,

deus , quòd adeò celeriter tot admirabiliũ operum ſuorum A memoriam repuliſſent, iurauit non ingreſſuram generationem illam quæ murmuraſſet, in terram promiſſionis : vnde omnes etiam perierunt in deſerto, præter Chaleb & Ieſum. Num.14. Quia igitur Dauid poſt generationem illam loquens , dixit: Hodie ſi vocem eius audieritis,ne obduretis corda veſtra,ne eadem patiamini quæ maiores veſtri , ac orbemini requie illa:quaſi alia quædam ſit requies quam debeamus obtinere, hæc dicit:nam reuera fuerunt qui requiem acceperint. Quã ob cauſam dicit , Hodie ne induretis corda veſtra, patrum veſtrorum inſtar,ne , vt iſti, non ingrediamini in requiem. Quæ igitur alia eſt requies præter regnum cœlorum , cuius imago fuit ſabbatum veteris teſtamenti,atque typicè factus egreſſus in Palæſtinam per incredulæ generationis filios? B Quietes autem ſunt quietes,prior eſt ſabbati,in quo deus quie- *Quietes* ſcit ab operibus quæ condiderat , de quo nunc haud videtur *tres.* dicere Dauid, vt quæ olim ſit facta. Altera eſt ingreſſus ipſe *Gene. 2.* in terram promiſſionis , in quam ingreſſi Iudæi ceſſaturi erunt,ac quietem habituri à prælijs & errore . Neque de hac nunc dicit.Paleſtina enim omnino tum occupabatur ab Hetheis,temporibus Dauidis.quomodo igitur de hac dicturus eſſet,tanquam relicta? Videtur igitur alia quæpiam requies eſſe, in quam Ieſus filius Naue non potuit introducere populum . Quæ igitur hæc tertia requies alia fuerit, præter eam quæ eſt in cœlis?Date ergo operam,ne ab hac excidatis propter incredulitatem,perinde ac maiores veſtri.Hæc ergo huius loci ſententia eſt,quæ ad multum vſque ſpacii protendi- tur. Inquirenda autem ſunt ſingula ſpeciatim . Noueris autem à deo non eſſe exigendam rationem,ſed ſiue præſit aut C non præſit,ſiue tueatur aut non tueatur,credendum ei.Nam *A deo ra-* deo eos accuſat,quòd tentauerint ſe , hoc eſt , haud ci- *tionẽ exi-* tra dubitationem in ipſum ſperauerint , vt qui omnia poſ- *gere non* ſit. *Videte fratres , nequando in quopiam ueſtrum ſit cor debemus.* malum ab infidelitate. Terrentis hoc verbum eſt . Veri- tum eſt enim illic fuiſſe,qui non crediderint eſſe vera quæ per commutationem adeóque retributione dixerit , vnde exitium cupiebant diuinæ erga ſe potentiæ atque prouidentiæ in ipſos in tentationibus quibus quatiebantur. Quamobrem munit eos , ad memoriam eis reuocans quæ olim paſſi increduli.Nec enim futura terriculamenta atque

D que pericula pleroſque adeò cohibent, quantum quæ præterierunt, omnibúsque iam ſint cognita. Obſerua etiam hîc, ab incredulitate quempiam deuenire vt & praua cogitet, eáque peragat. *Vt deficiant ab deo uiuente.* Aliàs enim nõ inuenit aditũ incredulitas, niſi quiſpiam deficiat ab deo. Quãdiu enim tenuerit deum, atque in ipſum ſpem ſuam collocarit, vt in eum qui omnia poſſit, nihil arbitratur ei impoſſibile eſſe. *Verùm adhortamini uoſipſos per ſingulos dies, tantiſper dũ hodie uocatur.* Hoc eſt, ædificate vos mutuò, & confirmate ac fulcite ne cadatis. Sin & quiſquam ceciderit, emendet ſeſe ac corrigat donec vixerit. hoc eñ ſignificat quod ait, donec hodie vocatur. Spes enim eſt melioris vitæ in eo qui cecidit. Potiſſimum autem nõ ſit prauum in quopiam cor. ſin fuerit, ne cadat propterea in deſperationem, verùm adhortamini ipſum & ſuſcipite. *Vt ne induretur quiſpiam ueſtrum ex deceptione peccati.* Hoc eſt, ne ex deſperatione in excæcationem

E veniat, nec admittat curam aliquam vel medicinam. Quemadmodum enim obſtinata duráque corpora non cedunt medicorum manibus, hunc ad modum induratæ animæ non cedunt verbo dei. Impoſturam autem peccatum vocat, vel deceptionem diaboli, nimirum non ſperare futuram bonorum & malorum, fidei & incredulitatis compenſationem. Vel indolentiam aut dementiã. Dicere enim, Peccaui, relapſus ſum deinceps in peccatum, quare non habeo ſpem: impoſtura eſt peccati. Decipiens enim peccatum, & ad ſeſe te pertrahens, talia cogitare facit, iuxta id quod dictum eſt: Impius in profunditatem malorum incidens, deſpiciet. Qui autem contemnit, neque credere ſuſtinet. ex peccato igitur incredulitas. Di-

Prou. 18. xerunt enim, Non videbit dominus, neque intelliget deus

F Iacob. & rurſus: Dixit in corde ſuo, non exquiret, & obliuiſcetur eſt deus. & quæcunque ſunt huius generis alia. *Participes enim facti ſumus Chriſti.* Hoc eſt, vnum facti ſumus nos & ip-

Pſal. 9. ſe, & ſic participamns ei, vt corpus capiti ſociatur. Hîc autẽ ſpem eis facit perinde quaſi ſic dicat: Qui nos adeò dilexit, vt nos ſuum corpus faceret, haud ſinet nos ab ſe diuelli diuiniarive, ſi modò nos velimus. Simul autem & illud tacitè indicat, quod & alio in loco memoratum, Si ſuſtinuerimus, & conregnabimus. Earundem enim participes facti, quarum Chriſtus, adflictionum videlicet, ſtudeamus etiam tum ſi conſortes eſſe gloriæ.

Si modò principium ſubſtantiæ ad finem uſque firmum retineamus. A Hoc eſt, fidem per ipſam enim ſubſiſtimus, & diuina necnõ ſpirituali eſſentia fundati ſumus, atque regeneratione. Hîc ergo firmiter nos ad finem vſque in fide perſiſtere exigit à nobis. *Quum dicit, Hodie ſi uocem eius audieritis, ne induretis corda veſtra, quemadmodum in exacerbatione.* Quomodo ad ſi- *Hodie pro*
nem vſque dixerit, hic conſtituit. Hoc ſignificatur, inquit, *ſemper.*
per hoc quod ait, hodie: nam hodie ſemper eſt, perinde ac ſi
ſed etiam dixit, Adhortamini alter alterum, tantiſper dum
eſt hodie. Vel quod & potius iudicandum, quemadmodum
& diuus Iohannes Chriſoſtomus cenſet, per hyperbaton di-
ctum eſt, Quum dicit, hodie ſi vocem, & quæ deinceps ad
finem vſque locum, metuamus ne quando relicta promiſſiõe, B
quæ deinceps ſequuntur. *Quidam enim audientes exacerbarunt.* Audita, inquit, promiſſione dei, nimirum, Dabo
vobis terrem Chananæorum, non adhibuerunt quidam ei fi
dem, cæterum exaſperarunt deum per incredulitatem ſuam.
Videte igitur ne & vos increduli ſitis promiſſis. Non enim
proderit vobis audire ſolùm, niſi & credideritis, perinde ac
neque illis profuit auditus, ſed propterea potius iuſtius in-
ciderunt, quoniam dei ſermonibus haud crediderunt. *At*
non omnes qui egreſſi ſunt ex Aegypto per Moyſen. Chaleb enim
& Ieſus non fuerunt increduli, eam ob cauſam adſequeban-
tur promiſſionem, ingreſſique ſunt Palæſtinam. *Quibus au-*
tem iurauit quadraginta annos? nõnne iis qui peccauerant, quorum C
membra ceciderunt in deſerto? Per interrogationem ſermonem te Num. 14.
git, quòd ita clarior ſit, minuſque contradictionis habeat. in
interrogationes nanque in confeſſis atque certis ponuntur.
Reponit autem & pœnam. Ceciderunt enim, inquit, tibiæ
& oſſa eorum in deſerto, hoc eſt, magna & femorum oſſa: μηρίων
ſunt enim μῶλαι ſignificat. A parte autem tota corpora ſignifi ὅλα.
cantur. *Quibus autem iurauit non ingreſſuros in requiem ſuam, niſi infidelibus? Ac uidemus quòd non potuerint ingredi propter incredulitatem.* Pauloantè dixit, iis qui peccauerant, nunc autem
iis qui non crediderunt. Videtur igitur indicare fidelibus ex-
preſſis, quòd in alia etiam peccata non pauci eorum ſint la
pſi per hoc quòd puſillanimes ſint, nec credant futuris. Vi-
demus igitur & apertè cernimus quòd inobedientes & infi-
deles non ſint ingreſſi in requiem, hoc eſt, ob oculos nobis
poſita eſt & in confeſſo ipſa peccati pœna.

V CAPVT

D

CAPVT IIII.

Etuamus igitur nequando relicta promissione ingrediendi in requiem eius. Hîc est redditio eius

M quod suprà ait quum dicit, Hodie si vocem eius audieritis, & quæ sequuntur. Metuamus ne & nobis eadem contingant. Igitur autem,

Deficere. ideo positum est, quòd longius æquo sit dilata oratio priusquam redditio sequeretur. *Videatur aliquis posterior esse.* Hoc est ne quomodo deficiat, ac destituatur ingressu in requiem hanc promissam. Hilariorẽ autem & gratiorem, quæ minus

E inuidiæ habeat, orationem faciens, non dixit, ne deficiat, sed ne videatur deficere vel derelinqui. *Etenim & nobis nunciatum est, perinde ac illis, sed non profuit eis sermo auditionis.* Annúciatum est, inquit, perinde nobis de futuris bonis, atque illis typicè, aut in figura de terra: verũ id simpliciter nobis nõ proderit, nisi credamus, omnémque pusillanimitatem deponamus, vt neque illis profuit audiisse. Animaduerte autem quo modo de nobis loquens, rem ipsam εὐαγγελισμὸν, hoc est bonam nunciationem appellauit, tanquam verorum bonorum promissionem, quæ veluti à trophæis & victoria dentur. Quum de illis autem loquitur, verbum auditus nominauit.

Non commixtis fidei in iis quæ audierant. Hoc est, non vnitis

neque consentientibus de fide earum rerum quas audiuerãt,

F sed ab ipsis auulsis. Mirabiliter autem non dixit consentientibus, sed non commixtis, vt summam vnionem & cõiunctionem significet. Audientes autem hîc dicit, qui crediderant. Illi enim re vera auditores dici queant. Diuus autem Iohannes Chrysostomus, non commistos, intellexit Chaleb & Iesum. illi enim extra seditionem permanserunt, neque, inquit, cæteris commixti sunt tumultuantibus, neqne concitati sunt & corrupti cum aliis seditiosis, & vnam cum omnibus sententiam habentibus. Quibus autem his? audiẽtibus, & nihil adiutis. Hoc quidem iuxtà magnam & profundam eius sapientiam diuus ille Iohannes dixit, mihi autem indigno nondum dedit dominus intelligere quid hîc sibi velit.

Psal. 94. *Ingredimur enim in requiem credentes, perinde ac dixit, Sic iuraui in ira mea, si ingredientur in requiem meam.* Vnde perspicuum est quòd ingredientur in requiem credẽtes? ex eo quia dicit

dicit deus non ingressuros eos qui non crediderunt. è con- A
trario enim hoc & oppositione intelligitur, & quemadmodum non credentibus compensationem dedit, ne ingrediantur in requiem ob incredulitatem suam.

Quum opera iam à condito mundo perfecta essent, Dixit enim de die septimâ sic alicubi: Et quieuit deus in die septimo a cunctis operibus suis. & in hoc iterum: Si introibunt in requiem meam. Videtur oratio hîc esse non admodum consequens, sed non est, enimuerò hoc dicit, quòd non possit aliquis affirmare Dauidem de sabbati requie loqui. Quî enim de hac loqueretur, quum ea iam olim præterierit? nimirum quum mundus esset conditus primum. Sed manifestum est quòd de alia quapiã quiete Dauid verba faciat, nempe ingressus in cœlorum re- B
gnum, quæ requies & in futurum inclinata est, tanquam deberent nonnulli post hæc ingredi. Ac quemadmodum sabba *Sabbatum*
tum requies dicitur in scriptura, nihil etiam vetuit quo mi- *requies.*
nus posthac introitus in terram promissionis diceretur requies: sic hodie nihil prohibet post hanc rursus requiem vocari futuram, regnum videlicet cœlorum, in quod, qui non crediderunt, non ingredientur. *Quia igitur relinquitur quosdam ingredi in eam, & quibus prius nunciata erat, non sunt ingressi propter incredulitatem: rursus quempiam definit diem, hodie in Dauide dicens, post tantum temporis, quemadmodum dictum est, Hodie si vocem eius audieritis, ne induretis corda uestra. Si enim eos Iesus in requiem introduxisset, non de alia posthac die loquutus esset.* Vni G
uersum hoc conatur dicere, quòd Iesus filius Naue non potuerit introducere in hanc requiem, de qua Dauidi est sermo, nobisque nunc. Quoniam ergo ille non introduxit, Dauid autem rursus post tot annos dicit, Ne induretis corda vestra, quemadmodum patres, qui propter incredulitatem non sunt ingressi, dátque nobis è contrario intelligere, quòd si crediderimus, ingrediemur, illa videlicet requies nobis obuentura est, eáque nos expectat. De Palæstina enim non promittebat Dauid, eam enim tum terram occupabant: sed neque de feriis aut quiete septimæ diei locutus est, nam ea à cõstitutione mundi erat. Tertia igitur quies est regnum cœlorum, in quod nos verus introducit Iesus filius dei, adeóque fides in ipsum. *Relinquitur igitur sabbatismus populo dei.* Non dixit requies, sed sabbatismus, proprium nomen ponens quo gaudebant, & ad quod accurrebant. Sic autem appel-

D lat regnum cœlorum. Quemadmodum enim in ſabbato ab
Exod.20. omnibus operibus carnalibus & externis abſtinere lex iube
bat, ac ſacerdotes ea ſola perficere mandabat, quæ ad cultum
dei pertinebant, & quęcunque animę commodabant: ſic tum
omnia ſpiritualia ſunt ac diuina, nihil carnale, nihil obſtás,
Apoc. 21. vbi aufugit dolor, mœror, atque gemitus. Audi iam quid ip-
ſe dicat. *Qui enim ingreditur in requiem eius, & ipſe requiem ab operibus ſuis accipit, perinde ac à propriis operibus deus.* Inter-
pretatur quomodo ſabbatiſmum nominarit requiem. Pro-
pterea, inquit, ceſſamus & nos ab operibus noſtris, quemad-
modum & deus poſtquam quieuiſſet ab operibus ſuis à con-
ſtitutione mundi, ſabbatum diem appellauit. Hic quidem iu
E ſtis multum laboris & certaminis imminet, cũ propter alia,
tum virtutis ſudores: illic verò in requie ſempiterna, ne vir-
tutis quidem moralis operatio eſt, ſed dei inexplebilis vſus
& vſurpatio & bonitas. Quod igitur audire expetebant, vi-
delicet quòd liberandi eſſent ab laboribus huius æui, hoc iá
dixit: ad ſuperna eos tranſferens, ac totos verbo dei deuin-
Fides ſola ciens. *Demus igitur operam, ut ingrediamur in requiem illam.*
ad beatitu Quia demonſtrauit tertiam quandã eſſe requiem, deinceps
dinem nõ adhortatur eos vt in illam introeant. Pulchrè autem dixit,
perducit. demus operam. non e ñfides ipſa per ſe ipſam ſufficiens eſt
introducere in illam, niſi commoda pariter cõuerſatio adeó-
que vita affuerit. *Vt ne in eodem quiſquam inobedientiæ exem-*
plo cadat. In eodem cum Iſraelitis exẽplo. Quomodo nangi
F illi plurimum itineris emenſi, & multa ſanè aduerſa perpeſſi,
propter incredulitatem tamen exciderunt: ſic & vos videte
ne quo modo poſt tot tãtaque quæ ſuſtinuiſtis certamina, ca
datis, quippe qui ad finem vſque nõ vos viros fortes geratis,
hoc enim eſt reuera cadere. *Viuẽs enim eſt ſermo dei & efficax, & quouis gladio ancipiti penetrantior.* Quemadmodum tũ, in-
quit, non bellum, non enſis eos perdidit, ſed dei verbum, ſpõ
te enim decidebant: ſic nobiſcum etiam eueniet. Idem nãque
verbi quod eos puniuit, & nos afficiet ſupplicio. viuit enim
ſemper, & nũquã extinguitur, nec extingui deleríve poteſt.
Dixit etiam aliam ob rationem viuens, vt quũ verbum audis,
non exiſtimes leue baſique carens verbum. Viuum enim eſt,
Verbi dei hoc eſt, ſubſiſtit & efficax eſt, & in quam inciderit animã, in
efficacia. ea grauia vulnera efficit. Animaduerte quõ ſeſe captui no-
ſtro attẽperet. Nã enſis & ſectionis meminit, quæ nobis ſunt
cõſueta

conſueta & cognita, ut ex hiſce excellentem eius potentiã bo A
nis demonſtret. *Ac pertranſiens uſque ad diuiſionem animæ &*
ſpiritus. Horrendum quiddam dicit, vel quia ſpiritum ab ani
ma diuidit, ac relinquit eam deſertam ab ſanctificatione hu-
iuſ, quam dominus in euangelio diſſectionem nominauit.
Perinde nanque vt rex principi cuipiam peccanti cingulum
adimit, ac priorem dignitatem, túmque punit, hũc ad modũ
hic ſpirituali primùm dignitate viduatur homo, deinde ſup-
plicio afficitur. Nonnulli autem ſic acceperunt verbum, ſen
tentia certè meo iudicio ab apoſtolico ſcopo haud aberrãte:
Verbum dei ſimul atque animam ingreſſum fuerit, diuidit
animæ partes, vt ipſa ſuſceptrix & capax fiat myſterii. Ae-
què enim atque ſagitta carnem ſubit, dum in eam torquetur
vt diuidat, ſic & verbum, niſi communitas animæ partes diſ- B
cederit, haud certè ingredietur. *Compagumq; & medullarum.*
Ne audientes animæ hic mentionem fieri, torpeant, cogitan
ti obſcuram eſſe pœnam, apponit etiam quæ ſunt corporis.
Quæ enim manifeſtiora ſunt, magis feriunt. *Diiudicans cogi* Pſalm. 7.
tationes & ſententias cordis. Diuinitatem hic verbi innuit, dei
cum eſt diiudicare, hoc eſt, explorare ac nouiſſe cogitatio-
nes. Scrutans enim, inquit, corda & renes deus. *Nec eſt quic-*
quam obſcurum coram ipſo. Non ſolùm, inquit, hominum ex-
plorat corda & ſcrutatur, verũ etiãſi angelos dicas & archã
gelos, & Cherubim & Seraphim, omnia illi ſunt perſpicua.
Nihil adeò eſt quod oculum eius latere poſſit. *Omnia autem*
ſunt nuda & aperta oculis eius. Vt clarius patefaciat quomo-
do ſint omnia nuda & aperta coram verbo, dictione vſus eſt C
per metaphoram ad pecudes quibus ſit pellis detracta, perti
nete. Vt enim illis τραχηλιοβίνταις, hoc eſt, cultrum per cer-
uicem recipientibus, & mactatis atque iugulatis, detracta de
hinc pelle omnia interiora & interanea reuelãtur: ſic & deo
nuda ſunt perſpicua. Quidam autem πετραχηλισμένα (quę
nos vertimus cum veteribus metaphoricè) ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ἢ
καθ' ὑπερβολὴν τραχήλου κρεμάμενα ἐνδύματα, hoc eſt, ex collo
aut potius de collo pendentia intellexerunt. Alii autem
τετραχηλισμένα, pro humi ſeu in terram ſpectantia, adeóque
ceruicem inclinantia acceperunt, eò q; non poſſent defigere
oculos in gloriam atque ſplendorem iudicis & dei noſtri Ie-
ſu Chriſti. Tu verò quod primum eſt amplectere. *Ad quem*
nobis ratio. Ipſi, inquit, daturi ſumus rationes & pœnas tranſ-

D actarum ab nobis rerum. Animaduertis ad quantam sum-
mam rem adduxerit. Ne enim quum audis dicentem aposto-
lum, In eodem exemplo incredulitatis, arbitretis eãdem pœ-
nam esse & nobis & Israelitis, ostendit per hæc, nostra longè
esse horribiliora. *Habentes igitur pontificem magnum, qui cœlos*
pertransiit, Iesum filium dei. Ceu quodam interrogante, Quo-
modo igitur non cadamus, neque pusillanimes desperemus?
quæso da mihi consilium: Poterant, inqt, ea quæ dicta sunt,
erudire nos timore, atque securiores reddere. verumenimue-
ro præter hæc magnus est nobis pontifex, qui nobis esse au-
xilio queat, si teneamus confessionem. Non eñ est vilis aut
vulgaris quispiam homo, cæterũ magnus & præclarus. filius
E eñ dei est. Nec talis est, qualis Moses. ille eñ neq; ipe ingres-
Deut. 32. & 34. sus est in requiem, neque populum introduxit. Hic autẽ cœ-
los pertransiens considet apud patrem, potéstq; nobis in cœ
los ingressum dare, atq; promissæ quietis hæredes facere. *Te*
Confessio nostra confessionem. Non totum pontifici tribuit, verumetiã
nobis tenẽ da. nostra ingrit. potest quidẽ ille. sed si nos etiã digni fuerim⁹.
Qualẽ aũt cõfessionẽ hîc dicit? Quòd credamus resurrectio-
nẽ, & retributionẽ in extremo die: tũ ꝙ innumera sint obuẽ-
tura nobis, & ꝙ Christus sit deus. Hãc cõfessionẽ teneamus,
neq; sinamus ipsam defluere à nobis, verũ quę cõfessi sumus
in principio fidei, hęc firmiter retineamus, tum omnia terri-
bilia abibunt. *Non enim habemus pontificem qui non possit com-*
pati infirmitatibus nostris. Admonens eos vt confidant, oratio
F ni suæ fidẽ cõciliat, ingens: Non est pontifex qui ignoret no
stra, quod genus multi sunt pontifices, qui non nouerũt quid
nam sit adflictio. quare neq; proni sunt succurrere adflictis,
verùm pontifex noster omnia sustinuit, & postquam tolera-
set, ascendit, vt posset nobis compati. *Tentatum uerò per om-*
nia iuxta similitudinem absque peccato. Hoc est, persecutionem
passus est, cõsputus est, calumniam sustinuit, actus est & pul-
sus, ac tandẽ crucifixus. Omnia hæc sustinuit iuxta similitu-
dinẽ nostrã, hoc est, simili nobiscum ratione, citra quidẽ pec
catum. Neque enim simpliciter peccatum fecit neq; quũ hæc
pateretur quicquam fecit vel dixit peccabile, seu peccatum
redolens Itaque potestis & vos in afflictionibus sine pecca-
to esse. Quomodo igitur soluti ac remissi estis? Nonnulli fi-
ne peccato sic intellexerũt, quod hæc passus sit, nõ luens pec
catorũ (quæ nulla in ipso erant) pœnas. *Accedamus igitur cum*
fiducia

ad thronum gratiæ. Quia peccatis vacantem ponti- A
ficem habemus, qui ipse mundum debellarit atque deuice-
rit (Confidite nanque, inquit, ego vici mundum) debemus
cum fiducia accedere, hoc est, non prauam habere conscien-
tiam, nec hæsitare, sedenim in pontificem confidere. Etsi e-
tiam nos peccatum habemus, ipse tamen absque peccato est, Ioh. 16.
& super thronus est gratiæ, non iudicij. Proinde oportet nos *Throni*
cum fiducia accedere, nihil dubitantes eum daturum nobis *duo.*
quæ cupiamus. Duo enim throni sunt, alter quidem est gra-
tiæ, ad quem acccedentes accipiunt per diuinam gratiam à
peccatis suis liberationem: alter autem secundi aduẽtus thro
nus est, non gratiæ. Nemo enim tum accipiet remissionem,
sed iudicium. Throni autem meminit, vt ne audiens pontifi
cem existimes eum stare. Nam etiamsi dicatur pontifex ob
gratiam erga nos & clementiam super diuino tamen thro- B
no sedet. *Vt accipiamus misericordiam, & gratiam inueniamus*
in auxilium opportunum. Nunc enim si accesserimus, misericor
diam inueniemus & gratiam. opportunè enim accedimus. Si
verò tum in extremo iudicio, non inueniemus gratiam, quia
non gratiæ tempus transactum est, neque thronus porrò est
gratiæ. Nunc sedet vt rex clemens, & gratiam impertiens: *Psal. 93.*
non verò excitatur ad iudicium. Exurge enim, inquit, deus,
& iudica terram.

CAPVT V.

Omnis enim pontifex ex hominibus adsumptus, pro
hominibus constituitur in diuinis rebus. Commen-
O straturus est deinceps nouum testamentum C
esse longè præstantius veteri. Ac primùm or
ditur comparare sacerdotia & functiones tũ
quæ sunt veteris testamenti sacerdotum, tum eam quæ
Christi est. Interim verò, quia ipsi pleraque aduersabantur,
quòd multa quæ sacerdotibus adesse debent, Christo non ad
essent neque enim ex tribu sacerdotali erat, neque super ter-
ram sacerdos, neque ab hominibus electus in pontificem, ne
quo vt semel dicam, aliquam corporalem speciem habebat
quæ sacerdotij eius, veluti nolas, ac frondes, & folia, sed
omnia spiritualia erant) primùm igitur recenset quæ sint cõ
munia Christo cum reliquis pontificibus, deinde excellẽtia
quædam ponit. Tũ enim reuera excellens quispiã ostẽditur,

D quãdo in aliis quidem communicauerit,in aliis verò excellentior fuerit. Ex hominibus itaque assumi, commune est Christo cum reliquis.nam & ipse homo quum esset, factus est pontifex. Tum quòd pro hominibus constituitur in iis quæ ad deum attinent, hoc est, vt pro nobis interpellet, ac mediatorem agat,& ist huc est commune ipsi. *Vt offerat munera & victimas pro peccatis.* Interpretatur quid sit ab hominibus constitui in iis quæ sunt ad deum, nempe pro peccatis nostris placare deum. Et hoc igitur commune est Christo cum aliis,enimuero non vniuersum.nam ipse seipsum obtulit,illi verò alia quædam.Munera autem & victimæ quomodo exacta ratione discrepant? In scripturis sanè non differunt,vt deinceps disces. *Qui posset moderato affectu esse erga ignorantes & errantes.* Hoc est, qui posset condolere, com-

E pati & condescendere ac condonare iis qui ex ignorantia peccassent. Animaduerte omne peccatum ex ignorantia & errore nasci.nam etiamsi videatur quis nouisse quid malum sit, tempore tamen transactionis peccati tenebris circunfusi,ignorantia & errore languet,voluptatis leuore ac lubrico præcipitatus. *Quoniam & ipse infirmitate circumseptus est.* Simpliciorem ac veriorem sententiam esse hanc opinor,propterea videlicet condolere ignorantibns pontificem, quòd & ipse infirmitate sit amictus,vt qui humanæ imbecillitatis mensuram ex se ipse nouerit: vnde & veniam admeritur, ac largitur?Nonnulli sic acceperunt,quia in hoc solo discrepat à populo pontifex,quòd condonet,quãdoquidem ipse æquè ac multi alij,infirmitate circunfusus sit. *Ac propter hanc debet,quemadmodum pro populo,sic & pro seipso offerre pro peccatis.*

Peccatum omne ex ignorãtia

F Hæc omnia non habet communia Christus cum reliquis, verùm in his excellit. Neque enim infirmitatem habebat peccatorum,dominus,neque pro seipse obtulit, sed pro reliquis hominibus. *Nec sibi ipse accipit aliquis honorem,sed qui vocatur ab deo.* Aliud pontificis indicium ponit, quod peræquè Christo conuenit,nempe quòd non ipse ad pontificatũ assiliat,sed vocetur ab deo.vocatus enim accipit. Perstringit autem hîc Iudæorum tum temporis pontifices, qui ipsi assiliebant ad honorem, emptitium istum possidentes, legémque corrumpentes. *Quemadmodum & Aaron.* Etenim Aaron

1.Par. 23 primùm ab deo per Mosen vocatus, sic functus est sacerdo-
Leui. 8. tio,neque ipse adsiliit. Ac rursus quando virga florut, com-

monstra-

monstratum est quòd diuinitus vocatus sit, & quando ignis A
deuorauit eos qui sacerdotio se ipsi adiunxerant. *Sic & Chri* Nu.17.
stus non seipsum glorificauit ut fieret pontifex, sed qui locutus est ad Psal. 2.
ipsum, Filius meus es tu,ego hodie genui te:perinde ac in alio dicit Psal.109
loco, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchizedech.
Quod Christus vbique dixit,Missus sum à patre,& à meipso Iohan. 8
non veni,hoc & Paulus nunc indicat q̃ à deo missus sit, nec ipse glorificauit seipsum,sed qui locutus est ad eum,hoc est, illũ glorificauit eum.hoc enim est repetendum. Quia igitur Aarõ multa indicia sensibilia habebat q̃ à deovocatus esset, perinde ac præmemoratum est, Christus autem nihil sensibile huiusmodi vel externum habebat,quin potius qui adversabantur ei,& occidebant, in precio tum erãt,omniaque & agebant & ferebant,producit iam maius testimonium ex prophetia, quod testetur eum à deo vocatum. Videtur autẽ incõueniens esse è secundo psalmo prophetia ad institutum. Propositum enim erat vt demonstraretur Christum pontifi
cem esse à deo vocatum & electum, testimonium autem à pa B
tre natum asserit. Maximè autem ab deo natum esse,præmunitio & præparatio est ad hoc, vt ab deo etiam eligatur & ordinetur. Insuper & hoc tecum reputa,quòd postquam in centesimo nono psalmo dixerit, Ex vtero ante luciferum genui
te, deinde paulopost intulit,Tu es sacerdos in æternum secũ
dum ordinem Melchizedec.coniunxit hîc Paulus, & in vnũ redegit,quæ in vtroq; psalmo de generatione dicũtur.perin
de ac si dicat,Ne existimes de alio quopiam dici, Tu es sacerdos in sempiternum,prẽterquam de nato ante luciferum. C
Is porrò non est alius, quàm de quo in secundo psalmo dictum est. Hodie genui te. Quod ante luciferum ait,temporis *Ante lucẽ*
ferum.
dilationem indicat & æternitatem. Hodie verò,à principio significat, hoc est,à quo pater erat. Porrò planum est quòd *Hodie.*
secundus psalmus totus ad Christũ pertineat, omniáque ad ipsum referat. De Christo itaque etiam dictum est quod ait Tu es sacerdos in æternum. Dicant igitur Iudæi nobis,quis nam sit alius sacerdos secundum ordinem Melchizedec,præter Christum? Nónne omnes sub lege fuerunt? Nónne omnes sabbatum celebrabant,& victimas offerebant? Manifestissimè igitur de Christo hoc dictum est. solus enim ille pane & vino sacrificium consecrauit,perinde ac Melchizedec. Quì verò dixit in æternum? Quoniam etiamnunc vnà cum Gene. 14

cor-

D corpore pro nobis apud deum & patrem intercedit, hoc est, quas pro nobis pertulit afflictiones, magnumque mœrorē, proponit etiam sine voce, reipsa nimirum loquens: Pro humana natura filius tuus ego sustinui hæc, miserere igitur horum, pro quibus ego pati & mori sustinui. Vel quia quæ in singulos dies fit & futura est in perpetuum oblatio per dei ministros, ipsum habet pōtificem & sacerdotem dominum,
1. Cor. 12 atque adeò ipsum sacrum, qui seipsum pro nobis sanctificat, & frangitur, & distribuitur. Quoties enim hæc fiunt, mors domini annunciatur. *Qui in diebus carnis suæ.* Per dies carnis suæ, tempus quo hîc vixit, vel dies quas in vita huius tēporis carne corporeq; suis transegit, significat: nō quòd nūc carnem deposuerit, nequaquam, retinet enim eam, sed incorruptibilem ac superiorem carnalibus & ineuitabilibus malis
E & calamitatibus, nimirum fame, siti, labore, idque genus ta-
Psal. 114 libus. Hanc autem loquendi formulam & locum apostolus ab Dauide desumpsit, vbi dicit psalmo centesimo decimoquarto, Et in diebus meis inuocabo. Totum enim psalmum ad Christum refert apostolus. *Preces enim & supplicationes, ad eum qui posset eum conseruare ex morte, cum clamore forti & lachrymis offerens.* Hæc de carne dicta sunt. non enim iam vt deus indigebat. Esto autem quòd indigeret, non tamen cum clamore & lachrymis, cæterum irrefragabiliter humanæ naturæ vnius Christi hæc tribuenda sunt, partim quidem vt assumptæ naturæ veritas demonstretur, partim verò vt & cura ipsius erga nos ac dilectionis excellentia indicetur. Pro nobis enim hæc orabat, quod nostrum est sibi vindicās, vt in se
F ipso naturæ humanæ formidinem qua mortem metuit, abstumeret. Reputa enim tecum, quòd nusquam in euangeliis scriptum sit quòd orauerit pro excitatione ac resurrectione sui,
Iohan. 2. sed diuersum potius inuenitur, nempe q̄ ex potentia sua di-
& 10. xerit apertè: Soluite templum hoc, & excitabo ipsum: &, Potestatem habeo recipiendi animam meam. *Et exauditus pro reuerentia, quia filius esset.* Hæc etiam propter carnē & auditorum imbecillitatem dixit, nondum enim magnam de eo opinionem habebant. Quod igitur dicit, ad hunc sese modum habet. Tāta ipsius est reuerentia, vt eius potius opus esset, quàm dei, q̄ exaudiretur ipse, atque ex hac reuerentia reueritus est eum deus, atque placatus est & exoratus ab eo qui filius

filius erat. cui natiua ad patrem fiducia erat. Ea siquidem fi- A
ducia cum ingens erat, tum digna pudore ac reuerentia. Ne igitur desperetis, quum dominum habeatis, qui à patre exaudiatur. Si igitur quicquam ipsum petieritis, dabit vobis: qđ & ipse Christus discipulis in euāgelio ait, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quoniam ego ad patrem vado, quoniam pater meus maior me est, &, Quæcunque petieritis in nomi- Iohan. 14
ne meo, dabit vobis. *Didicit ex quibus passus est obedientiam.* &. 16.
Didicit, inquit, deo & patri suo obedire, ex afflictionibus il
lud edoctus. Apparet autem simpliciter absurdum quod di-
citur. Quî enim didicit obedientiam ex iis quæ passus est, Philip. 2.
quum priusquam pateretur, patri esset adeò obediens, vt ca-
lamitates illas & afflictiones ex obedientia susciperet? factus B
est enim, inquit, obediens ad mortem vsque. Disce igitur q̄
quum isti viderentur repugnare ex pusillanimitate, hæc abie
cta & humilia de filio loquatur deo, vt ex abundanti persua
deat eis obtēperare voluntati dei, nec statim ad tribulationū
insultus fastidire, cæterùm supernum auxilium expectare.
Nam & filius sustinens crucem, propter obedientiam exau-
ditus est à patre, atque erepta est anima ipsius ex morte. At-
que hinc perpetuò morem gerere didicit patri suo deo, quip
pe quia obedientia multum posset. Si igitur ille commodum
ex calamitatum tolerantia necnō afflictionibus retulit, mul
to potius vos. Animaduertis itaque quî ob auditorum com-
moditatem Paulus huc descenderit, vt veluti absurdi quip- C
piam videatur asseuerare. Audi verò quæ sequuntur. *Et consummatus.* Consummatio igitur fit per afflictiones. Quomodo igitur vos ægro estis animo in malis, quæ vos consummatos reddunt: *Consummatio per afflictiones fit.*

Factus est obedientibus ipsi, causa salutis æternæ. Hoc est, vocatum ipse seruatus est, verumetiam aliis salutem est largitus, neque eam temporariam, perinde ac ex bellis paratur, eminuero æternam. Quibus hisce? obedientibus. Quomodo igitur vos inobedientes estis, adeò vt ab salute vos excidere periculum sit? Obserua itaque vniuersam hāc orationem ita formatam esse propter auditorum imbecillitatem. Attamē hic rursus fastigium & sublimitatem orationis intuere. Auctor inquit, & causa salutis factus est: quod sanè diuinitatis est solius. Nemo enim alius salutis esse autor potest præter deum.

Appellatus

¶ *Appellatus a deo pontifex secundum ordinem Melchizedec.* Quia passus est, propterea appellatus est pontifex, veluti semet ipse offerens. Ac etiamsi sanguinem obtulit, isthuc tamen non fecit iuxta ritus Iudaicos, verùm secundum ordinem Melchizedec. Vt enim ille ab homine nõ est inunctus, sic neq; Christus, sed à deo, per eiusdem secum essentiæ spiritum. Quo modo enim ille nõ ex lege sancita sacra vel victimas obtulit, sic neque ille. Porro perinde ac ille rex est, sic & hic, & innumera alia. *De quo multus est nobis sermo, explicatuq; difficilis, postquam segnes facti estis auribus.* Perducturus orationem ad sacerdotij discrimen, prius ipsos obiurgat, indicans quòd propter infantiam ipsorum adeò humilia protulerit, atque immoratus sit in oratione de carne & humanitate Christi. Nisi enim infirmi fuissent, iamdudum sublimiorum rerum meminisset. Ob vestrum igitur torporem, inquit, haud facilè explicabilis est sermo de eo, quomodo Christus sit pontifex secundum ordinem Melchizedec. Et quia nõ intelligitis vos, propterea non commodè interpretari possunt. Corinthiis scribés apostolus quum non posset eis loqui de spiritualibus, vt qui æmulationes & contentiones inter se fouerent, carnales eos vocat. Hos autem, quia rudes erant, & ex afflionibus nihil didicerant, non carnales eos, verùm segnes & torpidos nominat. Quum ait, facti estis, ostendit ipsos primùm bene valuisse, post hæc verò tales factos. *Etenim quum deberetis esse doctores propter tempus.* Accusationem encomio miscet, inquiens: Aliorum vos debebatis esse præceptores. Ostendit enim iam olim illos credidisse, arcanaq; religionis & euangelij filij dei audisse. Ambo autem hæc laude digna: si modò ad socordiam non essent prolapsi, tempus fortiores potius reddit. Vos autem frustra abusi estis, dissoluti ac deficientes. *Rursum opus habetis ut doceamini uos, quæ sint elementa principii oraculorum dei.* Elementa, quæ sunt de humanitate Christi, vocat. Vt enim in externis literis prima rudimenta discenda sunt, hunc admodum hîc primùm demonstratio est facienda de humanitate Christi, atque humilibus assuescendum: deinde accendendum est ad ea quæ sunt deitatis, quæ solidiore intellectu opus habent. En palàm iam didicisti ex Paulo, quam ob causam in humilibus oratione sua demoratus sit. Raro autem sublime quiddam dicit, & quòd ob infirmitatem auditorum ista faciat. Ecce igitur & hæc epistola humilibus

milibus est referta. Si autem aliquid sublime habet, breuiter hoc & paucis transigitur. *Et facti estis, qui opus habeatis lacte, & solido alimento.* Non dixit opus habetis, sed facti estis, hoc est, vobisipsi vobisipsos eò perduxistis, vt vestra sponte sitis facti eiusmodi. Lac autem humilem orationem appellat & hic, & in epistola ad Corinthios: solidum verò alimentum, perfectiora & altiora. Non oportebat igitur introducere lacteria, & ab his comparationem facere incomparabilis Christi, nimirum quòd sit pontifex, quòd sacrum fecerit, quòd cum clamore precatus sit, ac supplicationes fecerit: attamen quia vos hisce alimini, prępono hęc. Obserua quòd quę hîc exhibentur, ea tum alebant illos, & quòd verum sunt alimentum, oracula dei. Dabo, inquit, famen illis audiendi verbi dei. *Omnis enim qui lactis est particeps, ignarus est sermonis iustitiæ: infans enim est.* Iustitiam hîc vel exactam vitæ rationem appellat, tantum non hoc dicens, quòd imperfectus, inexpertus est supernæ philosophiæ, nec potest percipere summam & exactam vitam. Quod & Christus exigebat, dicens: Nisi exuberauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & Pharisæorum. Vel iustitiam, Christum ipsum, hoc dicens, Qui particeps est humilium, de Christi incarnatione sublimes ac dignos sermones non recipit, ceu infans, qui non sit horum capax. *Perfectorum autem est solidus cibus.* Hoc est, sublimes institutiones ac disputationes de diuinitate Christi. Vides infantiam alteram, quæ & in senibus & senibus est, mentium videlicet: ac perfectionem, quam & iuuenes habere nihil impedit. *Qui per habitum exercitatos habent sensus ad diiudicationem boni & mali.* Exercitationem hîc consummationem & robur morum nominat. Qui igitur moribus vitaque firma est, is iuxta animæ facultatis habet exercitata in scripturis, ad diiudicationem humilium & sublimium dogmatum, sanorum item & corruptorum. Non enim de vita hîc loquitur, eam enim vnusquisque diiudicat, ac nouit quid sit prauum aut malum, vel bonum aut virtus. Animauerte autem opus esse exercitatione meditatione & peritia scripturarum, si diiudicaturi simus quisnam sit hæreticus, & quis non. Nec simpliciter omnibus commodare aures debemus: guttur enim & isophagus cibum gustat, anima verò probat sermones.

CAPVT

D

CAPVT VI.

Vaproper relicto sermone principii dei, ad perfectionem feramur. Pauloante dixit, segnes facti estis, & infantes, atque ad eam translati estis necessitatem, vt iam sitis de integro in fidei elementis instituendi: nunc verò, Oportet, inquit, vos deinceps ceu perfectos sapere, ac transilire sermonem de elemẽtis fidei Christi, hoc est, prima fidei rudimenta, & ad perfectionem ferri, hoc est, altiorum esse capaces. Vel hunc ad modum hunc locum intelligere poteris. Quia claudicare illi in conuersatione videbãtur, verba iam eis facit de vita irreprehensibili, perinde quasi hoc dicat, Non oportet nos semper circa principia versari, hoc, de fide docere, ceu qui sim⁹ infantiũ præceptores, enimuero ad perfectionem etiam nobis est pergendum, hoc est, ad optimam vitã. perfectus enim ille qui fidem habet, vitam habet rectam pariter. Nam prĩcipium & fundamẽtum fides est, citra quam nihil erit solidum, perinde ac neque fine elementis quispiam gnarus fiat literarum. Atqui nõ semper circa elementa nos versari oportet, neq; semper in fide instituí, vt infantes & imperfectos. Sin quisquam priorem sententiam recipere malit, hanc verò reiiciat, vt quę sit inconsequens iis quę à Paulo præmemorata sunt, nouerit quòd moris sit ipsi de aliis dicenti, ad alia trãsilire & progredi, vt in epistola ad Corinthios, de cœnis & conuiuiis loquens, in sermonẽ de sacramentis incidit. Hanc ad rationem etiãnum in principio obiiciens eis segnitiem & imbecillitatem, qua non possent perfectiora accipere, in sermonẽ de moribus & cõuersatione fertur, imperfectos eos vocans, propterea quòd fidei suæ vitam non adiecerint. *Non rursum iacientes fundamentũ pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in deum.* Hoc est, nõ rursus ex integro facientes quæ faciebatis quando baptismate abluendi eratis, vt pœnitentiam à mortuis operibus, hoc est, reiectionẽ operum Satanę. Qui enim Christo accedit, planum est quòd pœnitentia duct⁹ prioris dogmatis & vitę, sic accedat. nisi enim cõdemnarit priorem, quomodo nouam vitam ordietur? Eam ob rem infert, & fidei in deum. Pœnitentiam enim à mortuis operibus fides sequitur. Ait itaque, Non oportet iã vos in fide institui, tanquam iam primùm Christi religionem amplecteremini. iãpridem enim credidisti. Indicat autem per hæc clanculum

Fides, fundamẽtum est.

1. Cor. 12.

clanculum, quòd vacillabant in fide & concutiebantur, quasi fundamento indigebant. *Ac doctrinæ baptismorum.* Non ceu multa sint baptismata, multitudinis numero hoc Paulus dixit, vnum enim est baptisma, sed quòd velut ex consequenti hoc contingat. Si enim iterum eos in primordiis religionis instituteret, si rursus baptizaret qui deflexissent à vita Christiano digna, per huiusmodi reiterationem essent baptismi soluti necessariò, verùm enim hoc est absurdum. Non oportet igitur vos reiterare baptisma, sed in priori baptismate perseuerare. Fortasse autem & illi, vt qui lege dũ affixi erãt, multos baptismos Iudaico more & Christiano ponebãt. Obscura autem quòd pœnitentiam baptismus excipiebat: post- *Pœnitẽtiæ*
quam enim pœnitentia ipsa per sese nõ possit puros reddere, propterea baptizamur, vt vniuersum hoc sit gratiæ dei. *Impositionisque manuum.* Per quas spiritum accipiebant, vt prophetarent, & miracula ederent. Imponente enim ipsis Paulo manus, acceperunt spiritũ sanctum. *Et resurrectionis mortuorum.* Hoc enim & in baptismate efficitur per figurã immersionis in aquam, & in confessione confirmatur. confitemur *Actu. 19.* *Confessio*
enim credere resurrectionem mortuorum. *Et iudicii æterni.* Quòd impertit vel bona, vel pœnas atque supplicia. Hæc autem dicere videtur, postq̃ verisimile erat eos vel concuti, qui olim etiam crediderãt, vel minimè Christianè viuere, ac breuiter, Vigilate, inquit, & sobrij estote. Nõ enim affirmare *Baptismo*
statuere licet, quoniã si segniter viuamus, aut ex fide exci- *non iterã*
dimus, rebaptizari nobis dabitur, aut peccata denuo abluere *tur.*
licerimus ac eadem consequi quæ prius. Erratis enim & va- C
cillatis hæc existimantes. *Et hoc faciemus, si quidem permittit*
deus. Hoc faciemus. quale? vt ad perfectionẽ accingamur, si
deus modò velit. Hoc autẽ dixit, nõ quòd deus hęc non perficiat verùm perinde ac dicere solemus, quoniam si deus velit, hoc faciam. Simul autem docet nos omnem rem ex ipsius voluntate ac nutu dependêre, neque etiam in confessis & apertis bonis, proprio nos fidere iudicio atque potentiæ. Hoc etiam aperte ipse etiam Iudas apostolus adhortatur. *Impossibile enim est semel illuminatos.* Nõ dixit quòd inutile ac indecorum, sed impossibile, vt ad desperationẽ eos iniiciat, ne ob eo sperent se denuo baptisma posse cõsequi. *Qui gustarũt*
donũ supercœleste. Hoc est, remissionẽ peccatorũ: nemo enim potest dare, nisi vn⁹ deus. *Participes q̃ facti sunt spũs sancti.*

Post

D Post dimissionem peccatorũ, tũ est participatio spiritus sancti. non enim habitat in corpore obnoxio peccatis. per impositionem autem manuũ dabatur, vt & antè memoratum. *Et qui bonum gustarũt dei uerbum.* Non dixit apertè quid sit hoc, interim tamẽ nos colligere facit se de omni spirituali doctrina loqui. *Et uirtutes futuri seculi.* Vel miracula facere sic appellat, vel angelicè viuere, vt nullo præsentium indigeat aliquis, sed ad futura respiciat, ac futuræ vitæ arram habeat, si præsentem impollutam & spiritualem videlicet ducat. *Si recciderint, rursus renouari ad pœnitentiam.* Hoc est, per pœnitentiam. Qui igitur? eiecta est pœnitentia? Haudquaquã, sed per secundum baptisma renouatio est reiecta. Renouare nanque

Psal. 102 E solius est lauachri, perinde ac propheta dicit, Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. pœnitentiæ autem est, à vetustate liberare, ac firmos forteſque facere. Ad illum igitur splendorẽ ducere nõ licet relapsos, vbi præter gratiam nihil est. Ad pœnitẽtiam igitur, inquit, quæ est ex baptismate. Primùm enim quispiam ducitur pœnitentia ob transactam vitam, deinde baptizatur, perinde ac ipse prędixit, pœnitentię ab operibus mortuis. Manifestum autem est ex sequentibus, quòd baptismatis reiterationem prohibens hæc dicit. *Recrucifigentes sibiipsis filiũ dei.*

Roma. 6. Baptisma crux est. Simul enim crucifixus est vetus noster homo, ac simul insiti sumus similitudini mortis eius: & rursus, Consepulti sumus ipsi per baptisma. Perinde nanq; vt mortuus est ille in cruce carni, pari via & nos in baptismate mortui sumus peccato. Qui igitur secunda vice ba-

F ptizatur, quãtum in se est, rursus cruci Christum affigit. At-

Ibidem. qui hoc absurdum est. semel enim mortuus est, & resurrexit, & mors in eum porrò non dominatur. Non igitur est secundum baptisma, quandoquidem neque secunda crux fit. Quid enim prohiberet, si secundum permitteretur, quo minus tertium & quartum cõcederetur, ad infinitum vsque facto processu? Non dixit autem recrucifigentes, ac destitit loqui, sed adiecit sibiipsis, vt ostendat quòd segniter & ignauè vitam nostram transigamus. Nam sic omnia agimus, quasi secundum baptisma præsto sit, vanam ita in nobisipsis opinionem constituentes. *Ac traducentes.* Hoc est, triumphantes, ignominia afficientes. Hoc autem bifariam intelliges, vel quia qui tum crucifixerunt dominum, ad ignominiam eius talem mortis rationem excogitarunt, maledictam vi-

delicet & contumelioſam, ac sceleratis destinatam. Vel quia A
Christus semel cruci affixus, immortalis deinceps creditur.
Qui igitur recrucifigit ipsum, mendacium hoc facit, quod
Christo contumeliam affert, quippe qui post mortem suam
iam semel sustinuit, immortalitatem gustauerit. Duabus
itaque rationibus rem impossibilem esse dicit, baptismatis
nempe reiterationem, altera quidem, quòd indignus est qui
tantis bonis donatus sit, ac omnia ea perdiderit, rursus iisdem frui: altera verò horribiliore multo, quòd videlicet impossibile sit filium dei recrucifigere. *Etenim terra quæ bibens super se sæpe uenientem imbrem.* Terram quidem animam,

Esaiæ. 5. imbrem verò doctrinam vocat, vt & alio in loco dicit: Man-
Psal. 64. dabo nubibus, inquit deus, ne pluant imbrem in vineam. &
rursus, Fluuius dei impletus est aquis, hoc est, qui ex deo circa B
doctrinam donatus est, impletus est supernis aquis, siue
aquis. Indicat autem hîc & notat eos qui acceperant atque
gustauerant verbum, ac sæpe hoc assecuti erant, neque sic
tamen inde fructum aliquem aut commoditatem retulerant:
quod & supra dixit: Quum deberetis esse doctores propter
tempus. *Et gignens herbam commodam.* Hoc est, vitam
fructibus comptam. Nihil enim adeò est appositum & com
modum, hoc est, conueniens & aptum, vt vitæ puritas. *Illis,*
per quos & colitur. Herbam, inquit, bonam conuersationem
quæ parit terra, per quos & colitur, agricolis nẽpe, atque illis
conueniens est ipsa. nam illi ipsi qui virtutẽ colunt, fruentur
eam ea. Quidam autem illis, ad doctores retulerũt: etenim
per illos optima politia, vita, & conuersatio exercetur, vt qui C
ipsi discipulorum suorum virtutis sint consortes. *Accipit benedictionẽ a deo.* Hîc tacitè ferit Græcos, virtuti terræ fru- *Terræ fertilitas deo referẽda accepta.*
ctum prouentum adscribentes. Neq; enim colonorum manus
aut quæ fructus faciant, verùm totum deo referẽdum est ac
proprium. ipse benedicit terræ, ac fertilitatem & copiam largi-
tur. *Quæ autem profert spinas & tribulos.* Non dixit gignẽs,
sed suprà de herba, perinde ac dicat aliquis, ebulliẽs, ac veluti
superfluitatem abiiciens. Spinæ autem ac tribuli sunt solicitudines vitæ, ac impostura diuitiarum, ac simpliciter omne pec
catum, perinde ac Dauid dicit: Cõuersus sum ad ærumnam, Psal. 3.
dum infigitur mihi spina. Nõ enim simpliciter accedit vel ad-
uersitas, sed infigitur: ac nisi totum eruamus, sed parũ quiddam
reliquum transierit, cruciat. Opus est autẽ cura ac diligentia. Insuper

D tribulus est, huiusmodi, vt vbicunque eum attigeris, seriat ac pũgat, & ex omni parte sit iniucũdus, cùm hîc ignominiã pa riens, tũ in futuro seculo potissimũ. *Reproba est, & execratio ni proxima.* Bonæ terræ benedici dixit ab deo, ifrugiferã au tem nõ dixit simpliciter execratã, cæterùm execrationi vici nã, vt ne desperemus. Nã qui prope desperationẽ est, poterit & lõgè remoueri. *Cuius finis ad cõbustionem.* Hoc etiã adie cit, vt ne desperem⁹. Nõ enim dixit, quæ cõburetur, sed cuius finis ad cõbustionem, hoc est, ad finẽ vsq; in sterilitate perie uerarit. Potest itaq; deficere ab sterilitate, atq; spinas cõpe scere, probata item reddi, atq; benedictionis cõsors. *Persua si autem sumus dilecti de uobis, ut meliora sentiamus, ac tenentia salu tẽ etiã sic loquimur.* Quũ eos abũde satis carpsisset ac pterrefe E cisset, rursus curat, vt ne õnino supinos laxósq; reddat. Nam q segnéprorsus ferit ac obiurgat acriter, segniorẽ reddit. Ait ergo, Non vt ad desperationẽ vos adigã, hæc dico: nõ enim quòd plenam spinarum conscientiam vestram censeam, sed metuẽs ne hoc fiat. Nec dixit, de vobis expectamus, sed per suasi sumus, id est, certi ac firmati sumus quòd non sic habe tis, sed melius, & quòd vestri ipsorum salutis curam geritis, sicq; loquuti sumus per obiurgationẽ, vt quosdã terreremus. Vel igitur de cõuersione & moribus eorũ hęc dicit, quoniam vos nõ estis huiusmodi spinosi: vel de cõpensatione in extre mo iudicio obuẽtura. Nõ estis proxime execrationem, neq; cõbustioni vicini, sed alia quędam vobis merces est reposita. F Expende autem quod sequitur. *Non enim iniustus est deus, ut obliuiscatur operis uestri.* Animaduerte quomodo ipsos erexe rit & confortarit, vt sperent meliora, reuocans eis ad memo riam priora, ac iustitiam dei. Si enim iustus est deus, nõ obli uiscetur operis vestri, hoc est, misericordiæ, fraternę dilectio nis, sed retribuet vobis. Proinde ne despondeatis animũ, nec sitis pusillanimes, cæterùm omnino meliora sperate, quan doquidem & omnino deus iustus est. Non igitur de vobis di xi, quę terrifica & obiurgatoria dixi: noui enim quòd vos nõ sitis digni execratione. *Ac dilectionis quam demonstrastis in no mine eius, quum ministrastis sanctis, & adhuc ministratis.* Magna eis tribuit nedum opera, verumetiam opera cum alacritate & animi promptitudine. ministrare nanque promptitudinis est indicium. Per dilectionem autem eleemosynam intelli git, quam impertierunt, neque in fratres, sed in nomen dei.

Animad-

Animaduerte maximã cõsolationẽ & adhortationem, quòd A non hominibus, sed deo faciamus eleemosynam, perinde ac dominus in euangelio etiam inquit, Mihi feciſtis. Qui enim *Mat. 25.* propter nomen dei fratri egenti prospicit, deo istuc facit. Sã ctis, hoc est fidelibus. omnis enim fidelis sanctus est, etiamsi in mundo fuerit. Sãctificatus est enim vir infidelis in vxore, *1. Cor. 7.* & sanctificata est vxor ĩfidelis in marito. fides igitur hîc san ctificationẽ facit. Ne igitur erga eremitas tantũmodo accli- *Mundani* nati simus, eosq; vt sanctos habeam⁹ & reuereamur, verum- *etiam quẽ* que erga mũdanos. Sancti quidẽ illi sunt & fide & vita: san- *dam sunt.* ctum autem & populares, vel sacris non initiati, populus & vul gus ipsum, fide nimirum, pleriq; etiam vita. Obserua qualem sit medicinã adhibeat. Non eñ dixit, qui ministrastis, & ita facit gradum aut quieuit, verùm adiecit, & ministrantes, hoc B etiã, eadẽ hodieq; facitis. *Expetimus autẽ quẽlibet uestrũ eandem diligentiã ostendere, ad completionem spei aduſq; finẽ.* Perinde ac si quis dicat, Quã ob causam aliã mi Paule hæc dixisti, si no strũ nos ferire & increpare? Hæc dixi, ĩquit, in eũ finẽ, vt ad curã etiã curratis, nõ ꝙ priora & præterita vestra condem nem, verũ ꝙ de futuris metuã. Nec dixit volo quod erat prę ceptoriæ autoritatis, sed expeto, quod est paterni amoris & affectus. Nõ enim verbis tãtũ hoc desidero, sed animus meus pro vobis ardet & æstuat. Tale enim quiddam intellige per τοῦτο μεν, cõcupiscimus ardẽter, nec simpliciter pro vobis, sed pro quolibet vestrũ. Adeó omnium siue maiorum siue mi norum cura tãgebatur, omnesq; norat. Vt sitis soliciti, inquit, ad certificationem spei, hoc est, vt plenam & perfectã fidem C tendatis, nec agitemini vel cõcutiamini in ea. Reputa hîc quàm prudentiam. Non apertè ferit, neq; dicit. Desperastis, negligite vos deinceps: verùm tantum nõ hoc dicit, Equi dem volo te semper solicitum esse, & vt qualis fuisti antehac, talem etiam in posterum te exhibebis. *Ne segnes efficiami-* Hoc itidem ad curam & medicinam eorum dicit, ad fu turum enim tempus hoc ducit. Atqui suprà dixit, Postquam *Suprà. 5.* ignes facti estis auditu, ad auditum enim vsque segnitiem venit: iam verò desidero, inquit, ne animum vestrum se gnities attingat. Vt enim corpus torpor & ocium & im becillitas lædit, sic & animam bonorum feriæ, & à virtu te ocium, supinam magis & laxam efficit. *Imitatores au- eorum qui per fidem & longanimitatem promissionum hæredi-*

D *tatem adeunt.* Suprà recordatus est ea quæ antea ipsi gesserât, domesticũ ipsis exẽplum proferẽs: nũc verò ad patriarcham eos refert. Ne existement enim se nullo esse numero dignos, ac veluti contẽptos seſe ab deo relictos esse, planum facit iam quòd isthuc maximè sit fortiũ virorũ, tẽtari, quodq; magnis & præclaris viris sic vsus sit de⁹. Si enim adueniẽs daret priusquam promisisset, fides eorũ haud demonstraretur: vel si quę promisisset, statim citra dilationẽ præstitisset, fides eorũ nobis haud esset patefacta. Nũc autẽ morã nectit deus, nec protinus largitur dona sua, vt fides ipsorũ per patientiam inclarescat. Tum enim planũ fit quẽpiam credere ei qui promisit, quando multo tẽporis lapsu & effluxu non accipiẽs, credit ta-

Promissa sua quare deus differat.

E mẽ se accepturũ tandẽ, nec ideo torpet. Propterea igitur hæc dura & obiurgatoria vobis dico, vt excitẽ vos, vt cõnumeremini inter hæredes promissionis per fidẽ & lõganimitatem. Quinam verò sint illi, posthac exponet. Obserua aũt qui primo loco fidẽ collocarit, deinde longanimitatẽ, quoniã ex fide est lõganimitas. Nisi enim credat aliquis omnino daturũ eũ qui promisit, nunquã erit lõganimis. *Abrahamo enim promittens deus, quũ per neminẽ maiorem iurare posset, per semetipsum*

Gen. 22. *iurauit, dicens: Vere benedicens benedicam tibi, & multiplicãs multiplicabo te.* Quũ plerique alij essent qui per fidem hæreditarint promissiones, alios quidẽ hîc prętermisit, recondens eos tantisper dum alios posthac sit denumeraturus: solius Abrahami autem meminit, ob personæ dignitatem, quòd hic præ-

F cæteris promissione donatus, eam etiam consecutus sit. Per hoc pariter indicat non esse desperandum nobis, sed deũ potius expectandum, cui in mote est non statim, non celeriter præstare quæ promisit, sed post multum tẽporis. Quando autẽ & quomodo iurauit per seipsum deus? Vel ipsis verbis quibus ait, Quoniã per meipsum iurani. forsan autem & particulam ἢ μήν, quispiam dixerit iuramentum dei, quo per seipsum iuret. Nam ἢ μήν, vere iã, vel reuera significat. Quod nihil sanè est aliud, atque confirmatio quædam veritatis. Veritas autem, quisnam alius fuerit præter deum? Sic & in euangelio dominus, Amen, amen, dicens, idem iuramẽtum iurat, quum per seipsum iurat, perinde ac pater. Nonnulli dicunt filium tum cum Abrahamo colloquutum. ait enim scriptura, Dixit ad Abraham angelus. Neque enim pater angelus esse poterat, sed filius, magni consilij angelus. *Et sic in longanimitate perdurans,*

te perdurans, assecutus est promissionem. Quî igitur in fine epi- A
stolæ dicit, illi omnes non retulerunt promissiones, sed emi- *Infra. 5.*
nus eas intuti sunt & amplexi: hîc verò ait Abrahamum cõsequutum esse promissionem? Non de iisdẽ hîc & illic promissionibus adeoq; rebus loquitur, verùm hîc de iis quæ in vita ei promissa erant loquitur, quæ Abrahã sanè est adsecutus longo pòst tẽpore: illic aũt de cœlestibus, quæ nondũ erat assecutus. Vtraq; aũt, & q⁹ consecutus sit, & nõ cõsecutus ad confirmationem pusillanimibus inseruit: alterum quidem, quod & nos, si sæpe longanimi perduremus, assequemur: alterum verò, quod si ille non est assecutus, qui ante nos tot annos consumptus ac deo dilectus vixit, admodum insipiẽtes nos sumus, quum ægrè ferimus nos non assequi. Obserua autem quomodo dixerit, per longanimitatem eum cõsequutum promissio- C
nem, vt ingentem lõganimitatis vim atque potentiã ob oculos ponat, & q⁹ promissio sola totum hoc nõ effecerit, enimvero & longanimitas. Hic autem terret eos, & in causa est vt intelligamus è cõtrario promissionem nimirum abscindi per pusillanimitatem. Atque hoc cõtigit populo olim in deserto. *Pusillanimitas pro*
Qui pusillanimes erant atque hęsitauerant, nulla ratione sunt *missionem*
consecuti promissionẽ. Dicat igitur quispiã, Ecquo modo san- *abscindit.*
cti qui tamen longanimes fuerunt, neque quicquã hæsitarũt, non sunt assecuti, perinde ac iuxta finem dicit? At verò assecuti sunt omnino, verùm qui ex populo murmurarunt, neque assequuti sunt, neq; assequentur. *Homines sane per maiorem*
[illegible], ac totius cõtradictionis ipsis finis est ad confirmationẽ iuramen-
[illegible]. Hoc est, ex iuramẽto soluitur omnis contẽtionis cõtro- B
uersia. Etenim dicũtur quidẽ multa & contradicũtur ex alte
rius parte, sedenim iusiurandũ postremò accedẽs, ac stabiliens,
omnia dubia soluitur. *In quo abundãtius uolẽs deus ostẽdere hæ[illegible]*
promissionis cõstantiã cõsilii sui, interce[illegible]sit iureiurãdo. Hoc
[illegible] postquam sic habet res, vt hominibus iuramentũ omnem
finem afferat, ob eam rem deus etiam iurat. Vel in quo, hoc
ipso quia iuranit per seipsum deus. Abundè autem monstrauit
deus, quòd omnino & impermutabiliter facturus sit quæ no
bis promiserit. Erat sane operæprecium vt vel citra iuramen-
tum crederetur deo, propter nos tamen dimittit seſe, nec
suam dignitatem contemplatur, verùm vt nobis persuadeat:
quanquã etiam de seipso sustinet dicere. Nos enim fide-
les promissionis sumus hæredes, qui in semine eius qui Chri-

Dstus est, benedicti sumus. Animaduerte hîc quomodo etiam
Galat. 3. tum filium dicat mediatorem dei & hominum factum: per ipsum enim tanqnam verbum iurauit deus & pater. *Vt per duas res non transmutabiles.* Quales? quòd simpliciter diceret ac promitteret, tum quòd iusiurandum promissis apponeret. Postquam enim apud homines hoc videtur esse firmius, iusiurandum videlicet, propterea ipse apposuit. In quibus, vel per quas duas res, certissima demonstratur promissio, ac impossibile est mentiri deum. Quemadmodum igitur iurat propter nos (nam indignum erat ipso iurare) sic &, didicit ex quibus passus est, intellige. Etenim homines hunc existimant eum esse veriorem ac certiorem, qui per experientiam agit. E *Fortem consolationem habeamus, qui confugimus tenere propositam spem.* Hoc est, magnam adhortationem & commonitionem, non enim magis propter Abrahamum, quàm propter nos, hoc dictum est. Confugientes ad eam, hoc est sperantes. Vbi autem habemus adhortationem? In eo vt teneamus propositam spem, hoc est, vt ab illis quæ sunt Abrahamo data, de iis etiam quæ ad nos pertinent, certiores reddamur, neque quicquam ambigamus de futuris adeoque cœlestibus bonis quæ speramus, sed firmiter ac tutò retineamus hanc spem, nec dimittamus ipsam. Etenim quæ Abrahamo facta est promissio, ad nos etiam spectat, ac propriè ad nos qui Christo credimus, vt in superioribus memoratum. *Quam ueluti anchoram habemus animæ, tutam ac stabilem.* Quam spem habemus veluti anchoram. Nam F perinde vt illa naues tempestatis tempore firmas constituit, consimilem ad rationem spes agitatos & concussos tentationibus, stabiles & patientes esse facit. Non simpliciter autem anchoram dixit, verum tutam ac stabilem. Est enim & anchora quæ non conseruet scapham inconcussam, si putrida & marcida fuerit, & quando plus æquo lenior. Meritò autem non fundamenti meminit, sed anchoræ, eò quod fundamentum in valde solidis ac grauibus ponitur, anchora verò in iis quæ tempestate quatiuntur, quales fuerunt qui tentationibus fluctuarunt. *Et ingredientem in interiora uelaminis.* In superioribus dixit, Expectate, certò enim euenient quæ sperantur. Iam perfectius certos faciens ait, Etiamnum ea habemus in spe. Ipsa nanque ingressa in cœlum fecit iam nos esse in promissis bonis, etiamsi adhuc infra

infrà in terris simus, etiamsi nondum acceperimus. Tantum A
nest virium spei, vt terrestres cœlestes etiam faciat. Quemadmodum verò in veteri testamento velamen disiunxit sanctum à reliquo tabernaculo, sic & cœlum nobis velamẽ est, Exod. 26
disiungens inferiora ab diuinioribus & supercœlestibus.

Vbi præcursor pro nobis ingressus est Iesus. Quum spem nostram cœlos ingressam dicit, confirmat quod dictum est, per easdem res hoc stabiliens. Etenim Christus ille ingressus est, nec simpliciter, sed præcursor ingressus est, ceu nostri sit præcursor, quorum interfit etiam ingredi. Præcursor enim, quorundam sequentium est præcursor, nec omnino multum est medii ac distantiæ inter præcursorem ac sequentes, quemadmodum neque inter Iohannem & Christum multum temporis interfluxit. Ne igitur ægrè B
feratis si nondum estis ingressi in eum locum, in quo præcursor noster Christus est. Nec contentus fuit dicere præcursor, sed apposuit, pro nobis, ad maiorem confirmationem, perinde quasi hoc dicat: Ipse non habebat opus eò ingredi: quomodo enim quum deus esset? Atenim perinde ac nostrum propter nos assumpsit, sic & propter nos interius cœlum subiit, vt nobis patefaceret & pararet iter. Necessariò itaque ingrediemur & ipsi. Vel pro nobis, est pro eo quod est, vt intercedat pro nobis ad patrem, quoniam & pontifex ingrediebatur in sanctum semel in anno, vt pro populo interpellaret. *Secundum ordinem Melchisedec, factus pontifex in sempiternum.* Hæc maxima etiam nobis est con- C
solatio, ac plurimum nobis leuaminis in quouis casu prębet. Etiam pontifex noster est in supernis, multo præstantior iis qui sunt apud Iudæos, primùm secundum modum, non enim iuxta eorum ordinem, sed secundum ordinem Melchisedec: deinde loco & tabernaculo præstat pontifici Hebræo, suprà illum in cœlis est: postea testamento, in melioribus enim & perfectioribus bonis: tum duratione, sempiternus enim, & non temporarius: postremò persona, filius enim dei est. Proinde ne langueatis animo. Hæc autem omnia propter carnẽ dicta sunt, secundum hanc enim factus est pontifex.

Præcursor noster Christus.

CAPVT

D

CAPVT VII.

Ic enim Melchisedec, rex Salem, sacerdos dei altissimi, occurrens Abrahamo reuertenti à cæde regum, benedixit ei, cui & decimas ab omnibus partitus est Abrahamus. Consilium est apostoli commonstrare discrimen veteris & noui testamentorum, atque hoc statim in exordio indicauit, quum diceret, Veteribus loquutus est deus per seruos prophetas, nobis autem qui sumus in nouo testamento, loquutus est per filium. Quia verò infirmi erant auditores, quippe qui langui E do essent animo & exiguo in tentationibus, illorum pusillanimitatem refocillauit & erexit. interea vsque & deinceps, quum adundè eos erexisset, rursus de excellentia noui testamenti, qua vetus exuperat, inducit sermonem. Considera verò hîc sapientiam diui Apostoli. Ostendit Melchisedec, qui erat typus Christi, excellentiorem Abrahamo. nisi enim fuisset præstantior, non benedixisset ei, nec decimas ab eo accepisset. Quoniam verò ab Abrahamo deducebantur sacerdotes legis, & hos itaque Melchisedec excedit. Sic & ipsis benedicit, ac decimas ab eis recipit, quandoquidem & progenitori eorum benedixerit, ac decimas ab eo sumpserit. Quòd si figura Christi Melchisedec, tantum differt ab sacerdotibus legis, quanto potius verus Melchisedec Xps? Hęc qdē est sentē F tia toti⁹ loci huius. cōcidēs aūt de Melchisedec narrationē, subinfert cōtēplationē, mysticè & spiritualiter historiā ad allegoriā transferens. *Primùm quidem, si interpretis, significat regē iustitiæ.* Ponit hîc ob oculos quanam ratione Melchisedec sit figura Christi: ac primùm quidem ab ipso nomine discere exactā rationem. מלכיצרק Melchi enim rex, sedec autem iustitiam valet. Quis autem alius est rex iustitiæ, præter ipsum dominum nostrum Iesum Christum?

Deinde & rex Salem. Ab vrbis nomine id etiam planum est. Salem enim pacem valet, si interpreteris. Quis autem alius pacis rex est præter Christum, qui pacem fecit in cœlis & in terra, vel pacauit ea quæ sunt in cœlis, & quæ super Coloss. 1. terram? Nulli igitur mortalium conuenit iustitiæ pacisque esse regem, præterquam vni Christo. *Sine patre, sine matre, genealogia carens.* Aliam hic sin.ilitudinem habes. Quemadmodum enim Melchisedec sine patre est & sine matre, nō quòd

Gene. 14 H

Suprà. 1.

quòd non habuerit patrem aut matrem, habebat enim vt ip- A
se mortalium vnus, sed quia generis eius ratio ac deductio non est contexta apud scripturam, neque introducitur nomen parentum eius: hunc ad modum Christus sine patre est secundum humanam naturam, ex sola nanque diua virgine Maria genitus est, quatenꝰ ad carnē attinet. Citra matrē aūt est secundum supernam natiuitatem diuinæ naturæ: ex solo enim patre ante omnia secula ineffabiliter & incomprehensibiliter generatus est. Prętera genealogia etiam vacat, nam generationem eius quis enarrabit? quandoquidem & qui ab æterno genuit eum pater, sit etiam inexplicabilis, atque adeò ipse modus generationis. Porrò mater quæ in terris eum Esaiæ. 53
genuerit, sub rationem non cadit secundum modum generationis, nimirum quomodo genuerit virgo, quomodo sine do B
loribus, ac similia. Christus igitur reuera sine patre ac sine matre est, Melchisedec verò sine patre & sine matre non re
uera, fieri enim hoc non potest, sed quatenus haud inserantur scripturæ eius parentes. Itaque quod ait, genealogia vacans, interpretatur quid sit sine patre ac sine matre, perinde ac si Apostolus asseueret, Hanc ad rationem Melchisedec dicit patre ac matre vacare, quòd genealogia eius in scriptura non exprimatur, nec mentio generis eius in scriptura fiat.
Neque principium dierum, neque uitæ finem habens: assimilatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuum. Hoc etiam perin
de intelliges, vt præmemorata. quatenus enim homo erat, habebat Melchisedec eum principium dierum, tum finem non, verùm quod attinet ad nostrum scire vel cognoscere, neque vnquàm genitus est, neque vnquàm obiit. Quantum ergo ad nostram cognitionem, neque principium neque fi- C
nem habet. Christus itaque reuera, vt deus, neque initium eorum habet, principio enim caret, iuxta principium quod est ab æterno, etiamsi patrem habeat principium, tanquam deum: neque finem, immortalis enim est, atque vt summa- dicam, sempiternus. Vbi sunt igitur Arriani? audiant finem principium non habere. Hanc ad rationem Paulus nos docuit quomodo sit diluendum quod quispiam etiam duce possit, quomodo Christus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: quandoquidem Melchisedec æternus est, nec factus est sacerdos in sempiternum. Diluere igitur hinc, asseuerantes Christum, quum æternus sit & immortalis,

D immortalis, reuera esse sacerdotem. Et nunc quidem vndique seipsum pro nobis offerre creditur per ministros suos, tum appellans potissimum pro nobis ad patrem, ac tum quidem perfectiora offeret patri & sacratiora, seipsum nobis in cibum & potum proponens, nouo quodam modo omnem ingenii captum exuperante. Melchisedec autem sine carens, adeóque immortale & æternum habere sacerdotium dicitur, non quòd viuat semper, mortè nanque obiit, verú quia non traditur in scriptura finis eius, vt inde possimus cognoscere quando sacerdotium eius cessauerit. Quemadmodum igitur in nominibus, in illo sanè solæ appellationes fuerunt, Melchisedec, & rex Salem, in Christo autem rerum veritas: sic & neque principium neque finem habuerit, in illo quidem e-
E rat, quia sacris literis non esset insertum, figura enim erat. In Christo autem secundum veritatem. Si enim vndique futura erat similitudo, non iam figura essent ac veritas, verùm aut vtraque typus, aut vtraque veritas. Nonne autem & in illius hoc imaginib⁹ cernimus? Etem hîc vmbratilis pictura ad perfectã iã imaginẽ habet simile quiddã, quatenus per lineas obscurè adũbrat & effingit nobis formã. habes eriã dissimile; quatenus imago per colores magis perspicuũ necnon euidentiorẽ formã nobis exhibuit, & clariorẽ demõstrauit.

Contemplamini autem quatenus sit ille, cui & decimas Abraham dederit ex primitiis, patriarcha. Quia figuram veritati adaptauit, vel quæ sunt Melchisedeci, Christo, confidenter iam deinceps demonstrat, typum ipsum, hoc est Melchisede-
F cum, ipsis apud Iudæos veris sacerdotibus splendidiorem eisse, nec ipsis solis, verumetiam patriarcha ipso. Si autem typus illis est præstantior, quanto potius verus pontifex Christus istis erit præstantior? Cui dono offerebat, non vulgaris certè homo, sed Abraham talis tantúsque patriarcha. non enim citra rationem patriarcha appositus, verùm vt attolleret personam, & ex primitiis, hoc est ex spoliis regum, & honoratiorum. Nec dici potest, quòd veluti ei qui vnà bellum gesserit cum eo, ac auxiliatus sit ei, diuiserit compensatione laboris, sed domi residenti. Eam enim ob rem & suprà præ-
dixit, quòd occurrerit Abrahamo reuertenti à cæde regum.
Num. 18. Si autem patriarcha maior est, quod ipsa decimarum datio sanè indicat, quanto magis sacerdotibus legis?

Porrò alii quidem ex filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum

habent ut decimas accipiant à populo secundum legem, hoc est, à A
fratribus suis qui egressi erant ex lumbis Abrahami. Cui autem ex il-
lo genealogia non texitur, decimas accepit ab Abrahamo. Confirmat iam & ostendit quomodo sit maior Melchisedecus Abrahamo, inquiens: Qui ex Leuitica tribu sacerdotio funguntur, decimabant populum. Hinc planum est, quòd illum præstantiores, tum honestiores & honoratiores erant propter sacerdotii dignitatem. Cuius enim rei gratia ex populo defessi ac afflicti, sacerdotibus non laborantibus neque agrum colentibus decimas offerunt ex omni genere? nonne veluti omnino diuinioribus, maioríque operi vacantibus? Tanta est sacerdotii dignitas, adeóque qui eo fungun-
tur, altiores sunt propriis fratribus, atque iis qui ex eodem lumbo sint egressi. Melchisedec igitur postquam decimauit B
Abrahamum, quum tamen ex eo non denumeraretur ei genealogia, id est quum non esset ex eius genere, alienigena etiam erat, potiori ipso est & altior. Quomodo enim extero & alienigenæ dedisset decimas Abrahamus, ni multo honore ac dignitate floruisset? Quòd si Melchisedec figura, Abra-
mo secundum hanc est præstantior, multo magis Christus verus pontifex excellet sacerdotes legis.

Et habenti benedictiones, benedixit. Quia suprà & infrà e- *Gene. 12.*
os quòd magnificaret Abrahamum, hoc est, in cœlo ac ter- *& 15. &*
ra, quòd promissiones ab deo accepisset, apponit hoc nunc, *17 & 22*
quoniam tantum ac talem, qui diuino colloquio dignus fuit C
habitus, tum qui haberet debitorem deum, hunc, inquam,
ram Xpi benedixit. *Citra oẽm aũt cõtradictionẽ, quod minus est*
potiori benedicitur. Abrahamo ab Melchisedeco benedictũ es
affirmauit. Oẽs aũt palã & irrefragabiliter scimus q⁹ bene
dicẽs maior est aç pstãtior benedicto, vel eo cui benedicitur.
Minor itaq; est Melchisedec Xpm prefigurãs, ipso patriar-
cha. *Et hic quidem decimas hoies morientes accipiũt, illic aũt testi-*
monium habens quod uiuat. Aliud est argumẽtũ, quo demõstrat
multo prestantiorẽ sacerdotib⁹ legis Melchisedecũ. Hic eñ, hoc est in le
ge, decimas accipiẽtes moriũtur: illic aũt, hoc est in causa se-
cundũ Melchisedecũ, decimas accepit, cui testimoniũ scriptu-
ra dedicit q⁹ viuat. Tu eñ, inqt, sacerdos secũdũ ordinẽ Melchi
sedeci. Viuere aũt semper Melchisedecũ, sic intellige perinde
ac suprà memoratũ est, hoc q⁹ scriptura nõ faciat mẽtionem
mortis eius. Nonnulli verò mori Leuitas, & viuere Mel-
chisedecũ

D chisedecum sic intelligunt, quòd modus Leuitarum sacerdotij, mortalis erat, abolitum est enim: ratio autem sacerdotij Melchisedeci, seu vitæ secundum Christum, viuit & manet, semperque durabit. *Atque ut uno uerbo dicam, per Abrahamum & Leui decimas accipiens, decimatus est.* Ne diceret queans legales sacerdotes, Ecquid ad nos si Abrahamus decimatus est? Quoniam per Abrahamum, vt medium, Leui etiam decimas dedit. Princeps porrò sacerdotij apud nos est, qui decimas accipit. Num igitur & Leui Melchisedecus est melior, ab ipso etiam decimas accipere visus per intermedia toré Abrahamū? Quod autē ait ὡς ἔπος εἰπεῖν, vel hoc significat, vt breuiter dicā, vel vt sic dicam. Quia enim audacia vi-
E debatur affirmare, quòd priusquam in mundum productus esset per natiuitatem decimas dederit Melchisedeco correxit hoc. *Adhuc enim in lumbis patris erat, quando occurrit ei melchisedec.* Quanā ratione Leui decimatus sit, astruit. Quū enim progenitor eius decimatus esset, ipse potētia pariter decimatus est, quippe qui tum in lumbis Abrahami erat, ac ex semine eius nasciturus, & in mundum prodituru, etsi nondum natus esset. Nec dixit Leuitæ, sed Leui, vt excellentiam ostēdat. Papæ, quantum ausus est? reiecit planè Iudaica, eamque ob rem in superioribus prædixit, Segnes facti estis, quia talia dicturus erat, ne resilirent. Præparatis igitur ipsis atque
præmunitis vt volebat, sic iam dicit quę vult. Non enim quē
Supra. 5. admodum terra recepto semine auget ac crescere illud facit,
sic anima verbum continet, & alit, & fouet. Isthic enim natu-
F ra est quæ stabilitatem ac robur habet: hīc autem voluntas, res innumeris modis varia, & facilè alterabilis. Quare oportet doctorem aut præceptorem multum circunspectum esse.

Si igitur perfectio per Leuiticum sacerdotium erat (populo enim ad ipsam lex sancita erat) quid adhuc opus erat secundum ordinem Melchisedec alium exurgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaronis dici? Iam antè abundè satis Melchisedecū longè præstantiorem in ordine Leui factum ostendit, nūc rursus aliud argumentum adducit, confirmans quòd sacerdotium secundum Christum longè sit excellētius Leuitis, & quòd Christi sit perfectum, illorum autem sacerdotium imperfectum. Nam si perfectum erat sacerdotium legis, secundum ordinem Aaronis precium erat operæ exurgere sacerdotem. nam Aaron ex tribu Leuitica erat. Atqui non secundum ordinem

Aaronis,

Aaronis, verùm secundum ordinem Melchisedeci dicitur ex A
gere sacerdos. Reliquum est igitur, vt veluti imperfecto
aliud quoddam introducatur. Particula adhuc, magnā
gnificantiam habet. propemodum enim hoc dicit: Si Chri
us secundum ordinem Melchisedeci fuit antea, ac deinde
t est sancita, non immeritò quis dixerit ꝙ veluti imperfe-
o sacerdotio secundum Melchisedec, datum sit sacerdotiū
cundum legem, Aaronis nimirum. Nunc autem posterior
s Christus, Aaronem nempe sequutus, & aliam sacerdotij
nam accepit. Perspicuum est igitur ꝙ veluti imperfectio
existente sacerdotio Aaronis, aliud introducitur. Quid
em est, super ipso populo lex sancita erat? hoc est, non po
t quispiam dicere quòd perfectum sit sacerdotium secun- B
m Aaronem, aliis autem datum est, non Hebræis quibus-
m, sedenim omnino populo datum est, atque ad ipsum sa-
dotium populo lex est lata, hoc est finitum est, vt vteretur
o, atque huc, ad sacerdotium nimirū, iret, atque per ipsum
nia ageret. Quur igitur eiectum est? ꝙ nimirum inualidū
t. *Translato nanque sacerdotio, necessario etiam legis trasla-*
tio. Ostendit iam legem abolitam esse, ac necessariò aliud
amentum surrogatum. Si enim sacerdotium translatum
, necesse est legem etiam aliam esse. sacerdos nanque abs-
e testamento & legibus & præceptis non est. Translatum
autem sacerdotium non solum modo & ceremoniis, vt nō
rrò secundum ordinem Aaronis, sed secundum ordinē
elchisedeci, verumetiam secundum tribum & gentem. D
enim ab tribu sacerdotali Aaronis ad regiam tribum Iu-
est transpositum. Considera hìc mysterium. Primùm erat
da, sicque facta est sacerdotalis, perinde ac Christus sem
est rex. Postremò autem pontifex factus est, quando car
accepit, quando victimam sese obtulit. *Ad quem enim di-*
cuntur hæc, alterius tribus consors est. Quomodo sacerdotium
ad tribum translatum sit, monstrat. Christus, inquiens,
quem, hoc est, de quo dicuntur hæc, & ad quem peruе-
t, alterius est tribus, nempe Iuda. *Ex qua nemo attendit al-*
tari. Ex qua tribu Iuda, nullus attendit, hoc est, astitit altaramque gessit sacerdotalium operum. *Perspicuum enim*
est ex Iuda ortus est dominus noster. Grauis & insignis dictio
ortus est, ex Balaam prophetia desumpta dicentis, Orie- *Nu. 24.*
stella ex Iacob: & ex Malachia, solem iustitiæ appellan- *Malac. 4*

te

D te ipsum. Per quæ ostenditur ad illustrantionem mundi aduentum domini factum esse. *Ad quam tribum nihil de sacerdotio moses loquutus est.* Omnia enim quæ ad sacerdotium pertinebant, ad Leuiticam tribum retulit: ad tribum verò Iuda, quæ rei bellicæ imperium spectabant. *Abundantius adhuc perspicuum est, si secundum similitudinem Melchisedeci exurgit sacerdos alius.* Quid est perspicuum? medium vtriusque sacerdotij, vel differentia, vel alteratio sacerdotij ac testamenti. Nō solùm ex hoc indicatur quòd ex alia tribu sit qui exurgat sacerdos, & non ex Leuitica, verumetiā ex hoc quod dicemus, fusius, demōstratur. Siquidē iuxta ordinem Melchisedec, & quæ sequuntur hoc est, quandoquidem secundū ordinē Melchisedec exurgit sacerdos. *Qui non secundum legem mādati carnalis factus est, sed secundum potentiam uitæ indissolubilis.* Qui

E Melchisedec non legalium sacerdotum instar factus est, illi enim accipiebant sacerdotium ab lege carnalia mandata habente. Circuncide enim carnem, inquit, & ablue carnem, & ornare carne, consequerisque bona carnalia. Melchisedecus autem non sic, sed diuina virtute factus est sacerdos, vt viuat semper, ac indissolubile sit ei sacerdotium. Viuere autem, vt suprà memoratum intellige, nimirum quòd non sit cognita eius mors: vel relatiuum (qui) de sacerdote, accipe, perinde quasi dicat, Qui sacerdos alius, hoc est Christus, non iuxta legale mandatum, carnale accepit sacerdotium, sed per potētiam patris, vel propriam suā, ac indissolubile isthuc sacer-

F dotium retinet. Consectarium igitur erat, post carnale spirituale subsequi ac introduci. Quomodo igitur intulit, secundum potentiam vitæ indissolubilis, ac nullis vnquam seculis finiendæ? hoc est, propria virtute ac potentia viuit Christus.

Testimonium nanque ei dicitur, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedeci. Explanat qui dixerit, indissolubilis vitæ: quoniam scriptura dicit, in sempiternum enm fore sacerdotem. Quidam verò non hoc eum efficere intellexerunt, cætetùm qui non sit factus secundum legem mandati carnalis. Nam si secundum legem factus esset, operæpreciū erat eum secundum ordinem Aaronis dici sacerdotem. Nūc verò postquam secundum ordinem Melchisedec scriptū est, planum est quòd non secundum legem, sed secundum aliam diuiniorem quandam rationem factus sit.

Reiectio enim fit præcedentis mandati, propter imbecillitatem & incom-

mododitatem. neminem enim lex perfecit. Legis translatio A
tem factam esse dixit, quo demonstrato inquirit deinceps
sam. homines enim nos tum tandem quiescimus, quum
uiam didicerimus. Ac dicit per ipsum factam esse reie-
ctionem, hoc est alterationem & eiectionem præceden-
ti mandati, hoc est prioris testamenti, eò quòd inuen-
tum sit inutile & imbecille. Quid igitur? Nemini com-
modauit lex? commodauit: verùm vt perfectos faceret, *Legis im-*
non commodauit. Infert igitur: Neminem consummauit. *becillitas.*
Quomodo autem erat infirma? Quòd solis denunciaret lite-
ras, hoc fac, isthuc prætermitte. nihil autem virium submini
strabat, quibus mandata perficerentur: quod nunc contin-
git nobis per spiritum paracletum. At verò insultant hîc le- B
gem calumniantes hæretici: Ecce, asserētes, diuus etiam Pau
lus legem reprehendit. Atenim non dixit eam prauam, ô in-
sipientes, verùm & inutilem & infirmam ad consummandū
delicet. Quemadmodum enim lac vtile est infantibus pro
berate, adultis autē & perfectis inutile: haud secus lex im-
perfectis Iudæis est vtilis, abducēs eos ab idolis, & vero deo
reducens, conuenientiáque mandata eis tradens. Perfectio-
nem autem indigis non porrò cōmodat. carnales enim præ
cepebat cum victimas tum purificationes, quibus spiritua-
les perfectò non indigent: propterea nunc reprobata est.
Reiectio autem est regnantium reiectio. Lex itaque regna- C
bat olim, quum tempus ei relictum esset. *Subintroductio autem*
melioris spei, *per quam appropinquamus deo.* Reiecta & antiqua- *Iudæorū*
ta est lex, superinducta verò est spes, non qualis erat Iudai- *spes.*
corum. sperabāt enim & illi sese deo placentes obtēturos promis
sam terram, hostibus item superiores se futuros, adeóque om
nia corporalia bona sperabant. Nostra verò spes non est
huiusmodi, sed multo potior. cœlum enim speramus, ac vici- *Supr. 6.*
nos esse deo, atque assistere ac ministrare ei vnà cum an
gelis. In superioribus sanè dixit ingredientem in interiora
velaminis, nunc autem, per quam appropinquamus deo.
Ducit enim nos ducit ad ipsum diuinum thronum, atque ad
propitiatorium collocat atque transfert.

Et non est quantum non est sine iureiurando. En aliud discrimē no
sacerdotis & veterum, & vtriusque testamenti. Non enim
explicite promissum est Christi sacerdotium, sed cum iure
iurando: vt abunde satis verbū dei ratū & firmū redderetur:

quod

D quod & suprà dixit, Iurauit de⁹ Abrahamo, ob maiorem cer-
Ibidem. titudinem. *Alii enim sine iureiurando sunt facti sacerdotes, hic uero cum iureiurando, per eum qui dicit ad ipsum, Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in sempiternum secundum ordinẽ*
Psal.109 *Melchisedec.* Sacerdotes, inquit, legis absque iureiurando cõ-
stituuntur. de nullo enim inuentus est iurare deus, Tu eris
sacerdos secundũ legem: Christus autem facto iureiurando,
per deũ, qui ait ad eu, Tu es sacerdos nouo quodam modo.
Non enim secundũ Aaronẽ sed secũdũ Melchisedec Christ⁹
est sacerdos. *Ac tanto melioris testamenti factus est responsor Iesꝰ.*
Hoc est, quatenus iurauit semper ipsum fore sacerdotem. nõ
enim iurasset nisi maior esset proinde nouum testamentum
veteri est præstãtius. Quid autem ἔγγυος, sponsor? fideiussor,
mediator. *Ac plures quidem illi facti sunt sacerdotes, quandoquidem per mortem permanere uetabantur. Hic uero quia manet in sem-*
E *piternum, nunquam præteriturum sacerdotium habet.* Excellentiã
hîc indicat quam Christus habet suprà legis põtifices: Illic,
inquiẽs, multi sunt, eò quòd mortales sunt: hîc verò vnus est,
eò quòd siti immortalis. Habet igitur sacerdotium quod nõ
prætereat, hoc est, quod non præcidatur, nec successionem
recipiat. Animaduertis tanto maiorem esse Christum, quan-
to immortale præstantius est mortali. *Vnde & seruare potest*
perfecte, accedentes per ipsum ad deum. Quia, inquit, immorta-
lis est, potest omnibus præesse ac seruare ad perfectum. hoc
est, non temporariam salutem impertiri, sed enim perfectã,
tam hic quàm in futura vita. Siquidem in veteri testamento
F pontifex etiamsi præclarus & omnibus admirationi esset, il-
lo tamen sõlummodo tempore offerebat, quo pontifex erat,
1.Reg.7 velut Samuel, & illiusmodi: posthac autem non item. morte
& 9 & 16 nanque impediebantur. Hic autem sempiternus, ac nunquã
non uiuens est pontifex: igitur perfectè etiam seruare æter-
num potest accedentes per ipsum, hoc est per fidẽ in ipsum.
Iohã.14. Nam qui in filium credit, omnino ad patrem accedit. nã ip-
se est via ad patrem, quam qui adprehenderit, ad patrem di-
uertit. *Semper uiuens, ut intercedat pro ipsis.* Propter carnẽ adeò
humiliter hoc dictũ est: secũdu carnẽ enim põtifex est sanè.
quatenus autem pontifex est eatenus intercedere dicitur.
Porrò mortuos excitans & viuificans instar patris quomo-
Iohan.5. do iam vbi conseruare eum conuenit, interpellat? Qui om-
Matt.13. ne iudicium habet, quomodo intercedit? Qui emandat ange-

los, vt hos quidem in caminum iniiciant, illos verò conser- A
uent? Propter humanam igitur naturam hoc dictum est, q⁹
intercedat. Condescendens enim atque attemperans sese au
ditoribus Paulus, Ne metuatis, inquit, neque dicatis, Næ a-
mat quidem nos, & fiduciam habet ad patrem, sed non sem-
per potest curam gerere nostri. ne hoc dicatis. Viuit enim: &
semper pontificium opus pro nobis perficere potest. Quan-
do autem humanitatem dixero, non segrego ipsam ab diui-
nitate. vna enim vtriusque est persona vel subiectum. Do ve
ro auditoribus, vt quæ vtramuis naturam deceant, intelli-
gant. Præterea quòd Christus carnem ferens patri assidet, in
tercessio est pro nobis, tanquam caro pro nobis exoret pa-
trem, vt quæ ob hoc ipsum omnino sit assumpta, nimirum
pro nostram salutem. *Talem enim decebat nos habere pontificem,* B
qui esset sanctus, & uitii expers. Perspicuum est ex his quòd &
hoc de carne loquatur, & quę antehac dixit. Quis enim de
tanto talia dixerit, & non erubescat incomprehensibili illi na-
turæ hæc apponere? Sãctus igitur & pius est, vt qui nihil prę
ter mittat quæ eius interstant. ἄκακος autẽ, hoc est dolo & ma
lo carens. Non enim inuentus est, inquit, in ore eius dolus.
Immaculatus. Neque has quispiam dixerit dei esse laudes: 1.Petri.2
naturam enim habet vt non coinquinetur. At qui perspicuũ
est quòd de humanitate vnius Christi hæc dicat. *Segregatus*
a peccatoribus, & altior cœlis factus. Pontifices legales, inquit,
etsi cætera fuerint sancti, vt homines tamen aliquid vi-
tio attrahunt, nec omnino seiuncti sunt à peccatoribus. Quî
enim hoc fieri possit, quum & ipsi peccatis sint obnoxij? Præ
terea nemo ipsorum in cœlis fuit, noster verò hic pontifex, C
vbi nterquam quòd plenus sit omnis virtutis, & à peccatori-
bus segregatus, altior etiam ipsis cœlis factus est, super pa-
tris solio sedens. Quum factus ait, rursus planum fit quòd
de Christo loquatur secundum carnem. Vt dei enim verbũ,
super est cœlis altior. *Qui non habet quotidie necesse, perinde*
ac pontifices, primum pro propriis peccatis uictimas offerre, deinde
pro populi. Nostrum pontificem à peccatoribus seiũctum
esse quum dixisset, dilatat nunc & fusius isthuc commõstrat.
Ideo liber est à peccatis, inquit, vt & victimam vel sacrum
offerens proprium corpus, non pro semetipso hoc obtulerit,
quomodo enim, qui peccatum non fecerat? sed pro nobis. In
super & hocinde colligitur. Legis Mosaicæ pontifices quo-

D tidie obtulerunt, vt qui non possent semel purificare. Noster autem pontifex huiusmodi obtulit sacrificium, quod adeò præclara potuerit, vt semel per ipsum vniuersum mundum purgarit. Quare & in hoc excellit illos Christus. *Hoc enim fecit semel seipsum offerens.* Quale hoc? vt offerret pro populi sanè peccatis, non pro semetipso. semel, inquit, sacrum fecit, posthac verò vt dominus sedet. Ne enim quum audis eũ esse sacerdotem, existimes eum perpetuò stare, ac ministrum esse, ostendit quòd diuina prouidentia factus est sacerdos, dispensatione autem transacta proprium rursus decus & fastigium recepit. *Lex enim homines constituit pontifices, infirmitatem habentes.* Ne intelligas quòd semel quidem obtulerit, enim

E uero pro semetipso, ostendit nunc q̃ non pro propriis obtulerit victimam peccatis: lex enim exiguos homines pontifices facit, infirmitati obnoxios, hoc est, qui non possint obstare peccato, sed qui ceu infirmi impingant, & in errores & peccata ruant. Hic verò qui adeò potens est vt filius, quomodo peccatum habeat? peccato autem non infectus, quur offerret pro seipso? Sed ne pro aliis quidem sæpe sacrum fecit, sed semel tantum. Quũ enim potens esset, sufficiebat perpetua oblationem quæ semel fieret, adducere patri vniuersum orbẽ, & perficere accedentes. Per infirmitatem autem, ipsum patrem peccatum intelliges, perinde ac sæpenumero Paulus hic

F dicit, vel ipsam adeò mortem. Nam quum mortales essent le-
Rom. 5. & 14 & 1. Cor. 8. & 11. gales pontifices & infirmi, neque ipsi peccatis caruerunt, neque alios ab iis mundare potuerunt. Noster verò immortalis est & fortis, Audi verò reliqua. *Verbum autem iurisiurandi quod est post legem, filium in sempiternum consummatum.* Obserua contraria. Isthic lex, hîc sermo verò iurisiurandi. hec est, certissimus, verissimus: isthic homines serui omnino, hîc verò filius, dominus videlicet: isthic infirmi, hoc est, impingentes, peccatis infecti, morti obnoxij, hic verò in sempiternum consummatus, hoc est, potens, sempiternus, non nunc solummodo impeccabilis, sed semper. Si igitur perfectus est, si nunquam peccat, si semper viuit, quomodo igitur pro seipso obtulit, & non pro aliis potius semel sacrum fecit?

CAPVT

CAPVT VIII.

A

Caput quid dicẽ tur.

C *Aput autem eorum quæ dicuntur, est, Talem habemus pontificem, qui sedet in dextera throni maiestatis in cœlis.* Caput semper quod maximum est, & summa rei dicitur, & siquãdo quisquã quod præcipuum est, se breui comprehen-

sorum dicit, in capite vel summa sese verbum facturũ dicit. Vt enim caput, licet paruũ sit, p̃cipua tamẽ corporis pars est, sic ad modũ apostolus, Caput, inquit, eorum quæ dicta sunt vel dicuntur, hoc est, vt dicã quod maximũ est & præcipuũ, nobis, deum habemus pontificem. sedere enim in dextra, huius est alterius, quàm dei. Obserua autem quòd quum a- B pud multa humilia dixisset, quod genus sunt. pontifex, interpretatur ad patrem, & quæcunque humanitatis sunt, in altum descendit, tum quòd deitatis est sedere. Facit autem hoc semper, perinde ac præceptor eius in euangelio, vt per abiectiora huiusmodi perducat auditorem vt verbum recipiat, aliàs eorum non assequitur auditor, nisi paulatim ascendat: & vt per sublimia doceat humilia ista fuisse ex indulgentia, & conformatione nostri, vt nobis se acclinatum ostenderet dominus ille filius dei. Thronum autem maiestatis, patrium dicit, vel quòd pater etiam ipsa maiestas dicatur, vel quòd simpliciter thronus maiestatis, sit thronus maximus.

Sedere, deitatis ẽ.

Sanctorum minister. Acquè ac legis terreni pontifices in D adytis ministrantes in sancta sanctorum ministrabant ac sacrum fabricabant, hunc ad modum ille reuera sanctorum, ac verorum adytorum, supercœlestium nimirum, est minister. Y Supra. 1. dicebatur autem sibi ipse hîc aduersari Paulus. in primordiis quidem epistolæ dixit, Ad quem angelorum dixit, sede? &, quidnam omnes administratorij spiritus sunt? quasi videlicet ille ministri sedere non deberet. Hîc verò posteaquam assedere eũ sedere in dextera throni, rursus inducit eum ministrum. Qui igitur isthuc fit? Aut vt omnino indulgeat auditoribus, atque humilia summis permisceat, hæc dicit. Vel vt quidam intellexerunt, minister sanctorum, pro sanctificatorum ab ipso hominum. Noster enim, inquit, pontifex est.

Ac tabernaculi ueri quod fixit dominus, & non homo.

D Hîc excitat eos qui ex Iudæis crediderant. Quia enim verisimile erat eos dubitare, Tabernaculum huiusmodi nō habemus: En maius, inquit, tabernaculū hîc & verū, cœlū ipsum. Vetus nanque tabernaculum figura erat huius, & illud quidem homo fixit, vel Beseleel, vel Melchisedec, hoc autē deus. Hinc obserua secundum diuum Iohannem Chrysostomum, quòd cœlum neque moueatur, neque rotundum sit. vtraque enim tollit quod ait, fixit. *Omnis enim pontifex ad offerendum dona & uictimas constituitur, unde necessarium est habere aliquid & hunc quod offerat.* Quia dixerat eum sedere, ne imposturam arbitreris dicere eum sacerdotem esse, Etiamsi, inquit, sedeat, propterea tamen non amisit quòd non sit pontifex. omnia nanque quæ sunt pontificum, habet, ac quemadmodum illi offerunt, sic & ipse obtulit semetipsum. Sedere nanq; dignitatis est: pontificatu autem fungi, multæ magnæque est clementiæ. Maximè verò quur mortem subiisset, si filius dei E ac sempiternus erat, quum ita inquirerent nonnulli, diluit hoc, inquiens: Postquam sacerdos erat, sacerdos autem sine hostia non est, necessarium erat habere quiddā & hūc quod offerat. Hoc autem nihil erat præter ipsius corpus. necessariò, itaque mortuus est. Doni autem & victimæ, exacta quadam ratione est discrimē. θυσίαι, victimæ vel hostiæ sunt, per sanguinem & carnē oblationes: vel quod exactius est ac certius, omnia quę per ignem sacrificantur. θυσία enim, id est victima, propriè est à verbo θύειθαι, quod est, θυμιᾶσθαι, hoc est ardere, vel suffitum edere. Dona autē sunt vt fructus, & quę F eunque alia exanguia & igni carentia. Interim tamen & in discriminatim in scriptura vsurpata inueniūtur, vt, Respexit deus in Abel, & dona vel munera eius. fuerant autem ex primogenitis & ex ouibus. Ad Cain autem & victimas eius nō attendit. atqui à fructibus terræ erant. Sin quisquā adæquare conetur hoc frigidis dilutionibus, quas ne ipsi quidem ignoramus, seipsum tamen nescio quomodo absoluet, ne insimuletur indiligētis scripturarū lectionis. Sæpe nāq; aliàs in discriminatim hæc sunt posita. Possem aūt innumeros locos innumeris cōferre & apponere, nisi ineptiarū hoc videret negocium: attamen sufficiet nobis Apostolus, qui simpliciter quæcunque offeruntur, sic appellare consueuit, in sequentibus, quæ audi. *Nam si super terram esset, non esset sacerdos, quum sunt sacerdotes qui offerant secundum legem munera.* Adhuc illud confir-

Cœlū neq; mouetur, neque rotundū est.

Exod. 4.

Donū & uictima differunt.

Gene. 4.

confirmat. Etiamsi non sit infrà super terram, sed suprà in A cœlis, non prohibetur tamē quo minus sit sacerdos. Animad uerte autem hîc sapientiam. Ex quo enim magis quispiā colligeret eum non esse sacerdotem, nimirum quòd non habeat locum super terram, in quo pontificatus munere fungatur, ex hoc ipse potius confirmat quòd sit sacerdos. Propter hoc ipsum, inquit, sacerdos est, quòd in terris locū nō sit nactus. Si enim super terram esset, sacerdos non esset. fuissent enim alij in terris sacerdotes, & quædam hinc dissensio nasci videretur. Iam verò cœlum habens locum, & illuc corpus suum transferens, illic simul interpellat pro nobis ad patrem. Itaque quia in supernis est, propterea magis est sacerdos. *Quia exemplari & figuræ seruiunt cœlestium.* Hîc excellentiam ostendit terreni sacerdotij: vetus enim testamentum, exemplar & B umbram, nostra verò in nouo testamento, supercœlestia. Quando enim nihil terrestre, sed omnia sint spiritualia quę in mysteriis transiguntur & sacramentis, vbi hymni angeli et, vbi claues, peccatorumque remissio, & rursus nexus & li atio, quando nostra cōuersatio in cœlis est, quomodo non supercœlestia, quæ sunt in testamento nostro? Horum igitur ilij figuræ fuerunt & exemplaria, hoc est, obscuræ picturæ, quæ in veteri testamento submonstratæ sunt Mosæ. *Perinde ac responsum est Mosi consummaturo tabernaculum. Vide enim, inquit, ut facias omnia iuxta exemplar monstratum tibi in monte.* Post Exod. 25 quam ea quæ oculis nostris cernuntur, magis deprehendimus quàm quæ per auditum discimus, propterea deus Mosi C monstrauit omnia, non solùm constitutionem tabernaculi, verumetiam quæ ad sacrificia & aliam culturam pertinerēt. *Hunc autem excellentius assecutus est ministerium.* Ab illa sententia hæc dependent, nimirum. Si enim super terram esset, nō esset sacerdos. Iam verò quum super terram non sit, sed cœlum habeat sacerdotio suo locum, excellentius assecutus est ministerium, hoc est, non est ei ministerium tale, quale est pontificum super terram, sed cœleste, tanquam locum habēs proprij sacri cœlum. *Quanto melioris testamenti est mediator.* Quum extulisset Christi sacerdotium à loco, à sacerdote & victima, testamenti iuxtà discrimen posuit. Næ & antea dixit imbecille esse & inutile vetus testamentum, propter inscientiam auditorum, sed protinus ab ea discessit disputatiōe. Nunc autem immoratur orationi de hac re, commonstratq;

D nouum testamentum esse præstantius veteri, hoc est euangelium, cuius & mediator ac dator est Christus. Ipse nanq; nobis Euangelij minister factus est, serui forma accepta, quem admodum legis mediator erat Moyses. *Quod & super melioribus promissionibus sancitum est.* Quod potissimum eos qui ex Iudæis crediderant fideles refrigerauit, hoc ponit nempe q̃ te
Deut. 28 stamenti nostri meliores sint & præstantiores promissiones. Non enim terræ bona, prolisq; fœcunditas, & liberorum abundantia, sed cœlorum regnum Euangelium seruantibus promissum est. Ne igitur sitis pusillanimes, excellentiores sunt euangelij promissiones. stultum est autem potiora habentes defatigari. *Si enim primum illud erat irreprehensibile, non secundo quæreretur locus.* Cõsidera ordinem. Dixit melius esse testamentum secundum Christum, veteri. Vnde hoc pla
E num fit? quoniam, inquit, in melioribus promissionibus sancitum est. Nam si potiores sunt promissiones, & mercedes, perspicuum est quòd melius sit etiam testamentum, ac promissa diuiniora. Vnde autem liquet quòd præstantiores promissiones? Quia illud quidem reiectum & abrogatum est, inquit, hoc verò surrogatum. Propterea nanque nouum testamentum regnat, & primatum obtinet, quia melius: & perfectius. etenim si illud esset irreprehensibile, hoc est, si immaculatos faceret, non alterum introduceretur. Vel perinde ac peculiariter cõsueuimus dicere, Nõ est immaculata domus, pro eo quod est, defectum habet vel putredinem: sic & vetus
F non dicit esse immaculatum, non quòd prauum sit, verùm q̃ non possit consummare, vt quod infantibus traditum sit. *Accusans enim eos dicit.* Non dixit, accusans ipsum, videlicet testamentum, sed eos, hoc est Iudæos, qui non potuerunt consum
Hiere. 13 mari per legis præcepta. *Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & perficiam super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum.* Apertius hîc demonstrat vetus testamentum esse antiquatum & abrogatum. Deum enim per Hieremiam inducit loquentem. Quoniam aliud nouum fœdus feriam, hoc est, nouum testamentum, non quemadmodũ intelligũt Hebræi,
Esdras. quòd Esdras renouarit scripturam. non enim per eum noua facta est scriptura, sed rursus vetus remansit, etiamsi abillo recollecta sit.

Non secundũ testamentum quod pepigi cum patribus ipsorum, in diebus quibus apprehendi eos manu sua, vt educerem eos ex Aegypto.

Ne quis

Ne quis suspicetur fœdus ac testamentum illud eiectum esse, D quod pepigerit dominus cum Abrahamo, adiecit, in die qua apprehẽdi eos manibus suis. Fœdus enim, inquit, quod est in Exod. 32.
Exodo, eiicere volo, quod datum est in mõte Sina aduersum Gen. 22.
patres vestros qui vitulum fecerãt. Testamẽtum enim seu fœ Galat. 3.
dus ad Abrahamum factum, in Christo cõsummatum est. In semine, inquit, tuo benedicẽtur omnes gẽtes. In semine tuo, qui est Christus. *Quia ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus.* Viden' primũ ab nobis ma-
lo initium ducere? Ipsi, inquit, non permanserunt, propterea & neglexi eos. Bona quidẽ & beneficia ab ipso ordiuntur & originem ducunt. Quasi ergo se defendat, causam ponit ob quam derelinquat eos, propter ipsorum, inquit, incõstantiã. E
Quoniam hoc est fœdus quod feriam domui Israel post dies illos, dicit dominus. Post dies illos, quales? Nonnulli dicunt exitus, in quibus data est lex Mosaica. Mihi autem videtur de illis diebus loqui, de quibus paulõte dixit, Ecce dies veniũt. Quum ergo venerint dies illæ, huiusmodi fœdus feriam, quale dein ceps audies. *Dans leges meas in mẽtem ipsorum, & in corda eorum inscribam illas.* Ostendat hîc quæso Iudæus quando testimonium hoc non scriptum assumpserit. Etenim post redi
tum é captiuitate Babylonica, literis mãdatum est ab Esdra. 2. Esdr. 8
Apostoli verò nihil scriptum acceperũt, enimuero in cordi- Actu. 2.
bus suis acceperunt legem spiritus. Hinc Christus dixit, Pa- Iohan. 14
racletus vbi venerit, ad memoriã reuocabit vobis omnia, ac docebit vos omnia. *Et ero ipsis in deũ & ipsi erũt mihi in populũ.* F
Hoc trãsactũ est per euãgeliũ. Qui enim ãtea idola colebãt, nunc verum Deum agnoscentes, populus eius facti sunt. *Et non docebunt unusquisq; proximum suũ, & unusquisq; fratrem suum, dicens, Cognosce dominum: quoniam omnes scient me a paruo ipsorum usque ad magnum ipsorum.* Doctrinã hîc laboriosiorem institutionem dicit. Ecce enim palàm cernimus quòd non multis verbis apud mentis cõpotes indigeamus vt persuadeamus eis in Christo fidem adhibeãt. Iudaica enim legislatio in vnum angulum concluſa erat, pauciq̃ hãc norant, Apostolorum autem sonus in omnẽ planè terrã est egressus. Insuper Christo in terris per carnem agentẽ, naturamque nostram per assumptionem diuinam faciente, resplenduit in omniũ animis veræ cognitionis dei lumen, ac veluti quædam aptitudo inita est humano ingenio per gratiã, vt verè agnosceret deũ.

A *Quoniam propitius ero sceleribus eorum, & peccatis eorũ, & iniquitatem eorum non reminiscar amplius.* Per baptisma abluens nos à sordibus præteritorum peccatorum, non amplius meminit eorum quæ antéa fuere abluta. *Quum dicit nouum, antiquauit primum.* Interpretatur propheticum vocabulum, inquiés. Quia hoc ipsum quod nouum nominauit, omnino indicat primum vetus videri. *Quod autem antiquatur & consenescit, est prope exterminationem.* Accepta à propheta libertate & fiducia, deinceps legem taxat, ostẽdens nostra nunc florere. Ex prophetico autem dicto vetustatis vocabulum adeptus est, ab se ipso autem senectutis adiecit, ac deinceps necessariò intulit obscurationem quę debeatur legi, perinde quasi dicat: Non importunè nouũ vetus repulit, seu ab nouo vetus

B abrogatum & abolitum est. propter ipsum seniũ enim & vetustatem eius hoc factum est, hoc est, quia imbecillis & incó

Roma. 8. moda esset, perinde ac alio in loco dicit: Impossibile legis, in quo infirmabatur per carnem.

CAPVT IX.

Habebat quidem prius iustificationem culturæ. A pontifice, à sacerdotio, à testamento commõstrauit

H veterem legem adeoque testamentum finem habitura: iam & ab ipsi° tabernaculi forma idẽ cõmonstrat. Tres enim fuerũt loci, exterior sanè, & Iudæis & Græcis segregatus: deinde erat & velamen, intra

C quod ingrediebãtur sacerdotes quotidie sacrũ facientes. Hic autem locus appellabatur Sancta: quæ typus fuerunt veteris testamenti, victimarum videlicet & oblationum quæ per sanguinem peragebantur. Sancta verò sanctorum nostri sacramenti figura fuerunt, nostræque religionis, quæ nobis est erga Christum. Habebat igitur primum, hoc est vetus testamentũ, iustificationes, hoc est, symbola, signa, leges, rit°. Attenim tum habebat, nunc verò non habet, cessauit enim.

Sanctum ipsum mundanum. Mundanum vel seculare appellabat, quia omnibus ad id patebat aditus, eratque locus conspicuus & apertus in ea domo, vbi Iudæi, Nazaræi, proselyti, Græci. Quia igitur & Græci huc ascendebant, se-

Exod. 40 culare appellat. *Tabernaculum enim extructum est primum, in quo fuerunt candelabra, & mensa, & propositio panũ, quæ dicitur sancta.*

sancta. Primũ appellat hoc, respectu eius loci qui dicitur San A cta sanctorum, quia mediũ erat hoc. Ante ipsum autem erat altare holocaustorũ sub dio cõstitutum, deinde velamine extenso, imò verò attractorio potius, medius erat taber culi locus, in quo erant candelabra, & mensa, & panũ propositio. *Post secundum autem uelamen, tabernaculum quod dicitur sanctum sanctorum.* Animaduertis hic primum fuisse velamen, quod καταπέτασμα, hoc est attractorium scriptura appellat, veluti quod cõuoluatur & attrahatur, quod dissecuit aulã in quam ingrediebantur omnes communiter, in qua & sacrificabant super æreo altari, à tabernaculo vndique capiente sacerdotes sacra ministeria perficientes. Hanc vbi transisses, erat rursus alterum velamen, & intra hoc tabernaculum quod dicitur Sanctum sanctorum, in quod nemo alius introibat B præter solum pontificem idque semel in anno. Tabernacu- *Exod. 30.* lum autem vndiq; vocat, quòd isthic moraretur ac veluti castra locaret Deus. *Aureum habens thuribulum, & arcã testamenti contectam undique auro.* Arcã testamenti seu fœderis appellat, vt quæ tabulas haberet quæ lagem complectebantur. *In qua urna aurea habens manna, & uirga Aaronis quæ fronduerat, tabulæ fœderis.* Hæc omnia Iudaicæ ingratitudinis & mo- *Exod. 16.* numẽta & recordationes erant. Vrna quidem habens mãna, propter quòd murmurarint aduersus isthuc, quum nouo isto cibo cœlitus ac cœlitus alerentur, adeò vt & in posteros memoriam dei benignitatis, & illorum amarulentię transmitteretur. *Num. 17.* Virga autem Aaronis, quæ propter contradictionem illi flo *Exod. 32.* ruit. Tabulæ verò testamenti, quandoquidem primas cõfre *3. Reg. 8.* gerant per idololatriã. Quæras hic, Quî ergo in libris Re- C gum scriptum sit quòd non erat aliud quiddã in arcula præter tabulas, nunc verò & vrnam apostolus, & virgam Aaronis huc repositam asserit? Fortasse qui optimè institutus erat ritibus Iudaicis ab Gamaliele, ex traditione hoc habebat, *Actu. 22.* quam hodieque Pharisæorum sectam ex Hebræis tuentur, adsentiuntur rẽ ita sese habere. Verũtamen primùm non ait, cæterùm quando erat occultanda arca temporibus Hieremiæ, forsan, inquiũt, reposita sunt & hæc in arcam. *Supra eam autem.* Videlicet arcam. *Cherubim gloriæ.* Vel quòd Hebræi essent Cherubim, vel quòd ministrarent deo, ad gloriam eius pertinentes. Hæc autem studiosè attollit, vt ostendat maiora esse quæ sunt circum nos, & nostrũ nouum testamentum.

D mentum. *Obumbrantia propitiatorium.* Propitiatorium dice-
Propitiatorium. batur operculũ arcæ, vt ex ipſa ſcriptura exactius diſces: nec
decipiaris quorũdam verbis, vt aliud quiddam eſſe putes. Si-
Rom. 6. gnificabat autem Chriſtum, qui placatio factus eſt pro pec-
catis noſtris. Obſignauit autem omnia quæ erãt in veteri te-
ſtamento, atque, cõmuniuit Chriſtus. *De quibus nunc non eſt dicendi per ſingula locus.* Indicat hîc non fuiſſe ſola hæc quæ
cernerentur, ſed ænigmata quædam fuiſſe, quorum conſide-
ratio & explicatio longiori cum tempore tum ſpatio in-
digent. *His autem ſic apparatis, in primũ tabernaculum ſemper in-
grediuntur ſacerdotes miniſteria perficientes.* Erant quidẽ hæc,
ſed non receperunt ea Iudæi, præ diſſociante vel diſſeparan-
te eos velamine. Nobis autem ſeruabantur hæc, quibus præ-
E gurabantur. *In ſecundum autem, in anno ſolus pontifex.* Obſer
uas figuras cum præceſſiſſe, tum etiam eſſe iam abolitas. Ne
enim dicant, Semel tantùm per Chriſtum facta eſt hoſtia, &
quomodo omnes ſanctificauit? commonſtrat hoc diuinũ pla-
nè ac cœleſte eſſe, quandoquidem ſanctior erat magiſque te
menda in veteri etiam teſtamento ſemel à pontifice oblata
victima. *Non ſine ſanguine.* Quia hoſtiam appellauit cru-
cem, neque ignem habẽtem, neque ligna, quæ nec ſæpe etiam
offerretur, indicat veteris teſtamẽti victimã vel oblationem
etiã talem fuiſſe. ſemel enim in ſanguine offerebatur. Quæ-
ſierũt autem nonnulli, quomodo in Exodo ſcriptũ ſit: Quo-
Exod. 30. niam faciet ſuffitũ aurea acerra (quæ videlicet in ſanctis ſan-
F ctorum erat) Aaron, ex incenſo confectionis ſubtilis manè:
& quando tetigerit Aaron lucernas ad veſperam, accẽdet,
ſo: & vaporẽ faciet ex thymiamate perfectionis. Proinde quoti-
& vaporẽ faciet ex thymiamate perfectionis. Proinde quoti-
bet die bis ingrediebatur, inquiunt, põtifex in ſancta ſanctorum, vt faceret ſuffitum aurea acerra. Quomodo igitur apoſtolus hîc dicit ſemel in anno ingreſſum? Diluũt autem hoc, nempe quòd cum ſanguine quotannis ſemel ingrederetur, cum thymiamate verò bis in die. Noueris tamẽ quòd perpetuã dubitarunt & inſcienter. non enim aureo thuribulo bis in die vaporem & bonam fragrãtiam faciebat Aaron, ſed ſuper aureo altari: hoc vero non erat in ſanctis ſanctorum, verum in medio tabernaculo, in quo erant candelabra & meſa: quãdoquidem cum aurea acerra ſemel ingrediebatur in anno in ſancta ſanctorum. aliud enim thuribulum, alia acerra erat.

Appoſui

Appoſui autem dubitationem, vt ne ab aliis audiẽs qui hæc A
noſtra legerit, in errorem inducatur exiſtimans eam dubita-
tionẽ eſſe ſanam. *Quem offert pro ſeſe, adeoq; populi ignorãtiis.*
Rurſus ꝓ ſeipſo, inquit. Põtifex em̃ legalis pro ſeipſo offere-
bat, Chriſt⁹ aũt nõ ꝓ ſeipſo: quomodo em̃, qui ſegregat⁹ erat
à peccatorib⁹? Itaq; magnũ eſt diſcrimẽ iter vtriuſq; ſacerdo
tis & põtificatũ ignorãtiis aũt dixit, non peccatis, in maiorẽ
rerum coniiciens & veteres Iudæos, & omnes, ac demittens
ſaſtum & ſuperbiam. Etiamſi volũtarius non peccaſti, igno- *Peccamus*
raſti ramen commiſiſti flagitium, à qua ignorãtia ſanè nemo *etiã igno-*
eſt mundus. Quidã exiſtimarunt quòd hinc diſcrimen oſten- *rantes.*
dens ſacrificij Chriſti & legis oblationum, ſic dixerit: Legis
oblationes & ſacra, ex ignorantia admiſſa delicta concede-
bant: Chriſti autem ſacrificium, peccata quæ ſciũtur, dimit- B
tit & condonat. *Hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nõdum manifeſta-*
tum eſſe ſanctorum viam, primo tabernaculo adhuc habente ſtatum.
Obtinetur deinceps intimius ac diuiniori quadã ratiõe contẽ-
plari quæ de tabernaculis dicuntur: Quia, inquit, ſancta ſan
ctorum inacceſſa erãt reliquis ſacerdotibus, quæ figura ſunt
noſtri. Nam primũ tabernaculum, hoc eſt quod erat poſt exte-
riorem æream aram, primò ſtatim occurrens, perpetuò ipſis
videndem patebat, ſymbolum videlicet cultus & rituum lega-
lium, qui per hoc ſymbolicè ſignificabantur. Nam quandiu
conſiſtit lex, hoc eſt, tantiſper dum lex floret & regnat, perſi
ſtebatur etiam ſecundum eam culturę & ſacra, nec ſanctorum
viarũ eſt peruia ſeu pmeabilis ac ſtabilis, hoc eſt, in cœlũ in- C
greſſus talia ſacra perficientibus, verũ obſcura eſt hiſce & oc-
culta: ſoli autem vni pontifici Chriſto ſegregata eſt hæc via.
Nec eſt ſimilitudo ad tempus præſens, in quo munera & victimæ of-
ferantur, quæ non poſſunt ſecundum conſcientiam conſummare cul-
tum. Quod præmemoraui, illud nunc apoſtolus ait. Ta-
bernaculum illud in quod ſemper ingrediebantur ſacerdo-
tes, erat ſimilitudo, id eſt figura & vmbra ſecundum legem
futuris temporis ante aduentum Chriſti. Quo tẽpore eiuſ-
modi ſacrificia offeruntur adeò imbecillia, vt non poſſint ſe-
cundum conſcientiam, hoc eſt, interiorem hominem, cõſum-
mare talia offerentes. corporum enim ſordes, non animarum
purgabant. non enim adulterium aut ſacrilegium remittere
poterant. *Tantummodo in cibis & potibus, baptiſmis & iuſti-*
tiis carnis, ad tempus uſque correctionis impoſita. Tan-

tummodo

D tũmodo, inquit, impoſita hoĩbus qui tũ viuebãt, & iniũcta de cibis & potu. Hoc eſt, inquit, veſcere, hoc verò ne veſcaris. Quo
Leuit. 10 & 11. modo autem dixit potu? Atqui de potuum differentia nihil tradidit lex. Vel igitur hoc dicit, quod ſacerdos non debuerit bibere vinũ quando ingreſſurus eſſet in ſancta: vel deprecationes vel vota facientibus vt à vino abſtineãt, perinde ac Nazaræi: vel vt ſimpliciter vileſcere faciat huiuſmodi ordinationes & ritus, atq; vt eos perſtringat, hoc dixit. Varii autem baptiſmi apud eos erant. nam ſi mortuum attigiſſet quis
Num. 19. piam vel leproſum, & ſi ſemine fluxiſſet aliquis, in aquã mergebatur & abluebatur, eaque ratione videbatur mundus red
Iudæorũ baptiſmi uarii. di. Hæ autem iuſtificationes fuerunt carnis, hoc eſt, mandata carnalia carnem purgantia, adeóque carnaliter iuſtificantia eos qui ſecundum carnem impuri cenſebantur. Non tamen ad finem vſque talia mandata ceruicibus eorum immittere debebant, cæterùm ad tempus correctionis, hoc eſt ad Chriſti vſque aduentum, qui hæc emendaturus erat, ac verũ & ſpiritualem dei cultum introducturus. Quia verò lex grauis iugum erat, meritò dixit impoſita, perinde ac in rebus geſtis apoſtolorum memoriæ proditum eſt. Quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres veſtri baiulare potuerunt? *Chriſtus autem ubi aduenit pontifex futurorum bonorum.* Veteris, inquit, teſtamenti cultus non introiit in cœlum, Chriſtus autem aduentu ſuo in car-
Actuũ. 15. nem factus pontifex, ſemel ingreſſus eſt in ſancta. ad eum enim vſque locum redditur ſententia. Non dixit autem factũ, ſed vbi adueniſſet pontifex, hoc eſt, in hoc ipſum veniens, quum antehac non ita fuiſſet præſto: deinde quum hoc ita contingeret, factus eſt pontifex. Scopus porrò quur in terrã veniret, pontificatus erat. Non dixit autem eorum quæ manent & ſacrificantur pontifex, ſed enim futurorum bonorum: tanquàm non poſſit verbum exhibere vniuerſum exactè, ſimpliciter & indefinitè bona vocauit quæ nobis conferuntur. Futura verò dixit reſpectu legis temporis. Vt enim illud inſtans vocauit, ſic Chriſti aduentus tempus futurum appellauit, ad comparationem illius, vel reuelandorum etiã nobis in futuro ſeculo myſteriorum. *Per maius & perfectius tabernaculum.* Carnem dicit hîc maius eſſe, perinde ac deus verbum, & omnis ſpiritus operatio demonſtratur in ipſo tabernaculo. Non enim ex menſura impertit deus ſpiritum. Perfectius autem, tanquam perfectiora tranſigens. *Non manufactum, id eſt, non huius creationis.* Hîc inſultant hæretici, dicẽ
Exod. 36. tes cœleſte eſſe corpus & æthereum. Atqui ſi cœleſte putaſ-
Lucæ. 1. ſet apoſtolus & æthereum, quomodo dixiſſet non huius eſſe creationis? non enim extra creaturas cœlum eſt. Quid igitur dicit? Quoniam vetus tabernaculum manus Beſeleel artificis fecerunt, Dei autem verbi tabernaculum ſpiritus conſtituit: propterea dixit ipſum non eſſe huius creationis, id eſt, harum creaturarum, cæterum ſpirituale & diuinũ. Creaturarum enim nulla habet in ſeſe deum verbum ſecundum ſubſtantiam, caro autem Chriſti ſecũdum ſubſtantiam vnita & coniuncta erat verbo. Secundũ materiam igitur cor-
Exodi. 36 poris domini noſtro erat ſimile, & eiuſdem nobiſcum eſſentiæ, nempe ex immaculatis ſanguinibus diuæ virginis com-
B pactum: ſecundum modũ verò conſtitutionis ſupra nos fuit. Et quia ſecundum ſubſtantiam vnitum fuit deo verbo, vel quia materia veteris tabernacali ligna & pelles fuerũt, & aurum & argentum, & æs, ac texturę quædam, ad hæc reſpiciẽs dixit apoſtolus quòd non ſit huius conditionis, qua indiguẽt tabernaculum vetus. Omnino enim per comparationem
C referri orationem, Chriſti excellentiam demonſtrans. Vocat autem corpus domini & tabernaculum, veluti hîc quòd comparetur in eo vnigenitus dei filius: & velamentum, eo quòd contegat diuinitatem. Vocat & cœlum iiſdem his nominibus, tabernaculum, quòd illic ſit pontifex: velamen autem, quòd veluti ſanctis per ipſum communitis ac defenſis. *Neque per ſanguinem hircorum aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem.* Non omnia ſunt diuerſa. Quanta verò eſt excellentia ſanguinis diuini ad ſanguinem animalium cum quibus pontifex ingrediebatur? *Ingreſſus eſt ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.* In ſancta, id eſt, in cœlos. Aeterna redemptiõe, non tẽporaria, vt illi inueniebant, ſed æterna, libertate videlicet animarum à peccatis. Vel quia ſemel ingreſſus per vnũ introitum, æternum nobis beneficium contulit. Vide autem quòd ait, inuenta. Ceu prẽter expectationem facta re, ſic hac actione vſus eſt. libertas enim nobis dubia erat, verùm ipſe nobis hanc inuenit. *Si enim ſanguis taurorum & hircorum, cinis vitulæ ſparſus, prophanatos ſanctificat quo ad carnis puritatem.* Quia veriſimile erat fortaſſe pleriſque, per oblationem vnã
Leuit. 16. & ſanguinem vnius, redemptionem æternam exhibere, confirmat

firmat hoc, indicans persuaderi & ostendi hoc posse ex opinione quæ est apud Iudæos. Si enim vos, inquit, crederetis mundari conspersi sanguine vitulæ, ac rursus cinere aqua mixto (seruabatur enim cinis ad purificationē prophanatis ac pollutis) quomodo Christi sanguis non purgabit animas? Animaduerte prudentiam. Non dixit quòd purgarit sanguis hircorum, sed sanctificarit, nō quòd legalia glorificet, enimuero vt persequatur quæ velit. Si enim sanguis hircinus præstitit sanctificationē vt creditis, multo potius persuadebitur vobis, ac fidem adhibebitis, sanguinem ea Christi præstare. Quòd enim hæc non dixerit vt Iudaica extollat, vide quō apposuerit, ad carnis puritatem. sanctum enim erat, non qđ animas purgaret, sed carnem. *Multo magis sanguis Christi, qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum deo.* Non pontifex quispiam obtulit Christum, sed ipse seipsum, & non per ignem, vt vitulæ, sed per spiritum æternum, vt iam & gratia & redemptio sint æterna. Et immaculatum, hoc est, peccati expertem. Porrò & in veteri testamento vitula exigebatur quæ næuo careret omni & macula. *Mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis.* Isthic sanè dixit sanctificare, additiendo tamen, quo ad puritatem carnis: hîc verò mundabit, inquiens, protinus excellentiam oculis subiecit. Adducit emquòd conscientiam mūdabit, hoc est, interiorem hominem, quæ conscientia nimirum isthic nō erat. Et illic quidem qui attigisset mortuum, mūdabatur, hîc verò puritas docetur ab mortuis operib⁹, quæ verè coinquinare possunt, & ab deo abducere. *Ad seruiendum deo uiuenti & uero.* Proinde qui mortua opera attingit, non seruit deo uiuenti & vero, sed opera quæ secum instituit, peragit. Sic helluo & gastrimargus ex vētre suo deū facit, sic auarus idolorum cultor est. Huiusmodi autem nedum ab sempiterna vita aliena sunt, verumetiā in ipsa transactione sui, vel dū peragūtur, execrabilia sunt, atq; adeò vana & mēdacia, inescātia, suauia apparētia, quū minimè sint tamen. *Ac propterea noui testamenti mediator est.* Quod nō paucos imbecilliorū turbabat, mors videlicet Christi: Si enim mortuus est, inquiunt, quomodo dabit quod promisit? huic iam Paulus medicinam adhibens, ostēdit propter hoc ipsum ratū & firmum esse testamentum, quia mortuus est Christus, in viuentibus enim testamētū nō dicitur. Eā ob rē, inquit, mortuus est, vt nos mūdaret, ac in testaméto reliqt nobis cōdonationem

bonē noxæ, & vsū paternorū bonorū, mediator factꝰ patris A
hostri. Pater eīm noluit dimittere nobis hereditatē, sed irascebatur vt filiis reiicientibus ipsam, & abalienatis. Christꝰ itaq; mediator factus, reconciliauit nobis ipsum. Quō? Quod nos oportebat pati (mori enim debuissemus) hoc ipse ꝓ nobis sustinuit, nōsq; dignos testaméto reddidit, atq; deinceps testamentū stabile redditū est per mortē filii, vt quod nō ad indignos hæreditatē trāsmittat. Etenim testamentū hæredes habet. Audi itaq; testamentū Christi, Volo vt vbi ego sum, & ille sint. Alios aūt exhęredes asserit, qui nō credunt. Nō pro omnibus verò rogo, inqt, sed pro iis qui per verbū ipsorū credent in me. Testamentum porrò testes habet. Testatur aūt de me qui misit me, ac paracletus testimoniū mihi dicet, & vos testes mei estis. *Vt morte facta ad redemptionem, quæ erant in priori testamento, transgressionum.* Animaduertis Christi mor- B
tem ob nostram redemptionem factam esse? quomodo igitur eam imbecillitatis esse dicis, quum adeò potēs fuerit, vt & in eas pręuaricationes sanarit? Quomodo igitur legi adhuc assistentis, quæ adeò est infirma & impotens, vt neque præuari transgressiones quæ in ipsa fiunt, corrigere emendaréve possit? Nō quia praua erat, sed quia infirma. *Promissionem accipiant uocæ aeternæ uitæ & hæreditatis.* Nisi enim mors Christi libera nos à peccatis quibus aduersus patrem pugnauimus, atqi inimicitiem eum nobis fecimus, quō accepissemus cœlestem hæreditatem? Vocati autem hoc significat, ꝙ primum quidē eramus, vt pater erga filios, deus affectus erat, vocatique eramus ad sempiternam hæreditatem: ipsi autem nosipsos per peccata indignos nos fecimus illa. *Vbi nāq; testamentum, mors necesse est sequi testatoris. testamentum enim in mortuis firmum est.* Ne igitur turbet vos mors Christi: nisi enim mortuus C
esset, ne testamentum quidem condidisset, vt nos hæredes essemus. Est enim extra omnem controuersiam, testamentum post mortem esse ratum: neque omnino digni eramus hereditate, si inimicitia nondum esset soluta.
Quando quidem nunquid ualeat, quum uiuat qui testatus est? Per interrogationem hoc lege & intellige. *Vnde neque primum sine sanguine dedicatum est.* Nedum à communi consuetudine firmauit quod dixit, verumetiam ab iis quæ in vetere testamento contigerunt, quod vehementius. Hebręos subtrahebat. Vnde, inquit, hoc est, quia necessarium est mortem Exod. 24

præcedere

D præcedere teſtamentum, propterea primum teſtamẽtum nõ citra ſanguinem dedicatum eſt. Sanguis autem mortis eſt indicium. Sed illic quidem agni ſanguis, typus enim erat, hîc verò veritate refulgente, filius dei ſecundum carnem mortuus eſt pro nobis. Quid autem eſt ἐγκεκαίνισται, hoc eſt, innouatum eſt? hoc eſt, principium conſtitutionis & confirmationis accepit. Non enim aliàs principium accepiſſet operandi, & vt eſſet efficax, niſi ſanguinis effuſio præceſſiſſet. *Quum enim pronunciatum eſſet uniuerſum mandatũ ſecundum legẽ ab Moyſe omni populo.* Secundum legem, id eſt, perinde ac dominus legem ſanxerat, vt mandata eius pronunciarentur ad autes vniuerſi populi: vel vniuerſum mandatum quod lege contiE nebatur, vel lege cautum fuerat. *Accepto ſanguine uitulorum cum aqua & lana coccinea, & hyſſopo, ipſum librũ & omnem populũ conſperſit.* Quamobrem liber ſpargebatur & populus? Vel vt precioſus Chriſti ſanguis prefiguraretur, quo nos cõſperſi ſumꝰ, & corda noſtra. ipſa em, corda dico, ſunt libri, perinde
Suprà. 8. ac ſuprà memorauit, Dans legem in corda ipſorum. Aqua autem, baptiſmatis ſymbolum fuit. Hic autem aſſumuntur ſanguis & aqua, partim quòd ex latere Chriſti pfluxerit ſanguis & aqua, partim verò quòd baptiſma, cuius aqua ſymbolum eſt, mortem domini annunciet, cuius ſanguis eſt indicium. Hyſſopum autem aſſumebatur ob vim retinendi propter denſitatem. Lana verò ſimiliter. Vel quia agnus eſſet Chriſtus: ac propterea coccinea vel purpurea lana erat, vt
F ipſo colore ſanguinis pre ſeſe formam ferret. *Dicens, Hic eſt*
Iohan. 1. *ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad uos deus.* Chriſtus verò
Eſaiæ. 55. ait: Hic eſt ſanguis noui teſtamenti in remiſſionem peccatorum: illic autem neque nouum eſt, neque remiſſio peccatorũ. Obſeruas igitur qui ſanguinem teſtamentum nominauerit?
Leuit. 26 vt adeò neceſſariò mors intelligatur, vbi teſtamentũ dicitur.
2. Tim. 2. *Tabernaculum porrò & omnia uaſa miniſterii, ſanguine ſimiliter cõ*
Roma. 6. *ſperſit.* Et hęc ſanè figura fuerunt. nos enim ſumus tentorium, iuxta illud: Inhabitabo in ipſis, & inambulabo. Et vaſa magnę domus dei, alia quidem aurea, alia verò argẽtea. Conſperſi itaque ſumus vero ſanguine Chriſti, ſanctificatique ſumus in mortem ipſius baptizati. *Ac propemodum in ſanguine omnia mundantur ſecundum legem, & citra ſanguinis effuſionem non fit remiſſio.* Quur propemodum appoſuit? Quia illa non erant perfecta mundatio, neque perfecta remiſſio: quomodo

quomodo enim, quum peccata non remitterentur? *Neceſſe* A *eſt igitur exemplaria cœleſtium his mundari.* Cœleſtia noſtra dicit, adeóque eccleſiæ bona & res. Dictum eſt autem in ſuperioribus, quomodo cœlum ſit eccleſia. Horum igitur ſubmõ ſtrationes & figuræ fuerunt res Iudaicæ. Hinc & purgabantur ſanguine vitulorũ, ac cinere iuuencę, aliiſque id genus vi timus. *Ipſa autem ſupercœleſtia.* Hoc eſt eccleſiam, & nos ſtros fideles. *Melioribus ſacrificiis præ his.* Nam meliora ſunt noſtra Iudaicis, quantum terra cœlum eſt altius & præſtantius. Etenim illi bona terreſtria expectabant, noſtra verò hę nditas cœlum eſt. non immeritò igitur & præſtãtiori & magnificentiori ſacrificio digni habebantur, ſanguinis nimirũ lii dei, qui mundauit nos perfectius. Mors igitur Chriſti non ſolùm facta eſt vt ſtabiliret teſtamẽtum, verumetiam vt B ram purificationem efficeret, animę videlicet. Hãc ob cau em & mortis beneficiorum meminit, eò quòd multis ignoſſimis videbatur, maximèverò mors in cruce tolerata. *non enim in manufacta ſancta ingreſſus eſt Chriſtus, exemplaria ue rorum, ſed in ipſum cœlum, ut nunc appareat uultui dei pro nobis.* Tẽpli Sodomum ſuperbiebant templi nomine Iudæi. neque enim *lomonis* uiuſmodi delubrum in aliis terris erat, quod vel pulchritu- *præſtãtia* dinis nomine, vel ſumptuum magnitudine cum hoc adęqua poſſet. Quia enim corporalibus trahebantur Iudæi, præce deus magnificẽtiſſimè iſthuc apparari: vnde & à finibus is terrarum ad illud veniebant. Quid igitur Paulus? Itidẽ in oblationibus fecit, diruens eas & auferens, ſurrogata in C rum locum morte Chriſti, ſic hoc loci, templi vice cœlum nens, diſcrimen ob oculos ponit. Alii quidem pontifices manufacta ſancta ingrediebantur, quę fuerunt exempla verorum, hoc eſt, cœli figura fuerunt, illud enim vera ſan eſt: Chriſtus autẽ in ipſum cœlum introiit, & omnia im- , & vndique adeſt. Atqui propter humanam naturã hæc t. Non ſolùm autem per hoc differentiam in apricum ſta verumetiam pontificem noſtrum deo viciniorem reddi oſtendit. Veteres pontifices per ſymbola quædam cerne deum, Chriſtus autem ipſum deum videt facie ſua illi rens. Atque hoc per indulgentiam humani captus di eſt, & propter humanam naturam. Quid autem eſt d ait, pro nobis? Cum oblatione, inquit, ingreſſus eſt, quę et placare quidem patrem, imò & angelis nos reconcilia

D re. siquidem & ipsi infensi nobis erant ceu domini sui hostibus. Nunc igitur pro nobis apparet. hoc enim indicat nunc, quòd ingressus est veluti pontifex. propter nostram enim reconciliationem est ingressus. *Neq; ut sæpe offerat semetipsum.* Neque introiit cœlum, vt & aliàs posthac ingrediatur, séque ipsum sæpius offerat. *Quemadmodum pontifex ingreditur in sancta quotannis.* Animaduerte Christi excellentiam. Legis pontifex quotannis ingreditur, Christus verò semel. *In sanguine alieno.* Et hoc ad excellentiã pertinet. Ille, inquit, in sanguine alieno taurorum & hircorum, Christus autem in proprio. *Alioqui oportebat eum sæpius pati à constitutione mundi.* Quia, inquit, si sæpe oblaturus erat seipsum, oportebat eum

E & sæpius mori, vt proprium sanguinem offerret.

Nunc autem semel in consummatione seculorum, ad reprobationem peccati per uictimam suiipsius, manifestatus est. Hîc & arcani quiddam reuelat, quur in consummatione seculorum post multa peccata reuelatus sit. Si enim principio mortem subiit Christus set, quando peccatum non perinde effusum fuisset, nemo de-
cur in fine inde credidisset, nec oportuisset eum denuo mori, atque hoc
seculorum pacto omnia stulta fuissent. Iam verò postquam extremis tè-
passus. poribus ingens peccatorum copia erat, meritò manifestatus est deo in consummatione seculorum, vt demoliatur, hoc est deliciat peccatum, éque potestatem adimat per suiipsius hostiam & oblationem, hoc est per mortem carnis suæ. Tale
Roma. 5. quiddam & alio in loco dixit: Vbi exuberauit delictum, superexuberauit gratia. Quomodo autem libertate & potestate orbatum est peccatum? Eò quòd isthuc qui commiserant, impunes sint dimissi. peccati enim libertas est supplicium adducere. Dubitauit antè Gregorius Nyssenus in Sermone catechetico, & in concione de natalitio Christi, de hoc ipso, quurnam in consummatione seculorum incarnatus sit filius, ac in hunc modum diluit: Quo modo infiniti medici, intus adhuc febri corpus subpurgante, quum per morbum facientes causas adhuc accenditur, nullum adhibent ægroto ex eis auxilium, expectantes tantisper dum malum hoc ad summum increuerit: sic & nobiscum actum est. Expectauit animarum medicus, donec vniuersa malitiæ ægritudo panderetur, vt nihil iam abditorum incuratum maneret, medico solummodo quod patet visui, curante. Fusius autem discès quæ dicat diuinus vir, si tibi contingat cupienti in eius Conciones incidere. *Et quatenus destinatum est hominibus semel mori, deinde iudicium.* Causam iam nunc exprimit quare Christus semel sit mortuus, quòd vnius mortis factus sit precium decretum enim erat hominibus semel mori. Semel itaque mortuus est pro vniuersis. Quid igitur? nũc ergo non morimur? Næ, sed non ita morte detinemur, vt antehac, sed per spem resurrectionis, cuius dux & princeps factus est qui pro nobis mortem subiit Christus. Sed ne mors quidem est mors illa, verùm super. Quia igitur mors omnes detẽtura erat, propter eã mortuus est, vt nos liberaret. Vel non hoc nunc voluit indicare apostolus, quòd mortem quę debebatur nobis in supplicium, ipse persoluerit, verùm quia verè homo erat Christus præter hoc quòd deus esset, & perinde ac homines semel moriuntur, deinde iudicium, hanc ad rationem ipse semel
B est mortuus. Audi autem quæ sequuntur.

Sic & Christus semel oblatus. A quo? ipse à seipso. Etiam enim pontifex, est tamen simul & incensum vel suffitus, & victima. *Vt multorum offerret peccata.* Quemadmodum in sacro ministerio offerimus peccata, dicentes, Siue inuisiue voluntarii peccauimus, condona, hoc est, meminimus eorum primùm, ac deinde condonationem petimus: haud secus & ipse loquutus est patri pro ipsis, Ego sanctifico meipsum. Vel obtulit peccata, hoc est, abstulit ea ab hominibus, *Iohan. 17*
& obtulit patri, vt ipsa dimittat. Quur autem dixit multorum, & non omnium? Quoniam non omnes crediderant. C
Mors enim eius fuit æquilibrium, adeóque remedium omnium interitus, ac quantum in ipso est, pro omnibus mortuus est. Non omnium autem peccata obtulit, eò quòd noluerint ipsi: proinde inutilem sibi ipsi filii dei mortem fecerunt, quæ res est sanè horrenda. Hæc diui Ioannis Chrysostomi est sententia. Reperi autem apud eum Euangelii lo- *Mat 20.*
cum, Vt animam suam redemptionis precium daret pro multis, annotationem quorundam, qui intelligerent multis pro omnibus. omnes enim etiam multi sunt.

Secundò deinceps sine peccato uidebitur expectantibus ipsum ad salutem. Obiit, inquit, baiulans peccata nostra, & offerens patri, vt ea obliteraret, pro quibus & mortuus est. Eã enim qui non norat peccatum, peccatũ fecit, inquit, pa- *2. Cor. 5.*
ter, vt qui nostra sibi vindicaret. Apparebit autem & videbitur deinceps in aduentu suo secundo haud por-

Semel cũ mortuus Christus.

Drò peccata afferens, neque ſecundæ mortis propterea indigus, verùm vt iudex ad ſalutem expectãtibus ipſum, hoc eſt, credentibus in ipſum, & ſperantibus eius aduentum. Perſpicuum autem eſt quòd & dignè aduentu ipſo viuentibus veniet. Atqui non ſimpliciter veniet, verumetiam ad ſuppliciũ infidelium & peccatorum aderit: attamen quod minus triſte eſt, dixit.

CAPVT X.

EVMbram enim habens lex futurorum bonorũ. Hoc eſt, quum ſit typus bonorum noui teſtaméti, quę Chriſtus accepturis iſthuc communicaturus eſt. *Non ipſam imaginem rerum.* Hoc eſt, non ipſam veritatem. Rerum autem, qualiũ ſacrificii, remiſſiõis. Vmbratili nanque picturæ ſimiles erãt veteris teſtamenti res, vt quæ planè obſcuræ eſſent: noui verò imagini adæquantur, tanquam ſplendidè claréque ſubſtantes, ac perfectè conſummatæ. Hunc ad modum diuus Iohãnes Chryſoſtomus intelligit. Haud ab re autem fuerit in mediũ afferre quæ Theologus Greg. Nazianzenus in hunc locum tradit, quod quidẽ & in aliis locis, præcipuè tamen in conciõe de paſchate memoriæ prodidit, nimirum ꝙ paſcha legis Moſaicæ typus fuerit obſcurior. Dat itaque intelligere, vmbram quidem legem dici apud apoſtolum, imaginem verò, quę nunc in eccleſia ſacra perficiuntur, quæ ſanè aliorum perfectiorum bonorum ſignificationes, in futuro ſeculo dignis impartiendorum, quæ & res Apoſtolus nũc vocat. Perinde igitur vt imago habet nonnihil rei à primo exemplari, conſimilem ad modum hodierna myſteria nonnihil habent in futuro æuo perfectiorum bonorum credentibus impartiẽdorum. Quemadmodũ porrò vmbratilis pictura vel prima delineatio eſt inferior imagine viua, hunc ad modum lex teſtamento nouo eſt inferior. *Quotannis iiſdem ſacrificiis offerẽtes perpetuò, nunquam poſſunt accedentes cõſummare.* Huius loci ſententia eſt huiuſmodi. Si robur habuiſſent victimæ legales, non perpetuò neque aſſiduò offerrentur. ſemel enim oblatæ, emolumento & fructu prolato quieuiſſent. Iam verò quia quotannis aſſiduò & continuò offerebantur, planum eſt quòd

quòd infirmiores eſſent, quàm vt poſſent quenquam perfectum reddere. Atque hanc ob cauſam poſt primam victimã vel oblationem alia quædam offerebatur: quemadmodum fortiora pharmaca ſemel etiam impoſita, curant: quæ autem ſæpius reiterantur & imponuntur, hoc ipſo oſtenduntur eſſe minus fortia. Suboritur hîc quæſtio, Num & nos victimas exangues & incruentas offeramus? Cui reſpondemus, omnino: cæterum memoriam facimus mortis domini, eſtque vnũ ſacrificium, non multa, quandoquidem ſemel oblatus eſt. Ipſum quidem ſemper offerimus, imò potius memoriam illius oblationis facimus, qua ſe ipſe obtulit, ceu iamnunc facta ſit. Proinde vnum eſt ſacrificium. Nam quod ad quæſtionem attinet, poſtquam multis in locis offertur, multi igitur Chriſti erunt? Non bene colligitur. nequaquam enim multi ſunt, ſed vnus eſt vbique, & hîc plenus, & iſthic plenus & perfectus, vnumque corpus. Quemadmodum enim in multis locis oblatus Chriſtus vnum corpus eſt, & non multa corpora, ſic & vnum ſacrificium. Nam illam hoſtiam offerimus, quæ tum eſt oblata. illic autem alius erat qui heri oblatus erat, agnus foret, ab victima quæ hodie offertur, nec veluti recordatio eſſet heſternæ oblationis victima hodierna: ſed ipſe per ſeipſum ſacrificium conſummauit ſacerdos. Quomodo igitur hîc ait Apoſtolus, iiſdem ſacrificiis? Eadem ſacrificia fuerũt, quandoquidem eædem ſpecies offerebantur, veluti agnus hodie, & in craſtinum agnus. alia autem numero offerebantur. Nonnulli eaſdem has victimas eſſe dixerunt modo oblationis, hoc eſt, quòd vel per cædem vel cremationem fieri iuberentur: ſpecie verò diuerſas, vt oues, boues, turtures, columbas. Porrò etiamſi exemplaria quædam δύνανται ſcribant per ν, vt ſit pluralis numeri, poſſunt: inueni tamen adnotatum, verbum iſthuc ſine ν ſcribendum, vt ſit δύναται, poteſt, in numero ſingulari, cenſentem, vt ſit ſententia: Vmbram rerum habens lex futurorum bonorum, nunquam poteſt accedentes conſummare. Ac verè quidem, quatenus iuxta grãmaticæ rationem ſic oporteat hùc locum habere, ne ſolœciſmus emergat. Quia verò nõ perinde magna eſt cura ſcriptu-rę artium ſubtilitatis, ſic etiam iſthuc intelligamus, æquè at rerum exemplaria habent. Nunquàm enim poſſunt, offerentes videlicet, conſummare accedentes.

Quotiam, non ceſſaſſent quæ offeruntur, quandoquidem nullam

D *porrò habeant conscientiam peccatorum cultores semel purgatis* Per interrogationem lege . Si enim peccata remouissent, nónne cessassent etiam res offerendæ ? quippe abunde satis adiutis , qui earum commoditate indigerent , neque vllam porrò peccati conscientiam habentibus , hoc est , nihil sibi conscijs alicuius rei quæ cura opus habeat , propterea quòd sint curati,purgati semel.

Sed in ipsis recordatio est peccatorum per annum. Nihil aliud , inquit, transigunt victimæ & oblationes,quàm quod solummodo peccatorum recordationem faciant,hoc est, indicium & reprehensionem . Non enim remissionem præstant , verùm enim per assiduam istam oblationem demonstrant indissolubilia esse populi peccata . Si enim remissa essent peccata,quid opus erat sacrificijs? Insuper quum dixit recordationem,dedit tibi intelligere quòd victimæ istæ & sacra non ob futura insequentiáve peccata perficiebantur, verum ob,præterita,vt quæ non essent condonata videlicet. Age nanque per annum dic offerebatur pro populo sanguis vituli:igitur quasi eadem peccata essent, idem sacrum offerebatur . Nondum autem sequentia peccata eadem erant cum præcedentibus . Atqui perspicuum est quòd præterita scelera insolubilia permanebant,eámque ob causam idem semper sacrificium : quemadmodum & pharmacum quod semper admouetur idem,significat eandem nempe ægritudinem interturbare laborantem.

Victimarum usus.

F *Impossibile est enim sanguinem hircorum uel taurorum auferre peccata.* Firmiorem ac stabilioremfacit rationem suam, à vilitate rerum quæ offeruntur , & à magnitudine morbi. Quemadmodum si quis peritus artis suæ medicus , videns laboranti elephantiasi adhiberi linozostin, quæ ita appellatur herbam,dicat , Fieri non potest vt ab elephantiasi liberet linozostis. *Propterea ingrediens in mundum, dicit.* Christus in mundum ingrediens in corpore,dicit per Dauidem. Scopus autem apostolo hîc est eiusmodi . Quia demonstrauit infirmas & inutiles esse victimas & oblationes , ne quis dicat , Qui ergo ea Iudæi perficiunt?tum enim lex eis adhuc stabat,omniáque legitima perficiebantur . Quomodo vero non cessarunt?hæc iam indicat , inquiens : Cessarunt quidem ac desierunt legitima hodie , quantum ad dei voluntatem pertinet : Iudæi verò vt contentiosi,qui nunquam non

sancto spiritui sancto repugnant, adhuc hodie legalibus occupantur . Ostendit præterea quòd ante etiam domini incarnationem,huiusmodi legis sacra & victimæ reiectæ fuerint apud deum. Considera autem id apostolum hîc velle . Non enim dixit ingressus,sed ingrediens in mundum, vt ostẽdat quòd priusquam ingrederetur in terrarum orbem,ea carpserit. *Sacrificium & oblationem non uoluisti* . Per legem videlicet mandata. Oblatio autẽ hîc à sacrificio differt,& aliud quidem hîc significat.opinor autem per id vocis significari exanguia sacra. *Corpus autem aptasti mihi.* Hoc est,corpus meũ consummatum & perfectum sacrificium fieri decreuisti. *Holocautomata pro peccato non placuerunt tibi.* Neque holocautomata probasti,hoc est voluisti, accepta putasti, neque ea quæ pro peccatis offeruntur. Varia autem fuerunt nomina sacrificiorum,iuxta varias nimirum causas: alia enim pro peccato, alia pro delicto,alia salutaris,alia propitiationis, alia votorum , alia purificationis . Omnia igitur sublata sunt,postquam sacrificium & oblationem nolueris. *Tunc dixi, Ecce uenio: in capite libri scriptum est de me,ut faciam deus uoluntatem tuam.* Animaduertis hîc legis ista varia sacra ante Christi etiam incarnationem esse reiecta? Quum enim repulisset deus ista sacrificia , tum dixi ego Christus , Ecce venio propterea, vt faciam ô deus voluntatem tuam . Voluntas autem dei patris est, quòd filius pro mundo mactetur & offeratur,vt ita iustificet homines,non in sacris legis,sed in sua morte filij sui. Annunciaui enim, inquit, iustitiam tuam in ecclesia magna. deinde quibusdam interpositis sequitur , In capite libri scriptum est de me. sic enim hîc syntaxis est ordinanda. Caput autem libri,legis volumen dicit,seu veteris testamenti librum . In ea igitur scriptura proditum est meoriæ de meo aduentu , & quomodo sim pro mundo sacrificandus. Vel caput libri,principium veteris testamenti libro ea dicit. Etenim in primo Mosis volumine,in Genesi, quũ dicit,Faciamus hominem iuxta imaginem nostram, cognitionem diuinitatis Christi statim prædicit ac reuelat. Suprà inquiens,Quoniam sacrificiũ & oblationem & holocautomata pro peccato noluisti,nec oblectat⁹ es eis quæ secũdũ legẽ offeruntur,tũ dixit,Ecce venio,vt faciã deus voluntatẽ tuã. Quæ Paul⁹ interpretat Dauidicũ dictũ. Ambigere hîc possis, ac quærere, Quid igitur?sacrificia secũdũ legẽ, nõ fuerũt voluntas

dei patris voluntas.

Gene. 1.

D luntas domini? Voluntas quidem fuerunt. etenim duplex est
1. Cor. 7. voluntatis significatio. Vult enim aliquid præcellenter &
in primis, vt quum Paulus, Volo, inquit, omnes homines esse
vt meipsum, hoc est, extra matrimonium. Vult etiam quispiã
2. Tim. 5. quiddam per permissum, vt quum Paulus inquit, Volo iunio
res viduas nubere. Hæc est voluntas permissoria & indulgẽs. vt ne enim libidinentur aduersus Christum, propterea
permisit eis. Hunc ad modum deus primo & vnico scopo nõ
voluit nidores holocaustorum & sangnines: quia verò vide
Sacrifica bat Hebræos dæmonibus sacrum offerre, atque eorum sacri
ri sibi cur ficiis supra modum occupari, permisit eis vt in suum honoremoluerit rem sacrificia & victimas istas sibi offerant. Quam uerò ob
deus. causam diuus Paulus hoc testimonij protulit, quum haberet
innumeros alios locos? propter impudentiam Iudæorum.
Nam & illi veterem rempublicam & conuersationem dice-
E bant esse abolitam, non propter imperfectionẽ eius, sed pro
pter peccata eorum qui offerrent sacrificia: ac proferebant
Esaiæ. 1 in medium ꝙ & Esaias peccata ipsorum reprehendat, dicẽs,
Psal. 49. Manus vestræ sanguine plenæ sunt. tum Dauid ipse quũ dixisset, Non accipiam ex domo tua vitulos, ac reliqua quæ ist
hic sequuntur, infert, Peccatori dixit deus. Quum igitur hęc
loquerentur contentiosiores Hebræorum, producit testimoniũ Paulus, in quo ipsa per sese vetus politia, reiectitia apud
deum reputatur propter imperfectionem eius, non peccatorum causa, quibus populus infectus erat. Nusquam enim in
quadragesimono psalmo, ex quo testimonium isthuc deprõptum est, peccatorum populi mentionem fecit propheta.
Quòd enim ea de causa memorato testimonio sit vsus, ex eo
F psalmo planum fit. *Aufert primum, ut secundum statuat.* Quale est primum hoc? sacrificia. Quale secundum? voluntas patris, hoc est, per crucem corporis Christi sacrificium. Efficiũtur enim illa, vt statuatur & confirmetur per Christi eædem
oblatio quam voluit pater. Quocirca non ob peccata offerẽtium reiecta sunt veteris sacrificia, sed propter sui ipsorum
imperfectionem. *In qua uoluntate sanctificati sumus, qui per oblationem corporis Christi semel.* In qua voluntate patris sanctificati sumus, qui per oblationem corporis Christi semel factã
sanctificati sumus. hoc enim subaudiendum est. Credentes
enim sanctificati per oblationem vnigeniti, in voluntate patris sanctificati sumus. Proinde haud legalia sunt voluntas
dei,

dei, sed oblatio secundum Christum, & per hanc sanctifica- A
tio. *Et omnis quidem sacerdos stat quotidie ministrans, & eadem sæpe offerens sacrificia, quæ nunquam possunt auferre peccata.* Sta- Sedere.
re igitur, signum est seruitutis & ministerij: sedere autẽ, per- Stare.
fecte vt Christus, signum dominatus, cui ministerium exhibetur. *Ipse autem una pro peccatis oblata victima in perpetuum.*
Ipse autem Christus vnam obtulit hostiam, corpus suũ, pro
peccatis nostris, in perpetuum nobis sufficiens, vt non alio
sacrificio neque secundo indigeamus. *Sedet in dextera patris,*
cæterum expectans dum ponantur hostes eius subter pedes ipsius.
Neque non est tantùm pontifex, sed deus etiã. Cõpleto nãq; Psal. 109
sacrificio propter quod & pontifex diuina quadam prouidentia est appellatus, sedit deinceps vt deus, & expectat interea
quoad dum ponantur hostes eius subter pedes eius. Hostes B
autem huius sunt & omnes infideles, & dæmones, qui & ipsi
sacrificientur, hoc est, inefficax eorum malitia manebit, inexpugnabili igni traditorum. Interim autem Paulus hostes di
serte excellenter infideles Hebræos, consolationem præbens
his qui ex Iudæis Christo nomen dederant, innumera mala
pericula ab ipsis perpessi. Ne sitis pusillanimes, inquit.
Sacrificientur, imò quod maius est, pedibus proterentur, qui
nunc insurgũt aduersum vos. Atque hoc inde liquet, ꝙ Christus à dextris patris sui sederit. Postquam enim hoc factum
est, & illud continget, secũdum quod in psalmis dictum est.
Quomodo igitur non statim positi sunt sub pedes, hoc est C
penitus ex medio? propter eos qui ex ipsis emersuri essent fideles. *Vna enim oblatione perfecit in perpetuum sanctificatos.* Perfecit, inquit, à peccatis liberauit sanctificatos, & sanguine
suo perunctos, ꝙ baptizati sint in mortem eius. Omnes
enim qui baptizantur simul sunt insiti similitudini mortis
eius. Perspicuum ergo quòd in sanguine ipsius sanctifican- Roma. 6
tur. *Testatur autẽ & nobis spiritus sanctus.* Quid testatur? Quòd
postquã nos liberauerit à peccatis per vnam oblationem, vt
non habeant opus secunda. *Quum enim dixisset, Hoc est fœdus*
quod feriam cum illis post dies illos, dicit dominus, dans leges meas Hier. 31.
in corda ipsorum, & in mentes eorum inscribam eas, & peccatorum
eorum & iniquitatum eorum non recordabor amplius. Obseruas
quòd spiritum, ꝙ deus peccatorũ remissionem dederit. Tũc
demum dedit, quando nouum testamentum ac fœdus instituit. Supr. 8.
Nouum autem testamentum per mortem filij sui tum dedit,

tum

D tum ſtabiliuit, perinde ac antea præmonſtratum eſt. *Vbi autem horum eſt remiſſio, non eſt porro oblatio pro peccato.* Si enī peccatorū remiſſio data eſt per vnum ſacrificium, quid poſthac opus eſt altera hoſtia? Demonſtratum eſt itaque quòd per vnam oblationem Chriſti conſummati ſimus, peccatorum remiſſione accepta, neque porrò indigeamus alio ſacrificio. Superuacaneæ itaque ſunt Iudaicæ, tum quæ per contentionē perficiuntur oblationes, iam olim ob incommoditatem ſuā condemnatæ ac deprehenſæ. *Habentes igitur fratres fiduciam.* Monſtrata pontificis noſtri excellentia, qua veteres exuperat, ac teſtamenti à teſtamento, oblationis ab oblatione diſcrimine aſſignato, maximè verò Chriſti ſacrificio cum legalibus comparato, quòd per iſthuc à peccatis liberati ſimus, deſiſtit iam ab inſtitutoria huiuſmodi oratione, reſpirationem dans auſcultatori. Ad moralem autem tranſit admodum opportunè. Quum enim attētè mentionem feciſſet remiſſionis
E peccatorum, adhortatur deinceps ne in eadem relabamur, inquiens, Habentes igitur fiduciam ex hoc quòd nobis dimiſſa ſint peccata. Vt enim ſcelus admiſſum, pudorem & verecundiam incutit, ac ſeruilem timidúmque animum adeóque metum, ſic dimiſſio noxæ confidere facit. *Ad introitum ſanctorū.* Etenim dimiſſis nobis ſceleribus, fiduciā habemus vt introeamus in ſancta, hoc eſt in cœlum. *In ſanguine Ieſu.* Hoc eſt per ſanguinem. Per crucem enim & ſanguinem Chriſti noxæ condonatione donati, confidentiam accepimus. *Quam innouauit nobis uiam recentem & uiuentem.* Quem ingreſſum ad
F ſancta, ipſe nobis viam innouauit, hoc eſt, nouā fecit, vt qui hanc primus orſus ſit & confecerit, adeóque primus iuerit. Recentem porrò pro noua dixit, quippe quæ noſtris temporibus apparuerit. Hæc autem nobis gloriationis anſam præbent haud exiguæ. nam quibus ne Abraham quidem donatus eſt, nos donati dignatiq; ſumus, nunćque nobis cœlum eſt apertum. Viuens autem, q̄ prima vita letalis & mortifera erat, ad ſancta videlicet legis ducens, quæ porrò locū nō habet. nam ſuſcipientibus ipſam mortis cauſa extitit. Hæc autem adeò ad vitam ducit, vt & ipſa viuat, & æterna ſit. Viuentem deinde perinde intellige atque recentem, pro viua & florente, ad diſcrimen introitus ad vetera ſancta. mortuus enim ille ac planè extinctus erat. *Per uelamen, hoc eſt, carnem ſuam.* Inſtaurauit nobis viam hanc ad cœlos ducentem, per

carnem ſuam. quando in crucem caro ſublata eſt, & in cœ- A
lum recepta, tum reuelauit nobis cœleſtia. Hinc & opportune velamen eam appellauit. Illud enim proprium eſt velamenti, vt quum remotum fuerit, reuelet quæ ſint interna. *Et ſacerdotem magnum ac domum dei.* Habentes videlicet ſacerdotem Chriſtum. Domum, vel nos fideles, iuxta illud: Inhabitabo in ipſis, & obambulabo in eis. vel quod reor eſſe poſſit, cœlum: illud enim ſancta appellat: & in eo pontificem *Leuit. 26*
miniſtrare dicit pro nobis videlicet intercedendo.
Accedamus. Ad quid? ad fidem & ſpiritualem cultum, vel ad
cœlum, vbi noſter eſt pontifex. *Cum uero corde.* Hoc eſt, ex-
corde doli, non fucato erga fratres, vel nihil hæſitante, nihil
ambigente, neque quicquam vacillante de futuris, ac pro-
pterea in puſillanimitatem recidente. Infert igitur. *In cer-* B
titudine fidei. Docet nos quo pacto non ſimus deſponſuri animum, nempe ſi fidei certitudinem habuerimus, hoc eſt, fidem conſummatam & perfectam. Nam fieri poteſt vt quiſquam credat, citra tamen certitudinem, perinde ac nonnulli putant quorundam futuram reſurrectionem, quoſdam verò non reſurrecturos. Hæc ſanè non eſt plena neq; certa fides, ſed imperfecta. In plenitudine igitur fidei accedamus. Quāquidem enim nihil oculis noſtris ſubiectum eſt, neque tēplum ipſum cœlum, neque pontifex Chriſtus, ſed abdita ſunt, æquè ac in veteri teſtamento pontifex ingreſſus in ſanctuarium occulebatur: propterea opus eſt fide perfecta & indubitata. *Conſperſi corda a conſcientia praua.* Quum de fide lo- C
cutus eſſet, planum facit hîc non ſolam fidem, verumetiam eam virtutibus redimitam inquiri. Næ Iudæi corpore conſpergebantur, nos verò corde, vt nihil mali nobis cōſcij ſimus. Conſpergemur autem & ipſa virtute & gratia ſpiritus, qui remiſit nobis in baptiſmate peccata, & confortauit nos, ne ad animum aduerterimus, non porrò in ea recidamus. *Et ablati corpus aqua pura.* Pura, vel quòd puros faciat, *Nu. 19.*
vel quòd non habeat admixtum ſanguinem vt vetus illa.
Nam enim gratia in baptiſmate animas purget, viſibile tamen hic viſibili Paulus coniunxit. Siquidem in ipſo vſu baptiſmatis, corporis cauſa aqua aſſumitur. quum enim gemi
mus, gemina etiam purificatio eſt. *Contineamus ſpei confeſſionem inflexilem.* Hoc eſt, confeſſam & manifeſtatam

D tam nobis ſpem retineamus ſtabilẽ. Sperauimus enim in principio fidei, quòd & ipſi cœlũ ingreſſuri ſimus, & confeſſi ſumus, quando fœdus fidei feriebamus, reſurrectionẽ mortuorum nos credere, & vitam æternam. hanc igitur cõfeſſionem retineamus. *Fidelis eſt qui promiſit, quoniã dat robur.* Quomodo retinebimus ſpem firmam? Si intellexerimus dignitatem eius
Iohan. 12 & veritatẽ qui promiſit. Fidelis eſt, hoc eſt, verus ipſe Chriſtus dicens: Vbi ego ſum, & miniſter meus erit. *Et conſideremus nos mutuò ad prouocationẽ charitatis bonorũque operũ.* Conſummationem adiicit iam, charitatem, Cõſideremus, inquit,
E alter alterum, hoc eſt, contemplemur, ſi quis virtute inſignis, vt hunc imitemur, non vt inuideamus ei, ſed potius vt incitemur, vt eadẽ cum ipſo opera perficiamus. Prouocatio hæc & incitatio charitatis eſt, non inuidiæ. Vt enim ferrũ ferro exacuitur, ſic anima animæ commorans, ad eadem ipſam incitat, veruntamen in charitate. Vel quia conuiuntis inter vos, caleſcatis & accendamini ad dilectionem mutuã, vt cùm diligatis, tum diligamini. *Non prætermittentes conuentũ veſtri ipſorum.* Compertum habet conuentum mutuum dilectionem generare. hinc commonefacit eos ne intermittant inter ſeſe cõgregari, neque ſeparationes & conciliabula praua moliri. Vbi enim ſunt duo vel tres collecti in nomine meo, illic ſum
Matt. 18 in medio eorum. Quinetiam eccleſiæ oratio Petrum à vincu-
Actu. 12. lis reſoluit, eque carcere liberauit. *Quemadmodum ſolent quidam.* Hîc accuſat ſeceſſum & ſectas facientes. *Sed conſolantes uoſipſos.* Hoc eſt, animum addentes alter alteri, & adhortantes vos viciſſim, ac docentes, & conſolantes, ac leuamen malorum impartientes. frater enim à fratre adiutus, in-
F ſtar vrbis eſt munitæ. *Ac tanto magis, quanto uidetis appropinquantem diem.* Conſummationis nimirum. Quatenus enim nondum ſeparamur ab mundo hoc, quid eſt quòd nos ipſos alter ab altero diſſeparemus diſſociemusque? Id vero conſolationi eis erat, à tẽtationibus nempe defatigatis, perinde ac
Philip, 4. alio in loco dicit: Dominus prope eſt, nihil ſitis ſolliciti. *Voluntarie enim peccantibus nobis.* Adhortatus eſt à commodo ribus, quòd fiduciam habeamus, quòd peccatorum condonatione donati ſimus: nũc à triſtioribꝰ terret. Obſerua hîc quomodo veniæ locum relinquat. Voluntariò enim, inquit, peccantibus, hoc eſt, permanentibus in peccato citra pœnitentiam: quemadmodum ſi non permancamus, ſed vitæ in me-

os permutatæ ſpecimẽ exhibuerimus, veniæ certè locus eſt. A
ui ſunt igitur qui hîc pœnitẽtiã toli clamãt? *Poſt acceptam cognitionem ueritatis.* Chriſti, vel omnium dogmatum. *Non amplius relinquitur ſacrificium pro peccato.* Haud pœnitentiam agens hæc dicit, vt quidam intellexerũt & ſuſpicati ſunt, oſtendit non eſſe locum ſecundo baptiſmati, quandoquidem neque ſecunda vel alia ſit mors Chriſti futura. Sacrificium enim eam appellat, vt poſthac videbimus. vno enim ſacrificio conſummauit in perpetuum. Baptiſma noſtrum ſanè mortẽ Chriſti effigiat. Vt igitur mors Chriſti vna, ſic & ba- *Baptiſma noſtrum, mortis Chriſti figura.*
ptiſma vnum. Quid igitur adeò intrepidè peccas, quum non ſpes amplius te per baptiſma denuo feliciter delere poſ- B
ſe delicta crimina? Bona igitur opera tibi vendica. *Terribilem eſt expectatio iudicii, & ignis zelus, exeſurus aduerſarios.* Terrificum iudicium & ignis æmulationẽ aduerſum nos aſſumit. Animaduerte autem quomodo animauerit ignem, attribuens vitam & vires ei tribuerit. Perinde enim vt bellua exacerbata non deſiſtit tantiſper dum apprehenderit quẽdam, quo ſuo furore exaturet cupiditatem ſuã, ſic & ille ignis pro tranſgreſſione mandatorũ ſæuiẽs, ac propter illa efferatus, quẽ apprehenderit, deuorat ſemper. Non enim dixit mãducaturus, ſed exeſurus, in ſempiternũ videlicet. Aduerſarios autem nõ ait infideles, verum ipſos etiã fideles, indigna tamen man
tis dei opera patrantes. *Si quis repuliſſet legem Moſæ.* A
maiori argumentans, oſtendit iure nec citra meritũ futurum ſupplicium, vt plus fidei orationi ſuę conciliet. Legem autem Moſi dicit, quandoquidem multa eis ipſe iniunxerit. *Citra* C
duorum aut treium teſtium. Deut. 17
ſupplicio legem Moſæ reiecisſet, coram duobus aut tribus teſti
bus moritur, hoc eſt, ſi confeſſum & probatũ fuerit à duobus
teſtibus ue teſtibus quòd præuaricatus ſit legem. *Quanto putatis iudicio dignum iudicatum iri ſupplicio, qui filium dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti prophanauerit?* Ipſis iudicium per-
ſuadere, quod in valde apertis facere ſolemus, vt adeò auditores iudices & arbitros faciamus. Quid autem eſt qui conculcauerit? hoc eſt, qui contemſerit. Vt enim conculcatorũ nullam rationem habemus, ſic & Chriſti nulla ratiõe habita ad ſupplicium venimus. Et ſanguinem teſtaméti prophanarit, hoc eſt, nihil ab alio cruore differre putarit. Teſtamenti autem, quod per ipſum ſtabilitũ ſit erga nos teſtamẽtum, quod

bonorum

D bonorum nobis hęreditatē impertit, vt suprà memorauimus,
Supra. 9. Hæc etiam de sacramento cœnæ dominicæ dicta sunt. Quā-
do enim assumentes impollutum corpus & sanguinem Chri-
Eucharistiam indigne sumẽtes. sti: cœno ac luto corporalis impuritatis assumentem carnem
nostram inuoluimus, nónne filium dei conculcamus? Lutum
terræ non adeò indignum est corpore diuino, quàm indi-
gna est carnis tuæ impuritas. Vtĕris hoc loco aduersus e-
tiam Nestorianos. Nam illi exiguum hominem existiman-
tes Christum, sanguinem eius cõmunem, id est, prophanum
censuerunt, neque quicquam à reliquis habere discriminis.
In quo sanctificatus est. Ruditatem & ingratitudinẽ hîc ostēdit. Oportebat enim sanctificationem amplecti, qua donati
sumus in sanguine. Et qui spiritum gratiæ contumelia affecerit.
E Qui enim collatam in se beneficentiam dei non rectè admi-
nistrarit, iniuria afficit eũ qui cõtulit. Fecit te filiũ dei, tu verò sa-
crò seruꝰ efficeris affectuũ. Venit vt in te habitaret, tu verò spi-
ritum perinducis tibi diabolum. Hæccine contumelia est spiritus?
Deute. 32 Noui enim eum qui dixit, Mihi uindicta, ego repẽdam, dicit dominus.
Psal. 134 Et rursus: Dominus iudicabit populum suum. Terribile est incidere in
manus dei uiuentis. Hæc dixit ex consequenti, vt ostendat do-
minum vltionem sumpturũ de peccatis. Nam id per prophe-
tam dixit. Animat autẽ pusillanimes, qui ab Iudæis afflictio-
nes & tentationes perpetiebantur. propemodũ enim hæc di-
cit, Ne despondeatis animum, habetis qui vos sit vindicatu-
rus, ac compensaturus vestros labores, viuentem, quem nulla
ratione effugient affligentes vos. Vos quidem in illorum ma-
nus incidistis, qui sunt homines, & morti obnoxij: isti vero
F in manus dei incident semper viuentis, quem propterea effu-
gere haud poterũt. Recordamini autem priores dies. Non sa-
nè frustra est quod dicimus, Mihi vindicta: etenim hoc clan
culum ad cõsolationem eorũ inducit. Ecce enim clarius nūc
illis disserit, adhortans eos ne deficiant à patientia. Proinde
ne alios, inquit, imitemini, sed ipsi vos ipsos. Principio enim
fidei vestræ certastis hoc certamen: quod semper vobiscum
expendite, ne ea quæ primùm rectè certando & fortiter affe-
cuti estis, per socordiam & torporem amittatis. Contempla-
re autem hîc spiritualem sapientiam. Quum antea conculsis-
set illorum mentes per gehennæ commemorationem, nunc
per encomia lenit, non adulans eis, sed per hæc ipsa eos cõm
monefaciens. Plus ei fidei adhibetur, & plus autoritatis ha-
ber, qui

, qui cuipiam consulit vt seipsum imitetur, & quæ antea A
ecit opera. In quibus illuminati, multum certamen sustinuistis
ctionum. Vel de baptismate dicit illuminati, vel de co-
tione simpliciter fidei Christi, ac de excepturis fideles bo
illuminati enim cognitione futurorum bonorũ sic sustī-
stis. Non dixit autem tentationes, sed certationem, quod
genuitatis & fortitudinis est indicium. Sustinuistis certa-
nem inquit, eamque multam. Partim quidem opprobriis &
ctationibus spectaculum facti. Obserua encomia. Genero- Psal. 41.
profectò anima menteq; eget, opprobria proferre, eque ac &. 34.
pheta testatur. Factæ sunt mihi lachymę meæ, quum dice &. 38.
ur mihi, vbinam est deus tuus? Et: Si hostis conuitiatus es- Iob. 9.
mihi, sustinuissem equidem: &, Opprobriũ insipienti de-
hi me. Quinetiam diuus Iob ægro ferebat animo oppro- B
rum, cætera adamantis instar fortis & constans. Quòd si
ere palàm, adeoq; coram omnibus conuitium & cõtume-
at, eo magis opus est ingenua tolerãtique mente. Quod
hîc denunciauit, spectaculum facti inquiens, hoc est, velu-
theatro spectatum producti. Obserua hîc quàm fuerint
gni isti, qui cùm gloriam tum opes propter Christum de-
erint, iniuriam passi à vilibus fortasse, & nullius momen
ominibus, idque animo forti, & malorum toleranti. Par
uerò socii facti eorum qui sic conuersantur. Nedũ, inquit, ve-
afflictiones, quæ inuitis vobis videbantur adduci, sustī-
stis, sed adeò strenui fuistis, vt & socij facti sitis apostolo
, qui sic vixerunt, hoc est, in calamitatibus & opprobriis,
estra sponte subiecistis vos ipsis, vt vnà cum illis aduersa C
ineatis, ac cõsortes afflictionum eorum efficiamini. Non
t autem, socij facti estis mei solius, sed communiter o-
um, vt encomion eorum eo sit amplius & magnificẽtius.
um vinculis meis compassi estis. Non solùm in vestris cala
tibus non indiguistis consolatione, verumetiam aliis fa
stis leuamen mali, cui rei testimonium ego dico. Et rapi
bonorum uestrorum cum lætitia accepistis. Speciatim dixit
modo alios participarint, nunc rursus dicit quomodo an
ias erga se ipsi toleranerint. Nam bonis exui, & spolia-
cultatibus, næ res est ardua. Quia enim credidistis,
spoliati estis. Atqui potuisseris omnino à fide alieni
manere. Quod ait accepistis, voluntariam eorum pa-
tiã significat, & quòd libenter acceperint. Porrò cum

lætitia

D Lætitia accepistis, id verò apostolis vos adæquat, qui reuersi
Actu. 5. sunt gaudentes quòd pro nomine Christi contumelia affecti
essent. *Cognoscentes habere uos meliorem substantiam & permanentem.* Et hoc, inquit, faciebatis cum iudicio, deliberatione, ac fide. Agnoscebatis enim quòd meliorẽ substantiam & manentem habeatis, quæ non posset vel adimi, vel diripi, vt hæc. *Ne reiiciatis igitur libertatẽ uestrã.* Quũ dicit, ne reiiciatis, ostendit quòd nondum exciderant, opus enim haberent confirmatione & munitione. Fiduciam autem & in loquendo libertatem dixit, quòd huiusmodi cum patientia ob dei gloriam ferentes, magnam habeãt confidentiam ac libertatem.
Quæ habet retributionem mercedis magnam. Vos enim testes
E estis vobis ipsi, qui agnouisti præstantiorã vos bona habere in cœlis. *Patientia enim opus habetis.* Nulla re porrò indigetis alia, præterquam sola patientia: cætera habetis omnia, neque opus est vos quicquam apponere. *Vt uoluntatem dei facientes, feratis promissionem.* Voluntas dei est ad finem vsque
Mat. 10. sustinere. Qui enim, inquit, perseuerauerit ad vsq; finem, hic conseruabitur. Adhortatur autẽ hisce eos apostolus, perinde ac si quis cernat athletam, qui omnes aduersarios debellauerit, ac certando vicerit, nec possit deinde expectare Hellenodicas, qui coronas victoriæ protrahant ac remorentur, atque eam ob rem aufugere velit, quandoquidẽ non possit diutius ferre sitim & æstum. Compellat ergo his virum dictis: Qui omnia gnauiter transegisti, expecta patrũ, ac referes coronas. Certa etiam aduersus ipsam coronarum dilationem &
F cunctationem, vince & hanc forti tolerantique animo. *Adhuc enim modicum momenti restat, & qui uenturus est ueniet, & non*
Habac. 2. *tardabit.* Producit prophetã Habacuc dicẽtẽ ꝙ propè sit iudex, qui redditurus est cuique mercedem. Quod si Habacuc hoc dixit, Parum quantum, & qui venturus est veniet: nunc videlicet est vicinior. Quod verò ait μικρὸν ὅσον ὅσον, quod valet, parum quantum quãtum, valdè parum significat. *Iustus autẽ ex fide uiuet. Quòd si subtraxerit seſe, non oblectatur anima mea in ipso.* Oportet igitur nos credere, si iusti futuri simus. Sin autem subtraxerit se iustus, id est, ambiguitatem quandam patiatur vel hęsitationem, vel subtraxerit, id est tẽtationibus succubuerit, nõ habet oblectationem in eo anima mea. Cuius autem anima? Dei, iuxta modum loquẽdi scripturæ: vt in eo,
Esaiæ. 1. Ferias vestras odit anima mea. vel Christi. *Vos autẽ non estis subtractionis*

subtractionis ad interitũ, sed fidei ad acquisitionem animæ. Quia A
terrefecerat eos quũ diceret, Anima mea non habet oblectationem in ipso: adserit iam eos non esse ex iis qui pereant propter subtractionẽ, aut propter acediam vel hęsitationem, sed ex iis qui in fide persistant stabiles, vt acquirant suas ipsorum animas, hoc est possideant, custodiant, & seruent. Acquisitio enim est possessio & occupatio.

CAPVT XI.

E *St autem fides, eorum quæ sperãtur, subsistentia.* Describit nobis posthac fidẽ, inquiens: Fides est es- *Fidei de-*
sentia eorum quę non sunt subsistentia eorũ quæ *scriptio.*
dum subsistunt, vt resurrectio nondum subsistit, sed fides B
nuit eam, obque oculos nobis ponit. *Rerum argumentum*
non uidentur. Argumentum, hoc est demonstratio & ma
testatio rerum quę non sunt conspicuæ. facit enim fides, vt
mente nostra cernamus haud secus ac si præsentia essent.
igitur talia tantaque potest fides, quid cupitis ea bona cor
raliter & re ipsa sensibili videre, vt excidatis ab fide?
od sanè nihil est aliud quàm excidere à iustitia, ne sitis iu Habac. 2.
Iustus enim ex fide viuet. *In ipsa enim testimonium assequuti*
sunt maiores. Hoc est, in ipsa fide testimonium assequuti
omnes veteres, ac probati sunt quòd deum præ oculis ha
erint. *Fide intelligimus condita esse secula uerbo dei, ut ex non*
apparentibus fierent quæ uidentur. Postquàm fides reprehedi-
apud non intelligentes virtutẽ ipsius, qui asseuerant eam
rem indemonstrabilem, adeoque manifestam impostu- C
, ostendit quòd maxima quęque per fidem transigantur,
on per rationẽ, aut cõsilia humana. Nam quòd deus ver-
quæ sunt, ex iis quæ non sunt, creauit, quæ demonstratio
as exhibuit? nulla sanè, sed sola fides. Fide igitur intelli-
us consummata esse secula, hoc est facta esse verbo dei.
er fide? quia quòd ex inuisibilibus, & ex iis quæ nõ viden
facta sint quæ videntur, fide opus habeat. Vel sic intelli-
licebit. Verbo dei, quo factum est vt producerẽtur ex iis
nõ sunt, ex nihilo ea quæ sunt, omnes creaturæ nimirũ.
m audis secula, ea simul intellige quæ istis continentur
aribus: videlicet tempora, adeoque cuncta temporaria,
catiore loquẽdi modo seculis etiam tempora significan-

D tibus. Nam propriè seculum aliud quiddam quàm tẽpus est,
Seculum quid sit. & vnum non sunt multa. *Fide excellẽtius sacrificium obtulit Abel Deo quam Cain.* Quia magna fides ingenua indiget ani-
Gene. 4. ma, Hebræi autẽ fide elanguerant, ac primùm quidem fidem demonstrarunt, deinceps verò ob afflictionũ frequentiam & continuationem pusillanimes reddebãtur, ac tantum non despondebant animum, adhortatus est & consolatus eos ab rebus per eos gestis, & à scriptura confirmãte quòd iustus ex fide sit victurus, & ab ratiocinationibus, inquiẽs: Fides est co-
Habac. 2. rum quæ sperantur, subsistentia. Nũc verò à magnis & piscis viris etiam argumenta profert. Quum enim homo inuenerit participes aduersitatum, sedatus respirat. Producit igitur Abelum, inquiens, Fide obtulit victimã maiorem, hoc est, pre-
E cio siorem, quàm frater. Quem enim sciebat alium ante esse? patrémne aut matrem? atilli impegerãt aduersus deũ. At fratrem? verùm & is Deum non coluerat candidè. Fide ergo sola perductus est vt offerret deo ex melioribus quæ habebat, credens se mercedem accepturum. *Per quam declaratus est esse iustus, testimonium dicente deo super donis eius.* Quum enim ad Cainum dixisset deus, Nõ rectè offers, nec rectè diuidis: testimonium perhibuit Abelo, q; & rectè obtulerit, quatenus datori deo obtulit quæ ex illo habebat: ac rectè separauit, quatenꝰ meliora ceu domino suo separauit. Fertur etiã quòd ignis è cœlis descendens absumpserit sacrificium, atque inde agnouit Cain sibi antelatum esse Abelum. Vnde enim aliàs hahuisset compertum? Hinc & quispiam eorũ qui Hebræa in
F Græcam linguam transtulerũt, sic vertit: Intutus est in victimas Abeli dominus, & incendit. *Et per ipsam mortuus adhuc loquitur.* Hoc est, per fidem adhuc loquitur, id est, fides fecit eum hodieque viuere, ac doctorẽ omnibus constitui, loquentem tantum non, Imitamini me mortales, ac beneplacete deo
Loqui qũo dicatur Abel. per fidem iustificati. Loquitur igitur, hoc est quum glorificatur, prædicatur, quũ memoria eius instauratur, loquitur, perinde ac cœlum loquitur quum à nobis solummodo cernitur. Non enim tantum sermo perficit, quantum illius afflictio. Hoc autẽ dixit, vt ostẽdat infirmis quòd iustus quadãtenus etiã hîc fruatur honore, æquè ac vos fruemini. Quædã exemplaria λαλεῖται habet, non rectè, opinor. Quod tamen verbi passiuè accipiatur, dicitur valebit: sin in media cõiugatione, tũ retinet eãdẽ significationẽ cũ λαλεῖ actiuo, id est loquitur. *Fide*

Fide Enoch translatus est, ne uideret mortem, & nõ inueniebatur, eò quòd transtulerit eũ deus. ante translationem enim eius testimonium habuit quòd placuerit deo. Hic maiorem fidẽ quàm Abel demonstrauit. Nã quæ Abelo contigerunt, potuerunt ipsum offendere. Iustus enim quũ esset, permissus est occidi ab fratre. Quid enim prodest punitum esse occisorem? quid inde commoditatis retulit Abel, quum iam antea è medio esset sublatus. Magnam itaque fidem demõstrauit Enoch, credẽs deum Enoch. retributorem nostrum fore in futuro seculo, perque eã fidem placuit deo, ac beneplacens translatus est. Fide igitur translatus est, hoc est fides in causa fuit cur in cœlum trãsferretur, per quã placuerat deo. Animaduerte hîc quomodo per Abelum mortis sentẽtiam demõstrauerit deus esse verã & certã: per Enoch autem indicauit tẽporariam eam sententiã, nec in B sempiternũ duraturam, cæterũm abolẽdam olim mortẽ. Proinde quòd viuens translatus sit, & quòd viuat, scimus. vbi autem, & quomodo, incertũ, scriptura hoc nõ patefaciẽte. *Sine fide aũt impossibile est beneplacere.* Ni enim crediderit quispiam cõpensationem esse bonorũ & malorũ, non beneplacebit deo. Quomodo eñ laboriosum virtutis iter ingrediatur, non persuasus in futuro seculo multiplices ac stabiles diuturnasque permutationes atq; vicissitudines esse? Audi porrò sequentia. *Credere enim oportet accedentem, quòd sit, & quòd exquirentibus ipsum retributor sit.* Deum esse, ac retributorem fieri, per fidem tenemus. Quidam à casu esse omnes res censent: qui verò sit deus secundum substantiam, incomprehensibile C prorsus & intentatum fuit sapientibus. Quid verò est exquirentibus ipsum? hoc est, vita beneplacere ei nauantibus operam, non curiosis humana sua sapientia. Considera Pauli sapientiam, quomodo subterserat vndique deum esse retributorem, ob vacillantes fideles Hebræos. *Fide Noe responso accepto, de iis quæ nondum uidebantur metuens, construxit arcam in salutem domus suæ.* Noe, inquit, ab deo responsum accepit, hoc Gene. 6. est, edoctus est de rebus nondum præsentibus, adeoque incertis, & non fuit incredulus. Quinetiam quum esse, serenitas, & omnes voluptatibus ac deliciis indulgerent, neque vllaequam periculi expectarent (neque enim vllum tale cernebatur) attamen ille credens Deo, metuit inundationem vel diluuium, cõstruxitque arcam, qua cõseruauit omneis qui ex sua domo erant. Obserua hîc, quòd oraculum edat Deus, &

D oraculum edat ſpiritus ſanctus, perinde ac ſcriptũ eſt de Simeone, Reſponſum acceperat à ſpiritu. Deus igitur ſpiritus. *Per quam condemnauit mundum.* Hoc eſt, commonſtrauit eos dignos eſſe ſupplicio, qui cum viderent tãtam extrui ab Noe arcam, neque ſic tamen adduci potuerunt vt crederent futurum cataclyſmum. *Ac iuſtitiæ, quæ eſt per fidem, factus eſt hæres.* Hoc eſt, lucratus eſt ſeu nactus eſt vt iuſtus videretur
Gen.12. apud deum: quod iuſtitiæ nomen, fides ei largita eſt. *Fide uo*
& 13. *catus Abraham, obediuit egredi in locum quem accepturus erat in hæreditatem.* Poſtquàm & ad hunc & reliquos patriarchas defigerent oculos Hebræi fideles, vt qui innumera beneficia & bona à deo acceperit, oſtenſurus eſt quòd nullus vnquã quic
E quam dum mercedis retulerit. Ait ergo: Fide Abraham obſe quutus eſt, iuſſus relinquere patriam. Quem autem ille conſpexerat, quem imitaretur? Pater ei idololatra erat, prophetas non audiuerat, proinde fidei erat, obedire ceu vera loquenti deo de iis quæ pollicebatur, ac relinquere ea quę in manibus erant. *Et egreſſus eſt, non ſciens quo ueniret.* Atqui etiamſi ſciuiſſet, quiſnam cogebat eum, vt omiſſis paratis, & quę in prõptu erant, ea perſequeretur quæ non eſſent in prõptu? Enimuero nec ſciebat quidem omnino quænam eſſet terra illa in quã vocaretur. *Fide fuit accola in terra promiſſionis ceu in alie-*
Gen.15. *na.* Terram, inquit, illam quam promiſerat deus ſeſe daturum illi & ſemini eius, incoluit, tãquàm alienam. Quomodo
Gene.23. alienam? Nam & Sarrhæ ſepuchrum emit, neque tamen dubi tauit, neque mentitus eſt deus, ſed credidit quòd haud dubiè
F daturus eſſet hanc, quam dixiſſet. *In tabernaculis commorans.* Adeo tãquàm in aliena terra habitabat, vt ne propriam quidem domũ haberet, ſed in tentoriis habitaret, quod peregrinorum eſt aliàs ad alios fines tranſeuntium, quandoquidẽ nihil proprij poſſideant. *Cum Iſaac & Iacob cohæredibus pro-*
Gen. 26. *miſſionis eiuſdem.* Iſaac, inquit, & Iacob perinde incoluerunt
32. & 33 eam, vt alienam. Nam Iſaaco inuidebant Philiſtiæi adeò, vt puteos ei auferret Abimelech & coniugem, qui & ſubinde ad alium atque alium trãſire locum adigebatur. Iacob autẽ non ſolùm à fratre Eſau perſecutionem patiens ſibi metuebat, verumetiam ex Meſopotamia reuerſus, emit locum in quo fixit tabernacula. Et iam quidem in Bethel, iam verò in Ephrata tranſibat, nullo loco certus manens, inſtar aduenæ & inquilini. Interim tamen & ipſi promiſſionis hæredes fuerũt, vt pater. Tibi

Tibi enim dabo, inquit, & ſemini tuo. Attamen nõ fuit incre A
dulus. *Expectabat enim fundamenta habentem urbem.* Eam ob rem, inquit, erant aduenæ, & commorabãtur in tabernaculis fundamentum non habentibus, quòd expectarent cœleſtem vrbem, quæ vera fundamenta habeat, quę ſemper conſiſtant, neque vnquàm marcida reddãtur. Propterea & deus animad uertens eos adſpernari terrenas promiſſiones, diſtulit eas maiores ipſis prępарãs, quibus illi digni erãt, & nõ terreſtribus. Inſuper illi promiſſionem terreſtriũ accipientes, non ita magni faciebant, ſed cœlum expetebant. Vos autẽ ô fideles, cœleſti promiſſione accepta, terram expetitis: ecquî nõ eius vos pudet? *Cuius artifex & autor deus.* Papæ, quantum eſt vrbis iſtius encomiõ, fabrum & architectonem habere deum? *Fi-* B
de & ipſa Sarrha, ſterilis quum eſſet. Ruborem iſthuc nõnihil *Gene.* 17
elicit quod ait, & ipſa Sarrha, perinde ac dicat: fœmina credi & 18.
dit, & vos non erubeſcitis ſi muliere inferiores deprehendamini? Quî verò credidit, quæ riſit? profectò credidit, etiamſi riſerit. Poſthac enim reprehenſa perterrefacta eſt, quod fidei erat indicium. Planum enim eſt, quòd magnum iſtũ arbitraretur, adeoq; ſupra hominis eſſe naturam eum, qui ſecum loqueretur. *Virtutem ad deiectionem ſeminis accepit.* Hoc eſt, confortata eſt vt reciperet ac contineret deiectum in ipſam ſemen Abrahami. Vel quia affirmãt naturæ indagatores phiſophi & medici, mulierem etiam veluti ſemen quoddam ab ſe conferre, forſan ſic accipiẽdum eſt, ad deiectionem ſemi
nis, pro eo quod eſt, vt & ipſa deiiceret ſemen. *Ac præter ætatis tempus peperit.* Paulò antè eam ſterilem dixit: nũc adii- C
git: quòd & præter tempus ætatis pepererit. Itaq; duplicẽ habebat defectum naturalem, nempe quòd ſterilis erat: tum ſenectutis, quia nimium cõſenuerat. *Quia fidelem putauit eum qui promiſerat.* Fidelem, id eſt verũ. promiſerat enim, Circa illud temporis veniam, & erit Sarrhæ filius. *Propterea & ex uno facti ſunt, eoque emortuo, tanquàm aſtra cœli multitudine, ac ueluti arena quæ eſt iuxta labium maris innumerabilis.* Non hoc tantum effecit fides vt naſcerentur, verumetiam vt tot naſcerentur, quot ne ab fœcundis quidem mulieribus. Itaque duo hîc ſunt miracula. Quomodo autem fuerũt innumerabiles? Nam quid rarò eos numero comprehendimus. Siue igitur hoc hyperbolicè dictum eſt, iuxta ſcripturæ conſuetudinem, vt ille, Vidimus vrbes ad cœlum vſque eductas: ſiue quòd ſem- *Num.* 13.

D per nascantur alij, ideo propter istam posteritatis in numerum nõ cadentis successionẽ continuam & propagationem, innumerabile dixit. *Per fidem mortui sunt illi omnes non accipientes promissiones.* Duo hîc quæruntur, Quomodo quum de Enoch memorasset, Translatus est ne videret mortẽ, nunc dicat, Mortui sunt illi omnes? Ac rursus qui dixerit nunc eos non accepisse promissiones, quum Abelum tamen hodieque loqui adfirmarit, quãdoquidem apud cũctos celebretur? Deinde in cœlum esse sublatum Enoch. Noe verò mercedem recepisse, vt conseruaretur ipse cum tota pariter domo sua, & iustum vocatum esse. Abrahamum etiã liberos procreasse ex Sarrha. Proinde quod ait, Mortui sunt illi omnes, intellige, Mortui quidem sunt, excepto eo qui mortẽ non vidit. Enimuero quòd non acceperint promissiones, verè de omnibus dictum est. Non enim per hęc tantum magnifica donans deus, persoluit magnorum fidei laborum mercedes, Abelo quidem per gloriam & celebritatem apud homines, Enoch verò per translationem, tum Noe ipsi per conseruationem ex diluuio, deinde Abrahæ per filij procreationem: verùm perspicuum est hæc esse veluti gustũ quosdam & arrhabones verarũ promissionũ, propter pusillanimes & infirmos nos prodita memorię, & primùm cõmunicata, vt ab his edocti, de illis etiam in fide firmemur, nihil pẽdẽtes animi. Alia porrò quædã ingentia, quæ in cor hominis nõ conscenderũt, parata sunt eis, quæ nondum acceperunt, perinde ac dominus dixit in euangelio, eum qui sese ab mundo seiunxerit, ac sibi Christo nimirum adhæserit, centupliciter recepturum in hoc seculo, & vitam ęternã in futuro possessurũ. *Sed procul eas intuentes ac salutantes.* Hic clam indicat, eos de regno cœlorũ, & resurrectione & ineffabilibus bonis mysteria adeoq; arcana cũ vidisse tũ salutasse, hoc est sensisse. Sũpta metaphora ab nauigãtibus & procul cernentibus vrbes desideratas, quas priusquàm ingrediatur in eas, præueniẽtes familiariter salutant, sibiq; copellatione vindicãt. vel Abrahamum cum sua sobole intelligit. nam ipsi non acceperunt promissiones de terra, à longe autem aspexerunt eas, & præuiderunt ante quatuor generationes. Nam posteri eorum ex Aegypto ascendentes, hæreditatẽ eius terræ adibũt. Hæc aũt enarratio vel hic locus nõ sequitur ad prædicta, nempe ad hoc quod ait, Illi omnes, tanquàm soli Abrahamo eiusque nepotibus conueniant. Et

confessi

confessi quòd peregrini sint & aduenæ super terram. Non solũ super promissam, verumetiam super vniuersam. Propterea autem non dignabãtur eum accipere. non enim terrestribus digni fuerũt patres illi, sed cœlo. Posteri aũt eorũ acceperũt ea, nam illi ea fuerũt digni. Peregrinum autem & aduenam se esse Abrahamus apud Chetæos palàm est confessus, verũtamen omnes tales fuerunt, perinde ac Dauid testatur, Aduena ego sum, dicens, æquè ac omnes patres mei. *Talia enim dicentes indicant quòd patriam inquirant. Ac si illius quidẽ meminissent à qua sunt egressi, habebant opportunitatem reflectendi. Nunc autem meliorem expetunt, hoc est, supercœlestem.* Confitentes, inquit, ipsos hospites, indicant se patriam inquirere. Videamus igitur qualem patriam inquirant: terrestrémne quam reliquerant, vt Abraham Mesopotamiam? Atqui licebat ei reuerti ad eam. Quoniam verò reuersus nõ est, manifestũ est quòd neque hanc sit recordatus, neq; hæc fuerit patria eius, cęterũ aliã expetebat meliorem, supercœlestem, in quã nõdum opportunũ erat ei conscendere. *Propterea nõ pudet deum eorum, quod vocatur eorum deus.* Ob huiusmodi, inquit, eorum virtutẽ deus adeò eos magnificat, vt quum sit totius mũdi deus, hoc est visibilis, & eius qui sub visum nostrum non cadit, non erubescat peculiariter vocari eorũ deus, perinde quasi ipsi omnes creaturas æquiparent. Visibilis aũt machinæ mundi potius deus dicitur, vt conditor ac dominus: qua ratione Græcorum etiam deus est, horum autem veluti amicus, quod magis est. *Parauit enim ipsis urbem.* Adeò non pudet eũ, deũ se illorum vocari, atq; familiariter eos sibi iunctos habere, vt & vrbem quam in cœlis desiderauerint, parauerit eis. *Fide obtulit Abraham Isaacum, quum tentaretur.* Maior omnibus in fide est Abrahamus: hîc enim non sola natura pugnabat, sed verbum dei cum mandato diuino. Is enim qui dixerat, Tibi & semini tuo dabo terram, is imperat, Macta filium tuum. Propterea dicitur tentari Abrahamus, non quòd deus opus haberet discere vel experiri eius virtutem, verùm vt nos experientia ipsa & operibus discamus virtutem eius. Obserua hîc adeò esse commodas tentationes, vt nedum ab illis deus permittat eas superinduci fidelibus, verùm ipse etiam tentet, vt probatiores ostendat. *Et unigenitum offerebat, ad quem dictũ erat, In Isaac vocabitur tibi semẽ cogitãs quòd etiam ex mortuis excitare potens sit deus.* Hoc

D sanè longè est mirabilissimum, quòd quum alium non haberet filium, per quem promissionem felicem euentum habituram speraret & expectaret, sed hunc solum, & eum tamen obtulerit. Vnde hoc? ex multa & ingenti fide. Credidit enim quòd possit deus post cædem, ex mortuis ipso suscitato complere promissionem, ac per ipsum, simulac reuixisset, multiplicare semen. Quomodo autem vnigenitus erat Isaac, quum & Ismaelem haberet? At quatenus ad promissionem pertinet, vnigenitus erat: ille namque propriè semen erat, nam in Isaac vocabitur tibi semen, inquit scriptura. *Vnde & ipsum in similitudine tulit.* Quid est quod ait, in similitudine? id est, in figura, ad demonstrationem mysterii quod in Christo erat. Vt enim tum Isaac dimissus est, aries autem cæsus, sic vnus Christus, Deus & idem homo, secundum humanam naturam pro nobis sacrificatus est, deitas verò expers passiõis permanebat, nihil patiebatur. Aliàs autem & Abraham fuit
E typus dei & patris, Isaac verò filii dei. Quum igitur magnũ
Ioan. 3. hoc & humanum ingenii captum exuperãs mysterium deus dispensaturus esset, vt filium suum daret pro nobis, supra modum clemens & humanus, neque hoc voluit ceu donum suum proprium ex gratia dare, sed veluti debitum redderet. Perinde quasi dicat, Nihil noui humanæ naturæ impertio, filium meum pro ipsa sacrificans aut cædens: Abraham enim pro me & in mei gratiam filium suum obtulit vt crederet. Itaque debitum reddo, non gratiam do. Vel in similitudine,
Gene. 23. hoc est, in ariete tulit ipsum Abraham, hoc est in permutatione arietis: qui aries figura erat Isaaci, hoc est, figura Isaaci in eius locum mactata est. *Fide, de futuris benedixit Isaac Iacob & Esau.* Vnde promisisset filiis suis tanta bona, ipse in peregrina terra confidens, nisi credidisset Deum impartiturum pro
F missa? Quid verò est quod ait, de futuris? Vel quia de iis in futuro seculo, resurrectionem enim norant & spirituales fuerunt promissiones: vel de terræ bonis quæ ipsi acceptura erant, vel ex ipsis nascituri, originémve ducturi. Præfert autem Iacob Esauo, ceu eum qui virtute clareat, & qui primo-
Gene. 27 genita acceperit, ac in omnibus dignum vt præferretur. *Fide Iacob moriens quemlibet filiorum Ioseph benedixit, & adorauit summitatem uirgæ eius.* Filii Ioseph, Manasses & Ephraim, Manasses quidem prior erat, Ephraim verò posterior, attamen Ephraim Iacob maioribus benedictionibus benedixit, dextræq;

dextræque manus vicissim impositione, ac in tantum credit euenturas benedictiones de regno tribus Ephraim, vt & A
posteris ipsis commonstrauerit. Adorauit enim Iosephum totius populi adorationem denuncians. Quomodo autem adorauit? ad summitatem virgæ eius, hoc est, acclinatus & innixus virgæ ob senectutem. Nonnulli verò ad summitatem virgæ Ioseph adorauit, inquiunt regni sceptrum significauit per virgam adorandum. *Fide Ioseph moriens, de exitu filiorum Israel memorauit, ac de ossibus suis mandatũ dedit.* A deo, inquit, credidit liberandos Israelitas ex Aegypto, vt & adiura Gene. 50.
uit ipsos vt ossa sua secum asportarent. Hoc autem fecit, non quod tanta sepulchri cura duceretur (quî enim adeò sapiens fuisset domini esse terram?) verumenimuero vt perfectã
fidei certitudinem populo daret, omnino promissionem dei feli- B
cem successum nacturam euenturãque. Et quia adeò placeat deo, ne ipsi in Aegypto perdurent, propter impietatem illic, neque ipsi ideo placuerit ossium in Aegypto depositio. *Fide Moses Exod. 2.*
natus, abditus est trimestre spatium à parentibus suis, quia uiderunt puerum iucundum, nec metuerunt mandatum regis. Enumeratis magnis viris qui fide transegerint ea quæ fecerint, parentibus etiam Mosæ obscuris quibusdam loquitur, rubrum eliciens infirmis illis, & pusillo animo imbutis, quan quidem huiusmodi viris inferiores sint. In progressu scor Exod. 2.
etiam mentionem faciet, vt eò diutius immoretur. Quam ob causam igitur abdiderũt ad trimestre spacium, quum mãdatum regis publicatum esset, masculos Hebræos è medio tollendos? qui non metuerunt? Planum est credidisse eos à deo animo puerum cõseruandũ. Vnde crediderunt? Quoniã cõspexerũt puerũ ἀστεῖον, id est, vrbanum, formosum, amabilẽ & C
gratiosum aspectu, crediderúntq; ab deo ista amabilitate eũ donatũ statim in primis fasciis adeóq; incunabulis vitæ. Nã scriptura habet abiecturi eum erant, cæterũ quũ blandè arriseret, dimiserũt, adeò oĩa cũ ipso diuina erãt. *Fide Moses Exod. 2.*
grandis factus, recusauit dici filius filiæ Pharaonis. maluit enim potius simul cum populo dei, quàm ad tempus habere peccati usum & uoluptatem. Peruenit ad familiarissimum, ac maximè proprium Deiplũ, Mosen videlicet: propterea immoratur fusius illud explicans & amplificans. Cõstructio est huiusmodi: fide Moses renuit dici filius filiæ Pharaonis. Quãdo? magnus factº, grandis est, quum in virum iam creuisset. perspicuum eñ est eum

maiora

D maiora expectasse recepturũ sese. Verbũ negauit vel recusauit, intensum odiũ significat, ac propensam eius erga regiam Pharaonis abalienationem. Animaduerte hîc, quo peccatũ
Amos. 6. nominarit, nõ affligi vnà cum fratribus. Hoc per prophetas obiicit deus. Nihil quicquam, inquit, patiebantur super cõtritione Iosephi. & rursus, Non est egressus contra cædere. Do-
Ezech. 9 mũ habemus ipsis. Ac super ingemiscentes in Ezechiele datum est signum. eos verò qui nihil huiusmodi patiuntur, angeli iubentur excindere. Quòd si qui volũtariè non simul affliguntur & compatiuntur aduersa tolerantibus, peccatũ admittunt, quid quæso de iis cogitandum qui & mala faciũt, & in malis detinent? Per temporariũ peccati vsum, regiarũ deliciarum communicationem & participationem denunciat.

E *Maiores diuitias ratus Aegypti thesauris opprobrium Christi.* Nõ dixit quę in cœlis reposita sunt bona, verũ virtutem Mosę cõfiderans, & illos refouens atque erigens, improperiũ Christi dixit. Quemadmodum enim deinceps Christum contumelia afficiebant, qui ab eo beneficia acceperant, ac tandem cruci affixerunt, sic & iam antea Mosen ignominia notabant in quos beneficia contulerat. Qui enim ab Aegypto per Mosen liberat⁹ erat Hebræus, ille ipse postero die dixit ei, Quis te constituit principem & iudicẽ super nos? nũquid me occidere vis, perinde ac interfecisti Aegyptium? Generatim autẽ & vniuersim à domesticis & beneficio affectis iniuriam sustinere, vel contumelia affici vel affligi, Christi est opprobrium. Quinetiam omnis propter bonum aduersus agentem ipsum
F facta contumelia, & simpliciter temeraria insurrectio, Christi est opprobrium. Sic enim & dominus diffamabatur, dicebaturque publicanorum amicus, quòd cum illis cibum caperet propter eorum salutem. Vt igitur peccatum prosperitas, sic Christũ sequitur cõtumelia. Ne igitur ægreferatis vos si ab contribulibus affligamini, ad Mosem verè celebrem & inclytum respicientes, & quod maius est, in ipsum Christũ desi-
Lucæ. 7. gẽtes lumina. Sic cõtumelia Christi erat, apud petram cõtra Mosen factũ populi murmur: siquidẽ Christus erat petra. *Respexit enim ad retributionem.* Fidei nimirum oculis. *Fide reliquit Aegyptum, non ueritus indignationem regis.* Ecquid ais? In
Exodi. 2. Exodo tamẽ scriptum est, Perterrefactus est aũt Moses, quia res isthæc patefacta erat. cæterùm non veritus, hîc intelligo de eo tempore quo rursus in Aegypto consisteret, atque principatum

patum Hebræorum in se retulisset. Perterrefacti enim erat A
omnino non reuerti, neque ea tentare quæ antea. Quia verò
reuersus est, indicauit se fidem adhibere deo. Quomodo au- Exodi. 4.
tem non mansit in Aegypto, sed reliquit eam, si nõ metuebat
nec perterrefiebat? Quoniam in priora se pericula coniicere
nolum, ac dicere, fortasse me seruabit deus, explorantis est ac
tentantis deum, ac planè diabolicum, æquè ac Satanas domi
no dicebat, Mitte te ipse deorsum. Vel non veritus indigna-
tionem regis, hunc admodum intellige, nempe quòd fugerit Matt. 4.
videns quòd sit euasurus, neque persecuturum regem, tan-
quam succensentem ipsi, nec etiamsi persequatur, apprehen-
surum intercepturúmve. Cuius rei signum est, quòd in vici- B
nia morari selegerit, atque isthic delituerit: proinde fidei &
res est. *Inuisibilem enim ceu uidens, fortiter tolerauit.* Perin-
de quasi videret deum secum conuersantem, sic omnia con-
stanter tolerabat. Magnæ enim patientiæ parens est habere
semper in mente deum, perinde ac Dauid inquit, Præuidebã Psal. 15.
dominum in conspectu meo, & quę sequuntur. *Fide fecit pa-*
schã effusionem sanguinis, ut ne exterminator primogenita eorum
tangeret. Haud paucis in locis diuus Paulus in trãscursu
significat ac sacramentum interserit, vt hoc loci, exhorta-
tionis in ordine, paschatis sacramenti meminit. Effusio e-
ius sanguinis illius, hoc est, inũctio postium, domini Chri
sanguinem indicabat, quo peruncti fugimus in nocte vi-
delicet exterminantem non perunctorum primogenita. C
Videns igitur quum tum credidisset sanguinis inunctionem
conseruaturam primogenita, demandabat populo hoc face-
re. Atqui ille agni sanguis erat, attamen quatenus sanguinis
Christi figura erat, tantam vim & virtutem demonstrabat.
Nos autem vero sanguine delibuti & peruncti, non confidi-
mus ipso communiri? Porrò pascha sanè perfecit, hoc est, escã
illi, & azymorum, & amarorum liquaminum Moses, & cre
dit populum ex Aegypto digressum conseruatum iri. E-
rat autem ratio cœnæ illius itineri accincta.

Fide transierunt mare rubrum, tanquam per aridam. Ne Exodi. 14
quid, Vt quid profers in medium viros inimitabiles?
Respondit & populum in exemplum. Imitamini, inquit, i-
psum adeò vulgus & multitudinem populi, qui credide-
runt sese haud submergendos aqua, sicque ausi fuerunt,
credentes deo quòd veluti per aridã sint pertrãsituri. Adeò

quæ

D quæ sit impossibilia, fides possibilia efficit, & quomodo vos incredvli manetis? *Cuius periculum facientes Aegyptii absorpti sunt.* Ne quis dicere possit imaginem quandam vel inane spectrum fuisse, aquam non fuisse, demonstrarunt Aegyptij illi quòd mare fuerit. Quum enim tentassent æquè pertransire Aegyptij, absorpti sunt ab eo. vasto enim impetu contra eos
Daniel. 3. mouebatur, quod iam antea in traiectu Hebræorum instar muri erectum constiterat: perinde ac posthac flamma aduer-
Daniel. 6 sum treis pueros parata commonstrauit. flamma nanque erat, quum Babylonios depasceretur. Sic leones Danieli par-
E centes, naturam post suam in delatoribus eius quos laniabant ostenderunt. *Fide muri Iericho corruerunt circumiti septem dies.* Quum enim deus hoc mandasset, non hæsitarunt in fi-
Iosue. 6. de sua Iosua & populus, nec dixerunt, Ecquid hoc est? num tubarum sonitus naturam habet deiiciendi lapides & munitiones? sedenim crediderunt, sic fore, & sic factum est.
Iosue. 2. *Fide Rhaab scortum non periit una cum inobedientibus, excipiens exploratores in pace.* Ecce, quod & suprà dixi, contumeliosiffimam personam producit, vt pudefaciat eos qui tali mulier-
cula inferiores esse videãtur: ac iuxtà fidei virtutem atq; potentiam ob oculos ponit, quæ certè ingens est, quandoquidem indamnatis etiã talia transigat. Fidem igitur ipsa sub-
monstrauit, quum abderet viros qui quærebantur ceu explo-
ratores. Non occuluisset autem, nisi credidisset vrbem esse in-
tercipiendam. Sic enim dixit: Compertum habeo quòd ca-
pietis hunc locum: audiuimus enim opera vestra. Et ipsa qui-
dem auditis credidit, qui verò dei mirandis rebus gestis &
F verbo non adhibuerunt fidem, perierunt. *Ecquid adhuc dicam?* Quum orationem suam ad meretricem perduxisset vsque, ac abunde satis eos à personæ qualitate notasset, & carpsisset ob incredulitatem, deinceps compendij gratia sigillatim omnes alios non explicat, ne ineptus esse videatur? verùm nec omnino tamen reticet, sed visus prætermittere non prætermittit. Sic neque auditorem languere facit, ac nihilominus pluribus quæ vult conficit & construit. *Deficiet enim me narrantem tempus.* Quale tempus? vniuersum. Dictum autè est, vt solemus nos loqui, hyperbolicè, vel quia epistolæ hoc conueniebat, ne tempus vltra immodicum eam protraheret. *De Gedeone, Barac, Sampsone, & Iephthe, Dauide, Samuele, & prophetis.* Quærunt hîc nonnulli, qua de causa hic Iephthe &

phthe & Sampsonẽ & Barac adducat. Quid ais? Qui scor- A
ta posuit, hos prætermitteret? Nec enim est quòd aliam eo
am vitam mihi recenseas, sed num in fide resplenduerint,
ec tecum reputa. Non enim vitarum explorationem facit,
d fidei indicationem. *Qui per fidem debellarunt regna.* Iud. 6
Qui, de Gedeone & Dauide accipiendum. *Operati sunt iu-*
stitiam. Quinam? illi ipsi, & Sampson. Etenim hostes con-
uerum & contribulium suorum vlti sunt & arcuerunt, do Iud. 15.
nificis & amicis suis humani & clementes visi. aduersus au
em vim inferentes hostes, insurgentes. Iustitiæ porrò ist-
e munus est, cuique tribuere quod se dignum est.
Assecuti sunt promissiones. Vt Dauid. Iurauit enim domi- Psal. 131.
no Dauidi, De fructu ventris tui ponam super sedem tuã.
od sensibiliter quidem in Salomonẽ relatum est, spiritua B
er autem ad Christum dominum pertinet. is enim verè
lomon, id est pacificus, re ipsa enim pax est. Id enim So-
mon valet, si interpreteris, pax videlicet. *Obstruxerunt*
leonum. Daniel & Sampson. *Restrinxerunt uim ignis.* Daniel. 6
ros pueri. Non dixit autem extinxerunt ignem, sed vim i- Iudi. 14.
s, quod maius est. Etiamsi enim accenderetur, virtutem Danie. 3.
em vrendi aduersum ipsos non habebat. *Effugerunt ora*
dii. Tres pueri vel vt rectius & magis propriè dica- 3. Re. 19
s, Elias gladium Iezabelis, & ipse Dauid Saulis. 1. Re. 19.
Confortati sunt ab infirmitate. Ex captiuitate Babylonis C
ensi. nihil enim ab ossibus mortuorum differebant, æquè
e apud Ezechielem dictum est. Quinetiã Ezecias ægro Ezec. 37
, vitæ appendicem accepit. *Facti sunt fortes in prælio, ca-* 4 Re. 20
strauerunt alienorum. Hæc & illisipsis à Babylone re- 2. Esd. 4.
s quadrant. Nam finitimas gentes inuidentes eis, ac
gentes tum magis quàm antea, dei virtuti confiden-
per fidem debellarunt. Conueniunt etiam Sampsoni po
ium. *Acceperunt mulieres ex resurrectione mortuos suos.*
petana per Eliam, & Samaritis per Elisæum. *Alii autem*
mpanizati sunt. Hoc est, decollati sunt, vt Iohannes præcur- 3. Re. 17
, vt Iacobus filius Zebedæi. Quidam autem distenti, pro 4. Re. 4
os verberati acceperunt. *Non accipientes redemptionem.* Matt. 14
est, potuissent non reprehendere quos reprehendebant, Actu. 12.
berari ab iis super inducendo supplicio, verùm nolue-
hoc. *Vt meliorem resurrectionem assequerentur.* Non ta-
qualem pueri dum à mulieribus suscitantur & eriguntur:

D tur: vel meliorem respectu aliorum mortalium. Sancti enim
1. The. 4. ad occursum Christi clari & splendicantes in nubes attollen
tur, quam alio in loco ἁρπαγησόμεθα, id est, exurrectionem di-
cit: & alibi, Quoniam in vitam æternam. Reliqui autem in-
frà manebunt ad supplicium æternum, quæ est eorum resur-
4. Re. 2 rectio. *Præterea illusionum.* Quemadmodum Elisæus il-
Iud. 16. lusus à pueris, vel Sampson ab alienigenis, quum effodissent
Act. 45. ei oculos. *Et flagrorum experimentum acceperunt.* Et multi pro-
Hier. 20 phetarum, & Petrus deinceps, & Iohannes. *Insuper vincula*
3. Re. 22 *& carcerem.* Vt Ieremias, Michæas, & apostoli posthac.
3. Re. 21 *Lapidibus sunt obruti.* Vt Nabuthe, ac Stephanus dehinc.
Actu. 7. *Secti sunt.* Vt Esaias ab Manasse, quem & lignea serra aiunt
serratum (vt ita dicam) esse, vt eo tristius ac doloriosius esset
E supplicium: quum ita supra modum cruciaretur.
2. Pa. 24 *In cæde gladii mortui sunt.* Vt Michæas, & Zacharias, & Ia-
Actu. 12. cobus, & Iohannes. Animaduerte autem quomodo hi quidē
Mat. 14 per fidē ora gladij euaserint, alij verò in occisiōe gladij obie
rint mortē. Huiusmodi eñ res fides est, q̄ & magna pficiat, &
magna patiatur, & nihil tamen pati æstimatur. Quī igitur
vos nihil dum tale passi, mœretis, ac tristes estis? *Circumie-*
runt in ouium & caprarum exuuiis. Vt Elias, & qui cum eo erāt.
Quia enim nondum talem de apostolis opinionem conce-
perant, post recordationem eorum ad inclytum prophetarū
in cœlos assumptum venit Circumierunt autem, eos persecu
tionem esse passos indicat, & in vno non potuisse firmos mo
F rari loco: adeò nihil facultatum possederunt. Melote autem,
3. Re. 17 pecudis vel ouis est pellis. *Penuria laborantes.* Vt ille ipse E-
4. Re. 4. lias & Elisæus. Mulierculæ enim eos alebant. *Afflicti, adue*r-
2. Re. 19 *sitatibus detenti.* Haud parum enim Eliam Iezabel persecu
tione sua afflixit. *Quibus dignus non erat mundus.* Nō potestis
dicere, inquit, quòd peccatores quum essent, hæc sint passi,
verùm tales fuerunt, vt & ipso mundo honoratiores & præ-
stantiores essent. Mundum autem, & multitudinem creatu-
rarum, & creationem ipsam scriptura appellat. Vtraque au-
tem hic accipiuntur. Si vniuersam, inquit, creaturarum copiā
cum ipsis hominibus opponas hisce, non inuenies tamen qui
illis dignitate respondeat. Hīc autem excitat eorum corda,
vt nihil quærant eorum quæ sunt in mundo, siquidem mun
dus est indignus sanctis. Iniuria enim tua est, si hīc acceperis
mer-

cedem. Monstrasti teipsum nullius esse precij, quum mū A
na spiras, quum dignus eras cœlestibus, quum cœlestia an
lates. Si igitur vniuersus mundus non est dignus vno san
, quid partem quæritas? *In solitudinibus errantes, & monti-*
& speluncis, & cauernis terræ. Vt Elias, & qui clanculum
ophetæ ab Abdia in spelunca alebantur. Neque solitudi- 3. Re. 18
em, inquit, immorari citra pauorem permittebantur, ve-
m inde etiam metu abigebātur, & aliàs alibi errabāt. Atta
en credebāt sese consolationem æternā accepturos ab deo,
sufferebant hæc. *Et illi omnes testimonio accepto per fidem,*
non retulerunt promissionem. Quid, inquit pusillanimes estis,
quòd quum in certamine sitis, nondum acceperitis præmiū,
laboris compensationem? Præmemorati omnes sancti e- B
amsi testimonium haberent quòd placerent deo, nondum
nem assequuti sunt cœlestium bonorum promissiones. In-
as quidem adeóque terrestres nonnulli promissiones ade-
sunt, verum hoc non quærebatur, perinde ac Dauid ter-
a assequebatur: enimuero cœlestia reuera sunt promissio-
. *Deo de nobis melius quiddam prospiciente, ut ne sine nobis con-*
summarentur. Melius quiddam, hoc est, ad honorem nostrū
videantur enim nobis esse præstantiores si primi coro-
ntur, vnum omnibus coronarum tēpus statuit. Nec dixit,
non coronentur, cæterùm vt ne consummentur. Proinde
perfecti videbuntur, qui iam nūc arrhabonem & pignus
oris habent. Vnde aliàs eis potestas esset vt succurrere
ant inuocantibus se? vnde ipsis quòd fiduciam habent in
redendi? Perfectionem autem tum accipient. Nónne igi-
iniustus est illis deus, si nos anteuerterint laboribus, in
onis autem nos expectent? Minimè, nam & illis hoc am-
ctendū venit, vt cum fratribus coronentur. Corpus vnum C
nes sumus. Maiorem igitur corpori voluptatē præbet, si
muniter secundum omnia membra sua coronetur. Pater
oris affectu exuberans erga sua pignora liberósve, varios
filios habet, quorum alij quidem redierunt ex agris ce-
ne opera sua perficientes, alij verò expectant isthic ope-
ter. Dedit igitur is qui primùm laborarunt, prægustatio-
quandam, dicens ac mandans eis, vt ad perfectum vsq;
uitium fratres expectent, qui humani quum sint, læti ex
bant, vt in commune exhilarentur.

CAPVT

D

CAPVT XII.

Habentes igitur & nos circunfusam nobis testium nubem. Non dixit sublatam vel pendentem
H circum nos, sed circumpositam, hoc est, vndique nos continentem. Testes autem non eos tantùm vocat qui sunt in nouo testamento, sed qui in veteri etiam. Nam & ipsi testimonium præbuerunt dei magnificentiæ, perinde ac tres pueri, Daniel, & omnes prophetæ. Non dixit autem multitudinem, sed nubem, proprio maximè vsus vocabulo ad præsens argumentum. Postquam enim ipsi afflictionum æstu præmebantur, instar nubeculæ cuiuspiam memoria testimoniorum refocillabit vos, ex omni vos parte cingens & cõplectens. *Omni itaque tumore deposito.* Hoc est, terrestrium negociorum & rerum grauamine, atque cura in ipsas. nihil enim aliud sunt præter tumorẽ vanũ. Quid igitur ægrè fertis ab hac liberari? *Ac bene circunstante nos peccato.* Vel quod facilè nos circunstet, vel quòd facilè circunstantiam ferre possit. facile enim est, si modò velimus, vincere peccatum. Vel propter quod facilè quisquam in circunstantias & pericula incidit. nihil enim adeò periculosum, vt peccatum. *Per patientiam curramus propositum nobis certamen.* Non dixit pugilatum exerceamus aut luctemur, sed quod omnium facillimum erat, de cursu videlicet in medium depromsit. Neque dixit apponamur cursui,
F verùm in illo ipso sustineamus ac patientes simus. Alij sanè per continentiam, alij per eleemosynam, alij per aliam virtutem currere debent, vos autem per patientiam: huius enim vobis est necessitas, vt iam antea memoratum est.

Defigentes oculos in fidei principem ac consummatorem Iesum. Hoc est, si velimus discere quomodo per patientiam sit currendum, ad Christum respiciamus, quemadmodum qui ar-
Matt. 11. tes discunt, præceptores suos intuentur. Quod ipsus etiam
Matt. 10. dixit. Respicite in me. & rursus, Quòd patremfamiliàs Beel-
Iohã. 16. zebul appellarunt, quanto potius vos domesticos ipsius? &, non est discipulus supra magistrum. Quid autem est quod ait ducem & consummatorem? hoc est, ipse fidem etiam nobis primum imposuit. Non enim vos me, inquit, elegistis, sed ego vos elegi: ac finem etiam & consummationem ipse apponet, vt vos eam perfectissimam sitis habituri. *Qui pro-*

posita sibi lætitia sustinuit crucem, ignominiæ despicatui habita. A
Licebat ipsi à morte alieno esse, & poterat non pati. Quum Iohan. 14
enim peccati ônis inanis esset, morti haud subiacebat: quod Iohã. 10.
& ipse ait, Venit mundi princeps, & in me non habet quicquam. Si igitur noluisset, non esset crucifixus: quod & ipse dicit. Potestatem habeo ponendi animam meam. Attamen crucem sustinuit, hoc est, non simpliciter mortem, sed contumeliam & opprobriis obnoxiam, aspernatúsque est ignominiam inde prouenientem. Non dixit autem tristitiã adsperxit, neque enim cum tristitia ista ferebat. *In dextera throni Dei consedit.* Animaduerte hîc finem patientiæ, de qua & alio loco ait. Propterea deus etiam superexaltauit tum: de car- Philip. 2.
ne loquens, vt possit vobis mercedem repẽdere pro afflictionibus suo nomine toleratis. Cathedra enim & sedes ad dexteram, æqualitatem cum patre significat. *Reputate enim eũ* B
talem sustinuit a peccatoribus aduersum se contradictionem.
Quòd si quispiam cõseruorum suorum reputet afflictiones. rependè consolationum recipit, quanto magis si domini adversus sui, qui tantam contradictionem pertulit, secum expendat? hæc est, risus, subsannationes, conuitia, in faciem verbe-
ra, in quantum contradicebãt doctrinæ eius, clamores apud iudicium Pilatum, postremò crucem ipsam. Plena enim signi ignominiæ est dictio, talem, hoc est, ad mortem vsque perducẽ dum, cui latrones simul adiudicati erant, idque à peccatoribus, ethnicis videlicet, ipsisque Iudæis. *Vt ne defatigemini animis labore uestris deficientes.* Christum enim ante cõspectum ve-
strum statui, mentibusque vestris præfigi, confortabit ani- C
mos vestras, & morti dedet, nec sinet tamen deficere, ac recusare afflictiones. *Nondum ad sanguinem usque restitistis peccato.*
Hæc sunt adhortationis species, altera, si quis ad quempiam dicat, Magna equidem patior memento illorum. altera vero si dicat, Nihil dum ardui passus sum. Hisce duabus etiam quibusdam speciebus vtitur Paulus ad Hebræos. Quum enim superiùs dixisset, Multum certamẽ sustinuistis passionum, adhortatusque esset vt seipsos imitarentur: nunc diuersum ostẽdit, quòd nondum quicquam ratione dignum sustinuisse, vt ne ex animis cadantur. Obserua hîc sapientiam. Quum meminisset prisco Supra. 10
illorum sanctorum, qui magna sustinuerant, atque adeò domini mortem, ostendit iam eorum afflictiones nullas esse. Nondum enim ad mortem, inquit, peruenistis, sed ad persecutiones

D vsque,& vsque ad rapinas,Christus autem vsque ad mortẽ venit. Porrò quum restitistis inquit,ostendit peccatum vehemens quiddam spirare, esseque eis oppositum, ipsos autem stantes & contranitentes,nondum tamen in opportunioribus,verùm in leuioribus adeóque facilioribus· *Et obliti estis adhortationis.* Adeò,inquit,remissi estis ac defecistis,vt & adhortantium vos ad fortitudinem sermonum sitis obliti. atqui nondum magni quicquam passi estis. Ingentes enim ac dignæ ratione aliqua afflictiones, obliuionem sæpenumero
Prou. 3. incutiunt rerum necessariarum. *Quæ uobis ut filiis loquitur: Fili mi ne uilipendas disciplinam domini.* Non enim propriis filiis loquebatur Solomon,sed omnibus qui audire poterant, & vobis in primis:propterea particula ὡς tanquam,est apposita. *Neque deficias ab ipso, dum castigaris & reprehenderis.* A deo igitur tentationes adducuntur:quòd si à deo, ad commodi
E tatem omnino nobis cedent. Ipse nanque primo scopo nos tentare videtur,eique sic placet,ad depositionem & reiectionem peccatorum:vel ad probationem & examinationem fidei,plures etiam coronas cum tribuit,tum permittit.
Quem diligit dominus,erudit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Fieri non potest vt quispiam inueniatur dilectus deo citra afflictiones. Nónne igitur latrones & fures flagris exduntur? filiíne & illi sunt? Minimè gentium:non enim dixit, Quisquis flagellatur,est filius,sed omnis filius flagris tractatur. Latrones igitur non filiorum instar flagellantur,verùm vt scelerati puniuntur. Hîc autem quum prius dixisset castiF gat,intulit postea flagellat, vt non veluti sceleris vltionem, sed veluti eruditionem & institutionem intelligas flagellationem filij quem recipit,quem admittit,hoc est,quem excipit,quem præ cæteris sibi vendicat,assumit & vsurpat.
Si castigationem sustinetis,tanquam filiis offertur uobis deus. Quis enim est filius quem non castigat pater? Si autem sine institutione sunt castigatione estis, cuius participes facti sunt omnes, estis igitur nothi, & non filii. Ex quibus illi putabant sese ab deo derelictos, ex iis ostendit eis quòd fuerint curæ deo. Si,inquit, afflictionibus caruissetis, nothi fuissetis,illegitimique filij, & nõ genuini. Cui enim parentum, nothorum institutio & ornatus curæ est? Quia verò affligimini,ex his superest vobis ornatè atque eleganter viuere, perinde ac omnes præmemorati, videlicet iusti,qui & filij dei vocati sunt. Planum est autem &

& irrefragabile q̃ vobis vt filiis offeratur deus, atque vestri A curam gerat, vt ne vacantes institutione abeatis, atque hinc vos hæreditate abdicet. *Deinde carnis nostræ patres habuimus institutores, & erubuimus: non multo magis patri spirituum obediemus, & uiuemus?* Ex rebus eorum demonstrat rursus quòd oporteat eos patientes esse. Si enim quum carnales patres nos castigabant, non audebamus resilire,sed pudore suffundebatur,& patienter expectabamus quęcunque nobis afferebãt: quanto potius nunc patientes erimus deo nos castigante & studiente? Animaduerte autem. Non dixit, quanto magis offeremus,sed obtẽperabimus,ostẽdens q̃ sit contranitẽtis & aduersantis deo,non sustinere afflictionẽ. Patrẽ autẽ spirituum,vel donorum, vel incorporearum virtutum dixit, vel quod magis proprium est, animarum. Ad discrimen enim B carnalium parentum, spiritualem posuit. Viuemus adiecit, vt submonstret inobedientem non viuere. ab deo enim defectio, qui est vita. *Illi enim ad paucos dies.* Neque enim possunt omnino nos erudire,vt perfectos reddant. Aut enim obitus patris,vel ætas virilis & durities filij sistit institutionem. Deus autem semper perfectos potest efficere. *Secundum quod uidebatur ipsis, instituebant.* Non autem omnino quod patri videbatur,commodat etiam filio. plerique enim turpes etiam addocent filios arteis. *Hic uero ad utilitatem, ut participetis sanctitatem eius.* Deus ad commoditatem nobis adducit institutionem,non ut quicquam ab nobis accipiat,verùm vt imperet nobis potius sanctitatem,hoc est, puritatem suam, vt si- C mus,inquit,nos capaces bonorum eius. Igitur eruditio, accessio sanctitatis est,& nõ immeritò. conuertit enim animam ad deum sanctum,non sinens eam ad humanum quiddã torqueri deuoluíve. *Omnis autem institutio ad præsens non uidetur esse gaudii, sed mœroris.* Rursus à vulgari opinione,adhortatio hanc occasionem accepit,& ait: Omnis institutio, tam diuina quam humana,nõ videtur esse gaudij,sed mœroris. Pulchrè autẽ videtur ait. nõ em̃ verè est mœroris: quomodo enim propriè parit mœroris, quum sit lætitiæ mater? Sed nostri respectu, qui ægrè ferimus disciplinam,& castigationem, videtur dici est. *Postea uero fructum pacificum exercitatis per ipsam reddit* lætitiæ. Quid est pacificum? hoc est, turba vacantem, læuem, inanẽ. Qui enim cõtristatur, cõturbatur: q verò lætatur, leuo & quẽdã habet, facilitatẽ, adeòq; tranquillitatẽ. Fructus au-

D tem ille iustitiæ est, quãdoquidem iustus est deus, qui in hoc
seculo turbatos, isthic, in futuro nimirum, refocillat. Obser-
ua autem q̃ exercitationem vocet institutionem, quippe quę
confortet fideles, ac velut quosdam athletas & robustiores
faciat. Quid igitur auersamini cõfortantem animas vestras
institutionem? *Propterea remissas manus ac dissoluta genua erigi-*
te. Veluti ad pugiles quosdam & certatores disserit. Ex E-
saiã hunc sibi desumpsit locum, indicans ex translatione prę
cipuarum partium corporis, quòd toti sint soluti animo. Ma
nus enim operationis, pedes verò motionis sunt symbolum.
Mœrentis autem ac animum despondentis animæ instrumẽ
ta potissimum, deinde & corporis ex consequenti sunt remis
sa, ac viribus destituta, vt non possint facere officium suum.
E *Et cursus rectos facite pedibus uestris, ut ne quod claudum est euerta-*
tur, sanetur autem potius. Hic veluti ad cursores disserit, perin-
de ac in superioribus dictum: Per patientiam curramus. Ait
ergo facite τροχιὰς rectas. τροχιὰ verò est vel vestigium ro-
tæ currus, quod terræ imprimitur (orbitam Latini appella-
mus) vel subiectus locus currentium pedibus. Sint igitur or-
bitæ vel viæ vestræ læues, hoc est, planæ & æquales, hoc est,
nihil asperum vel triste vel inæquale sit in animabus vestris,
verùm æqualiter & planè & citra mœrorem currite, vt ne si-
tis claudi, hoc est, natura pusillanimes & inualidi, Iudæorũ
in morem. huiusmodi enim gens est Hebręa. Vel claudicates
circa fidem futurorum adhuc uerberemini & illidatis, inuer
tãturq; pedes vestri. hoc est, omnino inuersi fiãt. Qui eñ na-
turali, ac q̃ principio ei accidit, pusillanimitati se submittit,
F nõ cohibẽs seipsum, sed dedẽs potius, errat & impingit ẽti-
no, excidens in desperationis profunditatẽ ac pcipitiũ, adeo
vt inde sit irreuocabilis. Date autem potius operam, vt quod
in vobis claudum est, curetur, hoc est, etiamsi hactenus incre
dulitatis nonnihil habuistis, corrigite potius. in patiente e-
nim incredulitas non est. Animaduerte autem quomodo ma
nifestè inducat pœnitentiam, atque id obserua propter No-
uatianos. *Pacem persequimini cum omnibus.* Quod suprà di-
Sup. 10. xit, Non prætermittentes collectionem vestri, id nunc etiam
agit ad dilectionem congregans, nec solum erga amicos ac
familiares, verumetiam erga hostes pacem habere ac sectari
commonefaciens. Cum omnibus enim, inquit, & Græcis, &

& Iudæis & hostibus. Quantum, inquit, in vobis est cum om A
nibus hominibus pacem habete. Si huiusmodi propositum
habueritis, non desperabitis, nec eritis pusillanimes in affli-
ctione. Reputa etiam quod dixit persequimini, hoc est, pa-
cem remotam, ac quæ procul est, studete comprehendere, ad
vos ipsos attrahentes. Et *sanctificationem.* Hoc est puritatem.
Quidem innuptus quispiam est, custodiens virginitatem: si
matrimonio quispiam iunctus est, huic per sactificationem
temperantia hîc denunciatur: non q̃ nuptiæ sint sanctifica-
tio, sed quia seruant sanctificationem ex baptismate, nec reii *Matrimo-*
ciant, per legitimam mixtionem. Preciosa res est matrimo- *nium præ-*
nium seu nuptiæ, non autem sancta, sed sanctificationis cu- *ciosa res,*
stor. *Sine qua nemo uidebit dominum.* Neque enim fornicato- *sed nõ san-*
res, neque mœchi, neque molles, neque masculorum concubi *cta.*
tores regnum dei hæreditabunt. Ac dominus in euangelio, 1. Cor. 6.
Beati, inquit, puri corde, quoniam ipsi deum videbunt. *Matth. 5*
Considerantes, ne quis relinquatur a gratia dei. Perinde quasi lõ- B
gum iter sint emensi quidam cum multo comitatu, dicit, Vi-
dete ne quis remanserit vel relictus sit. Non enim hoc quæ-
ritis vt vos assitis, enimuero vt & alios inuisatis, & contẽ
plemini, hoc est, visitetis, apprehendatis, addiscatis, quod est
infirmis, & si vel vnus tantummodo posterior fuerit, ne
hoc quidem neglexeritis. Gratiam autem dei, fidem dicit,
optimam vitæ rationem, adeóque futura bona. hæc enim
omnia sunt dei gratiæ. *Ne qua radix amarulentiæ sursum ger-* Deut. 29
minans interturbet. Hoc in Deuteronomio habetur. Est autem C
metaphora à plantis sumpta. Quòd verò alio in loco scribit,
Modicum fermenti totam massam fermentat. isthuc & hîc 1. Cor. 5.
dicit, Ne quis prauus ad plurium perniciem relinquatur. Ex
quibus, inquit, amarulentiæ radicem, hoc est peccati, vt ne a-
culeos & germina proferat, hoc est ne alios tales faciat.
Quòd autem amarum sit peccatum, imò verò nihil ipso ama
rius, nouerunt qui post commissum flagitium conscien
tia macerantur. Obserua hîc quòd non dixerit radicem. es- *Peccatũ,*
se amaram, sed amarulentiæ radicem potest enim amara ra- *amarũ est*
dix bonos fructus proferre. Amarulẽtię autem radicem, hoc
est fontem & fundamẽtum, non est possibile dulcem profer-
re fructum. *Et per hanc coinquinentur multi.* Qui enim pe
riculantes vident, ad æmulationem eorum incitantur, & ve
luti segniores. *Et coinquinent animas.* Excindantur igi-

D tur huiusmodi radices. *Ne quis fornicator, aut prophan⁹ ut Esau,*
Gene.25 *qui pro uno cibo uendidit primogenita sua.* Non hoc dicit, quòd
fornicator Esau fuerit, sed eò vsque fige pedē & siste, ne quis
fornicator in vobis sit. Indicat autē obscurè, tales apud eos
quosdam fuisse. Neq; sanè defendere vult, in animumve in-
ducit eos, verū excusat ac defendit ignorātiam, ceu sese emē
daturi sint. Deinde ab alio principio dic, neque prophanus
vt Esau, hoc est, gastrimargus, helluo, vorax, mundanus, spi-
ritualia prophanans & cōculcans. Datum enim à deo hono-
rem primogenitorum vendidit, idque pro vna esca. Hæc ve-
E rò est prophanatio, contemptus nimirum diuinarum rerum.
Hic autem demonstrat ipsis quantum sit mali torpor, segni-
cies, quoniam prior factus est posterior animo deficiens, ne-
que quicquam aduersus peccati cupiditatem resistens.
Nouisti is enim, quod quum posthac uoluisset hæreditare benedictio-
Gene.27 *nem reprobatus sit.* Reprobatus est à patre dicente ei, Si ipsum
dominum tuum feci, tibi verò quid faciam fili? Quidam au-
tem reprobatus est à deo, dixerunt. Primùm igitur ab deo
reprobatus est. Deus enim in causa fuit quur deceptus Isaac
Iacobo benedixerit. Quòd verò posthac quum benedictio-
nem quæreret, reiectus sit, de patre est intelligendum. Vel
tum etiam ab vtrisque. planum est enim, quòd & pater se-
cundum deum, ipsum reprobarit.
Pœnitentiæ nanque locum non inuenit, etiamsi cum lachrymis in-
quisierit ipsam. Nunquid igitur reiicit hîc pœnitentiam Pau
F lus? Haudquaquam. Quomodo igitur dicit quòd pœni-
tentiæ locum non inuenerit etiamsi cum lachrymis ipsam
inquisierit? Primum igitur hoc accipe, quòd ipsam, non pœ-
nitentiā oporteat intelligere, sed benedictionē: deinde velu-
ti per medium, pœnitentiæ enim locum non inuenit. Postea
& pœnitentiā quæsiuit quidē, non tamen vt oporter. Quo-
modo enim pœnitentiæ est dicere, Appropinquabunt dies
luctus patris mei, & occidam fratrem meum? Itaque pro-
pter hoc non inuenit pœnitentiā, postquam non vt oportuit
eam quæsiuit. Etiamsi enim lachrymas habuisset, non fuere
tamen pœnitentiæ lachrimæ, sed inuidię & amarulētię eius,
qui non sustineret neque amplecteretur amanter reprobatio
Gene. 4. nē. Quemadmodū neque mœror Caini, pœnitētię mœror e-
rat, sed inuidiæ, & indicauit etiā cędes fratris eandē. Aut igi
tur hoc est quod ait, vel sapientissimè Paulus eos qui nondū

exciderūt, perterrefacit, inquiens magnis peccatis non esse re A
ficiendum pœnitentiæ locum, ex industria hoc faciens, perinde
quasi metu conseruet eos vt ne cadāt. Quum autem nonnul-
los cecidisse cōspexerit, iterum eos reuocat, vt ne desperent,
eqnè atq; ad Galatas, Filioli mei, inquit, quos rursus parturio, Galla. 4.
tantisper dum formetur Christus in vobis. Non igitur reiicit
hic pœnitentiam Paulus, sed munit ex Hebræis fideles, vt ne
cadant. *Non enim accessistis ad montem attrectabilem, & incēsum* Exod. 19.
igni & caligine, & tenebris & procella, tubæque sonitu. Ob ocu &. 20.
los ponit, eos maioribus esse obnoxios malis si non sustinue-
rint seu nō crediderint ei qui promisit, quàm veteris testamē
ti patres & incredulos. Expende verò qua ratione, cōparatio-
nem faciat. Simul atque exhibuit excellentiā noui testamen-
ti à vetere multis nominibus, vt hactenus est cognitū, ardua B
profectò & lōgè clarissima apud patres veteris testaměti facta
ponit, & admiranda, quæ in mōte Sina contigerunt, atque o-
stendit ea esse exigua, nec habere rationē vel pōdus quo adę-
quari nouo queāt. Isthic enim multa spectra & visiones erāt
ad exterminationē stolidi isti⁹ populi. Ignis eīm, vt significa-
retur punitio quā illatur⁹ erat legislator, adiectus est. Ac ter
rifica statim visa caligo, necnon tenebræ, significabāt adum-
brationem & opacum ipsum veteris instruměti. Quum enim
figura esset vetus illud, quousq; aduenisset veritas, obscuri sa
cri typi extiterunt, quum non agnoscerentur quidnā porten-
derent aut significarēt. Inuisibile autem dei indicabatur per
hoc. Caligo enim, inquit, sub pedibus eius. Socordes autem Psal. 17.
Hebræi quū essent, procella excitauit, vt attēderent. Tubę au C
rum veluti præsentis sunt regis. id enim & in secūdo Christi 1. Thes. 4
aduentu aderit. *Et uoci uerborum, quam audientes petiuerunt ne* Exod. 4.
adiiceret ipsis sermonē. Deus enim audiebatur loquens. Vt autho-
ritas & fides legislationi concilietur, neque existimēt Mosis Exod. 20
esse verba, ōnino dei vox terrifica erat, Mosis verò exilis. Vn
de refugerūt illi deum, rogātes Mosen, Loquere ad nos, & ne
loquatur nobis deus. *Non ferebant enī quod allegabatur.* Hoc
enim quod ab deo dicebatur, non potuerunt auribus suis ferre,
adeo terribile horrendūque erat. Proinde ipsi fuerunt in cau
sa quur deus per carnem & externa illis visus sit apparuerit-
que, vt possent eū capere. *Et si bellua quædam attigerit montem,*
lapidibus obruetur, uel traiicietur. Ac adeo horribile erat quod spectā
batur. Per hoc pariter noui testamenti excellentiam indi-

D cat. Vetus enim etsi nihil adeò magnum haberet vt nouum, terribile erat, neque belluam montem attingere licebat, hoc est, iumentum aliquod quod populo erat. Nouum autem omnia perfecta habens, nihil indicat terrificum, sed omnia blanda. *Moses dixit, Metuo & contremisco.* Si Moses nubem ingressus, adeò magnus & mirificus pietate, metu perculsus est, quanto potius populus? *Sed accessistis?* Illi non accesserunt, sed procul steterunt: vos verò accessistis. Viden' excellentiam? *Ad montem Sion, ac urbem dei uiuentis, Hierusalem supercœlestem.* Pro Sina habemus Sion montem spiritualem, & vrbem spiritualem Hierusalem, hoc est, ipsum cœlum non solitudinem, illorum instar. *Et ad innumerum angelorum cõuentum.* Pro populo, inquit, habemus nos angelorum myE riadas, adeoque pro pauore gaudium. hoc enim per conuentum significatur. Vbi enim panegyris, hoc est, solẽnis totius populi conuentus est, ibi est lætitia. Panegyris igitur ipsa in myriadibus angelorum consistit. *Et ad ecclesiam primogenitorum descriptorum in cœlis.* Primogenitos appellat fideles, consecratos deo ac sanctificatos, quorum nomina sunt in libro vitæ, perinde ac dominus etiam dixit: Vestra autem nomina scripta sunt in cœlis. Postquam autem communis est pater omnium deus (omnes enim homines sunt filij eius communiter) primogeniti horum sunt fideles, adeoq; digni adoptione filiorum, quæ est secundum voluntatẽ. Vel omnes planè credentes filij sunt: primogeniti autem, qui deo bene placent, qui digni apud deum iudicati sunt legationis cœlestis F verbo, & vita celesti per euangelium illis parta. *Et iudicem deum omnium.* Hîc etiam perterrefacit eos. Omnium enim, non Iudæorum tantùm, cæterùm & fidelium Iudex est: metuite autem hunc. Ostẽdit autem quomodo & veteribus excellentiores sint. Siquidem illi ne tenuia quidem verba sustinebant, neque audebant appropinquare mõti, vos autem ipsum iudicem adiistis Christũ. Pater enim non iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio. *Et ad spiritus iustorum perfectorum.* Hoc est, ad animas eorum qui vos probarunt, qui perfecti sunt visi apud deum, per fidem videlicet, quibus etiam adiungendi estis, si modò illos fueritis imitati. *Ac testamenti noui mediatorem Iesum.* Non seruũ Moysen, adiistis, sed enim Iesum dominum nostrum. *Et sanguinem cõsperſionis.* Hoc est, purificationis. Sanguis enim Christi conspersus super nos,

per nos, purgauit etiã nos & sanctificauit. *Melius loquentem,* A
quam Abeli. Sanguis igitur Abeli loquutus est? omnino. Vox enim, inquit, sanguinis fratris tui clamat ad me. Vel, quod & superiore hac prœmemoratum est, loquitur nunc, quum celebratur & cantatur apud omneis mortales. At Christi sanguis splendidiorem vocem edit & significantiorem, & clariorẽ, per res ipsas clamans, quoniã omneis sanctificauit: præsertim etiam hîc loquitur, vbi inuenerit mẽtem synceram. excitat enim eam, & facit loqui. Spiritus enim loquitur gemitibus inenarrabilibus. Diuus autem Cyrillus sic intellexit, quòd sanguis Abeli clamauerit aduersus occisorem, Christi autem sanguis pro nobis loquitur ac eundem patrem. *Videte ne auersemini loquentem.* Quum nõ creditis eius promissionibus, sed deceptatis. Quis autem est qui loquitur? nonne Christus? Quòd B sanguis eius loquitur, multo potius etiam viuit. *Si enim illi non effugerunt, in terra deuitantes edentem oraculum.* Quid non effugerunt? supplicium, perniciem. In terris autem responsa dantem, Moysen intelligit, vel deum. è cœlis enim descẽdebat, super terram tamen oraculũ edebat per Moysen. In monte quidquid Sina χρηματίσαι, hoc est, conuersatus est, loquutus est, disserunt, ordinauit. *Multo potius uos, qui eum qui de cœlis auersamini.* Hoc est, Christum à cœlis loquentem id est, qui post assumptionem suam in cœlos, legẽ nobis dedit per Spiritum. Non autem veluti alia sit nunc, alia verò tunc, hoc dixit, cæterum modus legislationis differt. Tum enim super terram agens, & res ordinãs, legem sanciuit, nũc verò in cœlos assumptus, vt terribilior esse possit. Quòd enim haud alia C dixerit tunc, alia verò nunc, audi quæ sequuntur. *Cuius uox terram tunc concussit.* Animaduertis eum tum fuisse qui loquerebatur, qui hodieque è cœlis nobis responsa edit. Vox enim eius *Aggæi.2.*
tum legislationis tempore terram concussit. *Nunc autem pro-* *Exod.19.*
mittit dicens, *Adhuc semel, & ego concutio non solum cœlum, uerum-* *&.20.*
tamen terram. Duos motus aut concussiones ex scriptura te- *Psal. 75.*
nemus factos. Prior erat terræ commotio, quum in mõte Si- *Mat.2.*
nai lex sanciretur. Terra enim, inquit Dauid, mota est. Alter *Esaiæ. 19*
est motus quum in carnem Christus venisset. Mota est enim, inquit, vniuersa Hierusalem. &, Concutientur idola manufacta Aegypti. Concussa sunt enim, hoc est, à statu colentium remota sunt, ac deiectum est robur ipsorum. Quod ergo ait, adhuc semel tertiam cõcussionem significat, quæ post secundam

D est euentura: vel eam quæ in mundi innouatione futura est, nouitatem, quando cũcta immutabuntur, à corruptibilitate ad incorruptionem alteranda. Aggæi autem prophetæ hoc dictum est. *Quod autem ait semel, indicat concussorum translationem, quippe quæ facta sint.* Hoc est, corruptibilis creaturæ transmutationem, cui natura est vt moueatur, vt quæ facta fit, id est, principium acceperit essentiæ, ac necessariò finem habeat. Omne enim quod factum est, exordium habuit: vnde quatenus ad naturam eius attinet, finem etiam habebit.

Angelorũ natura. Nan angeli secũdum naturam quidem nõ carent fine, quanquidem ne principio quidem vacent: gratia autem diuina, quòd non moriantur, & fine careant, sintque immortales, acceperunt. *Vt maneant quæ non concutiuntur.* Hoc est, futura bona. Quum enim mutata fuerint hæc corruptibilia, omnia tum iustis euentura erunt incorruptibilia & inconcussa, nulli seu translationi seu permutationi obnoxia. *Quocirca regnum, quod concuti non possit, accipiẽtes, gratiam habeamus.* Simul atque talibus ornandi simus bonis, quæ non permutentur nimirum, nec recipiant alterationem, ac tale tantumque regnum accipimus, hinc iam arrham & pignus eius fumentes, spiritualia nempe charismata, habeamus gratiam, hoc est, non doleamus, neque decidamus animo, sed grati simus ei qui talia cùm dedit, tum daturus est posthac. *Per quam seruimus, ac bene placemus deo.* Per quam gratiarum actionem, inquit. Si enim grati fuerimus, tum & ita deum colimus, eique inseruimus, vt bene ei placeamus, ac veluti scientes qualem quantúmque dominum habeamus. Nisi enim gratias egerimus & pro remissionibus, aut quiete & tranquillitate, tum pro afflictionibus, neque eum etiam colimus, vt placeamus, vel vt ei gratum sit. Quis enim seruus, qui murmuret aduersum dominum? Murmurat enim, qui ei non vt decorum est seruit. qui ei seruit, vt placeat, is non murmurat.

1.Cor. 10 Philip. 2. Num. 16. Hinc & ille ipse alio in loco dicit, Nolite murmurare. & iterum, Omnia facite citra murmurationes. Israelitæ verò ceciderunt, vt murmuratores. *Cum pudore ac reuerentia.* Hoc est, nihil impudens loquamur, nihil inuerecundũ, quin etiam exterior habitus & forma pudorem habeant erga homines, atque reuerentiam erga deum.

CAPVT

CAPVT XIII.

A *Tenim deus noster ignis consumens est.* Simul atque veteris testamenti res horrificas ostendit, noui verò nihil huiusmodi habere, vt ne despicatui habeant mansuetudinem, cum pudore & reuerentia, ait, vel gratias agamus deo. animus enim in afflictionibus non est pudens, desperãs. Vel quia seruitus nostra cum timore ac reuerentia fieri solet: nam deus noster ignis est, ac oportet metuentes esse nos, ne consumamur perinde ac contẽptores, & qui iuxtà habẽt, siue de veteri, siue de nouo disputetur. Reuerẽtes eñ, îquit, facite filios Israel. Por cõ isthuc consolationẽ eis præbet, siquidem eiusmodi habeamus deũ, qui possit aduersarios nostros cõsumere. *Dilectio fratrum permaneat, hospitalitatis ne obliuiscamini.* Nõ dixit, posdilete fratrum dilectionem & hospitalitatem, habebãt enim eam, vt videtur: verùm quia ob continuas ac frequentes afflictiones periculũ erat ne circa has virtutes languerent & concidescerent, Charitas, inquit, fratrum permaneat, stabilis consistat, ne sinatis eam effugere vos. Ac date operam, ne hospitalitatis obliuiscamini. tanquam enim spoliati facultatibus suis, fortasse parcius se erga fratres gerebant. Vel in futurum eos munit. *Per hanc enim latuerunt quidam angelis hospitio receptis.* Adeò ingens & præclara res est hospitalitas, quòsuis simpliciter suscipere, nec de tribu vel familia, ex qua quispiam sit, iudicare. Perinde Abrahamo & Lot ea fuit occasio vt angelos exceperint hospitio. Latuerũt autem est pro ignorauerunt: nesciuerũt enim angelos esse, quos hospitio receperant, attamen amãter & honorificè eos tractarunt. Quæ res magnos eos facit, tanquam si sciuissent, nihil magni fecissent. *Mementote uinctorum, ut simul uincti.* Qui enim cuipiam connexus est, etiamsi obliuisci velit, haud potest. *Aduersis detentorum, perinde ac uos sitis in corpore.* Aduersis detẽtorum, vel carcere, vel fame, vel alia quapiam calamitate. Qui enim secum reputat se vestitum esse corpore iisdem afflictionibus obnoxio, illos defendet, tum per compatientiam, tum quia metuit ne & ipsi in similia mala incidere permittatur propter inhumanitatem suam. *Honestum est matrimonium in omnibus, ac thorus immaculatus.* Expende quanta sit ei ratio temperantiæ & cõtinentię. Nã supra sanctificationẽ recordatus, de hac di-

Deute. 4

B

C

Gene. 18, & 19.

Supra. 12

D hac dixit, ac rursus post hæc de fornicatoribus & mœchis dicet. In omnibus igitur, non in solis prouectioris ætatis hominibus, in iuuenibus autem non item, verùm in omnibus, vt in omnibus modis ac temporibus: non in afflictione quidem, in relaxatione autem non item: non in hac quidem parte pretiosum est & honoratum, in illa verò secus, sed totum per omnia pretiosum sit. Hìc rubor elicitur hæreticis, qui matrimonium calumniantur. Ecce enim pretiosas nuptias, honoratum matrimonium nominat, quod in temperantia hominem conseruet. *Fornicatores autem & mœchos iudicabit deus.* Hic cum adiuncta mulcta, fornicationis prohibitio. Iudicabit enim deus, hoc est condemnabit. Nec immeritò. Si
E enim nuptiæ adeoque matrimonium est permissum, iure fornicator & mœchus puniuntur.

Mores uestri sint ab auaritia alieni. Non dixit, nihil possideatis, sed si habueritis facultates, ne redigamini earum in
Suprà. 10 seruitutem, sed rectè eas habete, vt si quando contingat vobis ex iis excidere, non ægro animo feratis, quod & suprà dixit: Rapinam possessionum vestrarum cum lætitia excepistis. Deinde quia haud pauci postquam res suas amiserint, eas recuperare moliuntur prætextu egestatis, qua ad méndicitatem redigantur: Vita vestra, inquit, & mores careant auaritiæ affectu. Propterea etiam infert, *Contenti præsentibus.* Modum depromit quo confieri possit vt non simus amantes argenti, inanésque auaritiæ. Si nihil videlicet præter neces-
F saria & indiga nobis anquiramus. Qui enim plura quàm ha-
Iosue. 1. ber quærit, planum est eum auaritiæ affectu laborare. *Quia ipse enim dixit, Haud te deseram, neque te derelinquam.* Quia verisimile erat nonnullos dicturos, At quid faciemus, si necessaria nobis non suppetant? Nihil, inquit, hoc, nihil profe-
Esaiæ. 41 ctò est. deus enim per Esaiam dicit, quoniam te haud deseram, neque quicquam mentitur. Vel illos ipsos etiam ex Hebræis fideles verisimile erat dicere, Et qualibus præsentibus contenti stabimus, exuti bonis rebúsque nostris, adeò vt nihil nobis supersit? Non potestis igitur relictis vobis, quantumuis pauca fuerint, contenti esse? Deus enim dixit, Non te deseram, hoc est, non te finam. Ac etiamsi apostolus fortasse de ad victum & alimentum necessariis rebus acceperit, de omni tamen causa atque negocio accipies dei dictum
Psal. 117 isthuc. Vt *confidentes adeò dicamus, Dominus mihi adiutor, non*

metuam quid faciat mihi homo. Simul atque hæc deus dixit, A
certa omnino sunt. Deinceps igitur confidentes dicimus, quòd diripientes bona nostra, nos haud in angustias protrudent. *Mementote præeuntium uobis, qui locuti sunt uobis uerbum dei.* Ad hoc Thessalonicenses quoque adhortabatur, 1. *Thess.* 5
vt eos largo honore afficerent. Ac quemadmodum illi verbum impertiunt, sic illi rursum succurrant eis in externis corporis necessitatibus. Hoc enim latenter indicat per hoc quod ait, mementote. Vel ad mutationem eorum hos inun-
dum. *Quorum conuersationis contemplantes exitum, imitamini fidem.* Hoc est, exactius considerantes. Ac quemadmodum discipuli picturas ad primum exemplar conferunt, sic & vos nequaquam non defigentes oculos ad exitum, hoc est ad finē morum conuersationis, id est morum & vitæ, quòd bo- B
rum finem nacta sit vita, imitamini ipsorum fidem. Ex fine enim vita pura nascitur. Si enim futuris fidem non adhibeant, sed dubitarent, non suscepissent immaculatam viuendi rationem. Rursus autem pusillanimitatem eorum curat, ad fidem dogmatum dicit. Infert igitur.

Iesus Christus heri & hodie idem, & in secula. Apparet non-
nullos extitisse qui fidem suffoderint, ac labefactarint, dicentes: Alius veniet, quem hodie vsque expectant Iudæi. Ait igi
tur, idem est Christus heri, id est, omni præterito tempore, & hodie, hoc est præsenti tempore, & in secula futura, adeó- G
que infinita: nec veniet alius. ne erretis igitur. Vel quemadmodum præcedentes vos non deseruit, sed in omnibus suscipit & adiuuat eos, hunc ad modum vos suscipiet. idem enim

Doctrinis uariis & peregrinis ne circumferamini. Va-
ria, id est aliàs aliis, & ab aliis, & aliorum, quæ sunt peregri
na atque adeò alienę ab recta doctrina. Potest enim varia es
se doctrina, quæ tamen non sit peregrina, ac propterea ne
glegenda quidem. Quando autem & variæ fuerint, hoc est,
cum ab hoc illud doceatur, & ab illo aliud: & peregrinæ, hoc
est alienæ ab veritate, tum necessum est vt præcaueamus nos-
tra. Veritas enim simplex & vnius est formæ, & ad vnum re-
spicit. Obserua autem circumferamini, ceu de quibusdam le-
uibus, & hic & illic facilè mobilibus.

Bonum est enim gratia stabiliri cor, non escis, per quas non sunt ad-
huc qui in iis obambularunt. Hæ sunt peregrinæ doctrinæ.

Latenter

D Latenter autem carpit eos qui Iudaicam obseruationem ci-
borum introducebant. Ait igitur, Gratia, hoc est fide, stabili
ri nos oportet, ac certos reddi: quoniam nihil est immundũ,
sed omnia credenti sunt munda. fide igitur, non ciborum o-
pus est obseruatione. In cibis enim obambulantes, hoc est, in
ciborum obseruatione versantes semper, animæ suæ nihil
commodarunt, quippe quia fides abfit, ipsique legi inutili
inseruiant. Quid enim emolumenti habebãt ex ciborum ob-
seruatione, quandoquidem adeò polluti fuerint, vt ne partici
pes quidem esse potuerint sacrificiorum? *Habemus altare, ex*
quo non habent edendi potestatem, qui tabernaculo seruiunt. Si-
mul atque dixerat non esse obseruandos cibos, ne videantur
nostra despicatui habenda, quòd obseruatione careant: Nos,
inquit, obseruationem habemus, verùm haud eam quæ sit in
E huiusmodi cibis, sed super altari, siue impolluta & immacu-
lata hostia viuifici corporis. Hanc enim ne legis quidem põ-
tifices participare licet, tantisper dum tabernaculo seruiunt,
hoc est, legalibus vmbris & figuris quę transeunt ac dissolui
tur. tale quiddam enim tabernaculum erat vel mundo huic,
perinde ac legalium victimarum & sacrificiorum vulgus vt
Num. 19. indignum haud erat particeps. *Quorum enim animalium san-*
guis infertur pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora com-
buruntur extra castra. Propterea & Iesus, ut sanctificet per propriũ
sanguinem populum, extra portam passus est. Ob oculos ponit, ea
quæ præclara apud Iudæos fuerunt, nostri testaméti figuras
extitisse, nullius asserens precii fuisse ea sacra, quorum non
potuerit esse consors populus, adeóq; ipsa multitudo. At no-
stri sacrificii ne legis quidem pontifices consortes esse posse.
siqdé nostri sacri, illæ oblationes typi erãt. Vt enim anima-
F lium quæ pro populi peccatis offerebantur, sanguinem qui-
dem intulit in sancta sacerdos, corpora verò extra castra cre
mabantur: hunc ad modum Christus pro mundi peccatis
passus, sanguinem suum in sancta intulit patri tanquam pon
tifex, corpus autem palo affixum est extra castra. Memoriam
itaque illius hostiæ aut sacrificii perficientes nostri pontifi-
ces, sanguinem domini in nostra sancta ad aram tanquam in
cœlum ferunt. Hanc ob rem legis pontificibus non licet ex
hac ara edere, tanquam alienigenis, & qui supra mundum
hunc non sapiant, nos autem alio sumus spiritu imbuti.

Proinde

Proinde egrediamur ad ipsum extra castra, contumeliam eius feren- A
tes. Quia extra portam Christus passus est, egrediamur &
nos extra portam ad ipsum, hoc est, extra mundum, oppro-
brium eius ferentes, hoc est, eadem cum ipso patientes. Ipse
autem condemnati ac latronis, cruci est affixus extra vrbem.
Nos igitur & nos pudeat mundum egredi, eiúsque splendida
& præclara. Ac si ignominia hæc videatur, adhortatur eos
ipsius ferre quæ ab Iudæis inferuntur ipsis, etiamsi vel iniu-
riæ vel rapinæ fuerint.

Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquiri-
mus. Confirmat & ostendit hîc necessarium esse vt egre-
diamur extra portam, hoc est, mundum. non habemus enim
participationem quandam in mundo, quandoquidem neque
maneat. Debemus igitur fugere extra hunc, & ad futuram
illum accurrere, hoc est, ad cœlum. B

Per ipsum igitur offerimus sacrificium laudis semper deo, hoc est,
fructus labiorum confitentium nomen eius. Per ipsum ceu pon-
tificem, secũdum carnem, offerimus patri sacrificium laudis,
hoc est gratiarum actionem. Gratias enim agimus patri, qui
filium suum dederit pro sanctificatione nostra. hoc autem
propter infirmos. Nam quòd filii sit gratia, planum est ex eo
quòd æqualis ei cum patre honos. Vt enim omnes, inquit, fi-
lium honorent, perinde atque honorant patrem. Ipsa igitur
gratiarum actio, fructus est labiorum confitentium, hoc est,
laudantium nomen eius. Itaque neque huius sacrificii pos-
sunt esse participes legis sacerdotes atque pontifices. non pos
sunt enim gratias agere pro sanguine Christi, qui neque om-
nino per ipsum sanctificati sunt, qp permaneant in incredulí
tate. Animaduerte hîc, quî rursus eos ad gratiarum actionẽ
compellat, doceátque vt neque murmurent, neque asperum C
quiddam ac temerarium loquantur præ pusillanimitate aut
desperatione.

Beneficentiæ uerò & communicationis ne obliuiscamini. Vbi
sunt qui prætexentes egestatem, eius nomine nihil impertí-
untur? Audiant hîc, quòd pauperrimos, quibus facultates
deerant, adhortetur Paulus ne eleemosynæ obliuiscã-
tur. Hanc aũt communicationem nominat, cuius causa haud
secus diximus. *Eiusmodi nanque sacrificiis oblectatur deus.*
gratiarum actionis, & benificentiæ. Qui enim gratus est,
is gratias agit, planum est eum ad impertiendũ propẽ-

sum

D sum esse, vt qui sciat quantis bonis sit donatus.

Obedite præsidibus uestris. Episcoporum mentionem facit, eosque hic intelligit. Nam quum prius eos laudibus euexisset fideles eos appellando, ac dignos quos imitarentur qui eos contemplarentur, & ob oculos ponerent: infert, Obedite. Quid igitur? cuiuisne principi obtemperãdum, etiamsi prauus & sceleratus fuerit? quomodo dicis malum? Si in fidei & religionis Christianæ confessione prauus fuerit, téque in suam opinionem aut sectam cogere voluerit, fuge eum, etiãsi angelus de cœlo extiterit. Si autem in moribus malus & vita peruersus esse videatur, obtempera ei. Omnia enim quæcunque dixerint vobis facere, facite, secundum autem opera

E eorum nolite facere. Doctrinis, inquit, in fide corruptorum

Mat. 23. variis & peregrinis nolite circumagi. Quid ita? Nam malè agens, haud aliis consulet nec docebit malè viuere. nam & ipse talia perpetrans, rubore suffunditur, & pudet eum suorum scelerum: quod vel inde liquet, quia conatur omni ratione abdere quod perpetrat. Qui verò in fide peruersus fuerit, populo etiam suam opinionem & virus promulgare ac denunciare consueuit.

Ac morem gerite. Intensam hîc obedientiam per verbum ὑπείκετε indicat, vt si operibus etiam eis seruiendum sit, non detrectent. *Ipsi enim excubias canunt, pro animabus uestris rationem reddituri.* Audiant hîc præsides. Perinde nanque vt populum morigerum esse conuenit, ac necessarium est, sic

F pontificem esse excubitorem pro populo, vt qui rationem sit pro peccatis eius redditurus.

Vt cum gaudio hoc faciant, & non ingemiscentes. hoc enim non prodest. Si cesseris, inquit, & morem gesseris vel præsidi vel principi tuo, on⁹ quod ex cura tui ille gerit, ei leue reddis ac facile, vt qui gaudeat propter obedientiam tuam. Sin impudens sis & inobediens, ipse quidem excubias canet pro animæ tua, veruntamen nisi correxeris inobedientiam tuam, ingemiscit aduersus eam ad deum, quod sanè tibi inutile futurum est. Reputa hîc tecum quòd præsuli & episcopo non aliam vindictam permittat, quàm gemitum. Quæ res mansuetudinem in eo sanè conciliat: ei verò qui in inobedientia sua perdurat, neque vitæ suæ impuræ mores in melius alterat, maiorem pœnæ certè ac supplicii pyram accendit, seueriorem vindicem & punitorem deum permouens. Quocirca

cra ne asperneris, etiamsi solum gemitum habeat episcop⁹ A
o nomine aduersus peccatum inobedientiæ tuum, tu qui
æsidi haud obtemperas: quin potius metue te deo per eum
ddi. *Orate pro nobis, confidimus enim quod pulchram conscien-*
am habeamus in omnibus. Calũniabantur nonnulli apostoos, quòd defectionem ab lege doceret: eã ob rem haud pau
qui ex Hebræis Christo nomen dederant, nõ perinde obemperabant ei, & ab eo abalienabantur. Hanc ob rem ne no
m quidem suum in epistolæ huius principio posuit, quanquidẽ eum ferre haud possent, neq; audire. Defendens er
sese & excusans apud eos, primũ quidẽ rogat vt ipsi pro
e ad deum preces fundant, quod ab amantibus nostri sole
t efflagitare: deinde se pariter in omnibus innocentẽ mõ
t. In omnibus, inquit, non solum apud gẽtes, sed ne apud B
s quidẽ quicquã per simulationẽ aut fucũ egimus, sed cõ- *Supra. 7.*
ientia nostra pura est. Nec sumus cõscij nobis q; insidias vo-
structurus⁹, aut mali quiddã aduersum vos designarim⁹,
vos calumniati simus. *Bene uolentes conuersari.* Hoc est,
entes citra offendiculum vitam ducere, citraque scanda
. Etenim hoc ipsum quòd dixi legem abrogatam, nõ est
ici vestri neque hostis. etenim completionem potius le-
vobis demonstro, adeoque vmbram istam cõsummatioiam tandem accepisse. Quomodo igitur defectionem
dicetis? ecqui nõ potius ego benefactor vester iudicor,
perfectionem vos omnes ducens, ac omnino transferens
ab vmbra & infantili affectu? *Abundantius autem obsecro*
hoc facere, ut celerius restituar uobis. Hoc valde amantis est C
, qui ita ardenter & ex animo pro sese orari cupiat, &
omni diligentia, vt celerius restituatur ipsis. Simul auostendit sese conscientiæ suæ fidere, ac eam ob rem ad
accurrere, quod sanè haud fecisset, si quiddam in contia sua fuisset praui. *Deus uero pacis.* Quum primùm
sis petiisset orationes & intercessionem apud deum,
ue hac in re honore affecisset, pro ipsis etiam deinceps
modo preces ad deum fundit, votumque facit. Quia veus pacis est, non oportet vos dissidere à me, idque ex
famæ aurula. *Qui reduxit ex mortuis pastorem ouium ma-*
. De resurrectione ipsis verbũ & prædicationem con- *Esaiæ. 26*
ue ac stabilem reddit, ex Esaiæ vaticinio locum addu- *& 36.*
. Quasi verò & alij pastores sint & opiliones, enimuero

D parui, magnum dixit. Multi nãque prophetæ docto res sunt,
Matt. 25. sed vnus præceptor omnium Christus. *In sanguine testamenti æterni.* Hoc est, excitauit ipsum ex mortuis vita defunctum, qui sanguiné etiam suum effuderat, vt daret nobis testamentum haud vllis seculis dissoluendum, neque sic abolendum, vt legale dissolutum est & abolitum, verùm quod in sempiternum duret. Vel hunc ad modum intelligas: Excitauit ipsum ex mortuis cum sanguine testamenti æterni. excitato enim ipso, sanguis eius nobis donatus est in testamentum adeoque fœdus. Nisi enim excitatus esset, sanguis eius in testamentum haud obtigisset nobis. *Perficiat uos in omni bono opere bono.* Innuit quòd opera quidem bona sint exorsi, opus autem habeant in ipsis consummari, quod & optat votis ipsis euenire. Hîc expende primùm oportere nos ordiri, deinde consummationem ab deo ipsam petere. *Vt faciatis voluntatem eius.* Nam in omni opere bono consummatus, ille facit voluntatem dei, non qui ex dimidiata parte quiddam tentarit. *Faciens in uobis quod gratum est in conspectu suo, per Iesum Christum.* Itaque quando fecerimus quod bonum est, deus facit hoc in nobis per Iesum Christum, hoc est, vtitur illo mediatore pro operatore. Qui enim principio nobis salutem est operatus, quid mirum si in operatione etiam virtutum mediator efficiatur, ac paternam suam in nobis voluntatem repleat, ipse nos confortans, & robur inspirans ad bonorum operum transactiones? Porrò quum diceret gratum, vel beneplacens, adiecit, in conspectu, vel ante conspectum suum.

F Tum enim re vera ei placemus, quum coram deo boni appa-
Psal. 17. remus ac reddimur, non quando ab hominibus tales iudica-
Esaiæ. 1. mur. Quod & propheta Dauid inquit: Secundum puritatem manuum mearum coram oculis eius. & Esaias, Auferte malũ à cõspectu oculorũ meorũ. *Cui gloria in secula. Amen. Obsecro autem uos fratres, sustinete uerbum consolationis.* Animauertis? quod nemini dum scripsit, isthuc his iam nunc scribit. Non dicit autem adhortationis, sed consolationis, hoc est, animationis, adque patientiã commonefactionis: quando-quidem ad afflictos ac tentationibus tantum non quassatos ei sermo sit. *Etenim paucis scripsi uobis.* Quum tot tantaque ac tam varia in hac epistola dixisset, breuia tamé & pauca dicit, respectu eorum quæ dicere cupiuit. Propemodum autem hoc eis dicit: Etsi, inquit, pusillo & afflicto animo estis, sustinete

te me. non enim quisquam de prolixitate dictorũ conque- A
potest, quod in despõdentibus animum confieri cernimus.
Talium enim est haud sufferre prolixos sermones. *Cognoscite fratrem Timotheum absolutum.* Erga Timotheũ non erant
sanso animo, propterea ipsum primũ produxit. Absolutum
autem, vnde? Vel ex carcere in quo erat, ac dimissus est: vel
obenis dimittebatur, isthic enim erat. *Cum quo, si celerius uenerit, uidebo uos.* Hoc satis est vt persuadeat eis quò desistãt
odio, vel hostili aduersus ipsum animo, siquidem paratus
venire cum discipulo. forsan verisimile est hoc ita conti- Actu. 28.
git. Potuit enim proficisci in Iudæam ex Roma. Absolutus 2. Tim. 4
autem prima defensione sui apud Neronẽ Cæsarem, per-
de ac in huius epistolæ præfatione diximus, vel argumen-
. *Salutate omnes præsides uestros & sanctos.* Expende hîc B
anto eos honore afficiat. Siquidé per ipsos, præsides etiam
ditat, quum, tamen præsidibus potius & episcopis debuisset
rimùm scribere, & per illos, subditos salutare: ipse verò pru
entissimé infirmos & imbecilles curat. *Salutant uos qui sunt*
Italia. Adeò, inquit, amore vestri ego teneor, vt non solus
o salutem vobis impertiam, verùm vt & aliis inseram tale
eumque vestri desiderium, vt per tantũ à vobis dissiti in-
uallum, vos illi videant, & propterea saluere vos iubeant.
ia cum omnibus uobis. Amen. Postquam cõmune quiddam
gratia, communiter hanc ipsam & præsidibus & subditis
precatur & exoptat. Quæ autem est illa gratia? Remissio
catorum, purificatio mentis, spiritus paracleti assumptio.
ando autem fuerit vobiscum? si eã nõ iniuria affeceritis si C
indigne ea viuatis. Perseuerat eñ apud nos, si opera bona
biscũ sint. auolat aũt à nobis, si nõ secundũ mãdata ei* qui *Gratia dei*
e nobis ipertiit, vixerimus. Faxit aũt Christus, vt gratiã il *quãdiu no*
n nos agnoscẽtes, non eũ iniuria eius qui tanta nobis bona *biscũ ma-*
pritus est, spiritum ducamus, sed enim per bona opera glo- *neat.*
antes illum, adeoq; cõmonstrantes quòd nõ in ingratos
beneficij immemores gratiam suam reposuerit, teneamus
adquaquam diminutã in animabus nostris, in ipso Chri-
benefactore animarum nostrarũ, cum quo patri sit gloria
ũ eũ sctõ spiritu, nũc & semper, & in secula seculorũ. Amẽ.

Scripta est ex Italia per Timotheum.

arrationum in epistolas diui Pauli per Theophylactum.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca